Racolta Vill.
E.7[18]

Digitized by Google

BULLARUM
PRIVILEGIORUM AC DIPLOMATUM
Romanorum Pontificum
AMPLISSIMA COLLECTIO

Cui acceſſere Pontificum omnium Vitæ, Notæ, & Indices opportuni.

OPERA ET STUDIO

CAROLI COCQUELINES.

TOMUS QUARTUS

PARS TERTIA.

Ab anno tertio PII V. uſque ad annum nonum GREGORII XIII. ſcilicet ab anno 1568. ad 1580.



ROMÆ, MDCCXLVI.

TYPIS, ET SUMPTIBUS HIERONYMI MAINARDI.

SUPERIORUM FACULTATE, ET PRIVILEGIO SANCTISSIMI.

Digitized by Google

ed by Google

Emo, & Rmo Domino

D. JOANNI BAPTISTÆ

TIT. S. MARIÆ ANGELORUM AD THERMAS

S. R. E. PRESBYTERO

CARDINALI SPINOLA.

HIERONYMUS MAINARDUS F. P.

JAM diu Cardinalis Amplissime, tua præclara cogitans merita, conſtitueram præcipuæ meæ erga **Te** venerationis, & obſervantiæ publicum aliquod teſti-

a a monium

Digitized by Google

monium edere, quod viventibus monimento eſſet, & perennaret apud Poſteros. Sed aliis atque aliis intercedentibus cauſſis, implere hactenus minime potui, quod tot nominibus debitum erat, ac vehementer optabam. Occaſionem nunc præbuit Pars Tertia Tomi IV. Bullarii Romani, complectens, & exhibens Apoſtolicas Conſtitutiones tertii, quarti, quinti, & ſexti anni Pontificatus S. PII V., atque integram ſeriem illarum, quas novem annorum ſpatio publicavit GREGORIUS XIII. Succeſſor. Univerſæ res longe graviſſimas, & utiles ſpectant, dignæque habentur tantis Pontificibus prudentia, rerum uſu, rebus geſtis, atque Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſtudio ſummopere ſpectatis, & venerandis. Æquum proinde, ac congruens putavi, eas Tibi ſacro Principi non minus genere, quam animi dotibus illuſtri: eruditione præterea, & multis gravibuſque muneribus præclare obitis potiſsime commendato. Enim vero communi ac publico bono natus, quum religione, mentis amplitudine, & ingenii acumine, tum etiam ſingulari humanitate ab ætate ineunte præſtares, nemo unus Te probe novit, qui non ſimul debitis laudibus efferret, & ad magna natum prædicaret. Ubi primum, CARDINALIS EMINENTISSIME, tua virtus Summis Pontificibus innotuit, meritum novere: ac ne tanto res publicæ carerent bono, difficilibus, atque honorificis Te admovere miniſteriis. Dum Benevento, totique amplæ ipſius Ditioni Gu-

berna-

bernator præſideres, omnium in Te amorem, & præconia convertiſti: diſcedens vero, quod admodum paucis, iiſdemque meritiſſimis ſolet accidere, flagrantiſſimum Tui deſiderium ſubjectis populis reliquiſti: nec ſatis illis fuit honorificentiſſima teſtimonia privatim, ac publice tunc edidiſſe, ſpectatarum virtutum memores, hodieque celebrare non ceſſant, quem amiſerant. Mature Romam revocatus, in hac Urbe velut in ampliore Theatro, longe clarius ac magnificentius eximia præſtantis animi ornamenta explicuiſti: mox inter ſapientium, ac bonorum omnium auctum in dies plauſum a Secretis Congregationis Cardinalium Sacræ Conſultationis, deinde Urbis Gubernator renunciatus fuiſti. Quibus muneribus ita functus es, ut majoribus digniſſimus prædicareris. Audivimus ſæpenumero omnium ordinum Viros graves, prudenteſque integritatem, morum innocentiam, incorruptæ juſtitiæ ſtudium, pietatem, vigilantiam, ceteraſque egregias virtutes tuas extollere. Non diſpar Populi late fuſa erat commendatio: idem denique Summorum Pontificum CLEMENTIS XI., INNOCENTII XIII., ac CLEMENTIS XII. luculentiſſimum teſtimonium. Ab ipſo CLEMENTE Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis creatus, Bononiam Legatus miſſus, & deinde a BENEDICTO XIV. Congregationi Immunitatis Eccleſiaſticæ Præfectus, tui ſemper ſimilis, meritorum cumulum, & no-

men

men auxiſti . Quod ad exteras quoque , & a nobis remotas Nationes delatum, Eminentiſſimæ in Eccleſia dignitati decora amplificaſti. Impeditiſſima tempora maturæ virtutis præſtantiam ſplendidiorem reddiderunt : unaque fere omnium vox exſtitit, Te ad magna natum, mente, animo, judicii maturitate, dexteritate, atque prudentia quovis negotio majorem eſſe , & cuivis Dignitati parem. Tanto, nec una quidem de cauſſa, Cardinali congruens Volumen eximium, complectens Leges, & Conſtitutiones duorum inclytorum Pontificum Romanorum, conſulto Tibi dicatum, Princeps Amplissime, non dubito, quin ingenita humanitate, atque benignitate, qua tantopere celebraris; excipias: noviſque argumentis ſingularem tuum amorem, ac ſtudium erga res ſacras, Eccleſiaſticam diſciplinam, rectumque Populorum regimen palam facias. Hoc nomine non venerandæ dumtaxat Dignitati Tuæ, verum etiam Perſonæ ſplendorem augebis. Decet enim ſacrum Principem, non ſolum recta facere, ſed & juſtas, piaſque leges, eadem imperantes complecti, tueri, atque provehere. Quod ſi benigno erga munus animo demiſſe idipſum offerenti, Patrocinium dignaberis adijcere, meum in te obſequium, & obſervantiam omnibus numeris cumulabis.

IMPRI-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. M. de Rubeis Archiep. Tarſi Viceſgerens.

IMPRIMATUR,

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

Digitized by Google

INDEX
CHRONOLOGICUS,
ET
ALPHABETICUS
PONTIFICUM,

Quorum Bullæ in hac Quarti Tomi Parte Tertia continentur.

PIUS V.	Anno 1568. habet Conſt.CXXVIII.	Pag.	1
In Appendice.	XXI.		199
GREGORIUS XIII.	1572. habet Conſt.CXXVIII.		227

INDEX RUBRICARUM
BULLARUM ET PRIVILEGIORUM OMNIUM,
Quæ in hac Tomi Quarti Parte Tertia continentur.

Quæ hoc Indice ☞ deſignantur, erant in editione Cherubini.

PIUS QUINTUS

LXXIII. ☞ PRohibitio ſignandi, & expediendi commiſſiones cauſarum, & inhibitiones in cauſis ſpoliorum, & illicitæ negotiationis non citato prius Commiſſario Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ. Pag. 1

LXXIV. ☞ Quod Fratres Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia ſemper poſſint extra tempus Quadrageſimæ, & Adventus, in feria quinta, in qua non occurrit aliquod feſtum, aut ejus octava, recitare Officium Sanctiſſimi Corporis Chriſti. 2

LXXV. ☞ Unio Fratrum Amadeorum, & Clarenorum, Ordini Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia. 2

LXXVI. ☞ Juriſdictio, & facultates S. R. E. Cardinalis Protectoris, ac Judicis cauſarum Monaſterii S. Catherinæ de Roſa nuncupatæ, & Congregationis in Urbe inſtitutæ ad ibi recipiendas, pieque educandas Virgines miſerabiles, in periculo admittendæ pudicitiæ commorantes. 5

LXXVII. ☞ Reſervatio beneficiorum omnium vacantium, Sede Epiſcopali vacante. 7

LXXVIII. ☞ Facultas Collegii Fabricæ S. Petri Apoſtolorum Principis de Urbe, circa legata, quæ fiunt Eccleſiæ B. Mariæ Lauretanæ, ſi ejus Miniſtri in illis exigendis fuerint negligentes. 8

LXXIX. ☞ Fructus beneficiorum lite pendente deponendi apud idoneam perſonam a Judice eligendam, deponi debent non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis diſponentibus, quod Capitula, & Canonici eos recipiant. 9

LXXX. ☞ Quæ beneficiorum Eccleſiaſticorum reſignationes per Epiſcopos, & alios Collatores admitti poſſint. 10

LXXXI. ☞ Reformatio Fratrum Ordinis Cruciferorum præcipue circa proprietatem, adminiſtrationem, munuſque Officialium. 11

LXXXII. ☞ Revocatio omnium privilegiorum a Sede Apoſtolica Officialibus, & aliis quibuſcumque conceſſorum, creandi Doctores, Licentiatos, & Magiſtros. Et declaratio quoad beneficia, & dignitates. 15

LXXXIII. Translatio Curæ Monialium a Fratribus Ordinis Minorum Conventualium ad Ordinarios locorum. 16

LXXXIV. ☞ Reformatio Fratrum Minorum Conventualium Ordinis S. Franciſci. 17

LXXXV. ☞ Declaratio Concilii Tridentini ſeſſ. 24. cap. 3. ſuper impedimento publicæ honeſtatis, circa ſponſalia, vel matrimonia. 18

LXXXVI. ☞ Reformatio Fratrum, & Sororum Tertii Ordinis de Pœnitentia S. Franciſci, in communione, & ſub trium ſubſtantialium votorum profeſſione viventium. 19

LXXXVII. ☞ Breviarii Romani, ad pſallendum Horas Canonicas, ex Decreto Sacri Œcumenici Concilii Tridentini reſtituti approbatio, cum prohibitione uſus aliorum Breviariorum, præterquam a primæva inſtitutione Ordinis a Sede Apoſt., vel a conſuetudine ſupra annos ducentum approbatorum. 22

LXXXVIII. ☞ De reſidentia Rectorum Eccleſiarum Parochialium, quibuſcumque indultis, etiam Apoſtolicis non obſtantibus. 24

LXXXIX. ☞ Approbatio reformationis Fratrum Minorum Conventualium Ordinis S. Franciſci, in Capitulo ejuſdem Ord. per eos præfinitæ. 25

XC. ☞ Contra Notarios, & alios, reſponſiones reorum, depoſitioneſque teſtium, quomodolibet propalantes, vel eis, aut teſtibus, in ſecretis carceribus Urbis detentis, aut aliis pro eis nuncium deferentes. 27

XCI. ☞ Juriſdictio, & facultates Viſitatorum Carcerum Almæ Urbis, in cauſis tam civilibus quam criminalibus carceratorum. 28

XCII. ☞ Revocatio facultatum Camerarii, Clericorum, & aliorum Officialium R. C. Apoſtolicæ concedendi commiſſiones in forma, *Si in evidentem*, ſuper alienationibus bonorum Eccleſiaſticorum, aut locorum Piorum cujuſcumque valoris. 29

XCIII. ☞ Contra non relevantes, & non reſtituentes ſcripturas ad Rev. Cam. Apoſt. quomodolibet ſpectantes. 30

XCIV. ☞ Declaratio quod Fratres Prædicatores Ordinis Sancti Dominici ubique præcedant ceteris Fratribus cujuſcumque Ordinis Religioſorum Mendicantium. 31

XCV. ☞ Contra quoſcumque Clericos, tam ſæculares quam regulares, nefandi criminis reos. 33

XCVI. Sex Ordinis Prædicatorum Romanæ Provinciæ Fratres conſtituuntur Pœnitentiarii Baſilicæ S. Mariæ Majoris. 34

XCVII. Annuæ penſionis ſequitur conſtitutio Pœnitentiarii Baſilicæ Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe. 35

XCVIII. ☞ Moderatio, & revocatio privilegiorum, Officiis Romanæ Curiæ, ac Militis conceſſorum, circa penſiones obtinendas, & transferendas, ac expectativas concedendas unioneſque, & ſuppreſſiones beneficiorum faciendas, ac facultatem de bonis Eccleſiaſticis teſtandi. 38

XCIX. Confirmatio Statutorum Collegii Dertuſienſis Ordinis Prædicatorum in Hiſpania. 40

C. ☞ De dignitatibus, & præbendis Eccleſiarum Inſulæ Sardiniæ, aliis Eccleſiis unitarum, earumque ſuppreſſione, & Parochialium ad primævum ſtatum reductione, ac Vicariorum in Parochialibus, quæ ſunt annexæ dignitatib. &c.

CI. Innovatio Conſtitutionis Pauli IV. contra Negantes Trinitatem Jeſu Chriſti, vel ejus Conceptionem de Spiritu Sancto, ut ejus mortem, ut Nos redimeret, aut Virginitatem B. Mariæ Virginis. 46

CII. ☞ Decretum Conc. Trid. de Clericorum ſæcularium ad ſac. Ordines promotione extenditur ad Clericos regulares, ſive ſæculares more religioſorum in communi viventes. 46

Index Rubricarum.

CIII. De ſolemni trium votorum ſubſtantialium ☞ profeſſione regulari emittenda, & una ex Regulis approbatis eligenda ab omnibus, qui in diverſis Congregationibus, & domibus, ſub voluntaria obedientia, & extra ſolemne votum Religionis vivunt, & habitum a ſæcularibus presbyteris diſtinctum deferunt. 47

CIV. Confirmatio exemptionum Fratrum Militum ☞ Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitam, eorumque familiarum &c. a ſolutione decimarum, & aliorum quorumcumque onerum. Et præſervatio juriſdictionis Ordinariorum quoad perſonas curam animarum exercentes. 49

CV. Conſtitutio Congregationis Clericorum Regu- ☞ larium S. Majoli alias de Somaſcha, ſub Regula S. Auguſtini, privilegiorum elargitione. 50

CVI. Reformatio contractuum de annuis cenſibus ☞ creandis, alienandis, & redimendis. Et declaratio quarundam dubitationum deſuper exoriarum. 52

CVII. Comminatio pœnarum contra Scriptores, ac ſollicitatores, alioſque Officiales Sacræ Pœnitentiariæ, & contradictarum, qui in diſpenſationibus Matrimonialibus veritatem non exprimunt, vel falſitatem inducunt. 54

CVIII. Facultas Collegio Fabricæ S. Petri examinandi quoſcumque Contractus de præterito initos ſuper Bonis Eccleſiarum, applicata ſibi tertia parte hujuſmodi Bonorum. 55

CIX. Abolitio nonnullarum literarum in Hiſpaniis publicatarum ſuper conceſſione nonnullarum facultatum, & Indulgentiarum cum prohibitione ſimiles literas, vel Indulgentias impoſterum publicandi. 56

CX. Judæorum expulſio ab omnibus locis dominii ☞ S. R. E. ejuſque ſubditorum, præterquam ab Urbe Roma, & Civitate Anconæ. 57

CXI. Quod in ſingulis Provinciis Fratrum Mino- ☞ rum Ord. S. Franciſci de Obſervantia duæ ſaltem domus aſſignentur Fratribus ſtrictioris Obſervantiæ, a quibus abſque Prælatorum licentia nullatenus ad alia loca ſe transferre poſſint. 59

CXII. Statuimus Indulgentias per Chriſtifideles, tam in Liberiana Sanctæ Mariæ Majoris Baſilica, quam in Eccleſia Sanctæ Mariæ in Dominica lucrari decernit. 60

CXIII. Contra offendentes ſtatum, res, & perſo- ☞ nas Sanctiſſimi Officii Inquiſitionis hæreticæ pravitatis, eorumque filios, necnon complices, & fautores. 60

CXIV. Reformatio Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, & ☞ ejus Officialium. 62

CXV. Limitatio nonnullarum facultatum Majoris Pœnitentiarii ejuſdemque Miniſtrorum. 64

CXVI. Scriptores, & Procuratores Pœnitentiariæ ☞ Apoſtolicæ ad Cancellariam Apoſtolicam transferuntur, & Scriptores, & Procuratores literarum minoris gratiæ inſtituuntur. 65

CXVII. Declaratio caſuum, ac præſumptionum. ☞ in cauſis confidentiæ beneficialis, contra quoſcumque, etiam S. R. E. Cardinales, cum appoſitione pœnarum. 67

CXVIII. Quod facultas erigendi Capellas Roſarii ſit ☞ ſolummodo Magiſtri Generalis Ordinis S. Dominici, & ab eo Deputatorum. Et Confratres Sodalitatum Roſarii ab eis inſtitutarum oblationes, & legata in pios ejus uſus convertenda recipere valeant, Indulgentiaſque hic enunciatas conſequantur. 70

CXIX. De Baccalaureis, & Magiſtris in Aragoniæ Provincia Ordinis Prædicatorum creandis. 72

CXX. Confirmatio, & declaratio privilegiorum, ☞ & gratiarum Collegii Scriptorum Archivii Curiæ Romanæ. 73

CXXI. Coſmus Medices Reipublicæ Florentiæ Dux, ☞ ejuſque ſucceſſores Magni Duces Etruriæ creantur. 74

CXXII. Confratres SS. Roſarii privilegiis, & indulgentiis ornantur. 77

CXXIII. Indulgentia Confratribus Societatis Nominis Dei conceſſa. 78

CXXIV. Revocatio indultorum præter juris com- ☞ munis diſpoſitionem conceſſorum, recipiendi vel retinendi Religioſos alterius Ordinis, etiam laxioris. 79

CXXV. Reformatio officii Correctoris Cancellariæ ☞ Apoſtolicæ, & literarum minoris Juſtitiæ contradictarum nuncupat. 80

CXXVI. Indulta, gratiæ, & Indulgentiæ Confra- ☞ ternitatis nationis Florentinæ, ſub invocatione S. Joannis Baptiſtæ Decollati, de miſericordia nuncupatæ, nuper in Urbe inſtitutæ ad caritative confortandum via Juſtitiæ morituros, eiſque Eccleſiaſtica Sacramenta ſubminiſtrandum, & eorumdem corpora ſepeliendum. 82

CXXVII. Confirmatio, & innovatio quarumcum- ☞ que gratiarum, & ſignanter præcedentiæ hactenus Congregationi Canonicorum ſæcularium S. Georgii in Alga Venetiarum conceſſarum. Et conceſſio omnium privilegiorum, aliis Ordinibus etiam Mendicantium conceſſorum, & concedendorum. 84

CXXVIII. Conſtitutio Bonifacii VIII. contra offen- ☞ dentes S. R. E. Cardinales extenditur etiam contra ſcientes, & non revelantes. 86

CXXIX. Confirmatio Conſtitutionis Greg. XI. ac ☞ ſententiæ latæ in Rota Romana ad favorem Sacroſanctæ Eccleſiæ Lateranen. de Urbe, circa ejus præeminentiam, & ſuperioritatem, & prærogativam, ſupra omnes Urbis, & Orbis Eccleſias, ac Baſilicam S. Petri de Urbe. 87

CXXX. Duæ ſententiæ definitivæ conformes latæ ☞ pro Fabrica S. Petri de Urbe, faciunt rem judicatam in ea parte, in qua ſunt conformes. Et commiſſiones appellationum, quæ ſimpliciter concederentur a Signatura, ſemper intelliguntur cum clauſula, ſine præjudicio executionis duarum conformium. 88

CXXXI. Facultas Collegii Deputatorum Fabricæ ☞ Baſilicæ S. Petri de Urbe, exequendi omnia pia legata, infra annum a die mortis teſtatorum realiter non adimpleta, cum retentione quintæ partis pro ſubventione dictæ Fabricæ. 89

CXXXII. Facultas Collegii, & Deputatorum Fa- ☞ bricæ Baſilicæ S. Petri de Urbe, exequendi quæcumque legata pia, infra triennium a die obitus teſtatorum non impleta, cum retentione medietatis eorum pro d. Fabrica. 90

CXXXIII. Prohibitio ad quæſtum publicandi indul- ☞ gentias, & confeſſionalia. 91

CXXXIV. Eleemoſynæ pro Carceratis in Urbe col- ☞ ligendæ, exponantur pro ſolvendis debitis pauperum Carceratorum. Et pro debito mere civili infra ſeptem aureos, nemo carceretur. 92

CXXXV. Ordinem Fratrum Prædicatorum privilegiis ornat, eique conceſſa firmat. 92

CXXXVI. Moniales non exeant clauſura ſub pœna excommunicationis, & privationis. Quæ etiam exten-

extenditur ad dantes licentiam, comitantes, & receptantes. 96

CXXXVII. Prohibet Canonicis Lateranenſibus, ne ullus tractare poſſit de Officiis Generalatus, Viſitatorum, & Prælaturarum, niſi in Capitulo Generali, ſub pœna excommunicationis, & privationis dignitatum &c. 97

CXXXIII. Damnatio, & excommunicatio Eliſabeth Reginæ Angliæ, eiſque adhærentium, cum aliarum pœnarum adiectione. 98

CXXXIX. Reformatio totius Ordinis Ciſtercienſis, tam quoad ſtatum Monacorum, & divinum cultum, quam reſtaurationem Monaſteriorum, præſtationemque fructuum menſæ Conventualis in locis commendatis. 99

CXL. Extinctio Congregationis Beatæ Mariæ Servorum nuncupatæ, eiſque unio Ordini Servitarum ſub obedientia Prioris Generalis Ordinis ejuſdem. 102

CXLI. Mandatur Archiepiſcopo Mediolanen., ejuſque ſuffraganeis ut promulgari, & obſervari faciant Decreta in Synodo Provinciali ejuſdem Provinciæ edita juxta emendationem, & explicationem Summi Pontificis. 103

CXLII. Reformatio Ordinis Fratrum Servorum B. Mariæ Virginis. 105

CXLIII. Declaratio, & Ampliatio Concilii Tridentini Cap. 14. ſeſſ. 24. de prohibitione aliquid exigendi, vel petendi in collatione, aliave proviſione beneficiorum Eccleſiaſticorum, vel ad illorum poſſeſſionem admiſſione. 108

CXLIV. Innovatio Officii Summatoris literarum Apoſtolicarum, uni ex S. R. E. Cardinalibus de cetero conferendi, cum indultorum, gratiarum, & juriſdictionis in ſuos Officiales conceſſione. 110

CXLV: De decimis, aliiſque ſubſidiis non ſolvendis a Fratribus Ordinis Prædicatorum. 113

CXLVI. Declarat Privilegia, & Exemptiones Ordinum Mendicantium aliis Ordinibus communicata, his non ſuffragare in iis, quæ temporalitatem reſpiciunt. 115

CXLVII. Miſſalis Romani, ad rite Miſſas celebrandas ex Concilii Tridentini decreto reformati approbatio, & aliorum abolitio. 116

CXLVIII. Magiſter Sacri Palatii creatur Canonicus Theologalis Baſilicæ S. Petri de Urbe, ut Sancti Thomæ Doctrinam, quam ab Eccleſia Catholica receptam, & aliis magis tutam, & ſecutam dicit, doceat. 117

CXLIX. Contra Diſputantes, ſeu alias quæſtiones facientes, aut male ſentientes de Conſtitutione Sixti IV. ſuper Conceptione Beatæ Mariæ Virginis edita. 120

CL. Quod Gubernatori Almæ Urbis, quicquam de mandato Papæ dicere, vel facere aſſerenti plene credatur. 121

CLI. Prohibitio, a Pio IV. edita contra frumenta de Statu Eccleſiaſtico extrahentes, extenditur ad extrahentes quodcumque genus Graſciæ. 122

CLII. Moniales Ordinis S. Dominici in articulo mortis conſtitutæ profeſſionem emittere poſſunt ante annum probationis expletum, dummodo ſint legitimæ ætatis. 123

CLIII. Facultas Collegio Fabricæ S. Petri cognoſcendi cauſas pendentes ſuper alienationibus bonorum Eccleſiaſticorum factis abſque licentia Sedis Apoſtolicæ. 124

CLIV. Confirmatio privilegiorum, & gratiarum Societatis Cruce Signatorum, pro Sanctæ Inquiſitionis contra hæreticos præſidio, antiquitus inſtitutæ. 130

CLV. Tonſores monetæ, tam aureæ, quam argenteæ in Urbe aliiſque locis S. R. E. mediate, & immediate ſubjectis, ultimo ſupplicio plectuntur. 130

CLVI. Contra fraudolentos, & doloſos decoctores, capitali pœna plectendos. 131

CLVII. Reformatio Tribunalis Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditoris, una cum taxa expeditionum. 133

CLVIII. Prohibitio diſputandi in publicis Prædicationibus de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, aut de ea vulgari ſermone ſcribendi, vel dictandi. 138

CLIX. Facultas Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. Ordinis S. Auguſtini, feſtum illius celebrandi, etiam in die Dominico, ſi in ea illud, vel illius octava occurrerit, & celebrandi, etiam feſta nonnullorum Sanctorum ſui Ordinis juxta antiquum ritum. 139

CLX. Privilegium præcedentiæ Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis, Ordinis S. Auguſtini, ante alios quoſcumque Regulares, poſt Clerum ſæcularem. 141

CLXI. Revocatio facultatum teſtandi, & quovis alio modo diſponendi de acquiſitis ex bonis Eccleſiaſticis, ac de aliis rebus, etiam proprio labore partis, aut patrimonialibus, ad commodum illegitimorum, etiam legitimatorum, non tamen Hoſpitalibus expoſitorum, & Orphanorum. Et abrogatio habilitationum eorumdem illegitimorum ſuccedendi in dictis bonis, aut rebus feudalibus, & emphyteuticis a piis locis profectis. 142

CLXII. Cambiorum illicitorum declaratio, & prohibitio. 145

CLXIII. Extinctio Ordinis Fratrum Humiliatorum, cum reſervatione Sedi Apoſtolicæ beneficiorum, & bonorum propterea vacantium. 146

CLXIV. Præpoſiturarum nuper extinctis Ord. Fratrum Humiliatorum diſtributio, & applicatio, ipſorumque Fratrum diviſio cum locorum & alimentorum aſſignatione. Et cum earumdem dignitatum & beneficiorum ſæcularium d. Ordinis, reſervatione diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ. 148

CLXV. Epiſcopi Regni Siciliæ quotannis inventarium actorum criminalium conficere, & cuſtodire tenentur. 151

CLXVI. Clericorum Cameræ Apoſtolicæ Collegium ad duodenarium numerum adaugetur, cum emolumentorum ipſis de cetero exhibendorum præfinitione. 151

CLXVII. Officii B. Mariæ nuper reformati approbatio, cum indulgentiarum elargitione pro illud recitantibus, & aliorum ſimilium Officiorum abolitione. 153

CLXVIII. Juriſdictio S. R. E. Cardinalis Protectoris & Judicis cauſarum Archiconfraternitatis Trinitatis nuncupatæ ad pauperes Peregrinos, atque Convaleſcentes recipiendos, pieque alendos in Urbe inſtitutæ. 156

CLXIX. Facultas Magiſtri Generalis, & Prælatorum Ordinum Fratrum Prædicatorum S. Dominici, creandi, & deputandi Fratres ipſius Ordinis in Notarios pro executione mandatorum Apoſtolicorum. 158

CLXX. Quod Fratres Eremitæ S. Hieronymi Congrega-

gregationis B. Petri de Piſis, regulam S. Auguſtini dudum profeſſi, ultra gratias d. Congregationis, perfruantur privilegiis omnibus ab iſto Pontifice Mendicantium Ordinibus elargitis. 160

CLXXI. Reductio ad terminos juris communis, Conſtitutionum a Sixto IV., Leone X., & Pio IV., ac aliis Pontificibus editarum, ſuper Jure congrui, & ſuper novis (exceptis tamen Sacris aut publicis) ædificiis conſtruendis, aut ampliandis in Urbe. 162

CLXXII. Confirmatio privilegiorum Collegii Secretariorum Apoſtolicorum. 164

CLXXIII. Declaratio quod Canonici Sæculares Congregationis S. Georgi in Alga Venetiarum, præcedant etiam Canonicis Regularibus Congregationis Lateranenſis, Ordinis Sancti Auguſtini. 165

CLXXIV. De electione, & officio Miniſtri generalis, & aliorum Superiorum Ord. Minorum S. Franciſci de obſervantia. Et de modo recipiendi Novitios. 166

CLXXV. Facultas Prælatorum Congregationis Caſſinenſis, alias S. Juſtinæ, Monacorum Ordinis S. Benedicti, Monacos a quibuſcumque reatibus, cenſuris, & pœnis abſolvendi, & cum eiſdem diſpenſandi. 168

CLXXVI. Quod Confraternitates Sanctiſſimi Nominis Dei in Eccleſiis Ordinis Fratrum S. Dominici, ſi exiant, ſin autem de licentia Prioris ejuſdem Ordinis, in aliis Eccleſiis inſtituantur. 169

CLXXVII. Declaratio, quod Religio Clericorum Regularium Societatis Jeſu eſt vere de Ordinibus Mendicantibus, eorumque gratiis, & privilegiis tam conceſſis, quam concedendis perfruitur. 170

CLXXVIII. Facultas Prælatorum Ordinis Fratrum Prædicatorum Sancti Dominici abſolvendi ſuos Fratres, & Moniales, & cum eis diſpenſandi, ſicut Epiſcopi cum Clericis, interdicto eis uſu Cruciatæ, vel alterius Privilegii ad eligen. Confeſſores, & obtinendas ejuſmodi abſolutiones, & diſpenſationes. 172

CLXXIX. Declaratio quorumdam literarum, ſuper reſervatione Beneficiorum, per crimen hæreſis vacantium: quæ a ſolo Romano Pontifice conferri poſſe ſtatuit, non obſtante quocumque Privilegio, ſeu iure. 173

CLXXX. Facultas Epiſcopi Indiarum utendi in confectione Sacri Chriſmatis certo liquore ſeu ſucco in locum balſami. 174

CLXXXI. Alia eiſdem Præſulibus conceſſa facultas abſolvendi ab irregularitate. 175

CLXXXII. Bona Monaſteriorum Ordinis Prædicatorum Monialibus deſtitutorum ſpectant ad Fratres ejuſdem Ordinis, quorum curæ commiſſæ erant. 175

CXXXIII. Regulares cuiuſcumque Ordinis, etiam Mendicantes, Lectores, aut in Theologia graduati non poſſint ſæcularium confeſſiones audire, niſi fuerint ab Ordinariis prævio examine approbati. 177

CLXXXIV. Revocatio regreſſuum, acceſſum, & coadiutoriarum quibuſcumque ab Beneficia Eccleſiaſtica conceſſarum. 177

CLXXXV. Quomodo Rei in contumaciam condemnati, & infra annum capti, admittendi, vel non admittendi ſint ad defenſiones. 178

CLXXXVI. Contra habentes beneficium Eccleſiaſticum, non recitantes horas Canonicas. 179

CLXXXVII. Juriſdictio Epiſcoporum viſitandi parochiales Eccleſias Fratrum Militum S. Joannis Hieroſolymitani, quoad animarum curam, & adminiſtrationem Sacramentorum. 180

CLXXXVIII. Juſſio inſtituendi ab Ordinariis locorum Confraternitates Doctrinæ Chriſtianæ, ad pueros, aliosque divinæ legis expertes, bonis moribus, ſanaque doctrina inſtruendum. Et indulgentiarum tam pro Confratribus, quam per eos inſtruendis elargitio. 181

CLXXXIX. Appellationum cauſæ, in quibus rei ad favorem Fiſci R.C.A. in pœnam pecuniariam condemnantur, infra ſex menſes expediri debent per appellantem, alioquin Judex a quo ſententiam exequi tenetur. 182

CXC. Inſtitutio undecim Vicariarum perpetuarum in totidem Baſilicis, & Eccleſiis Almæ Urbis, cum aſſignatione portionum, & obventionum pro ſingulis earum. 183

CXCI. Contra ambientes dignitates, & officia juriſdictionis adminiſtrationem habentia, eaque pretio, ſeu promiſſione procurantes, vel aſſequentes, aut aſſecuta manutenentes in Statu Eccleſiaſtico. 184

CXCII. De electione Prioris Generalis, & aliorum Prælatorum Congregationis Canonicorum Regularium SS. Salvatoris, Ordinis S. Auguſtini bonorumque temporalium adminiſtratione. 186

CXCIII. Turcæ, qui in bello contra eos peracto, captivi ſunt effecti, durante bello non dimittantur, neque diſtrahantur. 189

CXCIV. Approbatio Congregationis Fratrum Joannis Dei nuncupatæ ad regimen Hoſpitalium pro curandis pauperibus infirmis nuper inſtitutæ, ſub Ordinariorum correctione, & Regula Sancti Auguſtini. 190

CXCV. Juriſdictio, & facultates S. R. E. Cardinalis Protectoris, & Judicis cauſarum Confraternitatis Annunciationis B. Mariæ Virginis, in Eccleſia ſupra Minervam de Urbe dudum inſtitutæ, ad miſerabilibus puellis dotes elargiendas, pupilloſque, & egenos ſublevandos. 192

CXCVI. Prohibitio deferendi pugiones, cultellos, & aliud genus armorum brevioris menſuræ trium palmorum, in Statu Eccleſiaſtico. 194

CXCVII. Indulgentiæ, & gratiæ pro adjuvantibus Bellum contra Turcas. 195

CXCVIII. Contra ſcribentes, dictantes, retinentes, tranſmittentes, & non lacerantes libellos famoſos, & literas nuncupatas *de Avviſi*, continentes alicujus famæ læſionem, futurorumque ſucceſſuum, & eorum, quæ pro regimine Status Eccleſiaſtici ſecreto tractantur revelationem. 196

CXCIX. Exemptio Monaſteriorum, omniumque locorum piorum ab onere hoſpitandi Milites. 197

CC. Quod Chriſtiani apud Turcas ſclavi reperti in bello contra eos parato, liberi cum ſuis bonis dimittantur ob Officialibus claſſis Chriſtianæ. 199

APPENDIX

I. Confirmatio concordiæ ſuper iure ſepeliendi, & deferendi Crucem, inter FF. Ordinis S. Dominici, & S. Franciſci, Carmelitarum, & SS. Trinitatis, non obſtante Decreto Synodi Provincialis Valentin. 199

II. Confirmatio literarum ſuper reductione Monaſteriorum

ſteriorum Conventualium nonnullorum Ordinum in Regnis Hiſpaniarum ad ſuorum Ordinum obſervantiam, additis etiam ad id conſequendum aliis ordinationibus, & reformationibus. 201

III. Homicidæ, Blaſphemi, ſacrarum Imaginum percurſores, aliaque nonnulla patrantes delicta in Principatu Cathaloniæ, Regno Aragonum, Comitatibus Roſilionis, & Ceritaniæ, & confugientes ad Eccleſias poſſunt per Judices ſæculares, cum interventu Judicum Eccleſiaſticorum ab eiſdem Eccleſiis extrahi. 205

IV. Literæ Pauli IV., & Pii IV. per quas ſtatuitur Clericos Principatus Cathaloniæ, & Comitatus Roſilionis in habitu, & tonſura incedere debere, alias privilegio Clericali non gaudeant, valent, & intelligi debent juxta terminos Cap. VI. ſeſs. 23. Concilii Tridentini. 206

V. Fratres Conventuales, necnon tertii Ordinis S. Franciſci ſub Regula ejuſdem Ord. Fratribus de Obſervantia ſubmittit io Regno Portugalliæ, estincta omnino Conventualitate. 208

VI. Correctiones juxta ſententiam S. Congregationis Concilii faciendæ, in Concilio Valentin. 210

VII. Innovatio literarum Julii III. ſuper donationibus non faciendis a perſonis Eccleſiaſticis Hiſpaniarum, in fraudem Cameræ Apoſtolicæ, & commiſſio Collectori earum partium ſuper illarum executione. 211

VIII. Innovatio literarum Julii III. quibus conceſſit tunc Collectori jurium Cameræ Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum facultatem percipiendi fructus Eccleſiarum Cathedralium a die vacationis, uſque ad diem proviſionis colligendos. 212

IX. Confirmatio concordiæ initæ inter Epiſcopos Provinciæ Toletanæ, & declarationum factarum a Nuncio Hiſpaniarum ſuper Decretis Synodi ejuſdem Provinciæ Toletanæ. 213

X. Declaratio ſuper fructibus, & cenſibus, ac aliis rebus non exactis per Eccleſiaſticos Regni Neapolitani tempore eorum obitus, ut habeatur inter ſpolia, & ſimiliter relicta per quoſcumque Clericos Beneficia Eccleſiaſtica ultra valorem triginta ducatorum obtinentes. 215

XI. Ut Nuncius Regi Neapolitani inhibeat ordinariis dicti Regni, ne ſe ingerant in Beneficiis quovis modo reſervatis Sedi Apoſtolicæ pro tempore vacantibus. 215

XII. Mandantur Nuncio Venetiarum, ut in omnibus Eccleſiis Cathedralibus ejuſdm Domioii, in quibus adhuc nullum ſtipendium lectioni Theologali deputatum eſt, Præbendam primo vacaturam ad hunc uſum applicet. 216

XIII. Mandatum Nuncio Hiſpaniarum, ut Præmonſtratenſes ſecundum obſervantiam eorum Regulæ reformandos eſſe declaret, non autem ſecundum Regulam Fratrum Sancti Hieronymi, quos a directione, & juriſdictione io illos penitus extraneos eſſe decernit. 217

XIV. Monaſteria Monialium Fratribus Conventualibus ſubjectarum, perpetuo eximuntur ab eorum Fratrum ſuperioritate, & ſubiiciuntur Ordinariis locorum. 218

XV. Exemptio omnium Monialium a Regimine, & cura Fratrum Humiliatorum, in perpetuum, & ſubijciuntur Ordinariis locorum. 219

XVI. Confirmatio Concordiæ inter Archiepiſcopum Compoſtellan., & *ſuos ſuffraganeos*, eorumque Capitula. 219

XVII. Confirmatio concordiæ inter Præſidentem, Epiſcopos, & Capitula Provinciæ Toletan. 221

XVIII. Forma eſpediendi literas Apoſtolicas monitoriales, de Excommunicandis bis, qui bona deperdita, vel ſubtracta reſtituere, aut revelare recuſant. 223

XIX. Oppidi Ripæ Tranſonis in Provincia Picena, in Civitatem ſublimatio, ejuſque Parochialis Eccleſiæ Sancti Benigni, in Cathedralem, & Epiſcopalem erectio. 223

XX. Contra eos, qui ad evitandas ſuorum ſcelerum pœnas ſe Divino ſervitio dedicant. ccxxvii.

XXI. Suppreſſa Congregatione Ordinis Sanctæ Crucis, Fontis Avellanæ, ipſius Monaſteria, & loca Camaldulenſi, Congregationi attribuit. ccxxvii.

GREGORIUS PAPA XIII.

I. Statuit, quod in cauſis forum Eccleſiaſticum concernen. in Indiis Occidentalibus, & Inſulis Maris Oceani Regi Hiſpaniarum ſubiectis ſi a ſententiis pro tempore latis appellari contigerit, ab Epiſcopo ad Metropolitanum, a Metropolitano ad Ordinarium viciniorem appelletur, abſque reſcripto Sedis Apoſtolicæ. 227

II. Pro Congregatione S. Benedicti in regno Portugalliæ deputatio executorum literarum Pii V. ſuper erectione dictæ Congregationis. 228

III. Facultas Religioſorum Societatis Jeſu, eligendi Conſervatores in ejus cauſis, ac juriſdictio ipſorum Conſervatorum ex indulto Pii V. 231

IV. Prohibitio dipingendi, ſive miniandi, aut venales proponendi, Agnusdei a Romano Pontifice benedictos. 233

V. Confirmatio Conſtitutionis Pii V. de non alienandis, & infeudandis Terris, & locis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. 233

VI. Contra Famigeratores nuncupatos Menantes, eorumque ſcripta recipientes, & famoſos libellos ſcribentes, & mittentes. 234

VII. Facultas Ordinis, tam Fratrum, quam Monialium Eremitarum S. Auguſtini, permutandi, & alienandi bona cujuſcumque Monaſterii in evidentem ejus utilitatem, cum licentia, vel approbatione Prioris generalis dicti Ordinis. 237

VIII. Inſtitutio Militiæ S. Mauritii Martyris, ſub regula Ciſtercienſi, ac ſub regimine Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis, ſuorumque Succeſſorum, qui dictæ Militiæ Magni Magiſtri perpetuo ſint. 236

IX. Dat facultatem Judicibus Sæcularibus Principatus Cathaloniæ, & Comitatus Roſſilionis, & Ceritaniæ facinoroſos, & latrones etiam Clericos, & aliquod tenue Beneficiorum obtinen. ad loca Sacra confugientes ab illis extrahere, & Judici Eccleſiaſtico tradere. Clericos autem veſtibus ſæcularibus indutis in fraganti crimine deprehenſos tamquam latrones, & viarum craſſatores in eo habitu, in quo reperti ſunt uſque ad ultimi ſupplicii pœnam incluſive punire abſque incurſu cenſurarum. 238

X. Unio Militiæ S. Mauritii Martyris, & Militiæ S. Lazari Hieroſolymitani, ſub denominatione SS. Mauritii, & Lazari, & regimine Sabaudiæ Du-

Doeis Magni Magiſtri perpetui. 239

XI. Occurrente vacatione Eccleſiæ Goan., Metropolis Eccleſiarum Indiæ Orientalis ob nimiam ab Urbe diſtantiam, Epiſcopus Coochinen. ad illam accedere, & ejus adminiſtrationem ſuſcipere tenetur ibique Pontificalia, exercere, relicto in ſua Eccleſia Cnnchioen. idooeo Vicario, dohec Eccleſiæ Goan. per Sedem Apoſtolicam fuerit proviſum, & Paſtor eo accedere potuerit. 241

XII. Confirmatio Privilegiorum Eremitarum Camalduleo. & conceſſio, quo ipſi pro eorum neceſſitatibus frumentum, & oleum ab uno, ad alinm eorum locum transferre poſſit. 242

XIII. ☞ Declaratio circa eleemoſynas Monialibus ſervantibus clauſuram præſtandas. 244

XIV. Confirmatio Privilegiorom, & gratiarum Levantiois Civitatis Anconæ a Summis Pontificibus conceſſorum; & quod decedeote aliquo ex ipſis, cujus hæres non ſit præſens, eorum Conſul faciant Inventarium per maous Notarii eum exiſtentia viri probi ab Epiſcopo Anconitan. deputandi, & quod nollus Hebræus Italus, qui acceperit merces, vel ſit eorum debitor aliqood beneficium quiquennale, vel alterius dilationis contra eoſdem deſuper obtinere poſſit. 247

XV. ☞ Reductio ad terminos juris communis, & Concilii Tridentini, trium Conſtitutionum a Pio V. pro Ordinibus Meodicantium; aliiſque editarum. 251

XVI. ☞ Quod omnibus liceat, in quacumque die octavæ Sanctiſſimi Corporis Chriſti, Proceſſionem ſolemniter facere in honorem ſuæ Feſtivitatis. 252

XVII. ☞ Inſtitutio Feſtivitatis, ſub invocatione Roſarii B. Mariæ Virginis, prima Dominica die menſis Octobris, in Eccleſiis, vel Cappellis Roſarii duplici majori Officio celebrandæ, pro gratiarum actione de Victoria die 7. dicti menſis Octobris parta cootra Turcas. 254

XVIII. Conſtitutio ſoper abolendo uſu Duellorum, ac baudoſitatom in Regnis Aragoniæ, & Valentiæ, ac Principatus Cathaloniæ, & Comitatibus Roſilionis cum graviſſimis pœnis. 255

XIX. Conceſſio facultatis Judicibus ſæcularis Regnorum Aragoniæ, & Valentiæ facinoroſos, & latrones, etiam Clericos in minoribus Ordinibus conſtitntos, etiam aliquod teoue beneficium obtincotes puniendi &c. abſque incurſn cenſurarom &c. 257

XX. Confraternitatem Sanctiſſimi Sacramenti in Eccleſia B. Mariæ ſupra Minervam Ordinis Prædicatorum, necnon alias io aliis inſtitutas Indulgentiis exornat. 258

XXI. ☞ Nova inſtitutio Collegii Germanici in Urbe pro Scholaribus nationis Germanicæ, pie ibidem educandis, & ioſtruendis, cum aſſigna- ... ne annui redditus, privilegioque exemptio- ... a decimis, & pedagiis. 259

XXII. ☞ Declarationes Conſtitutionis a Pio V. editæ, circa electionem, & muous Miniſtri generalis, aliorumque Prælatorum Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, ac formam, & qualitatem Novitiorum recipiendorum, &c. 263

XXIII. Statuit, quod de cetero nominationes ad Beneficia, vel Officia Eccleſiaſtica per Collatores univerſitatis ſtudii generalis Lovanien. vigore literarum Sixti IV. facien., quæ intimandæ erant ordinariis intimentur per affixionem ad valvas locorum, ubi ipſi Collatores reſident, & reſtituit ejus privilegia in priſtinum adverſus quaſcumque revocationes. 265

XXIV. Gregorius Papa XIII. reſtituit Generali, & viſitatoribus omnium Prælatorum electionem. Quartum addit viſitatorem: Capitulum generale, & omnia officia triennalia declarat: Poſt trienoium ad alias Prælaturas aſſumi, non autem in eiſdem confirmari poſſe decernit: Procurator Generalis, ut eligatur juxta ritum aliorum Prælatorum, ac in Officio confirmari valeat, benigne coocedit. 266

XXV. ☞ Forma obſervanda in electione Abbatiſſarum Monaſteriorum Mnnialium Coogregationis Caſſinenſis Ord. S. Benedicti. 267

XXVI. ☞ Innovatio Conſtitutionum Eugenii IV. circa poteſtatem Definitorum, & Viſitatorum Congregationis Caſſinen. alias Sanctæ Juſtinæ Monacotum Ordinis S. Benedicti; & probibitio Ambitus, necnoo appellationis a Prælatis ejuſdem Congregat. 268

XXVII. ☞ Ordinationes circa electionem Præpoſiti generalis, & aliorum Prælatorum Congregationum Monacorum Eremitarom Sancti Hieronymi de Obſervantia, eorumque ſtudia, & acceſſus ad Urbem. 270

XXVIII. ☞ Confirmatio, & extenſio gratiarum, privilegiorum, & indultorum Ordinis Ciſtercienſis Monacorum S. Benedicti, novæque ordinationes pro feliciori ejus regimine. 273

XXIX. ☞ Declaratio ſuper executione Brevium, ſeu literarum Apoſtolicarum de capienda poſſeſſiooe beneficiorum eccleſiaſticorum, cum interpretatione Cooc. Trid. ſeſſ.24. cap.20. 278

XXX. ☞ Juriſdictio, & facoltates S. R. E. Card. Protectorum Collegii Germanici in Urbe. 280

XXXI. ☞ Joriſdictio Inquiſitnrum hæreticæ pravitatis in eos, qoi ad ordinem Presbyteratus minime promoti Miſſas celebrant, & Pœnitentiæ Sacramentum mioiſtrant. 281

XXXII. Confirmatio, & innovatio Conſtitutionum Rom. Pont. ne Alumnia Infidelium ad Chriſtiannrum partes importentur. 282

XXXIII. ☞ De Ædificiis, & Jure congrui, ac juriſdictione, & facultatibos S. R. E. Camerarii, & Magiſtrorum Viarum Urbis. 282

XXXIV. Conceditur facultas Deputatis Principatus Cathaloniæ nunc, & pro tempore exiſtentibus percipiendi Diſtributiones quotidianas in abſentia. 287

XXXV. Ut Deputati nunc, & pro tempore exiſten. Principatus Cathaloniæ ſe immiſcere poſſint in Criminalibus. 289

XXXVI. Statuitur, ut qoicumque in Eccleſiis Regnorum Hiſpaniarum inſervientes, etiamſi juxta oovum Miſſale, & Breviarum, Miſſas, & alia divina Officia celebraveriot, fructus, & diſtributiooes quotidianas, pro celebratione alicujos ſpecialis feſtivitatis relictas lucrare valeant, cum diverſis aliis ordinationibus. 290

XXXVII. ☞ Privilegium Doctorum Romanorum, publice legendi in quacumque facultate, in generali Studio Almæ Urbis. 291

XXXVIII. Erectio Eccleſiæ Burgen. io Metropolitanam. 292

XXXIX. ☞ Confirmatio, & extenſio Conſtitutionis Bonifacii VIII. editæ contra dantes aliqnid, vel

promit-

promittentes, vel recipientes, pro obtinenda gratia, vel juſtitia apud Sedem Apoſtolicam. 293

XL. ☞ Quod Subcollectores, & Commiſſarii Nuntii Apoſtolici in Regno Neapolitano, ejus dumtaxat juriſdictioni ſubiaceant, in cauſis criminalibus contra eos promovendis. 283

XLI. ☞ Reformatio Curiæ de Sabellis, Mareſcalli Almæ Urbis. 294

XLII. ☞ Probibitio appellandi per Religioſos Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, a Prælatis ejuſdem Ordinis ad Tribunalia ſæcularia, vel mutandi ordinationes Miniſtri Generalis. Permiſſioque habendi recurſum ad ipſum Miniſtrum, vel Protectorem, aut Rom. Pont. 295

XLIII. Declarat Conceſſiones, gratias, privilegia &c. conceſſa, & concedenda, tam in genere, quam in ſpecie Militiis de Spatha, de Calatrava, & Alcantara in Caſtellæ, & Legionis Regnis, ad Militias de Spatha, & de Avis Portugalliæ extendi, inhærendo veſtigiis Nicolai Quinti, & Julii II., ac Pauli III. Prædeceſſor, cum deputatione Judicum &c. 296

XLIV. ☞ Revocatio licentiarum, & indultorum quibuſcumque mulieribus conceſſorum ingredien di Monaſteria cujuſcumque Ordinis Regularium. Prohibitioque utendi ejuſmodi licentiis pro caſibus neceſſariis concedendis, præterquam ipſis neceſſitatibus urgentibus. Et declaratio, quod Prælati Monialium, in caſibus neceſſariis, & paucis comitati Religioſis ingredi poſſint. 298

XLV. Eccleſiam S. Nicolai de Præfectis de Urbe de novo in Parochialem præficit. 300

XLVI. ☞ Ordinationes a Collegio Phyſicorum, necnon a Collegio Aromatariorum Urbis, obſervandæ, eorumque, in prima, & Auditoris Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ in ſecunda inſtantia juriſdictiones. 302

XLVII. Diſmembratio Provinciæ Fluvii Januarii ab Eccleſia S. Salvatoris Braſilii, & erectio in Vicariam perpetuam. 305

XLVIII. Tollit Cenſuras, & pœnas in literis Pii V. contentas contra agitantes tauros in Hiſpaniarum Regnis, quoad laicos, & milites, dummodo in Sacris non ſint, & agitationes taurorum diebus feſtis non fiant. 308

XLIX. ☞ Reintegratio licentiarum, & facultatum, Fratrum, & militum Hoſpitalium, & Militiarum, tam S. Jacobi de Spatha, quam de Calatrava, & etiam de Alcantara teſtandi, & diſponendi de eorum bonis. 309

L. ☞ Quod Prælati Ordinis Fratrum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum benedicere poſſint vaſa, veſtimenta, & ornamenta Eccleſiaſtica. 310

LI. ☞ Profeſſio Orthodoxæ fidei a Græcis emittenda. 311

LII. ☞ Quod liceat Fratribus, & Monialibus Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, bona etiam ſtabilia pro neceſſitate, vel utilitate Monaſteriorum alienare. 312

LIII. Facultas Ordinario Hiſpalen. in perpetuum, ut tanquam loci Ordinarius in caſibus ad juriſdictionem ordinariam pertinentibus; in aliis vero Officium Inquiſitionis concernentibus, adhibitis Inquiſitoribus Hiſpalen. abſolvere poſſit ab omnibus peccatis, etiam hæreſis &c. ac in priſtinum reſtituere, necnon Sacerdotibus captivis licentiam baptizandi pueros a Matribus oblatos dare poſſit &c. 314

LIV. ☞ Juriſdictio, & facultates Præfecti Annonæ Urbis, & totius Status Eccleſiaſtici. 315

LV. ☞ Quod religioſi, & perſonæ Societatis Jeſu ad publicas proceſſiones accedere non cogantur. 317

LVI. ☞ Quod Confeſſores in vim privilegiorum Cruciatæ ſanctæ eligendi, neminem ab incurſu & lapſu in hæreſim abſolvere poſſint. 318

LVII. ☞ De Confraternitate Recommendatorum Beatæ Mariæ Virginis, Confalonis poſtea nuncupata, Romæ anno 1264. a nonnullis Patritiis Romanis inſtituta. Ac de modo orandi, ſive Corona a Sancto Bonaventura ejus Confratribus præſcripta, indulgentiarumque elargitione. 319

LVIII. ☞ Quod pro Religione Clericorum Regularium Societatis Jeſu, ubique Eccleſiæ & domus ædificari poſſint, non obſtan. privilegio aliis Ordinibus conceſſo & concedendo, quod prope eorum loca nova Monaſteria conſtitui nequeant. 320

LIX. ☞ Juriſdictio Protomedici, & Collegii Phyſicorum Almæ Urbis, quoſcumque Medicos in ea medentes examinandi, & non repertos idoneos ab exercitio medicinæ expellendi, atque coercendi. 323

LX. ☞ Declaratio concordatorum inter Sedem Apoſtolicam, & Nationem Germanicam, circa collationes Beneficiorum Eccleſiaſticorum in menſibus reſervatis. 324

LXI. Vineæ & Vineolæ extra Portam Flaminiam Collegio Germanico, pro recreandis ſcholaribus. 325

LXII. Indulgentia plenaria conceditur omnibus Chriſtifidelibus, qui proceſſioni Sanctiſſimi Sacramenti interfuerint, ut in Conſtitutione. 327

LXIII. ☞ Inſtitutio Collegii Græcorum in Urbe, pro Scholaribus Nationis Græcæ pie alendis, & inſtruendis, cum annuorum redditnum aſſignatione, & indultorum conceſſione. 328

LXIV. ☞ Declaratio quod ſpolia Regularium extra clauſtra vagantium, ſpectant ad R. Cameram Apoſtolicam, juxta Conſtitutiones Pauli III. & aliorum Prædeceſſorum. 330

LXV. Nonnullæ Ordinationes, & Statuta Congregationis Caſſinen. alias Sanctæ Juſtinæ de Padua Ordinis Sancti Benedicti circa officium Diffinitorum, & aliorum, qui præeſſe debent regimini ejuſdem Congregationis. 331

LXVI. Revocatio cujuſdam Legis, ſeu Conſuetudinis ſuper honore tuendo, ex quo homicidia naſcuntur in regnis Aragonum, Valentiæ, ac Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ cum pœnis. 334

LXVII. ☞ Confirmatio gratiarum, & privilegiorum Archihoſpitali S. Spiritus in Saxia de Urbe conceſſorum, quatenus Concilio Tridentino, & ſacris Canonibus non ſint contraria, illorumque communicatio inter omnia loca Ordinis. 336

LXVIII. Parochia Sancti Salvatoris ad Turrim Militum de Urbe unitur Parochiæ Sancti Quirici. 338

LXIX. Facultas inſtituendi Confraternitates Sanctiſſimi Corporis Chriſti in Regno Franciæ cum Indulgentiarum elargitione. 339

LXX. Juriſdictio S. R. E. Cardinalis Archipresbyteri & Judicis cauſarum Capituli Canonicorum, & aliarum perſonarum ſacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ. 340

LXXI. Erectio Eremitorii del Tardou, in Monaſterium Ordinis S. Baſilii ejuſqoe & aliorum Monaſteriorum d. Ordinis io Regnis Hiſpaniarum aggregatio eidem Ordioi, cum privilegiorum conceſſione. ☞ 342

LXXII. Abſolvit Regem Portugalliæ. & alias perſonas deputatas a quibuſvis cenſuris, & pœnis ob commercia cum Saracenis, ac Infidelibus habita, & merces ad eos delatas, ac ei, & Succeſſoribus ſuis, innovando indulta ſuper hoc a Martino, Eugenio, & Calixto conceſſa, facultates concedit, licentiam concedendi ſubditis in futurum cum eiſdem Infidelibos commercium habendi. 345

LXXIII. Erectio Collegii Eccleſiaſtici Adoleſcentum Neophitorum in Urbe. 346

LXXIV. Quod Clerici Regulares Congregationis ☞ S. Pauli Decollati, abſque licentia ejus Præpoſiti generalis, ad alium qocmcumque Ordinem, præter Cartuſianom, tranſire nequeaut. 348

LXXV. Prohibitio Sal exterum mercandi, io locis ☞ Sedis Apoſtolicæ mediate, & immediate ſubjectis. 350

LXXVI. Prohibitio extrahendi de locis Status Eccle- ☞ ſiaſtici triticum, hordeum, legumina, animalia. & omnis generis fruges, & frumenta, etiam ex bonis Eccleſiaſticis collecta, vel impediendi illa afferentes ad Urbem: aut ea emendi, præterquam pro uſu ſuo, ſuarumque familiarum uoius anni. Necnon revocatio licentiarum, & indultorum extrahendi, etiam ex caoſa onerofa conceſſorum. 351

LXXVII. Exemptio Religionis Clericorum Regula- ☞ rium Societatis Jeſu a ſolutione, & præſtatione decimarum, & aliorum onerum quorumcumque. 353

LXXVIII. Confirmatio gratiarum, exemptionum, ☞ atque Indulgentiarum Congreg. Fratrum Jeſuatorum S. Hieronymi. 354

LXXIX. Juriſdictio S. R. E. Cardinalium Protecto- ☞ rum, & Judicum cauſarum Domus Piæ ad recipiendas, & pie alendas mulieres peccatrices pœnitentes, in Urbe inſtitutæ. 355

LXXX. Confirmatio privilegiorum, & immunitatum Fratrum Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis, ac revalidatio omnium Indulgeotiarum eidem Ordini, & ejus Eccleſiis, a diverſis Pontificibos conceſſarum. 357

LXXXI. Inſtitutio Collegii Anglici in Urbe, pro ☞ Scholaribus Nationis Anglicæ pie ibi educandis, & ioſtruendis, cum annuorum reddituum aſſignatione, Exemptionumque, & Indultorum conceſſione, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Protectoris, & Judicis io cognoſcendis eorum cauſis juriſdictione. 359

LXXXII. Confirmatio literarum Pii IV. ſuper ſolutione Impoſitioonm Cameralium, & revocatio quarumcumque Impoſitionum non tamen ex cauſa onerofa, ac ordinatio, quod tam Cives, & Domicelli, ac familiares Cardinalium, vel Theſaurarii Civitatis Aſſiſien., ac Comitatus, & Diſtrictus, & perſonæ Eccleſiaſticæ tam ſæculares, quam regulares, etiam exemptæ teneantur ad contribuendum tam Cameralibus, quam aliis pro neceſſitatibus urgentibus dictæ Communitatis impoſitis, & imponen. pro bonis, de quibos decimas non ſolvunt cum derogatione quorumcumque privilegiorum etiam Officialibus Romanæ Curiæ conceſſis. 393

LXXXIII. Confirmat Indulta Magiſtro, & Fratribus Hoſpitalis B. M. Theutonicorum a Prædeceſſoribus ſuis conceſſa cum ſuppletione defectuum, præſertim ſuper præſentatione ad Beneficia dicti Hoſpitalis, & innovat perpetuo, ita quod dicti Magiſter, & Fratres in collatione, ſeu præſentatione ad dicta Beneficia, etiam in menſe reſervato, & apud Sedem vacantia moleſtari non debeant, & literis Apoſtolicis impetratis contra eorum Indulta non teneantur reſpondere, niſi de Indultis ipſis feceriot mentionem. 365

LXXXIV. Innovatio pœnarum ab Adriano VI. propoſitarum contra Mercatores exercentes Monopolia frumentorum, & aliorum ad victum neceſſariorum in Regnis Aragoniæ, & extenſio ad facientes contractus quietamentos nuncupatos, cum prohibitione Notariis, ſub pœna falſi, ne aliquod inſtrumentum ſuper præmiſſis conficiant. 367

LXXXV. Revocatio Fratrum Ordinis Minorum de obſervantia ab Iodiis, eorumque reductio ad propria Clauſtra, ubi Profeſſi fuerant. 369

LXXXVI. De munere, & electione Prælatorum Con- ☞ gregationis Sancti Bernardi in Italia Monacorum Ordinis Ciſtercienſis Regularis Obſervantiæ. 369

LXXXVII. Confirmatio nonnullorum ſtatutorum, & Ordinationum Monacorum Congregationis S. Hierunymi Regni Portugalliæ circa electionem Provincialis, Priorum, ac aliorum Officialium &c. 375

LXXXVIII. Confirmatio Statutorum, & Ordinationum Commuoitatis, & Comitatus Camerinen. *ſuper dotibus*, & arrediis. 377

LXXXIX. Conſtitutiones, & ſtatuta in Capitulo generali Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Decollati obſervaoda. 382

XC. Approbatio, & Confirmatio Provinciæ S. Joſephi Hiſpaniarum Ordinis Fratrum Minorum Diſcalceatorum, & eorum laudabilis ioſtituti, cum omnibus Monaſteriis obtentis, & obtinendis, cum mandato Generali, & Fratribus de obſervantia, ne illos moleſtent, aut quicquam ſuper eis innovent. 384

XCI. Erectio Collegii Ungarici in Monaſterio Sancti Stephani io Monte Cœlio de Urbe. 385

XCII. Inhibitio perpetua ſub pœna excommunicationis, ac privationis Officiorum, & vocis activæ, & paſſivæ Monachis Congregationis Montis Oliveti extorquen. Prælatoras, & Officia dictæ Congregatioois favoribus Principum. 388

XCIII. Suppreſſio quorumdam Monaſteriorum, & dignitatum Abbatialium Congregationis Camaldulen., & applicatio aliis Monaſteriis, & Eccleſiis, pro reſtitueoda regulari diſciplina in dicta Congregatione. 389

XCIV. Confirmatio ſtatutorum, & ordinationum in Capitolo generali factorum ſuper reformatione Congregationis Caſſinen. 391

XCV. Revocat S. Sua alias ſuas literas Congregationi Clericorum Regularium Sancti Pauli decollati cooceſſas ea in parte, qua adverſantur duabus Conſtitutionibus pro felici regimine dictæ Congregationis editis, ſuper jure ſuffragii, & celebratiooe Capituli generalis, dictaſque Conſtitutiones perpetuo approbat. 393

XCVI. Inſtitutio Confraternitatis Campi Sancti de

Urbe Germaniæ inferioris, & ſuperioris, ac Flandriæ Nationis in Archiconfraternitatem aliarum Confraternitatum ſimilium, cum facultate aggregandi, & Indulgentiis. 394

XCVII. Decretum, quod Capitulares, & aliæ perſonæ Eccleſiæ Barchionen. non poſſiot percipere diſtributiones quotidianas prætextu officiorum Principatus Cathaloniæ. 396

XCVIII. Erectio Collegii Helvetiorum, & Rhetiorum in Civitate Midiolanen. 398

XCIX. Ordinationes pro bono regimine Fratrum ☞ Min. S. Franciſci ſtrictioris Obſervantiæ. 401

C. Unio Collegii Purificationis B. Mariæ Elboren., & Hoſpitalis ad recipiendum pauperes Scholares per Regem Portugalliæ inſtitutorum, Collegio S. Spiritus ejuſdem Civitatis cum fructibus, & redditibus eis applicatis, cum facultate Presbyteris Societatis Jeſu poſſeſſionem capiendi, & regendi illorum perſonas, & bona &c. ac cum oneribus, & ordinationibus &c. 404

CI. Inſtitutio Archiconfraternitatis Pietatis Carce- ☞ ratorum in Alma Urbe, ad eos viſitandos, conſolandos, & adiuvaodos. Cum Indulgentiarum conceſſione. 407

CII. Confirmatio literarum Innocentii VIII., per quas Monaſteria Monialium S. Mariæ Magdalenæ Peruſin. Ord. S. Benedicti invicem nnita viſitatiuni, & Congr. S. Juſtinæ Paduan. ſubiiciuntur, cum confirmatione Indulgentiarum eis ab Aleſandro VI., & de novo conceſſarum. 409

CIII. Statutum Collegiorum Sancti Joannis Evangeliſtæ Portugalliæ oe quis extra dicta Collegia habitum deferat, cum mandato Ordinariis, ut id ſervari ſaciant. 410

CIV. Confirmatio Conſtitutionnm Fratrum Beatæ Mariæ Servorum per Generalem, & alios Deputatos correctarum, & compilatarum, & per Cardinalem Protectorem reviſarum. 411

CV. Quædam circa Nundinarum libertatem in Viterbien. Cœnobii Ordinis Prædicatorum favorem ſancita firmat. 412

CVI. Uſus Altaris portatilis Religioſis Societatis Je- ☞ ſu reſtituitur, non obſtare Conc. Trid. diſpoſitione, ut in eo inter miſſiones, quæ a Superioribus de ipſis fiunt, obique in loco tuto Miſſam celebrare, & Euchariſtiam miniſtrare poſſint. 416

CVII. Confirmatio inſtitutionis, ac ſtatutorum Collegii Procuratorum Civitatis Peruſin. 416

CVIII. Confirmatio, ac inhibitio ne Religioſi Societatis Jeſu ad alios Ordines, etiam Cartuſienſe poſſint transferre. 418

CIX. Reductio Monacorum Ordinis S. Baſilii in ☞ nnam Coogregationem, & ſub regimine unius Abbatis, cum privilegiorum, & gratiarum elargitione, pro dicti Ord. reformatione. 421

CX. De electione quolibet trienoio in Capitulo ge- ☞ nerali fienda, Prioris Generalis, & aliorum Prælatorum Congreg. Canonicorum Regularium S. Salvatoris, Ord. S. Auguſtini, ejuſque bonorum temporalium adminiſtratione. 425

CXI. Vulgat Conſtitutionem qua S. Pius V. Ordinis Fratrum Prædieatorum LXXIX. Propoſitiones Michaelis Baii damnaverat. 426

CXII. Declaratio quorumdam ſtatutorum, & pri- ☞ vilegiorum Militiæ, & Religionis S. Joannis Hieroſolymitani, circa profeſſionem emittendam, habitumque ſuſcipiendum. Et confirmatio exemptionis a ſolutione decimarum, & aliorum onerum quorumcumque. 430

CXIII. Applicatio unius Caroleni pro qualibet Navi, ad Ripam Tyberis appellente pro Manutentione Soeietatis Doctrinæ Chriſtianæ, illiuſque Eccleſiæ in regione Tranſtyberina inſtitutæ. 433

CXIV. Approbatio Inſtitutionis, & Statutorum ☞ Confraternitatis Sanctæ Catharinæ de Senis de Urbe, cum facultate eadem innovandi, & Indulgentiarum elargitione. 435

CXV. Statutorum Almæ Urbis confirmatio, cum ☞ declaratione, quod Statuta ordinatoria in Curia Capitolina obſerventur, deciſoria vero in omnibus tribunalibus Urbis, ejuſque diſtrictus ubi non estant particularia ſtatuta, de eiſdem caſibus diſponentia. 436

CXVI. Quod Fratres Prædicatores Ordinis S. Do- ☞ mioici, ad inſtantiam cujuſcumque perſonæ extra ipſum Ordinem, aliquam gratiam facere, aut pœnam remittere non poſſint, neque conquiſitis ſavoribus, & ſuffragiis officia procurare. 439

CXVII. Contra non ſolventes io Feſto SS. Petri, & ☞ Pauli, cenſus, canones, & alia jura Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ debita. 440

CXVIII. Confirmatio ordinationum, & taxarum in tota Provincia Mediolanen. per Judices Commiſſarios, & Regularium exemptorum Conſervatores, eorumve Notarios obſervan. 443

CXIX. Confraternitati Sanctiſſimi Corporis Chriſti in Eccleſia S. Auguſtini Ord. Eremit. de Urbe inſtitutæ quotannis unum Reum, ultimo ſupplicio damnatum liberandi facultatem concedit. 446

CXX. Approbatio Inſtitotionis Confraternitatis, ſub Invocatione Sanctiſſimi Nominis Dei adverſus Blaſphemos in Hiſpaniarum Regnis erectæ cum largitione Indulgentiarum. 447

CXXI. Approbatio Congregationis Fratrum, & ☞ Monialium Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo in Regnis Hiſpan. ſub denominatione Diſcalceatorum iuſtitutæ. Cum declaratiooe muneris Provincialis eorum Prioris, ac Superioritatis Prioris generalis totius Ord., gratiarumque ejuſdem Ordinis communicatione. 448

CXXII. Innovatio Conſtitutionum a Prædeceſſori- ☞ bus editarum, contra homicidas, & alios capitaliter bannitos. Et majorum pœnarum inflictio in eorum receptatores, & auxiliantes. Communitateſque eos non perſequentes, & capientes. 451

CXXIII. Annullatio diſpoſitionum beneficialium, ☞ quæ cootra canonicas Sanctiones, Statuta, vel Apoſtolica privilegia fiunt perſonis prohibitis propter genus, ad hæreſim, & a Fide Apoſtaſiam. Cum declaratione, quod ad oovam Rom. Pontificum diſpoſitionem pertineant. 453

CXXIV. Statuit, ut Prior Generalis, & viſitator Congregationis S. Salvatoris Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium, ſint trieunales, nec niſi elapſo triennio reeligi poſſint. 454

CXXV. Juriſdictio Ordinariorum, in puniendis vi- ☞ cariis, ſamiliaribus, colonis, & Miniſtris Fratrum Militum Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolimitani, juxta diſpoſitionem Conc. Tridentini ſeſſ. 24. cap. 11. 454

CXXVI. Erectio novæ Eccleſiæ Cathedralis S. Severii in Regno Neapolis. 456

CXXVII. Confirmatio Erectionis Confraternitatis Sanctæ Mariæ Rotundæ. 458

CXXVIII. De Confraternitate Annunciationis in Eccleſia Sanctæ Mariæ ſupra Minervam conſtituta. 460

INDEX INITIALIS
BULLARUM.

Quæ in hoc Volumine referuntur.

A

AB ipſo Pontificatus. 293
Av ipſo primum die. 389
Ad compeſcendam. 369
Ad extirpandos. 17
Ad hoc Nos. 162. 384
Ad Romani Pontificis. 8. 255. 278. 440
Ad Romanum ſpectat. 18. 144
Æquum reputontes. 231
Alias emanarunt. 211. 212. 350
Alias per fel. rec. 447
Almam Urbem. 437
Apoſtolici muneris. 385
Attendentes. 1

B

BEatus Chriſti. 2
Benedictus Dominus. 421

C

CHriſtiani Populi. 236
Circa Religioſarum. 382
Circumſpecta in omnibus. 454
Circumſpecta Romani Pontificis. 72
Cogit muneris. 342
Commiſſum Nobis. 331
Conſueverunt Romani Pontificis. 71. 77
Conſuevit Romanus Pontifex. 263. 264. 266
Cordi Nobis. 9
Cum alias fel. rec. 454
Cum alias Nos. 165
Cnm Apoſtolica. 121
Cum de literis. 30
Cum ex Ordinum. 141
Cum illius vicem. 401
Cum in cunctis. 391
Cum interdum. 252
Cum nihil ita. 388
Cnm nihil magis. 439
Cum nil magis. 130
Cam Nos pro Paſtoralis. 195
Cum nuper. 185
Cum onus. 52
CumOfficio Paſtorali. 302
Cum ſicut accepimus. 16. 28. 54. 82. 156 192. 218. 219. 340. 411.
Cum ſicut non. 197
Cum vices ejus. 194
Cunctorum mortalium. 78
Cupientes Domum Piam. 355
Cupientes pro noſtri. 24. 216. 293
Cupientes univerſos. 291
Cupientes, ut Monaſterinm. 5

D

DEbitum Paſtoralis. 158
Decens, & debitum. 175
Decet Nos. 89
Decet Romanum Pontificem. 169. 173. 175 ccxxvii. 377. 412. 418.
Decori, & honeſtati. 96
Deo Sacris Virginibus. 244
Digna reddimur. 174
Divina diſponente. 31
Dubiis, quæ emergunt. 299
Dudum emanarunt. 247
Dudum poſtquom. 178
Dum ad omplas. 398
Dum ad Congregationem. 168
Dum ad uberes. 234. 357
Dum indefeſſæ conſiderationis. 170
Dum recte. 294
Durum nimis. 108

E

EA eſt Officii. 19
Ea eſt rerum. 234
Ea quæ concordia. 199
Et ſi Apoſtolica. 54
Et ſi cuncta. 49
Et ſi de ſingulis. 55
Et ſi erga. 433
Et ſi omnibus. 183
Et ſi omnium. 88
Et ſi Romani Pontificis. 184
Ex Apoſtolicæ Sedis. 296
Ex debito Miniſterii. 435
Ex debito Paſtoralis. 127. 181
Exigit incnmbentis. 194. 124
Eximia quam. 365

Ex

Ex innumeris. 99
Ex incumbenti. 84. 312. 350
Ex injuncto. 338
Ex noſtri Paſtoralis. 267
Exponi Nobis feciſti. 345
Exponi Nobis nuper. 2.205.238.257.308.416
Expoſcit debitum. 227
Expoſcit Paſtoralis. 180. 310
Expoſito alias. 206
Ex proximo Lateranen. 179
Ex ſolita Sedis. 213. 219. 221

H

H*Ebræorum gens.* 57
Hodie in Conſiſtorio. 69
Horrendum illud ſcelus. 33
Humani generis. 334

I

I*Lla Nos cura.* 25
Illius fulciti præſidia. 223
In Apoſtolicæ. 40. 323. 328
In communi Paſtoralis. 375
Inducti eximia. 446
In eam pro noſtro. 145
In earum rerum. 65
In Eccleſiis. 453
In eminenti. 117. 208
Infelicis Sæculi. 86
Infirma ævi. 87
Injunctam Nobis. 50. 59. 92
In omnibus rebus. 62
In ſpecula. 348
In ſupereminenti. 305
In tanta rerum. 251
Inter ceteras. 186. 233. 315. 409
Inter deſiderabilia. 70
Inter illa. 133
Inter multiplices. 352
Intolerabilis multorum. 67
Juſtis petentium. 228

L

L*Icet contra Notarios.* 27
Licet Eccleſia. 139
Licet ex debito. 190
Licet juri. 182
Licet omnibus. 199
Lubricum vitæ. 47

M

M*Ilitanti Eccleſiæ.* 113
Monet Apoſtolus. 254
Muneris noſtri. 151. 282

N

N*E per præinſertas.* 439
Nihil in Eccleſia. 11
Nihil in unaquaque. 268
Noſtro maxime. 363
Nuper certis. 81
Nuper cum accepiſſemus. 217
Nuper cum per noſtras. 265
Nuper per alias. 215

O

O*Fficii noſtri.* 281. 314. 318. 330
Omni certe ſtudio. 233

P

P*Aſtoris æterni.* 258. 319
Paſtoralis Officii. 97.166.241.287.300.353
Pietatis, & Chriſtianæ. 394. 458
Pia conſideratione. 448
Pii Patris. 407
Pontificis dignum eſt. 110
Poſtquam Deo. 259
Poſtquam Nos. 105
Poſtquam nuper. 189
Poſtquam eo uſque. 131
Pridem Nos. 73
Pro commiſſa. 239
Pro excellenti. 456
Pro noſtri muneris. 34. 102. 270. 280
Provinciale Concilium. 210
Proviſionis noſtræ: 426

Q

Q*Uæ in Eccleſiam.* 324
Quæcumque improbi. 367
Quæcumque Sacrarum. 79. 317. 410
Quæ inter. 425
Quemadmodum ſolicitus. 146
Quæ Ordini. 142
Quæ publice utilia. 282
Quam plenum. 56. 91
Quamvis a Sede. 15
Quanta Eccleſiæ. 10

Quan-

Quantum animarum. 44
Quantum animus noſter. ccxxvii
Quod a Nobis. 22
Quo magis. 430
Quoniom Collegium Germanicum. 325
Quonium Divinæ bonitati. 359
Quoniam noſtro Paſtorali. 295
Quoniam per. 148
Quo primum. 116

R

R *Eddituri de commiſſo.* 327
Regnans in excelſis. 98
Religionis zelus. 160
Rem fluxam. 35
Reverendi DD. Viſitatores. 28
Romani Pontificis. 80. 115. 122. 164. 172. 177. 196. 215. 309. 393. 396. 404.
Romanus Pontifex. 46. 74. 151. 369
Romonum decet Pontificem. 289. 443

S

S *Sacroſanctum Eccleſiæ.* 38
Sacroſanctæ Romanæ. 130
Salvatoris Domini. 60. 320
Sanctiſſimus Dominus. 311
Sanctiſſimus in Chriſto. 7. 223
Sedis Apoſtolicæ. 242

Si de protegendis. 60
Significavit. Nobis. 290
Si inter præcipuas. 336
Si ſcandala. 120
Spectatus, qui. 354
Summi Sacerdatii. 123
Tuperioribus menſibus. 201
Superna diſpoſitione. 273
Supernl Omnipotentis. 153
Super ſpeculam. 138

T

T *Anta eſt.* 163
Tanta, tamque. 451

V

U *Bi gratiæ.* 288
Vices ejus Nos. 346
Univerſis Orbis. 292
Volentes indemnitati. 29
Volentes pro noſtra. 351
Volumus ut omnes. 92
Urbem Romam. 436
Uſum Altaris. 416
Ut bonus Paterfamilias. 64
Ut ceteri. 262
Ut erga Sanctiſſimum. 339
Ut Sonctiſſimum. 460

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIONES PII QUINTI

ANNO TERTIO.

LXXIII.

Prohibitio ſignandi, & expediendi commiſſiones cauſarum, & inhibitiones in cauſis ſpoliorum, & illicitæ negotiationis non citato prius Commiſſariu Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ.

De munere, & auctoritate Commiſſarii, vide plene in Conſt.CI. Pii IV. Cum inter. *Tom.IV. Par.II. fol.*193.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Cauſæ hujus prohibitionis.

ATTENDENTES quam ſrequeoter contingat, quod qui bona ad Cameram Apoſtolicam ſpectan. & ſignanter ſpolia per Clericos deceden. relicta detinent, variis prætextibus, & calumniis dilationes, & ſubterſugia quærentes, illorum conſignationem facere, & debitam ſatisſactionem impendere recuſant, & ut ſe in hujuſmodi injuſta detentione confoveant, modo frivolas appellationes confingunt, modo inhibitiones ſumma malitia extorquent, quibus cauſas ad Judices non informatos, & ubi non eſt, qui cauſarum hujuſmodi expeditioni vacet, trahunt in grave animarum ſuarum præjudicium, & Cameræ præſatæ læſionem.

Prohibitio decernendi inhibitiones per quoſcumque Judices in cauſis ſpoliorum, & illicitæ negotiationis, non citato Commiſſario Cameræ.

§.1. Et propterea incommodis hujuſmodi obviare volentes, dilectis filiis Vitellotio S. R. E. Card. Camerario, ac omnibus Romanæ Curiæ Judicibus, tam ordinariis quam delegatis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna præcipimus, & mandamus, ne in cauſis ſpoliorum, vel illicitarum negotiationum per Clericos ſactarum, inhibitiones aliquas tam auctoritate ſua ordinaria, quam etiam vigore reſcripti extra Romanam Curiam ad quaſvis Mundi partes, & contra quoſvis

collectores decernant, & relaxent, niſi prius in ipſa Romana Curia ad illas decerni videndum dilectus filius Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarius generalis fuerit citatus, & de citatione hujuſmodi in actis appareat, & de ea in inhibitione ipſa mentio fiat.

Prohibitio comm[illegible] cauſarum per Referendarios, & alios expediendi non citato eodem Commiſſario.

§.2. Porro Signaturæ noſtræ tam gratiæ quam Juſtitiæ Referendarii, ac Cancellariæ Apoſtolicæ Corrector, & Auditor contradictarum, ſimiliter commiſſiones in cauſis hujuſmodi nullo modo, niſi prævia citatione ejuſdem Commiſſarii expediant.

Annullatio Inhibitionum [illegible] vigore commiſſionum, ex quibus [illegible] non dignoſcitur, an de prædictis cauſis agatur.

§.3. Et ſi quandoque contingat ita ſub verborum involucro, vel alia narrativa commiſſiones concipi, ut diſcerni non poſſit, an de cauſis ſpoliorum, vel illicitarum negotiationum agatur, tunc tam Nuncii Apoſtolici in Provinciis reſidentes, de cauſis hujuſmodi cognoſcentes, quam a dilecto filio Theſaurario noſtro generali ſpoliorum collectore, & eiſdem Nunciis deputati ſubcollectores, quibus inhibitiones hujuſmodi præſentari contingat, illis minime parere teneantur, ſed abſque aliquo ſcrupulo, aut pœnarum incurſu, illis rejectis, ad ulteriora procedere poſſint, & debeant, partibus alias juſtitiam miniſtrando, & nihilominus irritum, & inane decernimus, quicquid contra præſentium tenorem fuerit decretum, vel attentatum.

§.4. Volumus autem quod præſentis Motus proprii cedula, valvis Cancellariæ, & Cameræ Apoſtolicæ per unum ex Curſoribus noſtris, ut moris eſt, publicata, ita omnes Romanæ Curiæ Officiales, & Judices afficiat, ac ſi perſonaliter ſingulis intimata foret. Forma, & effectus publicandi.

§.5. Et quod illius ſola ſignatura, etiam abſque data, & regiſtratura ſufficiat, & ubique fidem faciat, contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Sola ſufficit ſignatura.

Placet Motu proprio. M. Papæ ſub ſcr.

Die 5. Januarii 1568. retroſcriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valvis Cancellariæ Apoſt. per me Nicolaum de Mattæis Curſ. Franciſcus Sottocaſa Mag. Curſ. D P. An. III. 5. Januarii.

A Quod

LXXIV.

Quod Fratres Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia ſemper poſſint extra tempus Quadrageſimæ, & Adventus, in feria quinta, in qua non occurrit aliquod feſtum, aut ejus octava, recitare Officium Sanctiſſimi Corporis Chriſti.

Alia de hoc Ordine vide in Conſt. XXVI. Leonis X. Ite. Tom. III. Par. III. fol. 450.

PIUS PAPA QUINTUS

Dilectis filiis Miniſtro Generali, & univerſis Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia.

Fratres Minores de Obſervantia ſupplicarunt Papæ pro licentia celebrādi qualibet 5. feria officium Corporis Chriſti.

§. 1. EXponi Nobis nuper feciſtis, quod cum vos mente recolentes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum tranſiturum de hoc Mundo ad Patrem in ultima cœna, qua Paſcha cum diſcipulis manducavit, admirabilem Sacramentum pretioſiſſimi Corporis, & Sanguinis Sui inſtituiſſe, ut univerſi Chriſticolæ illud tamquam ſuæ Caritatis, quam in Cruce oſtendit, memoriale recolerent, pro ipſius Dominici Corporis ſolemniori, & ſpecialiori veneratione, deſideratis qualibet quinta feria Officium Chriſti Corporis, prout in Breviario Romano ipſius ſolemnitatis die habetur, recitare, ſi vobis ad id Sedis Apoſtolicæ ſuffragaretur auctoritas. Quare Nobis humiliter ſupplicare feciſtis, ut vobis in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Hic ergo Pōtifex d. licentiam concedit, præterquam in quadrageſima, & adventu, & in feſto, vel octava occurrente in d. 5. feria.

§. 2. Nos pium hoc veſtrum deſiderium plurimum in Domino collaudantes, ac hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, & veſtrum cuilibet ubilibet exiſtentibus, ut qualibet quinta feria, quæ toties Quadrageſimæ, & Adventus Domini non fuerit, aut in qua aliquod feſtum, ſeu octava non inciderit, omiſſo occurrenti Officio, illud de Corpore Chriſti, juxta illud quod in præſenti Breviario Romano, in ejus ſolemnitatis die recitandum proponitur, recitare libere, & licite valeatis, ita tamen quod illud ſic recitando, debito ad quod adſtricti eſtis, in omnibus, & per omnia perinde ſatisfacere cenſeamini, ac ſi officium pro tempore currens, & vobis a Romana Eccleſia propoſitum recitaretis: nec propterea illo recitato ad occurrentes hujuſmodi, vel alicujus alterius Officii recitationem teneamini, nec ad id a quoquam inviti cogi, aut compelli poſſitis, minusve aliquas ſententias, cenſuras, & pœnas quomodolibet latas incurrentes, auctoritate Apoſtolica per præſentes indulgemus.

Ordinariis, & aliis mandat ne Fratres deſuper moleſtent.

§. 3. Diſtrictius inhibentes quibuſvis locorum Ordinariis, & quibuſvis aliis, quacumque auctoritate fulgentibus, vel cujuſcumque gradus exiſtentibus, ne vos, & veſtrum quemlibet quovis prætextu ſuper præmiſſis, quomodolibet moleſtare, perturbare, aut inquietare ſub excommunicationis ſententia, aliiſque arbitrio noſtro moderandis, & infligendis pœnis audeant, vel præſumant.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus generalibus ac ſynodalibus Conciliis editis, atque ordinis præfati, & quibuſvis aliis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis credi jubet.

§. 5. Ceterum quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus expediens foret, deferre, volumus, & ſimiliter Apoſtolica auctoritate prædicta decernimus, quod illorum tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Apoſtolica conſtitutæ munitis, eadem prorſus in judicio, & extra, ac alias ubilibet fides indubia adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die octava Januarii, 1568. Pontificatus noſtri Anno tertio. D. P. An. III. 8. Januarii.

LXXV.

Unio Fratrum Amadeorum, & Clarenorum, Ordini Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia.

De Ordine Franciſcano vide Conſt. LXVII. Honorii III. Solet. Tom. III. Par. I. fol. 229.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

S. Franciſcus in humanis exiſtens multos Fratres ſub unica regula collegit.

BEatus Chriſti Salvatoris Confeſſor Franciſcus dum adhuc mortalis hujus vitæ ſpatia decurreret, ardentiſſimo Cœleſtium amore captus, nec ſibi tantum illa, ſed quamplurimis hominum fieri poteſt, quæſita cupiens, totuſque in idipſum incumbens, quæ Ordinis Minorum initia fuerunt, confluentes ad ſe veluti ad meliorem frugem undique Fratres ſuos in unam familiam collegit, collectoſque ipſorum omnium vitam & mores ad unam eamdemque regulam dirigens, iis præceptis inſtituit, ea diſciplina formavit, quæ ad conjunctionem, atque adeo unionem inter illos conciliandam ac tuendam maxime pertinerent, humilitatem illis præcipue amplectandam proponens, qua humana hæc omnia, & fluxa, quod eiſdem Salvatoris Conſilium fuerat, aſpernati, ſolidam ac permanentem a Deo felicitatem expectarent. Itaque hac ipſa familia ſuas operas ad præſcriptam rationem graviter conferente, Domini Dei noſtri ager egregie cultus uberrimos, & præſtantiſſimos fructus continuo protulit, & ſubinde profert, atque, ut ſperamus, proferet in dies ſuaviores, & largiores.

§. 1. Verum quoniam eadem familia, quæ

Sed dicta regulæ in plures Congregationes ſegregata fuit.

quæ una ab uno conſtituta fuerat, in quaſdam quaſi partes paulatim ita conceſſit, ut jam non una, ne ipſo quidem, quo a patre ſuo vocata eſt, nomine conſiſtat, ſed variis agnominibus, cum de illa, vel illa parte agitur, ſit diſtinguendum. Propterea Nos ne animorum quidem, aut mentis inter eos, quos exterius ita rebus ſejunctos cernimus, interiorem conjunctionem ſperare tuto valemus, quin etiam quando in eam de qua ſupra diximus, ſpem erecti ab ejuſdem Ordinis Fratribus optima quæque, & maxima ad Dei gloriam, & militantis Eccleſiæ utilitatem, & optamus, & ſane pro ea, quam in hoc præcelſæ dignitatis faſtigio collocati, noſtro muneri debemus, diligentia exigimus, non ſinimus carere cura, ne forte rebus ita neglectis, quod Deus Opt. Max. avertat, magna inde ſenſim incommoda ſubeamus.

Ideo hic Pontifex interdicit, omnes Congregationes diſcrepantes ab inſtitutis regulæ fratrum Minorum de Obſervantia,

§.2. Id igitur qua poſſumus ope poſt petitum a Deo auxilium cavere volentes, atque hic potiſſimum incipientes, Motu proprio atque ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtra Apoſtolica auctoritate, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Amedæorum, & Clarenorum, etiam della Becca nuncupatorum S. Petri in Monte Aureo, & S. Hieronymi, ſive S. Bartholomæi in Inſula de Urbe, aliarumq. quarumlibet provinciarum reſpective Fratrum Or. S. Franciſci eorumdem inſtitutiones, congregationes, conventus, denominationes, nomina, & vocabula quæcumque, necnon quatenus regularibus inſtitutis Fratrum dictis S. Franciſci Ordinis familiæ, Minorum de Obſervantia vocatorum diſcrepant, eorum regula, inſtituta, conſtitutiones, ſtatuta, conſuetudines, & ritus, modumq., & normam vivendi interdicimus, & prohibemus; illaq. necnon illorum promiſſiones, confirmationes, & approbationes Apoſtolica auctoritate factas, & illorum cauſas, privilegia, indulta, gratias, & literas, etiam a Sede Apoſtolica, & forſan occaſione concordiarum inter ipſos Fratres initarum confirmatorias, ac Motu, ſcientia, poteſtatiſq. plenitudine ſimilibus, vel etiam conſideratione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum conceſſa, & quibuſcumque concepta formulis, ac ſuffulta decretis, quorum omnium tenores iis literis haberi volumus pro expreſſis, extinguimus, ſupprimimus, revocamus, caſſamus, & in perpetuum penitus, & omnino omnia tollimus.

Omneſque illas Congregationes unit ſub ordine dictorum Minorum de Obſervantia.

§.3. Eos autem omnes, & ſingulos Fratres, qui ejuſmodi Congregationum, & denominationum erant, cum eorum omnibus domibus, Eccleſiis, Oratoriis, Minorum familiæ de Obſervantia vocatis, eorumque Congregationi aggregamus, atque unimus. Et ſic in poſterum ex nunc perpetuo aggregatos, & unitos eſſe, dictis de Obſervantia adhærere, & eiſdem, quibus illi utuntur, regula, regularibus inſtitutis, profeſſione, moribus, habitu, ac vivendi forma, ac agnominibus, & denominationibus uti, ac unam familiam tantum de cetero eſſe, eiſdemque Generalibus, ſeu *Provincialibus* Miniſtris, ceteriſque ſuperioribus, aut officialibus, quibus illi ſubſunt, aut pro tempore fuerunt, ſubiectos eſſe, & in eadem immediate cum illis obedientia Deo ſervire, pure, ordinarie, & uniformiter, nullaque prorſus re, nulloque diſcrimine ſejunctos, aut diſſimiles habere decernimus.

Et juramenta, vota, & promiſſiones quæ eos impedire poſſunt, remittit.

§.4. Quinimmo ut hæc puriore conſcientia, ac tranquilliore animo præſtare valeant, debeantque, & non aliter, eoſdem priorum inſtitutorum, rituumq., & aliorum ſupradictorum, iis ſcilicet dumtaxat, quibus ab inſtitutis, & ritibus Fratrum de Obſervantia differebant, necnon ſi quibus quavis ratione, aut modo, jureve aut facto iis tenebantur, vel etiam tenentur, aut teneri ſe opinantur, promiſſione, profeſſione, juramento, aut voto, quorum obſervatio ſcandalum, aut perturbationem judicio ſuperioris ceteris allatura eſſet, abſolvimus, & liberamus, mandantes ipſorum univerſis, & ſingulis, ut præmiſſa non impediant, neque eis ulla ex parte ulla ratione, ulloque modo reſiſtant, vel adverſentur, ac nihil faciant, vel experiantur, aut tentent, quo minus plene, aut celeriter, aut facile ſuos effectus conſequantur. Neque ut ea vitent, ſæcularium habitu lateant, vel tamquam Clerici ſeculares ad aliquos Ordines minores, vel majores promoveri præſumant. Neque vero ad alias religiones, alioſve Ordines etiam paris, vel arctioris regulæ, regulariſque Obſervantiæ tranſeant ſine licentia Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, ſed præfatis Fratribus de Obſervantia, eorumque congregationi, & obedientiæ adhæreant, & omnibus aliis ſupradictis quam primum pareant, & obſequantur re ipſa.

Fratribuſque præmiſſa adimplere recuſantibus pœnas hic deſcriptas imponit.

§.5. Quod ſi eorum quiſpiam ſecus fecerit, omnes illaſmet ſententias, cenſuras, & pœnas eo ipſo incurrat, & patiatur, quæ mere Apoſtatæ ipſi, tam juxta canonicas ſanctiones, quam dicti Ordinis regularia inſtituta incurrant, & patiantur, ac periode contra illum, ſive ab Ordinariis locorum, ſive ab ipſis ſuperioribus Fratrum de Obſervantia, ad quos pertinet, procedatur, & ſevere animadvertatur, atque contra vere Apoſtatam procederetur, & animadverteretur. Et ſi quando ad obedientiam reverſus in aliorum conſortium receptus fuerit, vocis tam activæ quam paſſivæ, ſuorumque Ordinum omnium perpetuo careat.

Et Fratres ſic aggregatos alio, quam de Obſervantia nomine appellari prohibet, & eorum antiqua privilegia regulæ de Obſervantia non contraria retinere poſſe decernit.

§.6. Ceterum ut univerſa Congregatio Fratrum hujuſmodi de Obſervantia hoc additamento quaſi colonis aucta, placida ſimul perpetuaque pace fruantur, & conquieſcant, neque uno tantum nomine, ſed una, etiam mente conſiſtant, nullaque ibi altercandi occaſio ſubrepat, eiſdem Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſtatuimus, & ordinamus, ut nullus ex veteribus Fratribus de Obſervantia quemquam ſic noviter aggregatorum recordatione priorum nominum, aut vitæ, vel alias quocumque modo irritare, aut Amadæum, vel Clarenum, ſeu alia, quam de Obſervantia nuncupatione appellare audeant. Qui contra auſus fue-

rit, a ſuo ſuperiore graviter puniatur. ipſi quin etiam ſic aggregati Fratres ſuos gradus, & quæ ratione ſuorum graduum privatim habent, privilegia, facultates, & auctoritates, inſtitutis tamen regularibus de Obſervantia expreſſe non contraria, ut prius retineant.

Univerſorum autem privilegia & præcedentiam declarat.

§.7. Univerſis vero iiſdem privilegiis, facultatibus, immunitatibus, prærogativis, indultis, & gratiis indiſtincte fruantur, & potiantur, quibus, & ipſi veteres; ac quoties provincialia, vel generalia Capitula habebuntur, ita horum quiſque pro ea, in qua ipſe fuerit, provincia, ſi tamen alias vocem in Capitulo habiturus fuiſſet, illis interſit, quemadmodum & veterum quilibet intereſſet, vel intereſſe poterit, & pariter ut illi, tam in eiſdem capitulis ipſorum capitulorum electione, quam extra capitula, ſuperiorum, ad quos pro tempore pertinebit, diſpoſitione, ad quuſcumque gradus, & quæcumque officia, in quibuſlibet provinciarum, ſub quibus deget, Conventibus, & domibus regularibus, tam antiquis quam noviter unitis de Obſervantia promoveri, & aſſumi valeat. Denique ita utrique ſemper inter ſe agant, ut ceteris pares, ſola antiquitate alteri alteris præferantur. Ita ſcilicet, ut inter gerentes pares gradus, vel pares ordines, ſuſcepti gradus, vel ordinis, inter alios vero emiſſæ profeſſionis tempora inſpiciantur, & prout quiſque antecedit tempore, ſive ſit ex veteribus, ſive ex noviter aggregatis, loco in Choro, & Capitulo, proceſſionibus, ac quibuſcumque aliis prærogativis antecedat, ſervata interim graduum, & ordinum majoritate.

Loca regularia non deſeruntur abſque permiſſione Pontificis.

§.8. Præterea nulla omnino domus, quamvis parva, & exigua, nulluſque locus regularis, ubi dicti Fratres hactenus ante aggregationem de ipſis, ut ſupra factam habitare ſoliti ſunt, ad ipſos quacumque ratione pertinens, relinquatur abſque permiſſione noſtra expreſſa, ſed a tot Fratribus unaquæque continuò habitetur, quot ibi commode eſſe, & alii poterunt, & quæ eiſdem domibus eleemoſynæ, vel alio nomine pia hominum largitione offeruntur ſubſidia, pariter ſi quæ ad reſtaurationes, fulcimenta, vel alium uſum fabricarum, necnon ad Eccleſiarum lumina, & ornatum, vaſorumq., ac ceteræ ſuppellectilis comparationem tradita, legata, relicta, aut quocumque nomine donata ſunt, etiam conſideratione prioris inſtitutionis, quæ ibi tunc vigebat, ac contemplatione Congregationum, quarum tunc temporis erant, illarumq. nomine expreſſo, eadem omnia, & alia inſuper quæcumque, quavis aliter donantium hujuſmodi diſpoſitione abſumenda, novis habitatoribus, in ſupradictos tantum, neque alios ullos convertenda uſus, omni prorſus quantum ad unionem præfatam pertinet, caducitate, ejuſve prætenſione ſecluſa, integre debeantur.

Gubernatio Monialium ad quos ſpectet.

§.9. Gubernatio quoque, & cura quorumcumque Monaſteriorum Monialium, quæ antea Conventibus, aut Superioribus hujuſmodi domorum, & locorum demandata erat, ad illos pertineat, qui ibi erant, in poſterum.

Miniſtri Generalis facultas circa deputationē Officialium, & Fratrum, uſque ad celebrationē Capituli.

§.10. Proinde poſſit Generalis Miniſter in omnibus quarumcumque Provinciarum domibus, ſicut ſupra, unitis, donec Generalem, vel in ipſa Provincia, in qua illæ ſitæ fuerint, Provinciale Capitulum celebretur, officiales, & Fratres, ſive ex veteribus, ſive ex nunc aggregatis, ſive etiam ex utriſque, quo, & qui ſibi viſi fuerint arbitrio ſuo libere deputare, & ad illarum regimen, & directionem mittere; interea vero temporis ipſi Fratres ſic noviter aggregati, ſi citramontani, in illius, in qua nati ſunt, ſi vero ultramontani, in illius, cujus maluerint Provinciarum domibus regularibus ſint, & maneant, uſquequo aliter conſtituatur, & ipſos ad aliam domum, aliumve locum mitti, ſive Capituli, ſive Generalis Miniſtri hujuſmodi ordinatione contingat. Porro in Capitulo Provinciali Mediol. Fratrum de Obſervantia, quod Mediolani proxime celebrabitur, omnibus Provinciæ Mediol. regularibus domibus de Obſervantia, tam antiquis quam nunc unitis, ut præfertur, de Guardianis, aliiſque officialibus, & ſuperioribus, ac Fratribus, qui illas regere, & in illis eſſe debeant, ex utrorumque Fratrum veterum ſcilicet, & nunc aggregatorum numero indifferenter, alias tamen ex more inter Fratres de Obſervantia prius obſervato provideatur, idem deinceps in ceteris, quæ per Provincias ſubinde celebrabuntur capitulis, quoad ipſarum Provinciarum domos obſervetur, ac in Provinciarum numero, terminiſq., & denominationibus ea ratio atque diſtinctio habeatur, quæ inter Fratres de Obſervantia ante has ipſas literas habebatur.

Loca aggregata ſint ejus Provinciæ intra cujus fines exiſtunt.

§.11. Nuper autem aggregatæ domus in eam Provinciam tranſeant, & in ea numerentur, intra cujus fines quæq. conſiſtit; & cum pro tempore Provinciale Capitulum celebrandum erit, ii tantum ad illud conveniant, qui ex illa Provincia fuerint, in qua tunc capitulum celebrabitur. In ipſo vero Mediolanenſi, quod primum omnium poſt has literas propediem celebrandum eſt, quicumque ex Fratribus aggregatis, qui ante aggregationem a Nobis, ut ſupra factam, ubicumque locorum degentes erant, & Provincia S. Petri in Monte Aureo de Urbe, & illa comprehendebantur, & idcirco vocem in Capitulo habeant, quoniam literarum ignari illuc forte omnes ſe conferent, poſſint quidem libere omnes hac vice celebrationi adeſſe, ſed ii tantum ex eis jam nunc ibi vocem habeant, & ſuffragia ferant, qui ſunt ex illis domibus, quæ juxta aggregationem prædictam intra antiquos limites, & fines provinciæ Mediolanenſis Fratrum de Obſervantia ſunt ſitæ.

Clauſulę præſervativæ.

§.12. Has porro literas, & his literis contenta, decreta, ſtatuta, ordinationes, & alia omnia uſque adeo firma, & valida, atque obſervanda eſſe volumus, ut numquam revocari, aut infringi, vel ſuſpendi, numquam de voluntatis, aut mentis noſtræ de-

defectu oppugnari poſſint, numquam adverſus reſtitutionem in integrum, reductionem ad terminos juris, aut aliud quodcumque gratiæ, vel juſtitiæ remedium quiſque impetrare, vel etiam ab aliis impetrato, aut Motu ſimili conceſſo uti valeat ex quavis cauſa quantumlibet rationabili, & ita de his omnibus, & ſingulis, ac ſimul quod hæc eadem aliquibus ejuſmodi ſtatutorum, & ordinationum revocationibus, ſuſpenſionibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, generalibus, vel ſpecialibus, ab eadem Sede Apoſtolica pro tempore factis, non comprehendatur, ſed ab aliis ſemper excepta ſit.

Decretum irritans.

§.13. Sicq. a quibuſcumque Judicibus ordinariis, & delegatis, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus, ac S.R.E. Cardinalibus, etiam de latere Legatis, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter interpretandi, & judicandi facultate, & auctoritate, interpretari, & judicari debeat, necnon quicquid ſecus a quoqam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Executorum deputatio, & facultates.

§.14. Propterea dilectis filiis Carolo tit. S. Praxedis presbytero Card. Borrhomæo nuncupato, dicti Ordinis Protectori, & correctori, necnon pro tempore exiſtenti ejuſdem Ordinis Generali Miniſtro mandamus, ut ambo, vel ipſorum alter has literas, & quicquid in proxime Provinciali Capitulo Mediolanenſi utroque, vel altero ipſorum præſidere pro ſupraſcriptorum omnium executione, & obſervatione ordinabitur, faciant per ſe, vel alium, ſeu alios, ab omnibos, & ſingulis Fratribus præfatis exactiſſime obſervari. Contradictores quoslibet, & non parentes, ac rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac etiam graduom, officiorum, & vocis tam activæ quam paſſivæ privationem, ac cetera, quæ ſibi videbuntur opportuna, juris, & facti remedia, quacumque prorſus appellatione poſtpoſita, & etiam rejecta, compeſcendo, atque eoſdem io ſententias, ceoſuras, & pœnas prædictas incidiſſe declarando, eaſq. ſæpius aggravando, adhibita etiam, ſi opus fuerit, manu militari, & invocato auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.15. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtra de non tollendo jure quæſito, ac piæ mem. Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, aliiſq. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, uecnon Ordinis, & Congregationum hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, & quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus: privilegiis quoque, & indultis Apoſtolicis, illis per quoſcumque Romanos Pontifices, ac Sedem Apoſtolicam, & etiam Nos ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum qoibuſvis clauſulis, & decretis, in genere, & in ſpecie conceſſis, & qootieſcumque confirmatis, & innovatis, & Mare Magnum nuncupatis, ac quibuslibet aliis indulgentiis, & literis Apoſtolicis, per quæ his literis, non expreſſa, vel etiam non inſerta harum effectus, executio impediri valeret, vel tardari, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda eſſet mentio ſpecialis.

Tranſumptorum fides.

§.16. Volumus etiam, quod harum literarum exempla, etiam impreſſa dicti Caroli Cardinalis, & Protectoris, aut Generalis, ſeu alicujus Provincialis Miniſtri Fratrum ſigillo, & ejuſdem Caroli Cardinalia Secretarii, vel ipſiuſmet Generalis, aut Provincialis Miniſtri manu obſignata, eamdem fidem in judicio, & extra judicium ubique locorum faciant, quam hæ literæ ipſæ facerent, ſi oſtenderentur, vel exhiberentur.

Nulli ergo &c.

Datum Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1568., in. Kal. Febr., Pontificatus noſtri Anno III.

D. P. An.II.I 13 Januarii,

LXXVI

Juriſdictio, & facultates S.R.E. Cardinalis Protectoris, ac Judicis cauſarum Monaſterii S. Catherinæ de Roſa nuncupatæ, & Congregationis in Urbe inſtitutæ ad ibi recipiendas, pieq. educandas Virgines miſerabiles, in periculo amittendæ pudicitiæ commorantes.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Facultas Protectoris & deputatorum, puellas in periculo amittendæ pudicitiæ exiſtentes invitis parentibus capiendi, illaſque & alios eas occultantes coercendi.

CUpientes ut Monaſterium Beatæ Catharinæ della Roſa nuncupatæ de Urbe, jamdudum pro receptandis, & advocandis miſerabilibus puellis, quæ in periculo pudicitiæ ſubvertendæ, in dicta Urbe reperiuntur erectum, & Confraternitas ibidem pro gubernio dicti Monaſterii canonice inſtituta, non ſolum manuteneantur, verumetiam in dies incrementum ſuſcipiant, Monaſteriumque, & Confraternitatem hujuſmodi ſpecialibus gratiis, & favoribus proſequi volentes, Motu ſimili, ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, dilecto filio noſtro Hippolito tit. S. Mariæ Novæ presbyt. Card. Ferrarien. nuncupato, nunc, & pro tempore Monaſterii, & Confraternitatis hujuſmodi exiſten. Protectori, ſeu Confraternitati prædictæ, illiuſque Adminiſtratoribus, Gubernatoribus, & deputatis, quod quaſcumque puellas in periculo pudicitiæ exiſten. amittendæ, & ſi bene viſum fuerit, propria auctoritate, etiam invitis parentibus capere, & in dictum Monaſterium introducere, illaſque tamdum in dicto Monaſterio manſerint, quam etiam inde egreſſæ ſive nuptæ, ſive viduæ fuerint, necnon occultantes, & latitare facientes carcerare, punire, corrigere, & caſtigare, eorum arbitrio, ſeu alias juxta eorum ſtatuta, & providas ordinationes poſſint, & valeant, concedimus, ſtatuimus, decer., & mandamus.

§.1. Nec-

Facultas Protectoris & Judicis causas civiles & criminales, Monaſterii S.Catherinæ, ejuſque Confraternitatis, Monialium, & Puellarum etiam e Monaſterio egreſſarum, & nuptui traditarū in quacumque inſtantia ſummarie &c. cognoſcendi.

§.1. Necnun pro ipſius Munaſterii, Confraternitatiſque, Mooialium, & puellarum minori diſpendin, nec cogatur per diverſa Tribonalia litigare: omnes, & ſingulas cauſas, lites, quæſtinnes, & cuntroverſias Civiles, Criminales, pruſanas, Spirituales, meras, & mixtas ioter Cunfraternitatem, ſeu ejus Adminiſtratures, Gubernatores, & Deputatus hujuſmodi, Mooiales, ſeu puellas in dicto Monaſterin degentes, ſeu qoæ inde egreſſæ, & nuptui traditæ ſunt ex una, & quaſcumque alias perſonas cujuſcumque dignitatis, gradus, ordinis, & præeminentiæ exiſtentes, Univerſitates, Societates, Coogregationes, & Munaſteria, aut alia loca pia, ex altera partibus, etiam ſi coram S.R.E. Camerariu, Clericis, & Præſidentibus Cameræ Apoſtolicæ, & ejuſdem Cameræ generali Auditore, necnun Vicario, Gubernature, & Senature dictæ Urbis, illurum Locatenentibus, Collateralibus, & Judicibus, ac dictæ Urbis cauſarum Appellatinnum Capitaoeu, & Sacri Palatii Apoſtolici Auditoribus, & ejuſdem S. R. E. Cardinalibus, aliiſq. Judicibus ordinariis, ſeu delegatis, hujuſmodi motas, & pendentes, & deſuper ſtatu, & bonis, tam Monialium, quam puellarum, necnon quibuſcumque locatinnibus, venditionibus, legatis, fideicommiſſis, teſtamentis, hæreditatibus, atque illurum diſcuſſionibus, atque quorumcumque jurium, & actionum ceſſiunibus, aliiſque inter vivos cuntractibus, etiam vigore obligatiunis in forma Cameræ executionibus, revocationibus, bonis, rebus, juribus, & actionibus ad Confraternitatem prædictam, ejuſq. Gubernatures, Adminiſtratores, & deputatos, Muniales, & puellas prædictas, tam conjunctim, quam diviſim, ac tam active, quam paſſive ſpectantibos, & pertinentibus, in quacumque ioſtantia, (quarum umnium & ſiogularum ſtatum, & merita, necnon judicum, & collitigantium numina, & cognumina, ac qualitates, ceteraq. de neceſſitate exprimenda pro expreſſis haben.) in ſtatu, & terminis, in quibus nunc reperiuntur, harum ſerie ad Nos advucantes, illaſque umnes, & ſingulas, mutas, & pendentes, ac quam, & quas Cunfraternitas Gubernatores, Adminiſtratores, & deputati, necnon Mouiales, & puellæ ibi degentes, & illæ quæ exinde egreſſæ, & nuptui traditæ ſunt, & pro tempore ſueriot, habere volent cuutra eaſdem perſonas, Univerſitates, & Collegia, Congregatiunes, Confraternitates, Monaſteria, & alia buiuſmodi pia loca, pro rebus, bonis, hæreditatibus, juribus, & actionibus hujuſmodi, nunc, & pro tempore Munaſterii, Cunfraternitatis præfatarum exiſtenti Protectori præfatu, una cum illarum emergentibus, dependentibus, iocideotibus, annexis, & connexis, ſummarie, ſimpliciter, & de planu, & ſola facti veritate inſpecta, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, per ſeipſum, ſeu alios a ſe deputandos, in quacumque inſtantia uſque in finem audien. cognoſcen. & ſine debito terminandum, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium committimos, & mandamus. Ipſumq. Prutecturem nunc, & pro tempore exiſten. in dictis cauſis motis, pendentibus, & in futurum muveodis, in judicem ordinarium cum facultate eaſdem cauſas, in quacumque inſtantia uſque ad finem per ſeipſum vel aliom, ſeu alios ejus Aoditures, illas cognoſcen. deciden., & terminan., & aliis facultatibus prædictis, ſacimus, cuuſtituimus, & deputamus.

Inhibendique in Curia, & extra, & inobedientes coercendi. Necnon ſingulis diebus, & boris procedendi.

§.2. Necnon cum poteſtate citandi, & inhibendi, quos, quibus, & quuties, in Curia, & extra eam, etiam per edictum publicum conſtito, etiam de non tutu acceſſu eiſdemque, quam, & quibuſvis aliis ejuſdemq., Urbis judicibus, & perſonis, tam Eccleſiaſticis quam ſæcularibus, quibus, & quuties upus ſit, & ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, & pecuniariis, quibus ſibi, ſeu ab eu pro tempore deputando Auditori videbitur, inhibendi, & io eventum nun parititinis contra inobedientes, contumaces, & rebelles ad declarationem incurſus cenſurarum, & pœnarum hujuſmodi, illarumque aggravatiunes, & reaggravationes, & alias juxta murem, & ſtylum Curiarum Urbis in ſimilibus ſervari ſolitum & pruut ſibi videbitur, proceden. ſententiaſque ſuas debitæ executiuni demaodare, ſive demandare facien. auxiliumq. brachii ſæcularis ad hoc, ſi opus fuerit, invocandi, umniaque, & ſingula alia in præmiſſis, & circa ea quomodolibet oeceſſaria, & opportuna faciendi, gerendi, & exercendi, ac in umnibus, & ſingulis eis prædictis ad dictam Societatem, Moniales, & puellas, ut præmittitur, ſpectantes, ſingulis diebus, & huris feriatis, & nun feriatis, præterquam in honurem Dei, etiam tempore feriarum ob neceſſitarem huminum indictarum, & indiceodarum prucedere.

Notarium deputan.

§.3. Ac quemcumque Notarium ſibi bene viſum in cauſis hujuſmodi deputare poſſit, & valeat.

Mandatarii omnes citant.

§.4. Quodq. citatiunes, & inhibitiunes, quæ in eis fieri oportuerit, etiam per Curiæ Capitulii, & quoſcumque alios Mandatarios fieri poſſint.

Executoreſque exequantur.

§.5. Et quicumque executures Urbis poſſint, & debeant effectualiter executioni demaodare omnes, & ſingulas ſententias, decreta, & mandata prædicti Card. Prutecturis, ſive ab eo deputaturum, quæ non ubſtan. regula Cancellariæ ſub ejus parvo ſigillo expediri poſſint.

Confraternitas, Moniales puellæ & Adminiſtratores coram Protectore dumtaxat conveniri, & conveniri poſſunt.

§.6. Ac inſuper Cooſraternitatem prædictam, ejuſque Adminiſtratores, Gubernatores, & deputatos necnun Mutiales, aut puellas ibidem degentes, & inde egreſſas, noptas, ſeu viduas hujuſmodi ex nunc deinceps uccaſione præmiſſurum alibi quam coram prædictu Prutecture convenire, aut ad alios convenientibus conſtringi non poſſe: ac proceſſus, ſententias, & decreta, per alium, ſeu alios, tam urdinarios quam delegatos Judices, in umnibus prædictis quumudulibet pro tempore formatos latas, & facta, cum inde ſecutis quibuſcumque nulla, irrita, & inania, nulliosqoe roboris, vel momenti ſure.

§.7. Præ-

Clauſulę pręſervativę.

§.7. Præſentemque cedulam ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, ſeu renovatiunibus, ſimilinm vel diſſimilium eonceſſionum,& gratiarum, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifiees, & Sedem prædictam, vel ejus Legatos, etiam per Regulas Cancellariæ Apoſtolicæ pro tempore ſactas, nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis penitus & omnino exceptas, & quoties illæ emanabunt, præſentem cedulam in priſtinum ſtatum reſtitutam eſſe, & cenſeri debere, nec eidem eedulæ per quaſcumque literas, etiam quaſvis elauſulas generales vel ſpeciales, etiam derogatoriarum derogatorias, irritantiaque, & alia decreta ſub quacumque verborum expreſſioue continentes, derogari poſſe, etiam ſi ullo umquam tempore ex aliqua etiam quantumvis neceſſaria, & urgenti cauſa derogari contingat, niſi tenor ejuſdem cedulæ de verbo ad verbum, nibil penitus omiſſo inſertus, & hujuſmodi derogatio per trinas diſtinctas literas eumdem tenorem continentes tribus ſimilibus diſtinctis vieibus, adminiſtratoribus, gubernatoribus, deputatis, & Confratribus bujuſmodi, omnibus, & ſingulis legitime inſinuata, & intimata fuerit, eorumque expreſſus ad id aeceſſerit aſſenſus, derogationem hujuſmodi nemini ſuffragare, nullius eſſe roboris vel valoris, & ſic per quoſcumque Judices quavis auctoritate ſungen. etiam prædictæ Eeeleſiæ Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata &c. ac irritum &c. judicari & definiri debere.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.8. Non obſtan. præmiſſis, ac ſel. rec. Boniſacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, de una, & in Coneilio geoerali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolieis, necnon Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ae Hoſpitalium, Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum quorumcumque locorum, & ordinum, juramento &c. roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis Conſervatoribus exemptionibus, & literis Apoſtolieis eiſdem, ac dilectis filiis Populo Romano, necnoo Judicibus, Curiis, & Tribunalibus, eorumque perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Nos ad dictam Sedem, etiam motu, & ſcientia ſimilibus conceſſis, approbatis, & innovatis, etiam diſpouentibus, & cauſæ bujuſmodi ad ſorum, ſed Curiam Capitolii reaſſumi debeant, quibus omnibus & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ae de verbo ad verbum oihil penitus omiſſo, & forma illius contenta, obſervata inſerti forent, præſentibus pro ſufficieoter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hae vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, coutrariis quibuſcumque: aut ſi præfatis, aut quibuſvis aliis communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici ſuſpendi, aut excommunicari, vel extra, aut ultra certa loea Curias, & Tribunalia ad judicium trahi nou poſſint per literas Apoſtolicas non ſaeientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto bujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indultis Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus quorumeumque tenorum exiſteu. per quæ præſentibus non expreſſa, aut totaliter non inſerta juriſdictionis ipſios Protectoris explicatio impediri valeat quomodolibet, vel diſerri, & de quibus quorumque totis teuoribos de verbo ad verbum habenda ſit in præſentibus mentio ſpeeialis.

§.9. Volumus autem præſentium ſolam ſignaturam ſuſſicere, & ubique fidem facere in judieio, & extra, regula contraria non ubſtante, & earuindem tranſumptis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Protectoris, ſeu Confraternitatis hujoſmodi munitis, eamdem prorſus fidem adhiberi, quæ adhiberetur præſentibus manu noſtra ſubſcriptis. Sola ſignatura ſufficit.

Placet M. Romæ, apud Sanctum Petrum, quarto Idus Februarii, Anno III. D.P. An.III. 10.Februar.

LXXVII.

Reſervatio beneficiorum omnium vacantium, Sede Epiſcopali vacante.

SAnctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dominus Pius divina providentia Papa V.

§.1. Cupiens pauperibus Clericis, & aliis benemeritis perſonis, de beneficiis Eccleſiaſtieis providere, omnia & ſingula beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & quorumvis Ordinum regularia, qualitercumque qualificata, & ubilibet exiſtentia, Sede Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, & primatiali quarumcumque Eccleſiarum Cathedralium, etiam Metropolitanarum, Patriarchalium, ac Primatialium pro tempore Paſtoribus deſtitutarum vacante, quomodolibet vacantia & vacatura, tam in prædictis quam aliis Eccleſiis, oecnon Civitatibus, & Diœceſibus quibuſeumque, ad eorumdem Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, & Primatum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem quomodolibet pertinentia, diſpoſitioni ſuæ reſervavit. Reſervatio beneficiorum omnium vacantium, Sede Epiſcopali vacante.

§.2. Sicque in præmiſſis per quoſcumque &c. ſublata &c. judicari debere, irritum quoque &c. decrevit. Decretum irritans.

Placet, publicetur, & deſcribatur. M. Papæ ſubſcr.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta regula Romæ in Cancellaria Apoſt. Anno Incarnationis Dominicæ 1568. die vero 9. menſis Martii, Pontif. prælibati SS.D.N. Papæ Anno III. Publ. Pontif. An III. die 9. Martii.

Facul-

LXXVIII.

Facultas Collegii Fabricæ S. Petri Apoſtolorum Principis de Urbe, circa legata, quæ ſiunt Eccleſiæ B. Mariæ Lauretanæ, ſi ejus Miniſtri in illis exigendis ſuerint negligentes.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD Romani Pontiſicis ſpectat officium opportuois providere remediis, ne Eccleſia, & alia pia loca, præſertim Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjecta, & in honorem Glorioſiſſimæ Dei genetricis dedicata, ſuis tam ſpiritualibus, quam temporalibus bonis aliquorum malitia, vel negligentia fraudentur.

Cauſa hujus Cõſtitutionis.

§.1. Sane nuper ad aures noſtras non ſine dolore pervenit, complures Chriſtifideles perſonas, diverſarum Civitatum, & locorum, tam in Italia, quam extra eam, multas variaſque pecuniarum ſummas, & res ac bona Eccleſiæ B. Mariæ Virginis de Laureto nuncupatæ illius Diœceſis, devotionis cauſa reliquiſſe, donaſſe, aut alias conceſſiſſe, de quibus certa notitia propter injuriam, & negligentiam Notariorum, qui in dictis Civitatibus, & locis derelictis, donationibus, & conceſſionibus hujuſmodi rogati ſuerunt, aut aliarum perſonarum, quæ de illis ſcripturas confecerunt, hactenus haberi non potuit, nec poteſt in præſenti, unde dicta Eccleſia non modicum ſentit detrimentum.

Notarii infra tempus hic expreſſum notificent officialibus, vel deputatis Eccleſiæ B. Mariæ de Laureto, omnia ei relicta.

§.2. Nos igitur ne Eccleſia præfata, pecuniis, rebus, ac bonis hujuſmodi defraudetur, atque immodicis ſumptibus per Commiſſarios pro eorum exactione fieri ſolitis exoneretur, ipſaſque pecunias, res, & bona eadem Eccleſia facilius conſequatur, de aliquo opportuno remedio providere, ipſiuſque Eccleſiæ indemnitati, quantum cum Deo poſſumus, prout tenemur, conſulere volentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnibus & ſingulis Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, & aliorum locorum quorumcumque Notariis, aliiſque perſonis, ex quorum tam publicis, quam privatis ſcripturis conſtare quovis modo poteſt, aut poterit in ſuturum de aliquibus pecuniarum ſummis, rebus, ac bonis cujuſcumque quantitatis, qualitatis, generis, ac valoris extiterint, quæ Eccleſiæ præfatæ, pure vel conditionaliter, aot alias quomodocumque, ſaltem a triginta annis citra, in aliqua ultima voluntate relicta, vel inter vivos donata, vel quomodolibet conceſſa, aut promiſſa ſuerint, aut in poſterum relinquentur, donabuntur, concedentur, aut promittentur, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo, & ſub privationis ſuorum Officiorum, ac ſolutionis dupli pecuniarum, rerum, ac bonorum præfatorum, pro una videlicet ipſi Eccleſiæ, & altera medietatibus ſolutionis dicti dupli accuſatori, & executori æqualiter inter eos dividendis, & applicandis pœnis præcipimus, & mandamus, & inſuper hac noſtra in perpetuum valitura Ordinatione, & Conſtitutione ſub eiſdem pœnis ſtatuimus, & ordinamus, ut de cetero perpetuis ſuturis temporibus, Notarii, & perſonæ præſatæ omnes, & ſingulas diſpoſitiones in ſavorem dictæ Eccleſiæ a quocumque, & quomodocumque ſaciendas, de quibus, tam per ſuas proprias, quam per aliorum etiam deſuorum ſcripturas penes ipſos exiſtentes, quomodocumqoe conſtare poteſt, in Italia intra trium, extra vero eam infra octo menſium ſpatium, ſi eas per viam ultimæ voluntatis fieri contigerit, a die mortis diſponentium, ſi vero inter vivos a die ſolutionis faciendæ computandum, diſpoſitiones autem jam ſactas infra ſimile ſpatium, a die tamen intimationis præſentium, vel earum tranſumptorum, ut inſra ſubſcriben. ac ſigillandorum affixionem ad valvas Cathedralium Eccleſiarum in Civitatibus, & inſigniorum Eccleſiarum in terris, caſtris, & locis præſatis ſacien. computan. Gubernatori pro tempore exiſtenti ipſius Eccleſiæ, ſeu perſonis ab eo pro majori commoditate eorumdem Notariorum, & aliarum perſonarum in certis præcipuis Civitatibus, ſeu locis, ejus arbitrio ad hoc deputan. revelare ac notificare.

Deputati prędicti notificationes iſtas deſcribãt, &c.

§.3. Præſati vero deputandi, ipſum Gubernatorem ootificationum, & denuociatiooum ſibi per Notarios ſactarum hujuſmodi ſingulis quibuſcumque menſibus certiorem facere, & eaſdem ootificationea, ae denunciationes in libris ſuis, etiam ad hoc ſpecialiter confectis vel conficiendis, manu propria adootare, eoſdemque libros ad Gubernatorem præfatum, quoties ab eo ſuper hoc requiſiti fuerint, mittere, aut deferre, necnon ut idem Gubernator denunciationes, & notificationes non ſolum Notariorum, & aliarum perſonarum, ſed etiam deputandorum prædictorum adnotare, ſeu manu Cancellarii ipſius Eccleſiæ adootari facere in libro ad hoc etiam ſpecialiter confecto vel conficiendo, dictoſque libros in fine ſui Officii, ſuo in Officio Gubernatori immediato ſucceſſori coram Notario ad hoc ſpecialiter vocato, & rogato conſignare reſpective teneantur, & debeant. & unuſquiſque eorum teneatur, & debeat.

Fabrica S. Petri de Urbe, non poteſt quintam partem dictorum relictorũ prętendere, niſi probata negligentia Miniſtrorum dictę Eccleſię.

§.4. Quoniam vero Commiſſarii Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, vigore nonnullorum privilegiorum a diverſis Romanis Pontificibus, eidem Fabricæ ſuper exactione certorum legatorum conceſſorum quintam partem legatorum ipſi Eccleſiæ de Laureto relictorum exigendi facultatem habere prætendunt, volumns, & eiſdem Fabricæ prædictæ Commiſſariis nunc, & pro tempore exiſtentibua, Motu, & ſcientia, ac poteſtate ſimilibus, etiam diſtricte præcipiendo mandamus, ne in poſterum vigore præſatorum, aut quorumcumque aliorum privilegiorum quintam partem præfatam, niſi poſtquam de Miniſtrorum ipſius Eccleſiæ in eaigendis dictis lagatis negligentia conſtiterit, eaigere poſſint, au-

de-

Digitized by Google

deantve aut præſumant. Quodque negligentiam prædicti Miniſtri non aliter, quam ſi infra annum in Italia, vel infra biennium extra eam, a die quo denunciationes, & notificationes Gubernatori, vel deputandis prædictis factæ fuerint; vel ſi denunciationes, & notificationes prædictæ factæ non fuerint, iofra biennium in Italia, & quinquennium extra eam, a die mortis teſtatorum, ſeu alias diſponentium computan. legata hujuſmodi oon exegerint, aut deſuper litem contra hæredes, ſeu alios eorumdem legatorum debitores non moverint, iucurriſſe cenſeantur.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac privilegiis dictæ Fabricæ conceſſis, quorum omnium tenores haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.6. Et quia difficile eſſet earumdem præſentium notitiam, ad ſingulos Notarios, aliaſque perſonas Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum hujuſmodi pervenire, & ubique illas affigi, vel intimari, etiam motu, & ſcientia ſimilibus volumus, & decernimus, quod illarum tranſumptis, etiam per impreſſionem factis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo dictæ Eccleſiæ, aut alicujus Prælati, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillatis, ea prorſus fides indubia, in judicio, & extra, ac alias ubilibet adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An.III. 10. Martii.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die decima Martii, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, Pontificatus noſtri Anno tertio.

LXXIX.

Fructus beneficiorum lite peudente deponendi apud idoneam perſonam a Judice eligendam, deponi debent non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis diſponentibus, quod Capitula, & Canonici eos recipiant.

De ſequeſtris autem a Judicibus decerneudis ſuper fructibus beneficiorum lite peudente, vide Pii IV. Conſtit.XX. Sanctiſſimus. *Tom.IV. Par.II. fol.*48.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium:

CORdi Nobis eſt lites minuere, & a laboribus ſubditos, maxime perſonas Eccleſiaſticas divino cultui deditas relevare.

Beneficiorum litigioſorum fructus lite pendente percipiebantur a Capitulis, & Canonicis, vigore eorũ ſtatutorum, un e lites efficiebantur immortales.

§.1. Sane cum ſicut accepimus, in pleriſque Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis earum conſtitutionibus, & ſtatutis, etiam a Sede Apoſtolica approbatis, & confirmatis, cautum ſit, quod occurrentibus litibus, & controverſiis inter proviſos de dignitatibus, officiis, canonicatibus, & præbendis, portionibus, & præſtimoniis, ceteriſque beneficiis Eccleſiaſticis qualitercumque qualificatis, tam ordinaria quam Apoſtolica auctoritate, tam ſuper illorum proviſione ſeu inſtitutione, aut poſſeſſione, quam illorum idoneitate, & habilitate, aut ex quavis cauſa, & eorumdem ad dignitates, canonicatus, & præbeodas, ceteraque beneficia Eccleſiaſtica prædicta admiſſione, & receptione, & Capitulum, & Caoooicos, ceteraſque capitulares perſonas, ad quos admiſſio, & receptio, tam de jure quam ex conſuetudine ſpectat, & pertinet, aut etiam alias perſonas Eccleſiaſticas aſſerentes beneficia prædicta ad ſe de jure ſpectare, ipſi ſic proviſi interim beneficiorum hujuſmodi fructus, ac diſtributiones noo percipiaut, ſed Capitulum, & Canonici illas, vel in ſuos uſus, & utilitatem convertendas, ſeu reſtituendas ei, cui de jure reſtituendæ erunt, recipiant, prout in dictis conſtitutionibus, & ſtatutis, ſen conſuetudinibus continetur, quo factum eſt, ut lites hujuſmodi immortales efficiantur, nec earum optatus finis videri poſſit.

Hic Pontifex modo decernit eos deponi debere penes idoneam perſonam a Judice eligendam.

§.2. Hinc eſt quod Nos hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, atque decernimus, qood fructus, redditus, & proventus, ac diſtributiones, ceteraque emolumenta, quæ vigore conſtitutionum, conſuetudioum, & ſtatutorum prædictorum, a Capitulo, & Canonicis recipienda, ut præmittitur, erant, amplius non ab eiſdem Capitulo, & Canonicis recipiantur, ſed penes perſonam fide, & facultatibus idoneam per Judicem, coram quo cauſæ hujuſmodi pendere repertæ fuerint, eligendam, & nominandam deponantur, reſtituenda ei, cui de jure poſtea reſtituenda fuerint.

Decretum irritans.

§.3. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes in quavis inſtantia judicari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate; irritum quoque, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, necnon in provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, & quarumvis Eccleſiarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque Capitulis, & ſuperioribus per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores oostros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac quavis etiam Imperiali,

vel Regali conſideratione, vel inſtantia, & alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, perinde ac ſi tenores hujuſmodi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſerti, & forma in illis tradita obſervata foret, pro ſufficienter expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque.

Fides exemplorum.

§.5. Volumus autem quod præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Forma publicandi, quæ mox ſequitur.

§.6. Quodque literæ ipſæ in Cameræ, & Cancellariæ Apoſtolicarum, & Audientiæ cauſarum Palatii Apoſtolici valvis, & in acie Campi Floræ, dimiſſis inibi copiis, publicatæ, & affixæ omnes ita afficiant, & arctent, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent. Nulli ergo &c.

D. P. An.III. 30. Martii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, tertio Kalen. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno tertio.

LXXX.

Quæ beneficiorum Eccleſiaſticorum reſignationes per Epiſcopos, & alios Collatores admitti poſſint.

PIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

QUanta Eccleſiæ Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotidie magis afferat miniſtrorum in eam ingreſſio vitioſa, jam late perſpiciant, & cum mœrore expendant Præſules omnes, & Paſtores, quando hæc pernicies ceterarum omnium maxima tam multas Orbis Eccleſias impie violarit.

Pontifex iſte alias ſuſpendit facultates admittendi reſignationes beneficiorum, & de illis ſic vacantibus diſponendi.

§.1. Quia vero hoc malum cum in ceteris frequens, tum maxime in beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum dimiſſione admittitur, nemini moleſtum eſſe debet, quod perinde de reprimendis quotidianis fraudibus, quæ hac in re frequentiores internoſcuntur, certam aliquam rationem tandem inituri, Officii noſtri partes in prohibenda omnibus interim reſignationum hujuſmodi acceptione paulo ſeverius interpoſuerimus, omneſque beneficiorum interim reſignandorum diſpoſitiones, quæ fierent, in irritum revocaverimus, ac etiam decreverimus, nullum per eas in illis jus, neque titulum, vel coloratum, tam in petitorio quam in poſſeſſorio ipſis proviſis tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuo inhabiles fore. Collatores vero alias in illorum diſpoſitione, etiam tamquam devolutionis jure ſeſe interponere non poſſe, ſed de eis ut vere vacantibus, ſive per Romanos Pontifices, ſive alios collatorum eorumdem Superiores uti præventum eſſet, libere provideri.

Hic modo Pontifex ex cauſis hic enunciatis.

§.2. Nunc autem intendentes inſtitutum hoc noſtrum, quo ſanctuarium Domini cupimus illibatum, auctore Domino perſequi, ac ſimul, quantum in Nobis eſt, cavere, ne reſignationes ipſæ dehinc pro cujuſque arbitrio, nulliſque vel certe levibus cauſis paſſim, & temere admittantur, prohibitionem, & alia prædicta, ac cetera omnia in noſtris ſuper his literis contenta catenus relaxamus, ut poſthac.

Declarat, quæ reſignationes de cetero admitti & recipi poſſint.

§.3. Epiſcopi, & alii facultatem habentes, eorum dumtaxat reſignationes recipere, & admittere poſſint, qui aut ſenio confecti, aut valetudinarii, aut corpore impediti, vel vitiati, aut criminì obnoxii, cenſuriſq. Eccleſiaſticis irretiti, aut nequeunt, aut non debeant Eccleſiæ, vel beneficio inſervire; ſeu qui unum illud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoveri; religionem quoque ingreſſuri, vel matrimonium contracturi, ſi ſtatim poſtea id re ipſa exequantur; denique eum, quis ex aliis caſibus acciderit, qui Conſtit. fel. record. Innocentii Papæ Tertii de dimittendis Cathedralibus Eccleſiis edita continetur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audeant in loco beneficii reſidere ſecuri. Sed nec horum ullus ſacro ordini mancipatus, niſi religionem ingreſſurus valeat ullo modo beneficium, vel officium Eccleſiaſticum reſignare, niſi aliunde ei ſit, quo in vita poſſit commode ſuſtentari. Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ Canonicis ſanctionibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus permittuntur.

Hæc Innocentii III. Conſt. eſt in Cap. 10 de Renũciat.

Et præcipit Epiſcopis præſentatoribus, & elector ibus quæ cavere debeant.

§.4. Caveant autem Epiſcopi, & alii prædicti, itemq. omnes electores, præſentatores, & patroni, tam Eccleſiaſtici, quam laici quicumque ſint, ne verbo quidem, aut nutu, vel ſigno, futuri in hujuſmodi beneficiis, & officiis Succeſſores, ab ipſis reſignantibus, aut aliis eorum ſignificatione, vel hortatu deſignentur, aut de his aſſumendis, promiſſio inter eos, vel etiam intentio qualiſcumque intercedat.

Prohibetque beneficia reſignanda non conferri conſanguineis collatorum, vel reſignantium.

§.5. Ceterum præcipimus atque interdicimus, ne ipſi Epiſcopi, aut alii collatores de beneficiis, & officiis reſignandis prædictis, aut ſuis, aut admittentium conſanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant providere; quod ſi ſecus, ac etiam quicquid præter, vel contra formam prædictorum fuerit a quocumque temere attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere.

Contravenientibus pœnas infligit.

§.5. Qui vero contrafecerint, ut in eo quo deliquerint puniantur, a beneficiorum, & officiorum collatione, necnon electio-

ctione, præſentatione, confirmatione, & inſtitutione, prout cuique competierit, tamdiu ſuſpenſi remaneant, donec remiſſionem a Romano Pontifice meruerint obtinere; & qui talia beneficia, ſeu officia receperint, eos prædictis pœnis volumus ſubiacere. Et nihilominus in eos, qui ſic ſuſpenſi conferre, eligere, præſentare, confirmare, vel inſtituere, auſi fuerint, excommunicationis quo ad perſonas, quo vero ad Capitula, & Conventus, a divinis ſuſpenſionis ſententias ipſo facto promulgamus: quibus etiam nullus alius quam ipſe Romanus Pontifex, ſive abſolutionis, ſive relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertire. Prohibitione, & literis noſtris prædictis nihilominus in ceteris omnibus perpetuo valituris.

Contrariis derogat.

§.7. Non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus quibuſcumque Epiſcopis, & aliis Superioribus ac inferioribus Eccleſiarum Prælatis, necnon Eccleſiis, Monaſteriis, & Capitulis, Conventibus, Collegiis, & Univerſitatibus, eorumque. & aliis perſonis, etiam Regia, & Imperiali Majeſtate præditis, ſub quacumque verborum forma, & conceptione conceſſis, per quæ effectus præſentium impediri poſſet quomodocumque, vel differri, etiam ſi de eis, ipſorumque totis tenoribus ad verbum, ac de propriis nominibus eorum, necnon Eccleſiis, Monaſteriis, locis, Ordinibus, & dignitatibus, de quibus necnon cauſis, propter quas illa conceſſa ſunt, ſpecialem, & expreſſam præſentibus fieri oporteret mentionem.

Publicari hāc Conſtitutionē præcipit.

§.8. Ceterum jubemus eaſdem præſentes ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ publicari, & earum exempla affigi. Volumuſque eas ſic publicatas, omnes, & ſingulos perinde afficere, & obligare, ac ſi illis ipſis fuiſſent ſingulariter intimatæ.

Exemplis credi jubet.

§.9. Exemplis quoque prædictis, etiam impreſſis, manuq. Notarii publici, & ſigillo Prælati Eccleſiaſtici, vel ejus Curiæ obſignatis, eadem prorſus fidem adhiberi, quæ ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo &c.

D.P. An.III. 1. Aprilis.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnatinnis Dominicæ 1568., Kal. Ap. Pontificatus noſtri Anno III.

LXXXI

Reſormatio Fratrum Ordinis Cruciferorum, præcipue circa proprietatem, adminiſtrationem, munuſq. Officialium.

De hoc Ordine vide in Conſt.X. Urban.III. Cum anteceſſor *Tom.III. fol.25.*

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Regulares in obſervantia eorum diſciplinæ coadjuvandi ſunt, & ab ea exorbitantes, ad eādem revocandi.

Nihil in Eccleſia Dei, aut præclarius, aut utilius arbitramur, quam optimam

diſciplinam eorum, qui divini ſpiritus inſtinctui obſecuti, ſeſe regularibus inſtitutis devinxerunt. Hi namq. cum genere vitæ, tum doctrina, operibus, & exemplis, certum directumque iter, ad Cœleſtem Beatitudinem conſequendam, ceteris omnibus fidelibus in ſæculo viventibus oſtendunt. Quocirca magnam undique curam, & diligentiam adhibere neceſſe eſt, ut quicumque huic ſacro ſunt contubernio mancipati, in ſuæ quiſque regulæ obſervatione, pie ſanteque nutriantur, & confirmentur. Exorbitantes vero, ſalutaribus remediis ad proprium inſtitutum revocentur.

Hujuſmodi regularis diſciplinæ reſtitutioni iſte Pontifex multum ſtuduit.

§.1. Quam quidem ſolicitudinem Nos, ex quo ſuimus ad regimen univerſalis Eccleſiæ divina pietate vocati, perpetuam habuimus, pluribuſq. Ordinibus a vetuſta diſciplina declinantibus, nunc novarum Conſtitutionum editione, nunc antiquarum reſtitutione, vel correctione, ita profecimus, ut jam non mediocres ex labore noſtro fructus late per Orbem progrediantur.

Et modo iſtū Ordinem reformare intendit.

§.2. Quare inſtitutum hoc noſtrum perſequi, annuente Deo intendentes, inter ceteras Religiones, quæ reformatione indigere noſcuntur, Fratrum Cruciferorum Ordo Nobis nunc occurrit, cujus priſtinos mores ex effuſa ſenſim licentia in multis corruptos ad ſuam quantum poteſt integritatem reſeramus.

Cujus Ordinis Regula ab Alexandro III. juxta B. Cleti diſciplinā inſtituta, dum in illius obſervantia ſtetit, multum profecit.

§.3. Quondam enim hæc regula a ſel. rec. Alexandro Papa Tertio, juxta diſciplinam B. Cleti inſtituta, quamdiu in veterum inſtitutorum ſuorum obſervatione permanſit, ejus profeſſores, cum integritate vitæ tum ſalubri Prioratuum, Hoſpitalium, & locorum ſuorum directione, bonorumq. pia, & fideli adminiſtratione, egregiis apud omnes laudibus merito floruerunt.

Ab obſervantia poſtea declinans, fere defecit.

§.4. Ubi vero primum Prioratuum, Hoſpitalium, & locorum prædictorum cura perpetua, certis quibuſdam id forte pro meritis, aut Religioni maxime utilibus, de benignitate, ſeu providentia Sedis Apoſt. demandata eſt, ea tunc demum cupido tam multorum animos inceſſit, ut illa fere omnia, aut in titulum, aut in commendam perpetuam, variis prætenſis cauſis, ſibi paulatim uſurparint, & qui illa ſic poſtea poſſederunt, minus morigeri atque obedientes ſuis Superioribus effecti, fructus qui prius ad publicam utilitatem, commoditatemq. Religionis, & in alendis pauperibus diſpenſabantur, proprios ſibi fecerunt, profanis etiam uſibus applicantes.

Innocentius 8 ideo perpetuitatem officiorum, ad triennium reduxit juxta antiquum inſtitutum.

§.5. Unde cum hujus frugiferæ diſciplinæ cultus jam perverti, ac labaſcere conſpiceretur, piæ mem. Innocentius Papa VIII. procurante Priore generali, & Definitoribus dicti Ordinis bene, ac providenter ſtatuit, ut ipſe Generalis, ac ceteri omnes Priores, necnon Definitores, Rectores, & Adminiſtratores dicti Ordinis, deinceps non ad vitam, ſed ad triennium dumtaxat juxta primævam inſtitutionem aſſumerentur, & ſuum quiſque Prioratum, vel aliam adminiſtrationem ſemper in proximo Capitulo generali reſignare deberet.

Digitized by Google

Verumtamen perpetuatio officiorum de novo revixit.

§.6. Quod quidem etſi tam regulari diſciplinæ reintegrandæ ſpem optimam in ipſo ſtatim principio præſeferret, graſſante tamen non multo poſt magis magiſq. hujuſmodi cupiditate, rurſus ex perpetua Prioratuum, & Hoſpitalium prædictorum, in titulum, & commendam conceſſione, eadem illa, & forte deteriora incommoda ipſi Religioni ſucceſſerunt.

Clemens VII. propterea formam eligendi Officiales edixit.

§.7. Quamobrem recol. mem. Clemens Papa VII. Prædeceſſor noſter perpetuo ſtatuit, & decrevit, ut in proximo, & futuris deinceps Capitulis generalibus dicti Ordinis, tres ipſius Ordinis profeſſores idonei, Priores, & Rectores annales, in ſpiritualibus, & temporalibus, ad ſingulos Prioratus, & ſingula Hoſpitalia ita eligerentur, ut primo loco nominatus, primo anno, alter vero ſecundo, & tertius tertio regeret; ac ſecundus primo, tertius vero ſecundo, etiam pro reliquo illo anni tempore, quo primus, vel ſecundus aliqua cauſa regere nequiret, per ſeriem ſuæ cujuſque nominationis uſque ad ſequens Capitulum generale ſubrogaretur. Et ſi celebrato Capitulo generali, interim uſque ad celebrationem ſequentis Prioratus, vel aliud beneficium ejuſdem Ordinis, in titulum, vel commendam perpetuam, aut temporalem obtentum, etiam diſpoſitioni Apoſtolicæ ratione Conventualitatis; aut alias ſpecialiter, vel generaliter reſervatum, quovis modo vacaret, nullus de illo, quam Prior generalis, ſeu ejus Vicarius, ſed nec ille niſi ad annum dumtaxat, & ſic deinceps uſque ad proximum generale Capitulum diſponere valeret, quemadmodum fuerat jam ab ipſo Innocentio Papa ſalubriter ordinatum.

Prioratus, & Hoſpitalia vacantia, a Priore & Capitulo generali cõferri juſſit.

§.8. Ceterum hujuſmodi Prioratus, & Hoſpitalia, etiam a Sede Apoſtolica impetrari non poſſent, nec de illis cum vacarent, ex quo ulterius vacare non cenſerentur, aliter quam Priorem generalem, & Capitulum generale, modo, & forma prædictis diſponi poſſet.

Clemens prædictus, & Paulus III. multa alia pro dicti Ordinis reſtitutione decreverũt, quæ minime obſervata fuerunt.

§.9. Multaque præterea, tam ab ipſo Clemente, quam etiam fel. rec. Paulo Papa III. Prædeceſſore noſtro pro conſervatione dictæ Religionis edita, & promulgata fuerunt, quibus antiquus ipſe cultus regularis facile reſtitui in ea poterat, ſi dicti Fratres illorum obſervationi vere, & ex animo incubuiſſent; ſed hujuſmodi ambitio ex multorum cordibus numquam ſatis excuſſa, in tantum prævaluit, ut plerique ex iis, qui aut ſeſe dimiſſuros Prioratus aſſimilaverant, aut intentionem aliquam id faciendi præſtiterant, non modo id poſtea neglexerint, ſed & aliis exemplo fuerint, eamdem viam fidentius inſequendi. Hinc toti Ordini tanta quotidie parantur detrimenta, ut niſi efficax illi remedium tempeſtive quæratur, verendum eſt, ne illa ſit in majorem denique perniciem ruitura.

Hic Pontifex Ordinem priſtinæ Obſervantiæ reſtituere volens, Bullas Innocentii VIII.,

§.10. Nos hæc mala ex ipſa perpetua rerum adminiſtrandarum facultate, vel maxime provenire arbitrati, illis omni qua poteſt induſtria occurrere, ac ſimul dictam Religionem priſtino ſuo candori, quantum in Nobis eſt, reſtituere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſingulas Innocentii, Clementis, & Pauli Prædeceſſorum prædicturum literas ſuper præmiſſis confectas, ac quæcumque in eis contenta, præſentibus noſtris non contraria, harum ſerie innovamus, approbamus, & confirmamus; effectumque ſuum plenarium, in omnibus, & per omnia, ſortiri debere volumus.

Clem. VII., & Pauli III. approbat, in iis, quæ huic Conſtitutioni non adverſantur.

Proviſioneſque, & collationes beneficiorum, & locorum Ordinis, vel eorum fructuum hactenus factas, revocat.

§.11. Ut vero hæc noſtra voluntas, inſtitutique noſtri ratio impedimentis omnibus explicita, promptos, & felices ſucceſſus habeat, omnes, & quaſcumque, tam Apoſtolicas, quam ordinarias collationes, proviſiones, commendas, in adminiſtratorem deputationes, de Prioratibus etiam Conventualibus, Hoſpitalibus, & aliis beneficiis, cum cura, & ſine cura, dicti Ordinis, & etiam ſuper illorum fructibus quarumcumque penſionum annuarum, aut aliarum rerum, vel etiam ipſorum fructuum, ſeu partis eorum reſervationes, Fratribus ſupradictis, ac etiam ipſum Ordinem profeſſuris, perpetuo ſive ad certum & qualecumque tempus, necnon omnia & quæcumque regreſſus, acceſſus, & ingreſſus, ac regrediendi, accedendi, & ingrediendi facultates & indulta, Coadjutorum quoque deputationes ad illos, & illa, ac etiam reſervationes ædium, & earum partium, camerarum, cœnaculorum, ædificiorum, hortorum, & quarumcumque aliarum rerum, tam prædictorum, quam omnium aliorum Prioratuum, Hoſpitalium, & locorum Conventualium dicti Ordinis, quæ vel illorum ſeptis continentur, vel ut propinqua illorum Conventibus, vel ad hoſpitalitatem exercendam uſui ſunt, etiam de conſenſu, ac ex reſignationis ſeu ceſſionis juris, ac etiam litis, & cauſa, aut concordiæ Apoſtolica auctoritate confirmatæ, aliave cauſa quantumcumque onerosa, & conſiderabili, tam eiſdem Fratribus, quam quibuſcumque aliis, etiam S. R. E. Cardinalibus, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos & Sedem prædictam, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, necnon conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Ducum, aliorumque Principum facta & conceſſa, quibuſcumque concepta formulis, ac etiam reſtitutivis, præſervativis, derogaturiarum, derogatoriis, aliiſq. efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon vim contractus inducentibus, & aliis decretis ſuffulta, quorum omnium tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, dicta auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſpecialiter, & expreſſe revocamus, & Apoſtolicas, ac quaſcumque alias literas, necnon proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſecuta quæcumque caſſamus, & annullamus, ac volumus illa omnia vires, & effectum de cetero non habere.

Proviſos poſſeſſione privatos, ac inde amotos declarat.

§.12. Et nihilominus omnes, & ſingulos Priores, & ceteros Fratres, illos & illa ob-

Digitized by Google

obtinentes prædictos, ac eos qui profiteri volentes, ut præfertur, receperunt, etiam quantumcumque longiſſimo tempore poſſeſſores, eiſdem omnibus ex nunc priva mus, & ab illorum poſſeſſione amovemus, amotoſque denunciamus.

Non dimittentibus pœnas imponit.

§.13. Jubemus quoque Generales, ac alios Priores, Commendatarios, Adminiſtratores, & Rectores prædictos in univerſum & ſingulatim, ut quamprimum præſentes illis intimatæ fuerint, non expectata alia a Nobis juſſione, aut mentis declaratione, ab omnimoda adminiſtratione abſtineant, ac poſſeſſionem hujuſmodi vacuam, liberam, & expeditam realiter dimittant, deque omnibus, & ſingulis bonis mobilibus, necnon fructibus & rebus ab eis perceptis, etiam in pecuniis conſiſtentibus, Priori Generali, ac Viſitatoribus rationem reddant, reliqua vero locis ſuis omnino dimittere debeant. Quod ſi horum quiſquam ſecus quoquomodo contenderint, illum talem excommunicationis ſententia innodamus, ac dignitatibus, adminiſtrationibus, & officiis dicti Ordinis perpetuo indignum decernimus eo ipſo.

Dimittentibus autem, titulū nomen, & inſignia retinere, electionisque tam active, quam passive votū permittit.

§.14. Ipſi tamen ſic dimittentes, titulum, nomen, & ſigna omnia Prioris ita retineant, ut quoad vixerint, & in unitate fidei, atque obedientia, & obſervatione præſentium perſtiterint, nec quicquam, quod eos merito reddat indignos, admiſerint, vocem & ſuffragium active, & paſſive, etiam quoad electionem dicti Prioris generalis habeant; & tam in proximo, quam in ceteris deinceps Capitulis generalibus, ad curam, & regimen aliorum Prioratuum, & Hoſpitalium commutentur, ſed annales dumtaxat, uti præſcriptum eſt, eligi poſſint.

Prioris generalis officium triennio finiri & in Capitulo generali eū eligi jubet.

§.15. Ceterum ex iis, quæ pro ſalubri dictæ Religionis ſtatu, & felici directione alioqui inſtituta hucuſque reperiuntur, quæque nec præſentibus contraria ſunt, nec illorum effectum impedire poſſunt, nihil omnino detrahere, ſed illa omnino immota cuſtodiri; rurſus ea, quæ ad ipſius regulæ conſervationem, atque ædificationem vel deeſſe, vel obeſſe poſſunt, præſenti pagina ſupplere, vel emendare intendentes, ac etiam inhærentes prædictis Innocentii, Clementis, & Pauli Prædeceſſorum literis, quarum ſingularum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ſtatuimus, & ordinamus, quod futuris temporibus in perpetuum Prior generalis dicti Ordinis triennalis dumtaxat, ac tertio quoque anno, in Capitulo generali ſingulis trieuniis celebrando, per ſuffragia ſecreta, juxta Concilii Tridentini diſpoſitionem, & alias ſecundum literas Innocentii Prædeceſſoris hujuſmodi, & regularia dicti Ordinis inſtituta, laudabileſque conſuetudines eligatur, ita quod excurſo prædicti triennii ſpatio, ipſum officium nequeat illi deinceps prorogari.

Aliorū Priorum eligendi formam & tēpus deſignat.

§.16. Ut vero uniformis in dicto Ordine ratio habeatur, debine tres profeſſores idonei Priores annales ad unum quemque ceterorum omnium Prioratuum prædictorum in dicto Capitulo generali dumtaxat, ita per ſeriem eligantur, & inſtituantur, ut primus ſolum primo anno, ſecundus ſecundo, ac tertius tertio, regimen, & adminiſtrationem ejus Prioratus, ad quem ſic electus fuerit, in ſpiritualibus, & temporalibus habeat; & ſi horum trium quemvis cedere vel decedere, vel inde ex aliqua cauſa amoveri contingat, ille qui ſinito eo anno ei immediate ſucceſſurus erit, etiam pro toto illo tempore, quod cedenti vel decedenti, aut amoto reliquum eſſet, ſuccedat. Rurſus, ſi duo ex eiſdem qualeſcumque in Ordine electi, vel primo anno ceſſerint vel deceſſerint, aut amoveantur, ſuperſtes in reliquum omne tempus, modo prædicto, uſque ad proximum generale Capitulum adminiſtret; omnibus vero tribus eodem intervallo quandocumque deficientibus, ei prioratui ac etiam aliis, in titulum vel commendam perpetuam vel temporalem obtentis prædictis cum vacabunt, etiam ſi, uti præfertur, aut alias reſervata fuerint, alium vel alios Fratres idoneos annales dumtaxat uſque ad proximum generale capitulum ſubrogabit, quocumque privilegio Apoſtolico generali vel ſpeciali, quibuſdam Prioratibus, & Conventibus dicti Ordinis conceſſo, & etiam multiplicatis vicibus approbato, aut ſtatuto quacumque firmitate muuito, ſeu conſuetudine quantocumque tempore obſervata, quod ipſi non a Capitulo generali electos recipiunt, ſed ſuos ſibi priores alias juxta formam literarum Clementis hujuſmodi eligunt penitus abrogatis, & annullatis. Priores autem omnes ſuo rite defuncti officio annali, rurſus poterunt in ipſo futuro Capitulo generali itidem, ut antea Priores in aliis Prioratibus, & domibus dicti Ordinis, ſi rurſus idonei judicati fuerint, ad alium annum, & ſic deinceps deputari. Ad eumdem vero Prioratum, unde Priores exierint, nequeant ante exactum omnino triennium remeare.

Adminiſtratorem cujuſque Prioratus ſtatuit.

§.17. Ad hæc nullus omnino Priorum curam aut adminiſtrationem bonorum, & aliarum rerum temporalium, diſpenſationemque redditnum ſui Prioratus, ſeu domus, etiam nomine ſui Conventus habere, ſive exercere, vel ſeſe in iis interponere poſſit, ſed univerſum id onus tribus Religioſis in unoquoque Capitulo generali ita demandetur, ut primus, rerum, & bonorum menſæ, tam Prioris quam prioratus, inferendorumque in eum redditum curam habeat. Alter tamquam depoſitarius pecunias, & cetera ab illo importata fideliter aſſervet. Reliquus de pecuniis, & rebus a Depoſitario captis Priori, Fratribus, & domui univerſæ de neceſſariis veluti diſpenſator cum Prioris auctoritate provideat, officiorum hujuſmodi invicem confuſione penitus interdicta. Sed, & ii tres, tam accepti quam impenſi ſingulis menſibus Priori ſuo, adhibitis etiam duobus, vel tribus Fratribus ejuſdem Prioratus probatioribus, rerumq. uſu peritis, deinde ipſimet rurſus præſentibus ipſis Priore, & peritis, Priori

Digitized by Google

ri Generali, vel Viſitatoribus quotieſcumque viſitationis officiom ſeceriut. Denique Prior generalis, tam de illis omnibus, quam etiam ſuæ menſæ proventibus, & rebus, ſemper io proxime ſequenti Capitulo generali, & coram tribus Judicibus ab ipſo Capitulo deputatis ſuæ adminiſtrationis rationem reddere teneatur.

Prioribus vitam communem, & alia præcipit.

§.18. Omnes vero Priores vitam cum ſuis Fratribus communem ducant, nec proprium quidquam habeant; omnibus divinis Offieiis diurnis, & noctumis, in Ecclesia, & Choro ſemper adeſſe debeant. In Refectorio ſemper eomedant, ubi ſilentium perpetuum agatur, & lectura ſaera ab initio ad finem de more aliorum Religioſorum regularem diſciplinam obſervantium habeatur. Ædes ſeparatas, neque in elauſtro neque alibi uſquam habeant, ſed unica eella, aut ſi neceſſitas poſtulaverit, duabus dumtaxat, eiſdemque eum ceteris aliorum Fratrum conjunctis, contenti eſſe debeant.

Proprietatem omnibus interdicit.

§.19. Pari quoque ratione eeteri Fratres oil ſibi proprii vendicantes, neceſſarium victum, & veſtitum a ſuo quiſque Conventu, ſive domo, ae per ejus Miniſtros, prout cuique opus erit capiant, pecuniæ uſu veluti olim ad libitum abutebantur, deinceps omnibus penitus interdicto; eam tamen diligentiam Prior adhibere debebit, ut ſingulorum, maxime infirmorum, & ſenum neeeſſitatibus juxta eujuſque exigentiam conſulatur. Quiequid vero ſuerit cuique privatim, & intuitu perſonæ undecumque donatum, illud omne Superiori, horarum vigiotiquatuor intervallo, exhibeatur, ut depoſito ſtatim eommittat, & inde ex eo tantum exhibitori miniſtrare jubeat, quantum præſens rei eonvenientis uſus, & neeeſſitas videbitur poſtulare. Quod ſi quiſquam donatum hujuſmodi non exhibuerit, ut præſertur, in cenſuras, & pœnas, etiam per Conſtitutiones Noſtras promulgatas, ſe noverit incidiſſe.

Veſtitum uniformem, purum & honeſtum præfinit. Hoſpitalitatē, & Studium in locis commodis reſtitui jubet.

§.20. Veſtitus autem omnis omnino conformis, nulla exquiſita arte elaboratus, ſed purus, & honeſtus in univerſum habeatur.

§.21. In omnibus vero locis vetus Hoſpitalitas, quoad fieri poterit, reſtituator, & in Prioratibus Civitatum inſignium, ceteriſque loeis commodis optimarum literarum ſtudium, atque exercitium omni tempore habeatur.

Mulierum admiſſionē prohibet.

§.22. Nullus inſuper ſive Prior, ſive ſimplex Religioſus, intra ſepta domus ſuæ, neque omuino alibi, mulieres quantumeumque provectas, ſen matres, ſeu ſorores, ſeu alias propinquas, etiam infirmitatis tempore admittat.

Numerū Fratrum quolibet Cōventu, minorem ſeptē prohibet.

§.23. Poſtremo ut in Prioratibus prædictis, juſtus Miniſtrorum numerus perpetuo eouſtet, numquam paueiores, quam ſeptem Fratres in ſingulis educentur. Illi vero in qnibus tot commode ali nequiverint, aliis Prioratibus ejuſdem Ordinis per d. Capitulum generale, ſeu, ſi id commode tune fieri nequiverit, cura Protectoris d. Ordinis, adhibitis etiam Priore generali, & definitoribus prædictis, perpetuo uniantur; ſeu de opulentiorum Prioratuum, & loeorum redditibus, eeteris anguſtioris proventus Prioratibus, & locis, commodis rationibus proſpiciantur.

Diſpoſitiones de Prioratibus, & beneficiis Ordinis ſic & non aliter fieri jubet.

§.24. Diſtrictius inhibeotes in virtute ſanctæ obedientiæ Generali, ceteriſque omoibus, & ſingulis Prioribus, & Conventibus ſupradictis, eorumq. perſonis, ne de Prioratibus, Hoſpitalibus, ae aliis beneficiis dicti Ordinis ſub ipſa revocatione noſtra comprehenſis prædictis, aliter quam in dicto Capitulo generali, & ut illis præſeriptum eſt, diſponere qnoqoo modo præſumant.

Aliterque factas annullat.

§.25. Ae decernentes ex nune quaſcumque præſentationes, electiones, collationes, proviſiones, commendas, & alias diſpoſitiones, etiam a Sede prædicta, motuque, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ae cum præſentium ſpeciali, & expreſſa derogatione pro tempore ſactas, tamquam in læſionem, & detrimentum reformatæ Religionis ſubreptas, & extortas, nullius prorſus momenti fore, nec per eas jus aliquod euiquam acquiri.

Omnem recurſū &c. removet.

§.26. Nec ullum ex iis, quorum collationes, proviſiones, & eommendæ Prioratuum, Hoſpitalium, & benefieiorum prædictorum, ae penſiouum, eeterarumq. reſervationes, necnon regreſſus, aeeeſſus, & ingreſſus, & Coadiutorum deputationes ad illa revocata ſunt, ut præſertur, at quemquam alium, quoeumque tempore, quaviſque cauſa quantumlibet rationabili, reſtitutionem in integrum, reductionem ad terminos juris, aut quodvis aliud gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrare, vel etiam ab alio, vel aliis impetrato, aut motu ſimili eonceſſo uti.

Harum literarum impugnationem interdicit.

§.27. Nec præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis ooſtræ, vel alio quopiam defectu notari, nec impugnari, nec ſub ullis revocatiooibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, ſimilium, vel diſſimilium ordinationum ab ipſa Sede, quandocumque vel quomodocumque emanandis, comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties io priſtinum & validum ſtatum reſtitotas, & plenarie reintegratas eſſe, & cenſeri.

Et ſecundum eas judicari præcipit.

§.28. Sieque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ae S.R.E. Cardinales in quavis eauſa, & inſtautia, ſublata eis, & eorum euilibet quavis aliter interpretandi, & judicandi faeultate, & auctoritate, ubique interpretari, judicari & definiri debere, necnon irritum, & inane, quicquid ſeeus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Obſervantiā earundem toto Ordini injungit.

§.29. Porro Generali, & aliis Prioribus ac Conventibus, Fratribus & perſonis, tam conjunctim quam diviſim diſtrictius præcipimus, ut præſentes ooſtras literas humiliter reeipiant, & quæcumque in eis expreſſa, ae per eas decreta, ſtatuta, & mandata ſuot,

alia

Digitized by Google

alia deſuper a Nobis non expectata juſſione, aut mentis noſtræ declaratione, firmiter cuſtodiant, & in omnibus ſtudioſe obedire procurent.

Executionemque Cardinali Ordinis Protectori demandat.

§.30. Quin etiam dilecto filio noſtro Aloyſio tit. S. Marci Presbytero Card. Cornelio nuncupato moderno dicti Ordinis Protectori, motu ſimili mandamus, ut ipſe eaſdem præſentes, ac quicquid pro earum executione, & obſervatione in d. Capit. generali, vel etiam extra illud ab ipſo adhibitis, ſi ei videbitur, Generali, & aliquot ex aliis Priorib., vel Difinitoribus prædictis, quos duxerit eligendos, ſtatuetur, ordinabitur, & decernetur in omnibus Prioratibus, Hoſpitalibus, & beneficiis, ac ab omnibus, & ſingulis Prioribus, Fratribus, & perſonis prædictis inviolate faciat, per ſe, vel alium, ſeu alios obſervari; contradictores quoslibet, & rebelles, ac etiam proteſtantes, & reclamantes, eiſque auxilium, conſilium, vel favorem, publice, vel occulte, directe, vel indirecte, quovis quæſito colore, vel ingenio præſtantes tam Eccleſiaſticos quam laicos, cujuſcumque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac etiam Prioratuum, dignitatum, & adminiſtrationum privatorias, ceteraq. juris, & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; quin etiam contendentes prædictos, in cenſuras, & pœnas ſupradictas incidiſſe declarando: invocato, etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Obſtantibus derogat.

§.31. Non obſtantibus noſtris de non tollendo jure quæſito, & de annali, ac triennali poſſeſſore, aliiſq. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis prædicti, juramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, exemptionibus, & indultis Apoſtolicis, illis, ejuſque Superioribus, & perſonis, ac eorum ſingulis per quoſcumque Rom. Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ac alias ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, in genere, & in ſpecie conceſſis, confirmatis, ac etiam aliis reformationibus quotieſcumque, & quocumque tempore factis, & promulgatis, ac quibuslibet aliis indulgentiis, & literis Apoſtolicis ſpecialibus, & generalibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum, ſeu dictorum Ordinariorum juriſdictio, ſeu executio impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia contra earumdem præſentium tenorem nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari.

Tranſumptis credi jubet.

§.32. Denique etiam volumus, quod ipſarum præſentium exempla, etiam impreſſa, dictiq. Aloyſii Cardinalis, & pro tempore exiſtentis Protectoris, aut Capituli, vel Prioris generalis ſigillo, & Secretarii cujuſvis eorum, vel Notarii publici manu obſignata, eandem illam fidem ubique locorum, in judicio, & extra illud faciant, quam ipſæ præſentes, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1568. 9. Kal. Maii, Pontificatus noſtri Anno III.

D. P. An. III. 23. Aprilis.

LXXXII.

Revocatio omnium privilegiorum a Sede Apoſt. Officialibus, & aliis quibuſcumque conceſſorum, creandi Doctores, Licentiatos, & Magiſtros. Et declaratio quoad beneficia, & dignitates.

De hujuſmodi prærogativa habes, etiam in Concilio Trid. ſeſſ. 22. cap. 2. & ſeſſ. 24. cap. 12. Formam vero profeſſionis fidei quam promoti. & proviſi emittere debent, vide in Pii IV. Conſt. CII. In ſacroſanct. *T. IV. Par. II. fol. 201. & in Conſt. ſeq.*

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

QUamvis a Sede Apoſtolica, ad quam negotiorum multitudo undique confluit, curis omnino plena innumeris nonnulla interdum ex juſtis cauſis concedantur, quæ ſucceſſivis temporibus in publicum detrimentum, & alieni juris præjudicium tendere noſcuntur, non debet reprehenſibile videri, ſi Romanus Pontifex, ad cujus providentiam pro debito paſtoralis officii ſpectat ſuper iis debite providere, illa rationabilibus, & juridicis ſupervenientibus cauſis deinde cognitis, quandoq. revocat, & annullat, ac in ſtatum redigit rationis.

Cauſa revocationis.

§.1. Sane cum fide digna plurimorum relatione non ſine animi noſtri moleſtia intellexerimus, nonnullos Comites Palatinos, & diverſos alios prætextu facultatum ſibi a Romanis Pontificibus, & Sede Apoſtolica conceſſarum quamplurimos, tam laicos quam clericos, tam jure civili quam canonico, & theologia, nullo, aut non debito examine prævio, indoctos, & inhabiles, Doctores, Licentiatos, & Magiſtros creaſſe, & promoviſſe, uti ad dignitates, ceteraq. beneficia Eccleſiaſtica facilius aſſumerentur, & de eis providerentur, in animarum ſuarum jacturam, & quamplurimorum ſcandalum.

Revocatio indultorũ creãdi Doctores.

§.2. Nos hujuſmodi ſcandalis, quantum in Nobis eſt, obviare, & alias ne de cetero inhabiles ad hujuſmodi gradus admittantur providere volentes. Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & ex certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, omnia, & ſingula facultates, & indulta eiſdem Comitibus, ac etiam quibuſvis Officialium Romanæ Curiæ

Digitized by Google

riæ Collegiis, ſingulisſque aliis perſouis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ exiſtentibus, ad Doctoratos, Licentiaturæ, & Magiſterii gradum promoveodi per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam, ac etiam Nos etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus quomodolibet conceſſa, confirmata, & innovata, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo revocamus, caſſamus, & annullamus.

Doctores jam creati noſtra gaudeāt prærogativa.

§.3. Ac decretis Concilii Tridentini inhæreotes, decernimus, & declaramus, eos qui a Comitibus, & aliis præſatis promoti fuerunt, quoad dignitates, ceteraque beneficia Eccleſiaſtica, nulla gradus prærogativa frui, & gaudere poſſe, vel debere.

Clauſula ſublata.

§.4. Et ſic in præmiſſis omnibus, & ſiogulis per quoſcumque Judices, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, interpretari, judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.5. Non obſtantibus Conſtitūtionibus, & Ordioationibus Apoſtolicis, ac præfatis, & quibuſvis aliis facultatibus, privilegiis, & indultis, & literis Apoſtolicis, eiſdem Comitibus, & Collegiia, necnon quibuſvis aliis, etiam ex quavis cauſa, etiam urgentiſſima, aut in vim contractus inter eos, & Sedem prædictam initi, vel ex cauſa oueroſa etiam Motu proprio, ac conſiſtorialiter, & alias quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omoibus illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habeotes, quo ad hunc effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Juſſio publicandi.

§.6. Ut autem præſentes literæ ad omoium notitiam deducantur, volumus quod in Cancellaria noſtra Apoſtolica, & in acie Campi Floræ de more publiceotur, & inter Conſtitutiones perpetuo valituras deſcribantur.

Exemplorum fides.

§.7. Et quia difficile foret eas ad ſingula quæque loca deferri, quod earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus Prælati munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſeutibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo &c.

D. P. An.III. 1. Junii.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1568. Kal. Junii, Pontificatus noſtri Anno III.

LXXXIII.

Translatio Curæ Monialium a Fratribus Ordinis Mioorum Conventualium ad Ordinarios locorum.

Ex edit. Typis Bladi.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Monaſteria, quæ prius a Fratribus Cōvētualibus regebantur, ab hujuſmodi regimine abſolvuntur.

§.1. CUm ſicut accepimus diverſa Monialium Monaſteria curæ, & regimini dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum Cooventualium S. Franciſci ſubjecta eſſe reperiantur, Nos volentes pro noſtri paſtoralis Officii ſolicitudine eoſdem Fratres ut commodius, & liberius ſacrarum literarum ſtudiis incumbere valeant, ab onere, & impedimento gubernii Monialium hujuſmodi liberos eſſe, Motu proprio, ea certa ſcieotia, maturaq. deliberatione noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudioe, Fratres Conventuales prædictos ubicumque exiſteotes, ab omni cura, gubernio, regimine, & adminiſtratione quorumcumq. Monaſteriorum Monialium, ſeu Bighinarum; aut Bizochetarum, vel alias quomodolibet commiſſorum, & per eos hactenus regi, & gubernari ſolitorum, ex ounc in perpetuum auctoritate Apoſtolica tenore præſeotium penitus abſolvimus, ac totaliter liberamus, eoſq. ab hujuſmodi onere abſolutos, liberos, & immunes fore, & eſſe, nec deinceps in illis quovis prætextu, aut quæſito colore ſe ullatenus intromittere poſſe, neque debere decernimus, ac ipſorum Monaſteriorum Monialium curam, & gubernium eiſdem Fratribus de cetero omnino interdicimus.

Regimini Ordinariorum ſubiiciuntur.

§.2. Ne autem ipſa Monialium Monaſteria propterea in ſpiritualibus, aut temporalibus detrimentum aliquod patiantur, noſtræ providentiæ diligentia opportune proſpicere cupientes, eadem Monialium Monaſteria omnia, & ſingula locorum Ordinariis, in quorum Civitatibus, aut Diœceſibus reſpective conſiſtunt, per eos feliciter regenda, & proſpere dirigenda auctoritate, & tenore prædictis, Motu ſimili ſubiicimus, atque ſupponimus, eaq. ab ipſis Ordinariis regi, & gubernari debere volumus, ac mandamus.

Hoc eiſdem Ordinariis in virtute ſanctæ obedientiæ præcipitur.

§.3. Et ut id prompte, libenterq. ſuſcipiant, & eaequantur, eis in virtute ſanctæ obedientiæ jubemus, curamq. Monaſteriorum hujuſmodi bene, ac diligenter gerere, & exercere, donec aliter per Nos, ſeu Succeſſores noſtros Romaoos Pontifices deſuper fuerit ordinatum, diſtricte præcipimus.

Data eis facultate inobedientes pœnis ſpiritualibus coercendi.

§.4. Maudantes eiſdem Ordinariis, ut contradictores quoſlibet, & rebelles, præſentibus noſtris literis parere recuſantes, ſeu differeotes, etiam ſi dicti Fratres fuerint, per pœnas ſibi beoeviſas, etiam pecuniarias, ac demom per excommunicationis, & alias ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas ceteraque opportuna joris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione poſtpoſita, ac prorſus remota, auctoritate noſtra compri-

Digitized by Google

rimant, & compeſcant, eoſq. ad pareodum, & cum effectu ſtatim obediendum præſentibus literis cogant, & compellant, invocato, etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, ſuper quibus dictis Ordinariis plenam, & liberam harum ſerie facultatem coocedimus, & poteſtatem.

Derogatio contrariorum

§.5. Nou obſtautibus præmiſſis, ac Conſtitutiooibus, & Ordinatiouibus Apoſtolicis, necooo Monaſteriorum, & Ordinum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, iodultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mari maguo, & Bulla Aurea, ſeu concordiæ, aut alias nuucupatis, & cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſq. & aliis decretis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & ſæpius innovatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, eorum teuores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita nbſervata, inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque: aut ſi Fratribus, vel Monialibus prædictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſiot per literas Apoſtolicas non facieotes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi meutionem.

Tranſumptorum fides.

§.6. Volumus inſuper, quod præſeotium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Præſentium publicatio.

§.7. Quodque eædem præſentes per aliquem Notarium publicum, vel unum ex Curſoribus noſtris in geoerali doctorum Fratrum Capitulo, quod nunc in Alma Urbe ooſtra celebratur, lectæ, omnes, & ſingulos arctent, perinde, ac ſi omnibus, & ſingulis, quos coucernunt, perſonaliter intimatæ fuiſſeot.

Dat. die 3. Junii 1568. An.III.

Datum Romæ apud S. Petrum ſuh annulo Piſcatoris, die tertia Junii, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, Pon. noſtri Anno III.

LXXXIV.

Reformatio Fratrum Miuorum Coovantualium Ordinis S. Franciſci.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Fratres Conventuales nihil propcium

AD extirpaodos cupitæ proprietatis abuſus, ſummom bonum in frugifera religione Fratrum Minorum Conventualium nuncupatorum pervertentes, ſimulque frangendam peſſimam corruptelam, quæ de adminiſtrationibus, & Officiis hujus Ordinis, per gratiam, & ſordes conſequendis, perperam inolevit. De Nobis attributæ poteſtatis plenitudioe, omnes, & ſingulos Fratres prædictos, etiam ſi Magiſtri Generales, Provinciales, Cuſtodes; & alii quicumque ſint, privato rerum, booorumque omnium immobilium, mobilium, & ſemoventium dominio, uſu, uſufructu, poſſeſſione, & proprietate, quocumque per eos modo acquiſitis, & ad ipſos obventis, perpetuo privamus, a dictaque poſſeſſione amovemus, & amotos nunciamus, illaque omnia, & ſingula in communes ſuarum cujuſcumque domorum, & prædictæ Religionis uſus couvertenda concedimus.

habere poſſe decernit.

Et diſpenſationes quaſcumque deſuper conceſſas, revocat, & annullat.

§.2. Ac omnia, & quæcumque privilegia, diſpenſationes, licentias, permiſſiones, & indulta, eis, & ipſorum ſiogulis ſuper his, ac domibus, cellis, hortis, pecuniis, aliiſque rebus, etiam cauſa ſenii, infirmitatis parentum ſubventionis, congerendæ ſororibus dotis, & cujuſcumque alterius pii officii intuitu habendis, retineodis, & fruendis, etiam per quoſcumque Rom. Pont. Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſa, confirmata, & innovata, quibuſcumque concepta formolis, ac clauſulis, & decretis ſuffulta (quorum omnium tenores præſentibus habemos pro expreſſis) ſpecialiter, & expreſſe revocamus, volumuſque illa omnia, & ſingula vires, & effectum de cetero non habere.

Et bona quæcumque in communes omnium uſus converti mădat.

§.3. Et nihilominus mandamus Magiſtris, & Superioribus omnibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, ut rerum, & bonorum omoium prædictorum poſſeſſionem oomine domorum, & locorum ſuorum capiant, ut illa, illorumque fructus in communes omnium uſus convertantur. Statuentes ut deinceps nullus omnino Fratrum dicti Ordinis, ſive Cuſtos, ſive Provincialis, ſive Generalis Magiſtri Officio fungentes, etiam prætextu hujuſmodi privilegiorum, diſpenſationum, permiſſionum, & indultorum, ſeu inveteratæ conſuetudinis voto repugnantis, aut quacumque alia cauſa, proprium quicquam, aut privatum habeat, ſed omnia ubique communia, & indiviſa omnibus Religioſis eſſe.

Officiales comedere jubet cum aliis Fratribus in tinello.

§.4. Quin etiam Magiſtri, Cuſtodes, Guardiani vitam cum fratribus ſuis communem ducere debeant, in Refectorio ſemper comedant; nullas ædes ſeparatas, ſive in Clauſtro, ſive alibi habeant, ſed unica cella, eamdemque cum ceteris aliorum Fratrum coniuncta, contenti eſſe debeant. Pari quoque ratione ceteri Fratres, nil ſibi proprii vendicantes, neceſſarium victom, & veſtitum a ſua quiſque domo, & per ejus Mioiſtros capiant.

Donata Superioribus conſignari.

§.5. Pecuniæ vero, & quæcumque aliæ res, quæ cuique privatim, etiam intuitu perſonæ, undecumque donatæ, & relictæ

 fue-

fuerint, ſuperiori borarum vigintiquatuor intervallo exhibeantur, qui illas ſtatim depoſito committat, & inde tantum exhibitori miniſtrari jubeat, quantum præſens rei convenientis neceſſitas videbitur poſtulare.

Infirmoſque curari jubet. §.6 Eam propterea diligentiam Superior adhibere debebit, ut ſingulorum maxime infirmorum neceſſitatibus, juxta cujuſque exigentiam debite conſulatur.

Bonorum adminiſtrationis ac diſpenſationis, & rationis reddendæ forma n.. pon t, ut hic, §.7. Ad hæc nullus omnino Magiſtrorum, Cuſtodum, & Guardianorum, adminiſtrationem prædictorum bonorum, & aliarum rerum temporalium, diſpenſationemque pecuniarum, & redditunm ſuæ cuſtodiæ, vel domus, etiam nomine Conventus habere, ſive exercere, vel ſeſe in eis interponere poſſit, ſed univerſum id onus tribus Religioſis a Magiſtro Generali ita demandetur, ut primus rerum, & boaorum cuſtodiæ, ſive domus, inferendorumque in eam redditutum curam habeat; alter tamquam depoſitarius pecunias, & cetera ab illo importata fideliter aſſervet; reliquus de pecuniis, & rebus a depoſitario captis, Cuſtodi, Guardiano, & Fratribus, ac domui univerſæ de neceſſariis veluti diſpenſator, cum ipſius Cuſtodis, ſeu Guardiani auctoritate provideat, Officiorum hujuſmodi invicem confuſione penitus interdicta, ſed, & ii tres, tam accepti quam impenſi ſingulis menſibus, ſuo Cuſtodi, vel Guardiano adhibitis etiam duobus vel tribus Fratribus ejuſdem domus probatioribus, rerumque uſu peritis; deinde ipſimet, rurſus præſentibus Cuſtode, Guardiano, & peritis Magiſtro Generali, vel Viſitatoribus, quotieſcumque Viſitationis Officium fecerint. Denique ipſe Magiſter Generalis, in proxime ſequenti Capitulo Generali, coram tribus Judicibus ab ipſo Capitulo deputatis, illorum omnium, & etiam univerſæ adminiſtrationis ſuæ publicæ, & privatæ rationem reddere teneatur.

Officiorumque ambitus prohibet. §.8. Ceterum præcipimus atque interdicimus, omnibus, & ſingulis, ne pro Magiſtratibus, & Officiis prædictis, quæcumque ſint, ulli ambitus fiant, aut pecuniæ, etiam pro confirmationibus, ſigillo, vel cauſa ſolvantur, aliæve pactiones, ſeu promiſſiones intercedant, ſeu munera, aut xenia quocumque modo mittantur, neve quiſquam etiam in Officio exiſtens pecunias, aut aliud quicquam, de domo vel cuſtodia ſibi commiſſa, vel aliunde Generali, ſeu alii cuicumque conferat, vel remittat.

Contravenientium pœnæ. §.9. Quicumque ſecus fecerint, in pœnam privationis Magiſtratuum, & Officiorum ſuorum incidant, & ad futura inhabiles, & infames reputentur, & pro culpis, etiam tamquam fures puniantur, prout Nos illos privatos, inhabiles, & infames declaramus eo ipſo.

Decretum irritans. §.10. Decernentes irritum, & inane, quicquid ſecus in præmiſſis, per quoſcumque, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Procurationibus tamen Generali ex univerſo ordine, ac provincialibus Magiſtris ex ſua cuique Provincia, & Viſitatoribus, ex domibus, & locis viſitandis debitis, & neceſſariis, nequaquam per præſentes ſublatis.

Clauſulæ derogatoriæ. §.11. Non obſtantibus prædictis, & noſtra de non tollendo jure quæſito, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis ac dicti Ordinis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon Bulla aurea, & Mare magnum nuncupatis, & quibuslibet aliis privilegiis, Indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibuſvis, quorumque totis tenoribus ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia, contra prædicta nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari.

Fides tranſumptorum. §.12. Ceterum quia difficile valde eſſet eaſdem præſentes ad ſingula loca, ubi illis opus erit, transferre, volumus, ut earum exemplis etiam impreſſis, manuque Notarii publici, & ſigillo Prælati Eccleſiaſtici, vel ejus curiæ obſignatis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino &c.

D.P. An.III. 8.Junii. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, 6.Idus Junii, Pontificatus noſtri Anno tertio.

LXXXV.

Declaratio Concilii Tridentini ſeſſ.24. ca.3. ſuper impedimento publicæ honeſtatis, circa ſponſalia, vel matrimonia.

Ad materiam diſpenſationum Matrimonialium circa exprimenda in ſupplicationibus, idem Pontifex in Conſt. XXIII. Sanctiſſimus *T.IV. Par.II. fol.*310. *& Conſt.XXXII.* Cum ſicut. *Ibid. fol.*324.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. AD Romanum ſpectat Pontificem ſua ſolicitudine diligenter providere, ut ſacrorum Conciliorum decreta ita ſuæ declarationis adminiculo dilucideotur, quod nulla deſuper dubitandi occaſio cuiquam relinquatur.

Dubium. §.1. Sane ad aures noſtras pervenit, multos eſſe, qui dubitent, an decretum œcumenici Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reformatione matrimonii cap. 3. quo cavetur, impedimentum publicæ honeſtatis, ubi ſponſalia valida non fuerint, prorſus tolli: ubi vero valida fuerint, non excedere primum gradum, cum in ulterioribus gradibus non poſſit hujuſmodi prohibitio ſervari, de ſponſalibus per verba (ut ajunt) de futuro tantum conceptis intelligatur, vel etiam ma-

matrimonia per verba de præſenti contracta: non tamen conſumata, quæ interdum ſponſalia appellantur, comprehendat, ita ut etiam eo caſu impedimentum inde proveniens ſublatum fuerit.

Declaratio d. dubii.

§.2. Nos itaque ut omnis difficultas, dubitatioq. tollatur, attendentes quod ſponſaliorum appellatione, qua dictum Concilium utitur, nonniſi improprie matrimonium verbis de præſenti conceptis contractum continetur, quodq. agitur de correctione juris veteris, quo caſu ſecundum proprietatem verborum dumtaxat procedendum eſt, præſertim cum longe majorem rationem prohibitionis in matrimonio per verba de præſenti contracto, quam in ſponſalibus de futuro vigere a nemine dubitetur: ideirco Motu proprio auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, declaramus, & definimus, decretum Concilii hujuſmodi omnino intelligendum eſſe, & procedere in ſponſalibus de futuro dumtaxat, non autem in matrimonio ſic, ut præfertur, contracto, ſed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis caſibus, & gradibus, quibus de jure veteri ante prædictum decretum Concilii introductum erat. Et ita ab omnibus judicari debere, mandamus, atque ſtatuimus.

Derogatio contrariorum

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, aliiſque contrariis quibuſcumque.

Forma publicationis.

§.4. Volumus autem quod præſentes literæ in Cancell. noſtra, & in acie Campi Floræ de more publicentur, & inter Conſtitutiones perpetuo valituras deſcribantur. Et quia difficile foret, præſentes ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus Prælati munitis, eadem prorſus fides ubicumque adhibeatur, quæ adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo &c.

D. P. An. III. 1. Julii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1568., Kal. Julii, Pontificatus noſtri Anno III.

LXXXVI.

Reformatio Fratrum, & Sororum Tertii Ordinis de Pœnitentia S. Franciſci, in communione, & ſub trium ſubſtantialium votorum profeſſione viventium.

Inſtitutionem hujus Tertii Ordinis vide in Conſt. XLVII. Leonis X. Inter cetera *T. III. Par. III. fol.* 497.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EA eſt officii noſtri ratio, ut cum de ceteris Eccleſiæ Nobis commiſſæ Ordinibus, vel in ſua integritate continendis, vel

ad inſtitutum revocandis, curam perpetuam capiamus, majore tamen ſolicitudine eadem illa in religioſorum ſodalitatibus requirimus, quos ideo Altiſſimus in ſuum ſibi ſanctuarium ſegregavit, ut ceteros fideles viam doceant, qua & ipſi æternæ ſalutis beatitudinem conſequantur.

Cauſa hujus reformationis

§.1. Itaque inter ceteras religiones, Fratrum quoque Tertii Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati in Congregatione viventium, ac tribus votis ſubſtantialibus adſtrictorum ſtatus Nos commovet, ut ad illud reformandum ſtudia noſtra conſeramus, quando vel ex tam multis, quæ bonæ mem. Rodulphus Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Carpenſis nuncupatus, dicti Ordinis Protector, Sedis Apoſtolicæ auctoritate fretus in reparanda horum diſciplina præclare, & ſalubriter edidit, religionem hanc parum admodum profeciſſe agnovimus.

Extinctio officii Viſitatoris, Miniſtri, & Vicarii generalis.

§.2. Proinde Nos hac præcipua morbi cauſa ex propria Præſidentium, & aliorum Miniſtrorum negligentia, vel inſcitia comperta in communem dicti Ordinis ſalutem alia ratione intenti, de Nobis attributæ poteſtatis plenitudine officia Miniſtratus, & Viſitatoris generalis dicti Ordinis perpetuo extinguimus, & abolemus, ac Miniſtrum, Viſitatorem, & Vicarium generalem ejuſdem Ordinis, officio, uſu, & exercitio omnimode interdicimus, edictoque prohibemus, ne ullus poſthac Miniſter, Vicarius, ac Viſitator generalis de dicto Ordine habeatur.

Subjectio ejuſdem Ordinis Generali, & Provincialibus Miniſtris Fratrum Minorum de Obſervantia.

§.3. Ceterum ut deinceps Ordo ipſe utiliorum Rectorum conſilio, & opera dirigatur, Nos diverſorum, etiam Prædeceſſorum noſtrorum Ordinationes ſequentes, univerſos, & ſingulos Fratres, Sorores, Profeſſos, & Converſos, necnon Domos, Monaſteria, & loca virorum, & mulierum, ac cuſtodias, gregemq. ipſum univerſum Tertii Ordinis utriuſque ſexus Generali, & Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum, prout in eorum Provinciis conſiſtunt, ita perpetuo ſupponimus, ut Miniſter generalis in univerſo Ordine, Provinciales vero Ordinis Minorum de Obſervantia in ſuis quiſque Provinciis plenum jus, liberamq. auctoritatem, ac in ſpiritualibus, & temporalibus juriſdictionem omnimodam habeant, domos omnes, ac Monaſteria, & loca quæcumque, necnon perſonas utriuſque ſexus, tam in capite, quam in membris viſitandi, & corrigendi, vagantes, & quoſcumque alios puniendi, carcerandi, mutandi, transferendi, ordinibus, officiis, & adminiſtrationibus deponendi, excommunicandi, ſuſpendendi, interdicendi, & reſtituendi, ac ſuper iis, & ceteris omnibus Ordinem ipſum, illiuſque domos, & perſonas utriuſque ſexus quomodolibet concernentibus, eorum tamen regulæ prædictæ, & ſacris canonibus, ac præſentibus literis non contrariis ſtatuendi, mutandi, innovandi, & exequendi, quemadmodum illis eſt in ſuo proprio Ordine attributum.

§.4. Præcipimus igitur in virtute ſanctæ obe-

Fratres & Sorores Tertii Ordinis recipiant in Superiores, Fratres de Obſervantia.

obedientiæ univerſis, & ſingulis Fratribus, ac Sororibus Tertii Ordinis prædicti ubilibet conſtitutis, ut Generalem, & Provinciales Miniſtros Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia, tamquam Patres, & Superiores ſuos, eorumq. monita, & mandata humiliter, & devote recipiant, & re ipſa adimplere procurent, alioquin contradictores quoſlibet, & rebelles ſententiæ, cenſuræ, & pœnæ, quas quiſque ipſorum rite tulerint in eoſdem, ipſo facto volumus ſubiacere.

Protectorem eundem habeant.

§.5. Pari quoque ratione eis Cardinalem Protectorem Fratrum de Obſervantia in protectorem tribuimus, qui eam in eoſdem omnes curam, & auctoritatem obtineat, quam alius quiſque pleniſſime hucuſq. comperitur habuiſſe.

In eorum Capitulis intervenant Superiores de Obſervantia.

§.6. Statuentes præterea quod futuris omnibus Capitulis Provincialibus Fratrum Tertii Ordinis hujuſmodi pro Viſitatorum Provincialium, & aliorum officiorum electione, Fratrum diviſione, & ſalubri cujuſque Provinciæ directione annis ſingulis celebrandis, aut Generalis, aut ejus Commiſſarius, aut in cujus Provincia Capitulum illorum habebitur, Provincialis Miniſter Ordinis Minorum de Obſervantia hujuſmodi ſemper præſideat, aliter vero celebrata, ac omnia in eis decreta pro irritis habeantur.

Electio Provincialium fiat per vota ſecreta.

§.7. In ipſis autem Capitulis Provincialibus Viſitatorum Provincialium electio de idoneis Fratribus Tertii Ordinis hujuſmodi per ſecreta ſuffragia, & alias eo modo, quo de Fratrum Minorum de Obſervantia Provincialibus celebretur, celebrata per Miniſtrum generalem præd. ante omnia confirmetur.

Eorum officia quantum durent.

§.8. Hæc vero officia annalia dumtaxat eſſe, & in ſingulis Capitulis Provincialibus prædictis reſignari debeant, ita ut lapſo primo anno illa vacare cenſeantur. Poterunt tamen ipſimet Viſitatores Provinciales rurſus in ſequentem annum, & eo finito, etiam in tertium, ſi idonei reperientur, eodem modo eligi, & confirmari, ſed omnes ſuis hujuſmodi officiis quandocumque perfuncti, denuo ad illa niſi tranſacto ſexennio nequeant revocari.

Viſitatorum Provincialiū facultates.

§.9. Ceterum omnes, & ſinguli Fratres & Sorores Tertii Ordinis hujuſmodi in ſua quiſque Provincia Viſitatori ſuo tamquam Superiori in omnibus, quæ ſuis regularibus inſtitutis non adverſantur, obediant. Omnes vero Viſitatores Provinciales hujuſmodi ſic electi tamquam vices gerentes Miniſtrorum Provincialium Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia, & illis ſubditi prædicandi, & docendi munus in ſingulis utriuſque ſexus domibus, Conventibus, & locis ſuæ cujuſque Provinciæ obire, eamque in ſibi ſubditos Fratres, & Sorores juriſdictionem, quam ipſimet Miniſtri Provinciales Ordinis Minorum de Obſervantia obtinent, in omnibus, & per omnia exercere, ac quandocumque opus erit, Confeſſiones omnium, & ſingulorum Fratrum, & Sororum Tertii Ordinis hujuſmodi per ſe, vel alios ſuæ regulæ Sacerdotes idoneos audire, illoſque ab omnibus, & ſingulis ſententiis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, necnon peccatis, criminibus, & delictis, dummodo talia non ſint, propter quæ Sedes Apoſtolica merito conſulenda foret, in foro conſcientiæ dumtaxat abſolvere, & pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem injungere, ac cum Clericis, & Præsbyteris ejus Ordinis ſuper irregularitate, ſiqui ſententiis, & cenſuris hujuſmodi illaqueati, Miſſas, & alia Divina Officia, non tamen in contemptum clavium, celebraverint, vel alias ſeſe illis immiſcendo contraxerint, diſpenſare libere, & licite valeant.

Fratres, & Sorores hujus Tertii Ordinis profeſſi, nihil privatim habere poſſint.

§.10. Ad hæc nullus omnino Fratrum, & Sororum Tertii Ordinis hujuſmodi, qui prædicta tria vota ſubſtantialia fecerint, etiam prætextu quorumcumque privilegiorum, diſpenſationum, indultorum, permiſſionum Apoſtolicarum, aut etiam inveteratæ conſuetudinis voto repugnantis, ſeu quacumque alia cauſa proprium quicquam aut privatum liceat obtinere, ſed omnia etiam privatim, ac intuitu cujuſcumque Perſonæ donata, oblata, & conceſſa, ubique communia, & indiviſa omnibus Religioſis eſſe debeant. Quicumque vero pecuniam, aut aliam rem qualemcumque ſibi quacumque cauſa conceſſam Prælato ſuo celaverint, furti reus cenſeatur, & tamquam fur puniatur. Eam tamen diligentiam Superior cujuſque domus adhibeat, ut communi ipſius domus ſingulis juxta exigentiam conſulatur.

Sorores ejuſdem Ordinis in communi, & ſub clauſura vivere debeant.

§.11. Præterea Sorores dicti Tertii Ordinis in communi in Domibus, Monaſteriis, vel Hoſpitalibus, aut alia Congregatione viventes, & dicta vota ſubſtantialia Religionis emittentes ſub perpetua clauſura maneat, nulluſque Frater aut Confeſſor earum, vel quicumque Prælatus ad Domos, Monaſteria, vel alia loca Sororum hujuſmodi, in communi aut collegialiter viventium, niſi quibus ex Officio incumbit, & in caſibus neceſſariis a jure præmiſſis, & tunc cum uno vel duobus ſociis provectis, & honeſtis, ingredi audeat; qui ſecus fecerit carceribus mancipetur, omnibuſque adminiſtrationibus, & Officiis deponatur.

Confeſſores, & Concionatores approbentur.

§.12. Ipſarum vero Sororum, & omnes alii Confeſſores, & Sacri Concionatores, per Generalem vel Provincialem Miniſtrum approbentur.

Decreta Rodulphi Cardinalis Protectoris obſerventur.

§.13. In ceteris autem omnibus, quæ ad religioſam vitam pertinent, illa prædicti Fratres, & Sorores Tertii Ordinis obſervare teneantur, quæ a prædicto Rodulpho Epiſcopo, & Protectore, vigeſima octava Aprilis, Anno Domini 1549. fuerunt ordinata, ſubſtantiam totius hujuſmodi regulæ maxime continentia, quam fel. rec. Nicolaus Papa IV. Prædeceſſor noſter ad incrementum Fidei Catholicæ approbavit, ita tamen ut præſentibus nullatenus adverſentur.

Dubia deſuper oritura, a Generali, & provinciali declarentur

§.14. Quæcumque vero dubia in eis contigerit exoriri, illa omnia Generalis, & Provincialis Miniſtri Ordinis Minorum hujuſmodi debeant declarare, quorum declarationi, & determinationi eorum regulæ, & præſentibus non contrariæ ſtari debeat.

§.15.Ac

Digitized by Google

Clauſulæ præſervativæ hujus reformationis.

§.5. Ac decernentes præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu nullo umquam tempore notari, ſeu impugnari poſſe, aut debere, nec adverſus eas, & in eis contenta quæcumque reſtitutionem in integrum, aut reductionem ad terminos juris, vel aliud quodcumque gratiæ, ſeu juſtitiæ remedium quiſquam impetrare, vel etiam ab aliis impetrato, aut Motu proprio conceſſo uti valeat ex quavis cauſa quantumlibet rationabili, ac omnia, & ſingula præmiſſa aliquibus ejuſmodi Ordinis ſtatutorum, ac quibuſvis aliis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, generalibus vel ſpecialibus per quoſcumque Romanos Pontifices Succeſſores noſtros pro tempore factis non comprehendantur, ſed ſemper ab illis excepta ſint. Sicque per quoſcumque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Card., etiam de latere Legatos, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debeat, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper iis per quoſcumque quavis auctoritate, etiam prætextu privilegiorum, facultatum, diſpenſationum, & indultorum Apoſtolicorum, quæ quoad hoc penitus abolemus, aut quovis alio quæſito colore ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Privilegia Minorum de Obſervantia conceduntur huic Tertio Ordini.

§.16. Inſuper univerſis, & ſingulis Fratribus, & Sororibus Tertii Ordinis hujuſmodi, eorumque domibus, Monaſteriis, & locis, omnia, & ſingula privilegia, indulgentias, diſpenſationes, & indulta Apoſtolica, Fratribus, & Sororibus dicti Ordinis Minorum de Obſervantiæ, etiam quo ad Sacramentorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem, & receptionem, quomodolibet conceſſa, & concedenda quæcumque ſint, & fuerint (præſentibus tamen non repugnantia) ita ut illis omnibus, & ſingulis pariformiter, & æque principaliter uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, concedimus, & indulgemus.

Obſervantia hujus reformationis indicitur.

§.17. Ceterum omnibus, & ſingulis Fratribus, & Sororibus Tertii Ordinis hujuſmodi diſtrictius iniungimus, ut præſentes noſtras literas humiliter recipiant; & quæcumque in eis expreſſa, ac per eas ſtatuta decreta, & mandata ſint, alia deſuper a Nobis non expectata juſſione, aut mentis noſtræ declaratione firmiter cuſtodiant, & in omnibus ſtudioſe obedire procurent.

Executorum deputatio, & facultates.

§.18. Quin etiam dilectis filiis noſtris Carolo tit. S. Praxedis Presbytero Card. Borrhomæo nuncupato dicti Ordinis Protectori, & illius Miniſtro Generali per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut ipſi, vel eorum alter eaſdem præſentes, ac quicquid pro earum executione, & obſervatione in dictis futuris Capitulis Provincialibus, vel etiam extra illa a Generali, & Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia hujuſmodi ſtatuetur, ordinabitur, & decernetur in omnibus domibus, Monaſteriis, & locis virorum, & mulierum. ac ab omnibus, & ſingulis Fratribus, & Sororibus Tertii Ordinis hujuſmodi inviolate faciant per ſe, vel alium, ſeu alios obſervari. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac etiam proteſtantes, & reclamantes, ciſque auxilium, conſilium, vel favorem, publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis quæſito colore, vel ingenio præſtantes, tam Eccleſiaſticos quam laicos, cujuſcumque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ceteraque juris, & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas, etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.19. Non obſtantibus noſtra de non tollendo jure quæſito, & piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri de una & in Concilio generali edita de duabus dietis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Tertii Ordinis, illiuſque domorum, & etiam mulierum Monaſteriorum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque Superioribus, & perſonis, ac eorum ſingulis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ac alias ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, in genere, & in ſpecie conceſſis, confirmatis, ac etiam aliis reformationibus quotieſcumque, ac quocumque tempore factis, & promulgatis, etiam Mare magnum, & bulla Aurea nuncupatis, ac quibuslibet aliis Indulgentiis, & exemptionibus Apoſtolicis, ſpecialibus, & generalibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio. Quæ omnia contra earumdem præſentium tenore nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari.

Declaratio quod non intelligatur præjudicatum Reformationi Tertii Ordinis in Regnis Hiſpan.

§.20. Per prædicta tamen non intendimus Reformationi Fratrum, & Sororum Tertii Ordinis in Hiſpaniarum Regnis conſtitutis, in aliquo præjudicare, quominus literæ noſtræ deſuper editæ, & quæcumque illarum vigore pro rerum, locorum, & perſonarum qualitate, & exigentia facta ſunt præſentibus non conformia, poſſint quoquomodo impediri, vel retractari.

Exemplorum fides.

§.21. Denique volumus quod ipſarum præſentium exempla etiam impreſſa, dictiq. pro tempore exiſtentis Protectoris, aut Miniſtri generalis, vel provincialis ſigillo, & Secretarii cujuſvis eorum, vel Notarii publici manu obſignata eamdem illam fidem ubi-

Digitized by Google

ubique locorum in judicio, & extra illud faciant, quam ipſæ præſentes, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo &c.

D. P. An.III. 3. Julii.

Datum Romæ apud S.Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1568. 5. Non. Julii, Pontificatus noſtri Anno III.

LXXXVII.

Breviarii Romani, ad pſallendum Horas Canonicas ex decreto ſacri, & Œcumenici Concilii Tridentini reſtituti approbatio, cum prohibitione uſus aliorum Breviariorum, præterquam a primæva inſtitutione Ordinis a Sede Apoſt., vel a conſuetndine ſupra annos ducentum approbatorum.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Divini officii forma a Gelaſio I. & Gregor. I. inſtituta, & a Greg. VII. reformata, ſed tamen poſtea multis modis immutata fuit. Et ex hac varietate orandi, mala hic expreſſa orta ſunt.

QUod a Nobis poſtulat ratio Paſtoralis officii, in curam incumbimus, ut omnes, quantum Deo adiutore fieri poterit, ſacri Tridentini Concilii decreta exequantur, ac multo id etiam impenſius faciendum intelligimus, cum ea, quæ in mores inducenda ſunt, maxime Dei gloriam, ac debitum Eccleſiaſticarum perſonarum officium complectuntur. Quo in genere exiſtimamus in primis numerandas eſſe ſacras preces, laudes, & gratias Deo perſolvendas, quæ Romano Breviario continentur. Quæ divini Officii formula, pie olim, ac ſapientes a ſummis Pontificibus, præſertim Gelaſio, ac Gregorio primis conſtituta, a Gregorio autem Septimo reformata, cum diuturnitate temporis ab antiqua inſtitutione deflexiſſet, neceſſaria viſa res eſt, quæ ad priſtinam orandi regulam conformata revocaretur. Alii enim præclaram veteris Breviarii conſtitutionem, multis locis mutilatam, alibi incertis, & advenis quibuſdam commutatam deformarunt. Plurimi ſpecie Officii commodioris allecti, ad brevitatem novi Breviarii a Franciſco Quignonio tit. S.Crucis in Hieruſalem Presbytero Card. compoſiti, confugerunt. Quin etiam in provincias paulatim irrepſerat prava illa conſuetudo, ut Epiſcopi in Eccleſiis, quæ ab initio communiter cum ceteris veteri Romano more Horas Canonicas dicere, ac pſallere conſueviſſent, privatum ſibi quiſque Breviarium conficerent, & illam communionem uni Deo, una & eadem formula, preces, & laudes adhibendi diſſimilimo inter ſe, ac pœne cujuſque Epiſcopatus proprio Officio diſcerperent. Hinc illa tam multis in locis divini cultus perturbatio, hinc ſumma in Clero ignoratio cæremoniarum, ac rituum Eccleſiaſticorum, uti innumerabiles Eccleſiarum miniſtri in ſuo munere indecore, non ſine magna piorum offenſione verſarentur.

Ideo Paulus IV. id emendare tentavit, ſed morte præventus non perfecit.

§.1. Hanc nimirum orandi varietatem graviſſime ferens fel. rec. Paulus Papa IV. emendare conſtituerat, itaque proviſione adhibita, ne ulla in poſterum novi Breviarii licentia permitteretur, totam hanc rationem dicendi, ac pſallendi Horas Canonicas, ad priſtinum morem, & Inſtitutum redigendam ſuſcepit.

Pius IV. perfectionem hujus operis commiſit Patribus Conc. Trid.

§.2. Sed eo poſtea nondum iis, quæ egregie inchoauerat, perfectis, de vita decedeute, cum a piæ mem. Pio Papa IV. Tridentinum Concilium, antea varie intermiſſum revocatum eſſet, Patres in illa ſalutari reformatione eodem Concilio conſtitutam, Breviarium ex ipſius Pauli Papæ ratione reſtituere cogitarant. Itaque quicquid ab eo in ſacro opere collectum, elaboratumq. fuerat, Concilii Patribus Tridentini a prædicto Pio Papa miſſum eſt.

Sed Concilium id remiſit Pontifici, ut habes in Concilii pag. pen. ſed Pius IV. non perfecit morte præventus.

§.3. Ubi cum doctis quibuſdam, & piis viris a Concilio datum eſſet negotium, ut ad reliquam cogitationem, Breviarii quoque curam adiungerent, inſtante jam concluſione Concilii, tota res ad auctoritatem, judiciumq. Rom. Pontificis ex decreto ejuſdem Concilii relata eſt, qui illis ipſis Patribus ad id munus delectis, Romam vocatis, nonnulliſque in Urbe idoneis viris ad eum numerum adiunctis, rem perficiendam curavit. Verum eo etiam in viam univerſæ carnis ingreſſo.

Hic vero Pontifex perfecit Breviarium, & approbavit.

§.4. Nos, ita divina diſponente clementia, licet immerito ad Apoſtolatus apicem aſſumpti, cum ſacrum opus adhibitis etiam ad illud aliis peritis viris, maxime urgemus magna in Nos Dei benignitate, (ſic enim accepimus) Romanum hoc Breviarium vidimus abſolutum. Cujus ratione diſpoſitionis ab illis ipſis, qui negocio præpoſiti fuerant, non ſemel cognita, cum intelligeremus, eos in rei confectione ab antiquis Breviariis nobilium Urbis Eccleſiarum, ac noſtræ Vaticanæ Bibliothecæ non deceſſiſſe, graveſq. præterea aliquot eo in genere ſcriptores ſecutos eſſe, ac denique remotis iis, quæ aliena, & incerta eſſent, de propria ſumma veteris divini Officii nihil omiſiſſe, opus probavimus, & Romæ imprimi, impreſſumq. divulgari juſſimus. Itaque ut divini hujus operis effectus re ipſa conſequatur, auctoritate præſentium tollimus in primis, & abolemus Breviarium novum a Franciſco Cardinale prædicto editum & in quacumque Eccleſia, Monaſterio, Conventu, Ordine, militia, & loco, virorum, & mulierum, etiam exempto, tam a primæva inſtitutione, quam aliter ab hac Sede permiſſum.

Et modo prohibet aliud Breviarium alias editum a Franc. Card. omniaque alia Breviaria, non approbata in primæva inſtitutione, vel conſuetudine excedente annos ducentum.

§.5. Ac etiam abolemus quæcumque alia Breviaria, vel antiquiora, vel quovis privilegio munita, vel ab Epiſcopis in ſuis Diœceſibus promulgata, omnemq. illorum uſum de omnibus Orbis Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, Militiis, Ordinibus, & locis virorum, ac mulierum, etiam exemptis, in quibus alias Officium divinum Romanæ Eccleſiæ ritu dici conſuevit, aut debet; illis tamen exceptis, quæ ab ipſa prima inſtitutione a Sede Apoſtolica approbata, vel conſuetudine, vel quæ ipſa inſtitutio du-

cen-

Digitized by Google

centos annos antecedat, aliis certis Breviariis uſu fuiſſe conſtiterit, quibus, ut inveteratum illud jus dicendi, & pſallendi ſuum officium non adimimus, ſic eiſdem, ſi forte hoc noſtrum, quod modo promulgatum eſt, magis placet, dummodo Epiſcopus, & univerſum Capitulum in eo conſentiant, ut id in Choro dicere, & pſallere poſſint, permittimus.

Revocat etiā quæcumque ſtatuta, & facultates orandi, juxta formam ſupradictorum Breviariorum.

§.6. Omnes vero, & quaſcumque Apoſtolicas, & alias permiſſiones, ac conſuetudines, & ſtatuta, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia firmitate munita, necnon privilegia, licentias, & indulta precandi, & pſallendi, tam in Choro, quam extra illud, more, & ritu Breviariorum ſic ſuppreſſorum, prædictis Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, Militiis, Ordinibus, & locis, necnon S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ceteriſq. omnibus, & ſingulis Perſonis Eccleſiaſticis, ſæcularibus, & regularibus utriuſque ſexus, quacumque cauſa conceſſa, approbata, & innovata, quibuſcumque concepta formulis, ac decretis, & clauſulis roborata omnino revocamus, voluműſque illa omnia vim, & effectum de cetero non habere.

Breviariumque illud novum recipi, & juxta ejus formam orari præcipit.

§.7. Omni itaque alio uſu, quibuslibet, ut dictum eſt, interdicto, hoc noſtrum Breviarium, ac precandi, pſallendique formulam in omnibus univerſi Orbis Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, & locis, etiam exemptis, in quibus Officium ex more, & ritu dictæ Romanæ Eccleſiæ dici debet, aut conſuevit, ſalva prædicta inſtitutione, vel conſuetudine prædictos ducentos annos ſuperantes, præcipimus obſervari. Statuentes Breviarium ipſum nullo umquam tempore, vel in totum, vel ex parte mutandum, vel ei aliquid addendum, vel omnino detrahendum eſſe, ac quoſcumque, qui Horas Canonicas ex more, & ritu ipſius Romanæ Eccleſiæ, jure, vel conſuetudine dicere, vel pſallere debent, propoſitis pœnis per Canonicas ſanctiones conſtitutis in eos, qui divinum Officium quotidie non dixerint; ad dicendum, & pſallendum poſthac in perpetuum Horas ipſas diurnas, & nocturnas ex hujus Romani Breviarii præſcripto, & ratione omnino teneri, neminemque ex iis, quibus hoc dicendi, pſallendique munus neceſſario impoſitum eſt, niſi hac ſola formula ſatisfacere poſſe.

Monet quoque Eccleſiarum Prælatos ut hoc Breviarium introducant.

§.8. Jubemus igitur omnes, & ſingulos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & ceteros Eccleſiarum Prælatos, ut omiſſis, quæ ſic ſuppreſſimus, & abolevimus, ceteris omnibus etiam privatim per eos conſtitutis, Breviarium ipſum in ſuis quiſque Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, Ordinibus, Militiis, Diœceſibus, & locis prædictis introducant: & tam ipſi, quam ceteri omnes Presbyteri, & clerici, ſæculares, & regulares utriuſque ſexus, necnon milites, & exempti, quibus officium dicendi, & pſallendi quomodocumque, ſicut prædicitur, injunctum eſt, ut ex hujus noſtri Breviarii formula, tam in Choro, quam extra illum, dicere, & pſallere procurent.

Indulg. dat dicentib. Pſal. Pœnit. vel Grad. vel Officium B. Mariæ, & Defunctorū diebus in eis præſcriptis.

§.9. Quod vero in rubricis noſtri hujus Officii præſcribitur, quibus diebus Officium B. Mariæ ſemper Virginis, & Defunctorum item Septem Pſalmos Pœnitentiales, & Graduales dici, ac pſalli oporteat, Nos propter varia hujus vitæ negotia, multorum occupationibus indulgentes, peccati quidem periculum ab ea præſcriptione removendum duximus, verum debito providentiæ paſtoralis admoniti, omnes vehementer in Domino cohortamur, ut remiſſionem noſtram quantum fieri poterit, ſua devotione, ac diligentia præcurrentes, illis etiam precibus ſuffragiis, & laudibus, ſuæ, & aliorum ſaluti conſulere ſtudeant. Atque ut fidelium voluntas, ac ſtudium magis etiam ad ſalutarem hanc conſuetudinem incitetur; de Omnipotentis Dei miſericordia, Beatorumque Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, qui illis ipſis diebus, in rubricis præfinitis, Beatæ Mariæ, vel Defunctorum Officium dixerint, toties centum dies, qui vero Septem Pſalmos, vel Graduales, quinquaginta, de injuncta ipſis pœnitentia relaxamus.

Forma publ.

§.10. Ceterum ut præſentes literæ omnibus plenius innoteſcant, mandamus illas ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ publicari, earumque exempla de more affigi. Volumuſque, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod poſt hujuſmodi publicationem, qui in Romana Curia ſunt præſentes, ſtatim lapſo menſe, reliqui vero, qui intra montes, tribus, & qui ultra ubique locorum degunt, ſex menſibus excurſis, vel cum primum venalium hujus Breviarii voluminum facultatem habuerint, ad precandum, & pſallendum juxta illius ritum, tam in Choro, quam extra illum, maneant obligati. Ipſarum autem literarum exempla manu Notarii publici, & ſigillo Prælati Eccleſiaſtici, aut illius curiæ obſignata, vel etiam ipſius voluminibus abſque prædicto, vel alio quopiam adminiculo Romæ impreſſa, eamdem illam ubique locorum fidem faciant, quam ipſæ præſentes, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Breviarium Romæ tantum, & non alibi ſine licentia Pont. imprimi poteſt.

§.11. Sed ut Breviarium ipſum ubique inviolatum, & incorruptum habeatur, prohibemus ne alibi uſquam, in toto Orbe, ſine noſtra, vel ſpecialis ad id Commiſſarii Apoſtolici, in ſingulis Chriſtiani Orbis Regnis, & Provinciis deputandi, expreſſa licentia, imprimatur, proponatur, vel recipiatur. Quoſcumque vero, qui illud ſecus impreſſerint, propoſuerint, vel receperint, excommunicationis ſententia eo ipſo innodamus.

Sanctio pœnalis.

§.2. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ oblationis, permiſſionis, revocationis, juſſionis, præcepti, ſtatuti, indulti, mandati, decreti, relaxationis, cohortationis, prohibitionis, innodationis, voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis &c.

Da-

D.P. An.III. 9. Julii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Iocarnationis Dominicæ millesimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, ſeptimo Idus Julii, Pontificatus noſtri Anno tertio.

LXXXVIII.

De reſidentia Rectorum Eccleſiarum Parochialium, quibuscumque indultis etiam Apoſtolicis non obſtaotibus.

Ad hæc vide etiam Conc. Trid. ſeſſ.23. cap.1. & ſeſſ.24. cap.12. de reformat. & Pii IV. Conſt.XII. De ſalute. *Tom.IV. Par.II. fol.*36. *& Conſt.CV.* In ſuprema. *Ibid. fol.*207.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

CUpientes pro noſtri Paſtoralis Officii munere Chriſtifidelium animarum ſaluti, quantum cum Deo poſſumus, ſalubriter conſulere, & Parochialibus Eccleſiis ab earum Parochis, prout tenentur, io divinis debite, & laudabiliter deſerviri, inhærendo etiam decretis Sacri Concilii Tridentini.

Rectores Parochialiũ cõpellantur ad reſidendũ per Ordinarios ut hic.

§.1. Motu proprio, & ex mera deliberatione, certaque ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, omnes, & ſingulos Rectores Parochialium Eccleſiarum cujuscumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, cooditionis, & præeminentiæ foerint, in quibuſcumque Regnis, Provinciis, Civitatibus, Diœceſibus, ac aliis Chriſtiaoi Orbis partibus conſiſtentes, qui Parochialem Eccleſiam, ac Canonicatum, aut dignitatem, etiam poſt Pontificalem majorem, ſeu principalem in quibuſvis Patriarchalibus, aut Metropolitanis vel Cathedralibus, ſeu Collegiatis Eccleſiis, ſeu aliud quodcumque beneficium Eccleſiaſticum, etiam quarumcumque diſpenſationum a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, ſeu etiam a Nobis hactenus quomodolibet impetratarum, ac literarum Apoſtolicarum deſuper expeditarum titulo, quas omnes hac præſenti Conſtitutione abolemus, & revocamus, ſed quocumque alio prætextu obtineot, cum prima, & præcipua debeat eſſe cura animarum, eos ad reſidendum io Eccleſia Parochiali, & ibi in divinis deſerviendum, debitoque eorum officio fungendum, omnino teneri, & obligatos eſſe, ac ad id per Epiſcopos, & aliorum locorum Ordinarios, etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegatos, ſub ſenteotiis, & ceoſuris Eccleſiaſticis, ac pecuniariis, arbitrio eorum declarandis, ac etiam privationis dictarum Parochialium, & aliorum quorumcumque beneficiorum pœnis, quacumque appellatione remota, cogi, & compelli poſſe, & debere auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, præcipimus, & ordinamus. Eos tamen ſic reſidentes in Eccleſiis Parochialibus, omnes, & ſingulos fructus, redditus, & proventus, etiam Canonicatus ſui, vel digoitatis, ſeu alterius cujuſcumque beneficii, exceptis dumtaxat quotidianis diſtributionibus, & aliis, quæ ex juſta cauſa abſentes percipere non ſolent, lucrari volumus.

Decretum irritans.

§.2. Sicque per quoſcumqoe Judices, & Commiſſarios etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, interpretari, judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.3. Non obſtantibus præmiſſis, ac qoibuſvis diſpenſationibus, & eaemptionibus, literiſque Apoſtolicis deſuper confectis, necnon Apoſtolicis in Provincialibus, & Sinodalibus Conciliis editis, generalibus vel ſpecialibus Conſtitutioonibus, & Ordinationibus, & etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibusvis perſouis in genere, vel in ſpecie, & alias quomodolibet cooceſſis, & approbatis, io poſterumque concedeodis, & approbaodis, quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & individua, noo autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ac hoc ſervanda foret, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro ſufficienter eapreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſoris, hac vice dumtaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & eapreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque; volumus autem quod harum literarum tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio quam extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§.4. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abolitionis, revocationis, ſtatuti, præcepti, ordinationis, decreti, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem &c.

D. P. An.III. 8. Julii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Auoo Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, octavo Id. Julii, Pontificatus noſtri Anno tertio.

Appro-

LXXXIX.

Approbatio reformationis Fratrum Minorum Conventualium Ordinis S. Franciſci, io Capitulo ejuſdem Ordiois per eos præfinitæ.

Aliam reformationem vide ſupra in Conſtit. LXXXIV. Ad extirpandos. *fol.* 17.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Hic Pontifex edidit reformationem de qua in rubr.

ILla Nos cura inter cetera ſolicitat, ut optimæ diſciplinæ cultus in omnibus Religioſorum Sodalitatibus nutriatur, & confirmetur. Quod quidem Nos pridem in amplissimo Ordine Fratrum Minorum Conventualium ouncupatorum magnopere expetentes, rerum omnium proprietatem illis ademimus, multaque præterea de ratione vivendi, & Officiis eorumdem edidimus, literaſque noſtras ſuper iis confectas in eorum Capitulo generali, apud Baſilicam duodecim Apoſtolorum de Urbe proxime celebrato palam omnibus juſſimus promulgari.

Fratres in Capitulo alia ediderunt.

§.1. Qui illis ea, qua decuit obedientia receptis, ad tollenda, & corrigenda alia præterea intenti, quæ ad hujus religionis ſtatum in ſua integritate continendum maxime obeſſe intelligebamus, nonnulla inter ſeſe ſtatoere cogitarunt. Verum inſtante jam ipſius Capituli concluſione, cum temporis anguſtia id minus pateretur, negotium univerſum ad arbitrium, & auctoritatem Generalis, & Provincialium Magiſtrorum, necnon Defioitorum dicti Ordinis ex voluotate noſtra demandatum eſt, qui diverſas alias præſentibus ſubiectas conſtitutiones, ab ipſo Magiſtro Generali ſubſcriptas ordinaruot.

Quæ hic idem Pontifex obſervari præcipit.

§.2. Quas omnes (ſalvis alias literis noſtris prædictis) præſentium auctoritate approbamus, & confirmamus. Supplentes omnes, & quoſcumque ſive ſolemnitatum omiſſarum, ſive alios juris, & facti defectus, qui intervenerint in eiſdem. Quin etiam illas omnes, prout conſcriptæ ſunt, ſancimus, & ordinamus, jubemuſque ipſas æqoe atque noſtras in omnibus Provinciis, cuſtodiis, domibus, & locis, necnon ab omoibus, & ſingulis Fratribus dicti Ordinis firmiter obſervari, ac quoſcumque, qui illis non paruerint, ceoſuris, & pœois omnibus, quæ literis prædictis cootinentur, eo ipſo volumus ſubiacere.

Executoreſque deputat.

§.3. Et nihilominus dilecto Filio noſtro Carolo tit. S. Praxedis Presbytero Cardinali Borrhomeo nuncupato moderno, & pro tempore exiſtenti Protectori, ac etiam Magiſtro Generali dicti Ordinis per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut ipſi, vel eorum alter, per ſe, vel alium, ſeu alios, ubi & quando opus fuerit, tam ſupradictas, quam præſeotes literas, & eiſdem inſertas Conſtitutiones omnes in omnibos, & ſingulis Provinciis, cuſtodiis, domibus, & locis prædictis, ac ab omnibus, & ſingulis Magiſtris, Guardiaois, Fratribus, & perſonis in eis expreſſis, juxta ſingularum literarum, & conſtitutionum hujuſmodi tenorem, inviolate obſervari. Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas aliis noſtris literis contentas prædictas, ceteraque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, cenſuraſque, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contrariis derogat.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, & fel. rec. Booifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac etiam dicti Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, contrariis quibuſcumque. Aut ſi Magiſtris, Guardianis, & Fratribus prædictis, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, necnon Mare magnum, & Bulla aurea ouncupatis, ac quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, generalibus, & ſpecialibus, qoorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus noo expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia contra ipſarum præſentium, & conſtitutioonm hujuſmodi tenorem, & effectum, nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari. Quin etiam ex ounc irritum decernimus, & inane, quicqoid ſecus ſuper his per quoſcumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit atteotari.

Ita igitur Conſtitutiones prædictæ ſcriptæ ſunt.

Reformationis tenor. Novitiorum recipiendorũ ætas.

§.5. Novitii etiam oblati, ante decimumoctavum ætatis ſuæ annum completum ne recipiantur, neque ante decimum nnnum item completum ad profeſſionem admittantur.

Et etiam oblatorum.

§.6. Qui hactenus recepti etiam oblati, quintumdecimum annum non expleverint, detracto habitu Religionis, domum ad parentes, vel neceſſarios, etiam inviti remittantur, vel alias omnino emittantur, nec poſtea in ædibus unde exierint, aut in aliis ejuſdem Ordiois domibus verſari ullo modo poſſint.

Laicorum ætas.

§.7. Laici qui vigeſimum quintum annum non attigerunt, ad ſerviendum ne recipiantur, & qui recepti etiam nunc ea ætate minores ſunt, eiiciantur.

Novitiorum recipiendorũ loca.

§.8. Novitii ne recipiantur, aut educentur, niſi in Conventibus inſignioribus, in qoibus Dormitorium, & Capitulum habeant ſeorſim ab aliis Fratribus.

Provinciales eligendi ex aliena Provincia.

§.9. Nullus deinceps Provinciæ præficiatur, qui ejuſdem Provinciæ ſit, ſed Provinciales ex aliena Provincia ſemper aſſumantur, qui tamen idonei ſunt ad id officium, & cultores regularis obſervantiæ.

Guardianatus officium quantum duret.

§.10. Guardianatus inſigniores, & privilegiati, ut Roman. Aſſiſtent., & hujuſmodi, triennio, privilegiati bienoio diuturniores ne ſint, in quo tamen habenda eſt ratio Provinciarum exteroarum. In illis enim locis hæc officia juſta de cauſa in loogius tempus arbitrio Superioris protrahi poterunt.

Paternitatis titulo qui donantur.

§.11. In paternitatibus hactenus conceſſis, & poſthac concedendis, ea moderatio adhibeatur, ut nemo paternitatis titulo, vel privilegio fruatur, niſi qui Provincialatus officium obtineant, vel obtinuerint, vel quadrageſimum annom agat, & alias etiam eo titulo, & privilegio dignus exiſtat.

Fratres ſtent per biennium in uno Conventu.

§.12. Nulli in eodem Conventu plus biennio manere liceat, exceptis ſexagenario majoribus, quibus aliquid ex cauſa Superioris arbitrio condonari poterit.

Fratrum numerus in quolibet Conventu.

§.13. In Conventu, vel domo paeciores ne ſint duodecim Fratribus. Si qua autem domus hunc familiæ numerum alere non poſſit, vel tota Proviocia victum, & quæ præterea neceſſaria ſunt, ſuppeditet, vel Fratres cum bonis ex ea domo in aliam transferantur; proviſione tameo adhibita, ne Eccleſiæ deſtruantur, ſed ad ejus populi commoditatem conſerventur. Permittimus tamen ut in Conventibus, qui Fratribus iter facientibus commodi ſint, ſaltem quatuor Fratres, non minores quinquaginta annis, conſtanti, & probata vita maneant, ſi plures ea domus alere non poſſit.

Regentes Studiorum quot lectiones interpretari debeant.

§.14. In majoribus Studiis Regentes duas lectiones Theologicas interpretentur, alteram practicam, veluti de Sacramentis, vel de vita recte ſancteque inſtituenda, ex Magiſtro ſententiarum, ac S. Bonaventura, alteram ſpeculativam ex Scoto: in minoribus vero Studiis, una lectione ex Thologia practica contenti ſint.

Fratrum exercitiũ quotidianum.

§.15. Curent autem Superiores, ot in ſingulis Conventibus Fratres maxime in conſcientiæ caſibus, & reliquis, quæ ad audiendas confeſſiones pertineot, ob rei gravitatem, & neceſſitatem, ſummo ſtudio, ac diligentia exerceantur.

Proprium nihil habeant.

§.16. Fratres etiam ſi Superiores ſint, nihil proprium habere poſſint, ſed omnia in commune conferantur, deſtribuenda ſingulis, ut unicuique opus ſuerit: ita ut ex communibus cujuſque Conventus ſacultatibus, & eleemoſynis, pro viribus domus, unicuique Fratri, quæ ſunt neceſſaria, præbeantur.

In communi vivant.

§.17. Fratres omues, & Superiores, & quomodocumque privilegiati, ægrotis tantum exceptis, in Refectorio cibum capiaot, & communi menſa utentes communibus epulis veſcantur.

Infirmi & ſenes curentur.

§.18. In primis autem ægrotorum, & ſenum cura babeatur. Quod ſi propriæ facultates domui non ſuppetant ad ſubveniendum oeceſſitati ægrotantium, vicini Conveotus ditiores ſuppleant, aut etiam tota Provincia contribuat.

Bonorum cuſtodia.

§.19. In omnibus Conventibus, vel domibus, locus communis theſauri, vel capſa ſit tribus clavibus clauſa, quarum unam habeat Guardianus; alteram Procurator, tertiam Depoſitarius: quo in loco, vel capſa, aurea, argentea, jocalia, & quæque pretioſa, pecuoia item Conventus, cum inveotario earumdem rerum, condita cuſtodiantur: ſervata tamen diſtioctione ſacrarum, & profanarum rerum.

Quiſque unica cella, lectoque & humili menſa ſit contentus.

§.20. Nullus ex Fratribos, quamvis Magiſtratus, & Superioris titulo fungantur, privatas ædes aut in clauſtro, aut alibi uſquam habeat, ſed ſinguli unica Cella, in communi Dormitorio, nullo ornatu, nudis omnino parietibus, ac lectulo, & menſa humillimis contenti ſint, quemadmodum pauperes Religioſos decet.

Dormitoria communia efficiantur.

§.21. Cameræ ſive ædiculæ, quæ extra Dormitoriom ſeparatim ſunt, ad officinas, vel alios uſus, toto Conventui communes redigantur, vel ſi Cellæ communis Dormitorii pro Fratrum numero non ſufficiant, & illæ Cameræ, vel ædiculæ, quas diximus, ad formam communis Dormitorii redigi poſſint, in Dormitoriom commone redigantur, ſin minus, deſtruantur, ac materia, & cæmenta ad reparandam ſabricam Conventus, ſi opus ſuerit, convertantur, vel vendantur, & pretium ad communem uſum Conventus conſeratur.

Horti ſint cõmunes exceptis hortis Novitiorũ, & Infirmorum.

§.22. Nullus ex Fratribus privatum hortum habeat, ſed horti ſint totius Conventus communes; verum tamen Novitii, & Infirmaria hortum, ſeu viridarium a communi viridario ſejunctum, habere poterunt, quo ceteris ingredi nullo modo liceat.

Bona Fratrũ deceden. quibus Mon. dãda.

§.23. Veſtes, libri, & reliqua, a Superioribus cuiquam Fratri ad uſum, & neceſſitatem conceſſa quæcumque apud eos mortis tempore reperta ſuerint, nulli Fratri privatim aſſignentur, ſed ita diſtribuantur, ut dimidia pars ſit nativi Conventus, altera ejus. ubi mortuus ſuerit.

Pro officialium deputatione vel confirmatione nihil recipiatur.

§.24. Generalis a Provincialibus, Cuſtodibus, & aliis Religionis Miniſtris quovis illi oomine appellentur, Provinciales item a Guardianis, aliiſque Officialibus, ob eorum deputationem, vel confirmationem nihil omnino, neque magnum oeque parvum exigant, ac ne ſponte quidem oblatum accipiant, neque Cancellario, aut ſcribæ, pro ſigillo, ſive ſeriptura, quicquam detur, ſed omnia gratis fiant ac dentur. Neque Generalis, neque Provincialis miniſter, neque Cuſtos, neque Guardianus, a quovis Fratre ſui Ordiois, aliquid etiam ſponte oblatum, ſive dono datum acceptet, vel recipiat.

Subventiones Prælatis dentur ut in alia Conſt. cit. in rubr.

§.25. Pro communibus autem impeoſis, qoas neceſſario ad commodum totius Ordiois, vel alicujus privatæ domus fieri contigerit, Generali, Provinciali, & aliis eo modo conſulatur, quo in literis Sanctiſſimi D. N. Pii V. proxime editis, cautum eſſe conſtat.

Alexandrinæ Conſt. ſervẽtur ut hic.

§.26. Quo vero ad promotiones, & gradus

dus attinet, id omnino ſervetur, quod Alexandrinis Conſtitutionibus ſancitum eſt, ut nihil a promovendo exigatur, aut quovis modo ſponte oblatum accipiatur. Quod ſi promotione ſacta, Conventus promotorum aliquid Religioni donare voluerit, quicquid id ſit, Procuratori detur, ut ad levationem onerum & communium ſumptuum Religionis conferatur, ac procurator omnium acceptorum, & expenſorum rationem reddat.

Habitu & veſtibus, ut hic, utantur.

§.27. Fratres omnes quocumque gradu, & honore ſint, camiſiis laneis, & reliquo veſtitu honeſto ac religioſo, omnique ſuppellectile, & inſtrumento paupere, atque humili, quemadmodum aliis etiam Conſtitutionibus cautum eſt, utantur.

Conſtitutiones ad Ordinis reformationem editæ ſerventur.

§.28. Reliquum eſt, ut Conſtitutiones omnes, ad diſciplinam regularem reſtituendam, conſervandam, & augendam, (quæ tamen iis contrariæ non ſint) præcipue vero ea, quæ a Sanctiſſimo Domino noſtro Pio Papa V. ad reformationem hujus Ordinis proxime ſunt editæ, ab omnibus ſancte, inviolateque ſerventur.

Juſſio publicandi hanc Conſtitutionem.

§.29. Ceterum, ut præſentes literæ omnibus plenius innoteſcant, mandamus illas ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ publicari, & earum exempla de more affigi.

Fides tranſumptorum.

§.30. Volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod hujuſmodi exempla, etiam impreſſa, manuque Notarii publici, & ſigillo dicti Magiſtri Generalis, vel Prælati Eccleſiaſtici, aut illius Curiæ obſignata, eamdem illam ubique locorum fidem faciant, quam ipſæ præſentes, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§.31. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, Confirmationis, ſuppletionis, Ordinationis, juſſionis, mandati, decreti, præcepti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

D.P. An.III. 23. Julii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1568., 10. Kalen. Auguſti, Pont. noſtri Anno III.

XC.

Contra Notarios, & alios, reſponſiones reorum, depoſitioneſque teſtium, quomodolibet propalantes, vel eis, aut teſtibus in ſecretis carceribus Urbis detentis, aut aliis pro eis nuncium deferentes.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Approbatio Conſt. editarum contra Notarios propalantes &c.

Licet contra Notarios, qui in cauſis, tam Criminalibus quam Civilibus, dicta teſtium, aut reorum reſponſiones abſque Judicis decreto partibus patefaciunt, multæ Conſtitutiones editæ ſint, eoſque tamquam falſi reos, & infames, ac perjuros puniri debere ſtatutum ſit, nihilominus quia magis timetur: quod ſæpius cavetur, & ut in

futurum timore pœnæ ſi non Dei timore, arceantur, omnes, & ſingulas, cenſuras, & pœnas contra eos, qui talia delinquerint, latas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innovamus, nec de earum rigore, propter illarum forſan inobſervantiam, aut Prædeceſſorum noſtrorum, & etiam noſtram, ac officialium: & miniſtrorum eorumdem, & noſtrorum, tolerantiam quicquam relaxatum, aut remiſſum eſſe, ac eaſdem in ſuo priſtino robore, & vigore permanere decernimus, & declaramus.

Impoſitio aliarum pœnarum contra eoſdem, vel nuncium eis in ſecretis detentis vel aliis pro eis deferendis.

§.1. Et ut pœnarum certitudo omnibus hic in Alma Urbe noſtra innoteſcat, ſtatuimus, decernimus, & declaramus omnes, & ſingulos Notarios, tam principales quam Subſtitutos, executores quoque, ac Carcerum Cuſtodes, ceteroſque, quibus tam vigore ſui officii, quam alias quomodocumque reos, dum in Carceribus ſecretis detinentur, facultas alloquendi conceditur, qui reorum reſponſiones, ac teſtium in dictis cauſis depoſitiones propalare in toto, vel in parte, dicto, aut facto, quibuſvis perſonis cujuſcumque conditionis, prærogativæ, & dignitatis, tam mundanæ quam Eccleſiaſticæ exiſtant, abſque Judicis, coram quo cauſa vertitur, & Procuratoris Fiſcalis licentia auſi fuerint, aut eiſdem reis, & teſtibus, donec in ſecretis retinentur, etiam quarumvis perſonarum, ut ſupra quomodolibet qualificatarum, vel nomine eorumdem reorum, & teſtium, vel aliis etiam extra carceres exiſtentium nomine eorumdem carceratorum, nuncium, epiſtolam, literas, vel (ut vulgo dicitur) ambaſciatas ferre abſque ejuſdem Judicis, & Procuratoris Fiſcalis licentia, ultra pœnas eis a jure, vel ſtatuto inflictas, pœnam relegationis in perpetuum, vel ad tempus ad triremes, & ſi qualitas facti id exegerit, & Judici videbitur, etiam ultimi ſupplicii incurrere, & puniri debere præcipimus, & mandamus. Sicque per quoſcumque Judices quavis auctoritate fungentes puniri, & condemnari, & non aliter declaramus. Irritum quoque, & inane, &c. decernimus.

Derogatio contrariorum

§.2. Non obſtantibus præmiſſis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo, & conſuetudine, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Forma, & effectus publicandi.

§.3. Volumus, quod præſentis ſtatuti, decreti, & Conſtitutionis cedula in acie Campi Floræ, & in Cancellaria noſtra Apoſtolica de more publicetur, & ita omnes quos tangit, afficiat, quodque illis noſtra ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat, regula contraria non obſtante, &c.

Placet Motu proprio M.

Papæ ſubſcr. Publ. Pont. An.III. die 29 Julii.

Anno a Nativitate Domini, milleſimo quingenteſimo, ſexageſimo octavo, Indictione undecima, die vero vigeſima tertia menſis Julii, Pontificatus Sanctiſſ. D. N. D. Pii divina providentia Papæ V. anno III. ſupradictæ literæ publicatæ fuerunt locis ſupradictis, per me Jo. Andream Rogerium prælibati SS. D. N. Papæ Curſ.

Camillus Cherubinus Mag. Curſ.

 Juriſ-

XCI.

Juriſdictio, & facultates Viſitatorum Carcerum Almæ Urbis, in cauſis tam civilibus quam criminalibus carceratorum.

Statuta ab eiſdem Viſitatoribus obſervanda præſcripſit Paulus III. in Conſt. LIX. Ad onus *Tom. IV. Par. I. fol. 236. Dilationes his carceratis conceſſas, eorum fidejuſſoribus non ſuffragari decrevit Julius III. in Conſt. XV.* Cum nuper *Tom. III. Par. III. fol. 285.*

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Facultates Viſitatorum.

REverendi DD. Viſitatores Carcerum poſſint relaxare debitores a carceribus ex cauſis infraſcriptis.

Concedendi dilationes carceratis ad ſolvendum eorum debita.

§.1. Et primo concedendo dilationem, data cautione de ſolvendo infra tempus aſſignatum, & hoc præſertim quando Viſitatores conſiderant retentionem debitoris cedere noo ſolum in ipſius præjudicium, verum etiam creditoris, cum debitor in Carceribus exiſtens efficiatur deterioris conditionis, & in dies minus ſolvendo, ubi extra Carceres facilius infra tempus aſſignatum modum ſatisfacieodi repertarus ſit, & hoc dummodo creditores ſint ditiores, & ære alieno noo onuſti. Secundo, Relaxare poſſint debitorem, qui licet oon habeat pecuoias in promptu, habet tamen tot bona, ex quorum venditione poteſt creditoribus ſatisfieri, & ex tunc ipſe conſentit eorumdem bonorum ſubhaſtationi. Et Viſitatores hoc faciant data cautione de ſe repræſentando in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus carceratus reperitur, ne contingat creditorem decipi ex aliquo impedimento præſtito venditiuni bonorum. Et ſi bona non ſufficiant, nec bonis cedere velint, oec birettum viride deſerre, nonniſi de omnium creditorum conſenſu quemquam relaxare poſſint. Idemque ſervetur, etiamſi ſit clarum, debitores nullum prorſus habere modum ſatisfacieodi creditoribus ſuis, niſi ex ſudore vultus ſui. Tertio, Relaxare poſſunt, qoando creditor executionem habet realem, & eſt in bonis captis per executionem ſibi bene cautum.

Infirmoſque relaxandi.

§.2. Quarto, in caſu iofirmitatis creditores eorum ſumptibus debitoribus alimenta, & medicamenta miniſtrent in carceribus, quibus creditoribus recuſantibus, relaxentur, habita fide a Medicis deputatis, & recepta cautione, ſi illam habent, ſin autem, recepta juratoria caotione.

Pauperesque non habentes alimenta a creditoribus.

§.3. Quioto, Relaxentur debitores, quando cognita eorum paupertate, ac pertinacia creditoris, ei mandatum fuit, ut carcerato debitori ſubminiſtret alimenta, & ipſe hoc facere recuſat.

Mulieres quoque honeſtas.

§.4. Sexto, Relaxentur a carceribus mulieres pro debito civili retentæ, quando ſunt honeſtæ, etiam ſi captæ ſiot pro debito publico.

Indebite carceratos.

§.5. Septimo, Relaxare poſſint debitores, qui ex natura debiti non tenentur de jure ultra id, quod facere poſſunt, quia tunc nec carcerari poterant, & propterea contra booa eſt dirigenda executio.

Suſpectos de fuga.

§.6. Octavo, Relaxentur debitores capti ut ſuſpecti de fuga, data cautione de ſe repræſentando ſub pœna debiti.

Cedentes bonis.

§.7. Nono, Relaxentur debitores, facta ceſſione booorum prout de jure, & ſervata forma Motus proprii.

Nulliter carceratos.

§.8. Decimo, Relaxentur debitores nulliter, & indebite capti, de qua nullitate manifeſte conſtat. In quibus omnibus relaxationibus ſint præſentes Indices, qui mandata relaxarunt, & uti edocti, & inſtructi de meritis cauſæ rationem reddant.

Arbitrium Viſitatorum in prædictis.

§.9. Et in præmiſſis habeatur ratio paupertatis creditoris, & an debitor calumnioſe litem diu ſuſtinuerit, fatigando creditorem expenſis, & laboribus, & an aliam dilationem habuerit, & creditori non ſatisfecit, non cooſtito de legitimo impedimento. Et in his omnibus DD. Viſitatores arbitrio utantur, qui penſatis qualitatibus tam creditoris quam debitoris, ac facultatibus, & natura debiti, decernant ea, quæ juri, & æquitati, & utilitati etiam creditorum conveoiant.

Ita eſt M. — Papæ ſubſcr.

Sequitur juriſdictio in cauſis criminalibus.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Cauſa hujus Cõſtitutionis.

CUM ſicut accepimus Viſitatores Carcerum Almæ Urbis noſtræ, homicidii, aliorumque capitalium criminum reos carceratos ad illorum abſolutionem, & liberationem nimia humanitate proni atque proclives, ſæpe a carceribus liberari faciunt ſub cautiooe de ſe præſentando, aut alias ſub aliis obligationibus, & conditionibus eis bene viſis, & ita proceſſus debilitantur, & cauſarum expeditiones differuntur, (vel quod moleſtius ferimus) eos quandoque liberant, aut leviori pœna, quam Juſtitia expoſcit, afficiunt, ac propterea delicta impunita remanent contra jus, & utilitatem publicam.

Declaratio facultatum Viſitatorum, circa relaxationes carceratorum ex cauſa criminali.

§.1. Nos conſiderantes impunitatem ſcelerum eſſe inceotivum malorum, nolenteſque in futurum reos homicidii, ac aliorum delictorum capitalium, oiſi in caſibus a jure expreſſis e carceribus liberari, & extra carceres audiri, aut levius puniri, tenore præſentium eiſdem Viſitatoribus ſub pœna indignationis ooſtræ inhibemus, atque interdicimus, oe poſthac reos carceratos, ut præmittitur, arbitrio ſuo relaxent, & liberent. In levioribus autem delictis reos confeſſos aut convictos non relaxent, oeque liberent, niſi prius ſenteotiæ, aut condemnationi, quam eis infligendam, & ponendam duxeriot, paruerint, & illius executio facta fuerit. Volumus autem quotieſcumque viderint æquitatem juris rigori, attenta facti qualitate, præferendam eſſe, cum ad ſolum

lum Principem jus decernendi inter jus, & æquitatem non ſcriptam ſpectet & pertineat, tunc facti qualitas diligenter in viſita conſideretur, & ſi quid ab eis de jure relaxandum videbitur, id Nobis unus ex Viſitatoribus una cum Judice cauſæ referat, præſente Procuratore Fiſcali, vel Advocato Fiſcali ejuſdem Cameræ, & Fiſci, ac etiam pauperum Advocato, ut a Nobis quid ſtatuendum, & deliberandum ſit, intelligant.

Præceptum, quod Judices non obediant Viſitatoribus aliter ſe gerentibus.

§.2. Mandantes propterea Judicibus, coram quibus cauſæ criminum hujuſmodi pendent, aut in futurum pendere contigerit, ſub ſimilis pœna indignationis noſtræ, ne vigore Ordinationis Viſitatorum prædictorum contra, aut præter ordinationem, & mandatum noſtrum, quoſvis carceratos relaxare, aut mandatum de relaxando decernere, vel ſubſcribere audeant, vel præſumant.

Quibuſcumque non obſtantibus.

§.3. Non obſtantibus præmiſſis, indultis, & privilegiis eiſdem Viſitatoribus quomodolibet conceſſis, & innovatis latiſſime extendendis, quibus omnibus illorum tenores pro ſufficienter expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Papæ ſubſcr.

Placet Moto proprio M.

Publ. P. A. III. 19. Julii.

Anno a Nativ. 1568. Indict. 11. die vero 19. menſis Julii, Pontif. Sanctiſſ. D. N. Pii Papæ V. anno 3. retroſcriptæ literæ Apoſt. affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, ut moris eſt, per Nos Philibertum Cappinum.

Jo: Guerardi Curſ.

XCII.

Revocatio facultatum Camerarii, Clericorum, & aliorum Officialium R. Cameræ Apoſt. concedendi commiſſiones in forma, *Si in evidentem*, ſuper alienationibus bonorum Eccleſiaſticorum, aut locorum Piorum cujuſcumque valoris.

Judices autem hujuſmodi cauſarum, quid agere debeant, vide in Pauli II. Conſt. II. Cum in omnibus *Tom. III. Par. III. fol.* 118.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio, &c.

Cauſa Conſtitutionis.

VOlentes indemnitati Eccleſiarum, aliorumque piorum locorum, quantum cum Deo poſſumus, conſulere, ac providere, ne illorum bona ſine noſtra, aut Succeſſoris noſtri ſcientia, & licentia alienentur, aut perpetuo, vel ad longum tempus, aut unam, vel plures illa conducere volentes vitam locentur, aut de his alio titulo diſponatur.

Revocatio facultatis, de qua in rubr.

§.1. Omnes, & ſingulas facultates, & licentias concedendi commiſſiones alienationum, vel permutationum, aut affrancationum, aut illarum confirmationum quorumvis bonorum Eccleſiaſticorum, aut locorum piorum cujuſcumque valoris exiſtentium, etiam ſummam annuam cujuſcumque valoris exiſtentium, etiam ſummam annuam cujuſcumque ducat. auri de Cam. non excedentium, aut alterius minoris valoris in forma quæ dicitur: *Si in evidentem*, Dilecto filio Vitellotio S. Mariæ in Via-lata Diacono Cardinali Vitellio nuncupato S. R. E. Camerario, ejuſque Anteceſſoribus, & Clericorum Cameræ Apoſtolicæ Collegio tam per fel. recor. Gregorium IX. Bonifacium IX. Urbanum VI. Martinum V. Nicolaum V. Sixtum IV. Innocentium VIII. Julium II. Leonem X. Paulum III., & Julium ſimiliter III. ac alios quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, etiam Motu proprio, ex certa ſcientia, & ex quavis cauſa etiam urgentiſſima, cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ac quibuſvis decretis, etiam irritantibus, & in vim contractus conceſſas, confirmatas, & innovatas, illorum omnium tenores pro ſufficienter expreſſis habentes, perpetuo revocamus, caſſamus, & annullamus. Interdicentes, & expreſſe prohibentes eidem Camerario, & Clericis, ac aliis ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ officialibus ſub pœna indignationis noſtræ, ne in futurum licentias, & facultates, ac commiſſiones alienationum hujuſmodi ſub quovis prætextu concedant. Ac commiſſiones, & conceſſiones commiſſionum hujuſmodi contra voluntatem, ordinationem, & decretum noſtrum nullas, invalidas, & irritas eſſe decernimus, & declaramus.

Decretum irritans.

§.2. Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, &c. ſublata, &c. judicari, &c. debere, necnon irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a dictis Camerario, Clericis, & aliis officialibus, & judicibus præfatis, vel quibuſvis aliis quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.3. Non obſtantibus præmiſſis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis prædictis, & aliis quibuſvis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus illorum tenores, &c. pro ſufficienter expreſſis habentes derogamus, illaque quoad præmiſſa caſſamus, revocamus, & annullamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Signatura ſola ſufficit.

§.4. Volumus autem quod præſentis noſtri Motus proprii, etiam abſque illius data, & regiſtratura ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat, tam in judicio quam extra, quacumque regula, ſeu Conſtitutione Apoſtolica contraria non obſtante.

Juſſio publicandi.

§.5. Volumus autem, quod præſens noſter Motus proprius in Cancellaria noſtra Apoſtolica, & in acie Campi Floræ de more publicetur, & inter Conſtitutiones perpetuas deſcribatur.

Fides exemplorum.

§.6. Et quia difficile foret præſens ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod ejus tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus Prælati mu-

Digitized by Google

munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſenti Motui proprio adhiberetur, ſi foret exhibitus, vel oſtenſus,

Papa ſubſcr.

Placet Motu proprio M.

Publ. Pont. An III. die 16. Auguſti.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1568, 17. Kal. Aug. Pont. noſtri Anno III.

XCIII.

Contra non revelantes, & non reſtituentes ſcripturas ad Reverendam Camer. Apoſt. quomodolibet ſpectantes.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Cauſæ hujus Conſtitutionis.

CUm de literis, auctoritatibus, & inſtrumentis omnibus ſive cuſtodiendis, & memoriæ demandandis, ſive adverſis requirendis, ſedulam pro ſe quemque curam capere oporteat, hoc impenſius multo pro S.R.E. ceterarum omnium matre, & magiſtra expedit procurare, ut ipſa non modo ſuis, ut par eſt, juribus protegatur, ſed & propriis monimentis ſubnixa etiam nefarios inſurgentium quotidie in eam impiorum conatus comprimere, eademque opera reliquo omni Ordini Eccleſiaſtico, quandocumque venerit uſus, auxilio, atque præſidio promptior eſſe poſſit.

Juſſio annotandi omnes ſcripturas ad Rev. Cam. Apoſt. ſpectantes.

§.1. Itaque ut de ſcripturis, literis, inſtrumentis, regeſtris, & monumentis omnibus ad ipſam Romanam Eccleſiam, & hanc ſanctam Sedem, Cameramque Apoſtolicam pertinentibus certior deinceps ratio habeatur, & quæ neglecta jacent, in integrum reſtituantur, ac tranſportata, vel ablata, aut interverſa, revocentur, eorum omnium, quæ in Palatio, & Veſtiario noſtro, Bibliotheca item Vaticana, & Arce S. Angeli aſſervantur, quæque in Archiviis, Chartophilaciis, Armariis, Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, & locis publicis, & privatis Urbis Romæ, Avenionis, ceterarumque omnium Civitatum, Provinciarum, & locorum, Nobis, & dictæ R.E. immediate, mediateve ſubiectorum reconduntur, & habentur, breviarium ſive compendium cum indice idoneo conficiendum.

Subtractas autem, & delatas recuperandi.

§.2. Diſperſa vero, vel ſuppreſſa, ac celata, ſubtracta, & evolata ad præfatam Sedem, & Cameram revocanda, & repetenda, pari quoque ratione dicto Breviario adſcribenda eſſe ſtatuimus.

Executorum deputatio ad prædicta.
Hodie hoc ſpectat ad Cõmiſſariũ Cameræ, ut in ſubtecta dixi.

§.3. Eamque curam Venerabili Fratri noſtro Carolo Epiſcopo Montis Flaſconen. unum ex officiis Clericatus præfatæ Cameræ ex indulto Apoſtolico obtinenti, & dilecto filio Honuphrio Camaiano Clerico Aretino ipſius Cameræ præſiden. quorum fidem, rerum uſum, diligentiam, & animi integritatem jampridem perſpectam, & exploratam habemus, auctoritate præſentium ducimus delegan., qua in re, ut inſtituti noſtri effectus, & executio focius ſubſequatur.

Monitio ad revelandum, & reſtituendũ dictas ſcripturas.

§.4. Monemus in primis, omnia, & quæcumque Communia Provinciarum, Civitatum, & locorum præfatorum, necnon Eccleſiarum Prælatos, Capitula, Conventus, & Collegia, omnes item alios, & ſingulos ejuſdem S. R. E. Car., aut Comites, Duces, & quovis alio potiori titulo illuſtres ſint, tam dictæ Urbis, quam etiam Provinciarum Civitatum, & locorum immediate, & mediate ſubiectorum, publice, & privatim, ut infra terminum per ſupradictum Carolum Epiſcopum, & Honuphrium arbitros poſtquam præſentium literarum promulgatio in Urbe, & quaque alia Civitate, Provincia, Terra, & loco ubi conſiſtunt, facta fuerint, omnia, & quæcumque exemplaria, libros, protocolla, ſcripturas, exempla, inſtrumenta, & monumenta rerum, & jurium quorumcumque R. E. ac Sedis, & Cameræ prædictarum penes ſe exiſtentia, ſive ad ipſas legitime pertineant, ſive commodato, vel depoſito, aut alio quocumque jure, & titulo illa obtineant, vel etiam ſubrepta, & extorta detineant, præfatis Carolo Epiſcopo, & Honuphrio Præſid., ſeu eorum in dictis Civitatibus, Provinciis, & locis Commiſſariis, omnino revelare procurent, ut ſcilicet eorum omnium, & ſingulorum inventarium conficiatur. Deinde adnotatis Communitatibus, Civitatibus, Eccleſiis, Capitulis, Conventibus, Archiviis, locis, & perſonis ubi conſtant, ipſa quoque præfato breviario, ſeu compendio adſcribantur, exemplaribus, ſive exemplis, regeſtris, & inſtrumentis, penes eos ad quos illa jure pertinent, tamquam ipſorum fideicommiſſis remanentibus, ita ut numquam ſine Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, & expreſſa licentia inde amoveri, transferri, aut alias immutari poſſint, ſubrepta vero, & extorta, vel incerta ad præfatam Cameram referantur, & in dictum compendium, atque indicem conferantur.

Pœnæ in contravenientes.

§.5. Quod ſi forte aliqui lapſo tempore prædicto non paruerint, eos, & ipſorum ſingulos, libris, juribus, & ſcripturis omnibus præfatis, eorumque omnium uſu, & commodo privamus. Præterea Eccleſias, Capitula, & Monaſteria, Conventus, & Collegia Eccleſiaſtica, necnon Civitates, Provincias, & loca quæcumque Eccleſiaſtico interdicto ſubiicimus, ſingulares vero perſonas eorumdem, ceteroſque præfatos Excommunicationis ſententia innodamus eo ipſo, qua illaqueatos nullus alius quam Rom. Pont. excepto mortis articulo, valeat liberare.

Juriſdictio dd. Judicum in prædictis exequen.

§.6. Ceterum, ut præfata promptius exequantur, præfatis Carolo Epiſcopo, & Honuphrio Præſiden. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia mandamus, ut ipſi ad Arcem, Palatium, Bibliothecam, Veſtiarium, Capitolium, Eccleſias, Capitula, Monaſteria, Conventus, Archivia, Domos, & loca præfata, tam publica quam privata, itemque particularium perſonarum, etiam S. R. E. Cardinalium, necnon Ducum, & aliorum quorumcumque Ædes in dicta Urbe, & ejus diſtrictu poſitas, & ubicumque illa eſſe intellexerint, vel coniecerint, adhibita etiam ad ipſos privatos armata familia, etiam ante promulgationem præſentium, ac quamprimum ſe conferant,

& omni

Digitized by Google

& omni cunctatione reſpondendi vel cuoſulendi præciſa, vel appellatione remota, ad præfata omnia e veſtigio adhibenda, etiam manu regia, ac per cenſuras, & pœnas præfatas, ac etiam pecuniarias, aliaſque graviores arbitrio ſuo irrogandas, moderandas, & applicandas, ceteraque juris, & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, compellant: exhibita, producta, & inventa recognoſcant, ac de eis inventarium, ac breviarium, & indicem præfatum conficiant: quæque ibi relinquenda, vel deinde ad Cameram præfatam referenda erunt, ſtatuant, & decernant, eademque illa omnia per ſe, vel alium, ſeu alios probos, & peritos cum ſimili aut limitata poteſtate ſubſtituendos, extra dictam Urbem in Provinciis, Civitatibus, & locis præfatis efficere, præterea Notarios deſcriptores, & Antigrapharios quotquot ad præfata negocia fuerint, cum ſalariis ſeu mercede cuicumque convenientibus, de Cam. præfata redditibus conſtituendis, & de mandato ipſorum Caroli Epiſcopi, & Honuphrii Præſidentis utriuſque manu ſubſcripto, arbitrio veſtro perſolvendis, ubique locorum præfatorum conſtituere, & ordinare procurent. Nos enim ipſis omnia, & quæcumque alia, in prædictis, & circa ea neceſſaria, & opportuna, etiam ſi talia forent, quæ mandatum, & facultatem exigerent magis ſpecialem, tam coniunctim quam diviſim, per ſe, vel alium, ſeu alios faciendi, & exequendi plenam, & liberam ipſarum tenore præſentium concedimus facultatem. Decernentes irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.7. Non obſtan. ſtatutis, & conſuetudin. Urbis, ac Civitatum, Provinciarum, & locorum præfatorum, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Ordinum quorumcumque juramento &c. roboratis, ac quantocumque tempore obſervatis, præſcriptionibus quoque, & privilegiis, exemptionibus, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, & eorum ſingulis, necnon Pop. Rom. & Card. ac quibuſcumque aliis, nullis prorſus exceptis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis conceſſis, & confirmatis &c. Quæ omnia quatenus prædictis in aliquo obſtare, aut effectum præſentium quoquomodo impedire poſſent, illorum omnium tenores &c. pro expreſſis habentes, Motu & ſcientia ſimilibus revocamus, tollimus, & abrogamus; literaſque omnes, & ſcripturas deſuper confectas cum inde ſecutis omnibus caſſamus, annullamus, viribuſque, & effectu carere volumus eo ipſo, quodque aliquibus communiter vel diviſim a dicta ſit Sede indultum, quod interdici, &c. non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes &c. mentionem, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Forma publ.

§.8. Ceterum ut præſentes, quarum ſolam Signaturam ſufficere, & ubique tam in judicio, quam extra illud fidem facere volumus, omnibus plenius innoteſcant, mandamus illas ad valvas Baſilicę Principis Apoſtolorum de Urbe, & Cam. præfatæ, necnon Concell. Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ publicari, eorumque exempla de more affigi: ac etiam volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus quod hujuſmodi exempla etiam impreſſa, manuque Notarii publici, ac ſigillo Caroli Epiſcopi, ſeu Honuphrii Præſiden. prædictorum obſignata, eamdem illam ubique locorum fidem faciant, quam ipſæmet præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ; & nihilominus mandamus literas Apoſtolicas ſive ſub plumbo, ſive in forma Brevis tam coniunctim quam diviſim, quandocumque videbitur, expediri. Placet Motu proprio M.

Datum Romæ apud S. Petrum 14. Kal. Septemb. Anno tertio. D. P. An III. 19. Auguſti.

XCIV.

Declaratio quod Fratres Prædicatores Ordinis S Dominici ubique præcedant ceteris Fratribus cujuſcumque Ordinis Religioſorum Mendicantium.

De Ordine S. Dominici vide in Honor. III. Conſt. II. Religioſam *Tom. III. Par. I. fol.* 178.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Divina diſponente clementia omnium mortalium Judices in Terris conſtituti, Nos id potiſſimum curare decet, ut unicuique, quod ſuum eſt, ſublatis quibuſvis jurgiis, & litium diſpendiis, tribuatur, veritas. juſtitia, & pax invicem ſe amplexentur, honorque & ordo debitus inter omnes præſertim Religioſos, Nobiſcum ſub uno, & eodem vexillo Deo militantes, ſervetur.

Ordo S. Dominici ante alios Ordines Mendicantiū a Sede Apoſt. approbatus, præcedentiam habere debet, & tamen diverſæ lites deſuper exortæ ſunt.

§.1. Cum itaque nuper acceperimus, quod ſacer Ordo Fratrum Prædicatorum præ ceteris aliis Fratrum Mendicantium Ordinibus, a Sede Apoſtolica primo etſi approbatus, & confirmatus fuerit, illiuſque profeſſores in proceſſionibus, & aliis actibus, ac miniſteriis publicis, & privatis, tam coram Romano Pontifice in ejus Capella, generaliumque Conciliorum ſeſſionibus, & congregationibus, quam pleriſque aliis Chriſtifidelium partibus, primum locum inter alios Fratres Mendicantes obtineant, tamen ſi ad Religionis propagationem in Civitatibus, & aliis locis, in quibus aliorum Ordinum Mendicantium Religioſi, Conventus, & domos prius habebant, domos, aliave Religioſa loca pro eorum habitatione ædificarunt, ſeu conſtrui fecerunt, aut jam ædificata receperunt, ſæpe contingit, quod aliorum Ordinum Fratrum Mendicantes, antiquitatis Eccleſiarum, vel ſuorum Conventuum, & domorum, quas in eiſdem locis prius habuerint, ſeu aliis prætextibus, dictos Ordinis Prædicatorum Fratres in proceſſionibus, & aliis actibus, ac miniſteriis prædictis contingentibus, præcedere ſatagunt,

Digitized by Google

gunt, præeminentiamque, & locum debitum eiſdem denegant, & impediunt, quo ſit, ut non ſolum inter eos inteſtina odia, & diſſenſiones, in eorum animarum perniciem, ac ceterorum Chriſtifidelium ſcandalum non modicum, ſed etiam forſan lites, & controverſiæ judiciales quandoque ſubortæ ſint, & indeciſæ pendeant.

Hic ideo Pōtifex extinguit.

§.2. Nos, qui de antiquitate, & præeminentia cujuslibet Ord. Fratrum Mendicantium, plenam, & individuam notitiam habuimus, & habemus, eorum honoris, & jurium conſervationem, ac pacem, & quietem inter eos confovere, necnon ſcandala inde quomodolibet orta, quæve oriri poſſent, removere paterno affectu zelantes, Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac merâ deliberatione noſtris, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium litem, & cauſam quamcumque, ſeu quæſtionis, & controverſiæ materiam, ſi quæ deſuper ubilibet in Romana Curia, vel extra eam, etiam in noſtro cauſarum Palatii Apoſtolici Auditorio, in quacumque inſtantia, inter quoſcumque quomodolibet pendeant, illarum ſtatum, & merita, & non aliqua ſententia, etiam in contradictorio judicio a quovis Judice ordinario, vel delegato, quæ in rem tranſiverint judicatam, contra ipſos Fratres Prædicatores ſuper hoc prolata fuerit, ac alia etiam neceſſario magis exprimenda, præſentibus pro expreſſis habentes, ad Nos advocamus, & penitus extinguimus, ac Fratribus aliorum quorumcumque Ordinum Mendicantium ſuper his perpetuum ſilentium imponimus.

Ipſiſque Fratribus d. præcedentiā concedit.

§.3. Et nihilominus Fratres ipſos Ordinis Prædicatorum, primum, digniorem, & honorabiliorem locum inter ceterorum quorumcumque aliorum Ordinum Mendicantium Religioſos, etiam ſi tales eſſent, qui non generali ſermone comprehenderentur, ſed nota, & expreſſione ſpeciali indigerent, tam in Seſſionibus, & Congregationibus quorumcumque Generalium, Provincialium, & Synodalium Conciliorum, quam Proceſſionibus, Miniſteriis, & aliis actibus publicis vel privatis, in quibuſcumque Civitatibus, Oppidis, Terris, Caſtris, & aliis locis obtinere, & ſpeciali præeminentia omnino gaudere perpetuo debere, etiam ſi illic Eccleſias, Domos, aut Conventus non habuerint, ſeu habeant, aut aliorum Ordinum Mendicantium Fratres, & Religioſi in eiſdem Civitatibus, & locis antiquiores pro tempore, eorumque Eccleſiæ, Cappellæ, domus, & loca regularia ibi primo inſtituta, & fundata fuerint, eoſdemve Fratres Prædicatores adhuc, etiam per centum annorum, aut diuturnius, vel alias quantumvis longe magis immemorabile tempus præcedere conſueverint, declaramus, ſtatuimus, & etiam definimus.

Et deſuper nō moleſtari jubet.

§.4. Diſtricte in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis majoris, eo ipſo incurrenda pœna, omnibus, & ſingulis quorumcumque aliorum Mendicantium Ordinum pro tempore Religioſis inhibentes, ne de cetero præmiſſorum occaſione Ordinem Fratrum Prædicatorum hujuſmodi, illorumque pro tempore Religioſos quoſcumque moleſtare, inquietare, perturbare, aut quoquomodo impedire audeant, vel præſumant, ſupplentes in hoc citationum, omneſque alios, tam juris quam facti, & quarumcumque aliarum ſolemnitatum, etiam ſubſtantialium, & proceſſuum, defectus.

Clauſulas præſervativas apponit.

§.5. Ac decernentes, præſentes noſtras literas de ſubreptionis, vel obreptionis, intentioniſve noſtræ, aut alio quovis vitio, ſeu defectu, nullo umquam tempore impugnari poſſe, ac Conſtitutionem noſtram de non tollendo cuiquam per quamcumque gratiam, ſeu conceſſionem, aut declarationem jus quæſitum, adverſus eas locum ſibi vendicare non poſſe, nec debere.

Decretum irritans.

§.6. Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & cauſarum dicti Palatii Apoſtolici Auditores, in quavis cauſa, & inſtantia, etiam per appellationem pendente, judicari, & definiri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter interpretandi facultate, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§.7. Ceterum, ut declaratio, ſtatutum, definitio, inhibitio, aliaque omnia, & ſingula præmiſſa inviolabiliter obſerventur, univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, ac aliis Eccleſiarum Prælatis, & perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon Metropolitan., & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicis, eorumdem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Officialibus, ſeu Vicariis in ſpiritualibus generalibus, ubilibet conſtitutis per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ committimus, & mandamus, ut has literas noſtras, & in eis contenta quæcumque inviolabiliter obſervent, ipſique duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, ubi, quando, & quoties opus fuerit, & pro parte dictorum Fratrum Prædicatorum, vel aliquorum ex eis fuerint requiſiti eis efficaci præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eos hujuſmodi literis noſtris, & eis contentis quibuſcumque pacifice frui, & gaudere, non permittentes a Religioſis quorumcumque aliorum Ordinum Mendicantium, vel quibuslibet aliis, quacumque auctoritate fungentibus, ſuper præeminentia, & aliis antedictis contra earumdem noſtrarum tenorem, quomodolibet moleſtari, inquietari, perturbari, aut impediri, contradictores, & rebelles quoſcumque, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & dignitatis cujuſvis exiſtentes, per cenſuras, & pœnas, etiam pecuniarias arbitrio eorum moderandas, & applicandas, quacumque appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Et nihilominus eos, qui ſententiam excommunicationis antedictam, cenſuras, & alias pœnas per eos,

aut

aut aliquem eorum pro tempore latas incurrerint, legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, in illas incidiſſe declarent, nec non aggravare etiam iteratis vicibus curent, invocato ad id, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Obſtantia tollit.

§.8. Non obſtantibus præmiſſis, & tam hujuſmodi noſtra de non tollendo cuiquam jus quæſitum, & aliis Apoſtolicis, quam in quibuſvis Generalibus, Provincialibus, vel Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, Domorumque, Ordinum, & locorum prædictorum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis fundationibus, ſtatutis, uſibus, naturis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Fratribus Mendicantibus aliorum Ordinum quorumvis, eorumque Eccleſiis, Cappellis, Domibus, & locis, & Superioribus, in ſpecie vel in genere, tam per fel. rec. Sixtum Papam IV. quam alios quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, etiam Bulla Aurea, Mare Magnum nuncupata, contentis, ac per Nos Motu proprio, conſiſtorialiter, etiam per modum legis, & ſtatuti perpetui, iteratis vicibus, cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis conceſſa pro tempore, in contrarium forſan revocantibus, etiam ſi eis expreſſe caveretur, quod niſi per trinas diſtinctas literas cum temporis intervallo competenti ternis diſtinctis vicibus, illis quos concernunt intimandas, derogatum eſſe non cenſeatur, aut alia forma in id ſervanda ſit, conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, expreſſa, & individua mentio habenda eſſet, illorum omnium, & ſingulorum tenores, vim, & effectum, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, formaque in eis tradita obſervata inſererentur, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe latiſſime derogamus, & ceteris contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, ac eorum perſonis, locis, Ordinibus, & nominibus mentionem.

Tranſumptis credi jubet.

§.6. Et quoniam difficile eſſet præſentes literas ad ſingula quæcumque loca deferri, volumus, & eadem Apoſtolica auctoritate etiam decernimus, quod illarum exemplis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, ſigilloque alicujus Prælati, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu Curiæ Eccleſiaſticæ munitis, in judicio, & extra, ubi opus fuerit, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus originalibus, ſi exhiberentur, vel oſtenderentur.

Bull. Rom. Tom. IV. Par. III.

D. P. An. III. 27. Auguſti.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 27. Auguſti, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, Pontificatus noſtri Anno III.

XCV.

Contra quoſcumque Clericos, tam ſæculares quam regulares, nefandi criminis reos.

Ad hoc habet aliam hujus Pont. Conſt. IX. Cum primum *Tom. IV. Par. II. fol.* 284.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

HOrrendum illud ſcelus, quo pollutæ fœdatæque Civitates a tremendo Dei judicio conflagrarunt, acerbiſſimum Nobis dolorem inurit, graviterque animum noſtrum commovet, ut ad illud, quantum poteſt, comprimendum, ſtudia noſtra conferamus.

Concilii Lateranen. diſpoſitio eſt in Bulla Leonis etc. in rubr.

§.1. Sane Lateranenſi Concilio dignoſcitur conſtitutum, ut quicumque Clerici, illa incontinentia, quæ contra naturam eſt, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, deprehenſi fuerint laborare, a Clero dejiciantur, vel ad agendam in Monaſteriis pœnitentiam detrudantur.

Cauſa hujus novæ diſpoſitionis.

§.2. Verum ne tanti flagitii contagium, impunitatis ſpe, quæ maxima peccandi illecebra eſt, fidentius invaleſcat, Clericos hujus nefarii criminis reos, gravius ulciſcendos deliberavimus, ut qui animæ interitum non horreſcunt, hos certe deterreat civilium legum vindex gladius ſæcularis.

Impoſitio pœnæ capitalis.

§.3. Itaque quod Nos jam in ipſo Pontificatus noſtri principio hac de re decrevimus, plenius nunc, fortiuſque perſequi intendentes, omnes, & quoſcumque Presbyteros, & alios Clericos ſæculares, & regulares cujuſcumque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas exercentes, omni privilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico præſentis canonis auctoritate privamus. Ita quod per Judicem Eccleſiaſticum degradati, poteſtati ſtatim ſæculari tradantur, qui de eis illud idem capiat ſupplicium, quod in laicos hoc in exitio devolutos, legitimis reperitur ſanctionibus conſtitutum.

Nulli ergo &c.

D. P. An. III. 30. Auguſti.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1568. 3. Kal. Sep. Pont. noſtri Anno III.

XCVI.

Ex Bull. Ord. Præd. T. V. pag. 196.

Sex Ordinis Prædicatorum Romanæ Provinciæ Fratres conſtituuntur Pœnitentiarii Baſilicæ S. Mariæ Majoris.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

PRo noſtri muneris officio curæ Nobis eſſe debet, ut de miniſtris idoneis ad conferendum fidelibus pœnitentiæ Sacramentum apud Eccleſiam S. Mariæ Majoris de Urbe utilius deinceps ratio habeatur.

Numerum Pœnitentiariorum reformat Pius IV.

§. 1. Poſtquam enim felicis recordationis Pius Papa IV., Prædeceſſor noſter, antiquum numerum Pœnitentiariorum ex diverſis nationibus, atque Ordinibus in dicta Eccleſia conſtitutorum ad numerum duodecim, qui alias juxta veterum ipſorum inſtitutionem, a Romanis Pontificibus traditam, ibi perpetuo conſiſterent, Motu proprio per ſuas literas reformavit, re ipſa compertum eſt, nec hoc quidem ad prædictum officium admodum profuiſſe, ac numerum ipſum duodecim Pœnitentiariorum ad id munus, in dicta Eccleſia ſubeundum nimis multum. Præterea illam Ordinum, & linguarum Univerſitatem non perinde ibi neceſſariam eſſe.

Iterum reformat Pius V omnes Baſilicæ Pœnitentiarios ſuſpendit dempta Majori Pœnitentiario facultate eos conſtituendi.

§. 2. Nos utilius multum fore rati, ſi numerus prædictus rurſus minuatur, ſimulque omnes Pœnitentiarii prædicti ex uno Ordine, eodemque linguæ idiomate conſtituantur, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, reformationem, & reductionem Pii Prædeceſſoris hujuſmodi, ac etiam omnes, & quaſcumque Conſtitutiones de numero, Ordinibus, nationibus, & aliis qualitatibus ipſorum Pœnitentiariorum tam per eundem Pium, quam quoſcumque alios Prædeceſſores noſtros, quomodolibet, ex quibuſvis cauſis factas, necnon facultates conſtituendi prædictos Pœnitentiarios a majori Pœnitentiario noſtro, & quibuslibet aliis, etiam per literas Pii Prædeceſſoris hujuſmodi attributas, tenore præſentium revocamus, & abolemus, ac præfatas, & quaſcumque alias literas deſuper confectas, quarum ſingularum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, caſſamus, & annullamus, volumuſque illas omnes vires, & effectum de cetero non habere, quin etiam omnes illos Pœnitentiarios, qui huc uſque in dicta Eccleſia quomodolibet conſtituti ſunt, officio, uſu, & exercitio Pœnitentiarii apud illam privamus, & amovemus, diſtrictius inhibentes majori Pœnitentiario præfato, & quibuslibet aliis, ne deinceps in officiorum collatione, aut Pœnitentiariorum hujuſmodi ordinatione, amotione, vel alia quacumque diſpoſitione ſeſe audeat immiſcere.

Sex tantum eſſe decernit ex Ordine Prædicator. Prov. Rom.

§. 3. Et nihilominus in dicta Eccleſia S. Mariæ Majoris ſex dumtaxat Pœnitentiarios minores, qui omnes Ordinis Fratrum Prædicatorum Romanæ Provinciæ juxta morem ejuſdem Ordinis, non autem alterius, poſthac in perpetuum eſſe, ac per Priorem Provincialem dictæ Provinciæ, ſeu Priorem B. Mariæ ſuper Minervam de Urbe tanquam ejus Vicarium, conſtitui debeant.

Omnia Privilegia ceterorum Pœnitentiariorum eis tribuit ſub regimine Prioris Conventus Rom.

§. 4. Quique omnibus, & ſingulis facultatibus, privilegiis, prærogativis, exemptionibus, & indultis, quibus Pœnitentiarii minores Eccleſiæ S. Joannis Lateranen., & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter uti, potiri, & gaudere valeant perpetuo, inſtituimus, eoſque curæ, juriſdictioni, poteſtati, viſitationi, & correctioni prædicti Prioris Provincialis, vel, tanquam Vicarii, Prioris S. Mariæ ſuper Minervam, ſalva ſemper majoris Pœnitentiarii præfati in concernentibus curam officii hujuſmodi ſuperioritate, & debita obedientia, demandamus.

Qui eos eligendi, & removendi facultatem habet.

§. 5. Qui quidem Prior, ſeu Vicarius pro ſua in Deum pietate, & officii debito, eos ibi Pœnitentiarios conſtituat, quos morum, doctrinæ, & ætatis ratione habita, ad id munus obeundum idoneos cognoverit, eoſdem etiam, cum bene ſibi viſum fuerit, removeat, & illorum loco alios ejuſdem Ordinis, & Provinciæ, ad præfinitum dumtaxat numerum ſex Pœnitentiariorum, ſubſtituat, quibus duos Fratres Converſos, vel Tertiarios pro communibus ſervitiis, & aliis neceſſitatibus eorum ducimus ſubjungendos.

Et ſuper eorum moribus inquirat.

§. 6. Ceterum ipſe Prior Provincialis, ſeu tamquam Vicarius, Prior S. Mariæ ſuper Minervam, in eorum omnium vitam, & mores inquirat, animadvertat, viſitet, moneat, corrigat, & emendet quemadmodum aliis Superioribus in Fratres dicti Ordinis juxta regularia illius inſtituta dignoſcitur ordinatum.

Ædes eis conceſſæ.

§. 7. Ut autem ipſis ſex Pœnitentiariis, & duobus Converſis de communi, & quantum fieri poſſit, propinqua habitatione conſulatur, Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ædes, quæ intrantibus ad dexteram partem Eccleſiæ S. Potcotianæ conſtant, & ad ſeptentrionem ſpectant, quas nuper in eorum uſum aptandas curavimus, cum veſtibulo, & viridario ad valvas dictæ Eccleſiæ, ac omnibus juribus, & pertinentiis ejus, a reliqua proprietate, & rebus menſæ Capitularis præfatæ Eccleſiæ, ac ſingulorum illius beneficiorum, & præbendarum pro perpetuo uſu, & habitatione præfatorum ſex Pœnitentiariorum, & ſine conſenſu dilectorum filiorum Archipresbyteri, & Capituli ejuſdem Eccleſiæ, & ipſis omnino contradicentibus perpetuo diſmembramus, & ſeparamus, illaſque cum veſtibulo, viridario, juribus, & pertinentiis præfatis ſex Pœnitentiariis, & duobus Converſis, aut Tertiariis pro hujuſmodi habitatione, & uſu perpetuo concedimus, ita quod liceat ipſis ſex Pœnitentiariis, ædium, & aliorum præfatorum corporalem poſſeſſionem per ſe, vel per alium, ſeu alios propria auctoritate, & abſque vitio ſpolii, ſeu attentatorum, li-

be-

Digitized by Google

bere apprehendere, & perpetuo retinere, cum eo tamen, ut alias, ipſi Eccleſiæ S. Potentianæ quoad titulum Presbyteri Cardinalis in nihilo derogetur, atque aliarum illius rerum, & bonorum adminiſtratio, fructuumque perceptio, & diſpoſitio ad Archipresbyterum, & Capitulum præfatos, ut prius, pertineat.

Proviſio pro eorumde n… ſubſtentatione aſſignata.

§.8. Inſuper pro uſu, & aliis neceſſariis ſex Pœnitentiariorum, & duorum Converſorum præfatorum menſtruam proviſionem vigintinovem ſcutorum auri in auro ſuper pecuniis compoſitionum, quæ in officio Datariatus noſtri fiunt, eiſdem ſex Pœnitentiariis, vel eorum procuratori ad id ab eis poteſtatem habenti per pecuniarum earundem depoſitarium ſingulis menſibus, donec illis alia idonea aſſignatio facta fuerit, quo caſu, & non alias, præfata proviſio ceſſare cenſeatur, integre perſolvendam concedimus, & aſſignamus.

Clauſulæ pro hujuſce Conſtitutionis firmitate.

§.9. Decernentes præſentes literas ſub nullis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, reductionibus, reſtitutionibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus ſimilium, vel diſſimilium Conſtitutionum, & Ordinationum per Nos, ac Sedem Apoſtolicam, etiam Motu, & ſcientia ſimilibus, & ex quibuſvis cauſis urgentibus quantumlibet pro tempore factis, etiamſi in illis de eiſdem praeſentibus literis, & eorum toto tenore, ac data, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio fiat, comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanaverint, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo, & quacumque data per Priorem, & Provincialem, ac Pœnitentiarios præfatos, eligenda conceſſas eſſe, & cenſeri, & ita noſtræ incommutabilis voluntatis, & intentionis eſſe, & fore, ipſaſque præſentes nullo unquam tempore de ſubreptionis, & obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, aut in jus, vel controverſiam quacumque ratione, vel cauſa vocari poſſe, cauſamque, ſeu cauſas, propter quas revocatio, abolitio, caſſatio, annullatio, privatio, amotio, inſtitutio, & alia præfata ſunt, coram quocumque, minime verificari, nec ob id, ſeu ex quo intereſſe putantes vocati non fuerint, per ſubreptionem obtentas præſumi, viribuſque propterea carere. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, ex quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ſeu ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.10. Non obſtantibus noſtra per quam dudum voluimus inter alia, quod deinceps per quamcumque conceſſionem, aut gratiam per Nos, etiam Motu, & ex certa ſcientia faciendam, nulli jus ſibi quæſitum quomodolibet tolleretur, & piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII., etiam Prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, ne Fratres Mendicantes nova loca recipere, aut recepta retinere poſſint, ſine ſpeciali dictæ Sedis Apoſtolicæ licentia de prohibitione hujuſmodi mentionem faciente, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & dictarum S. Mariæ Majoris, ac S. Potentianæ Eccleſiarum, juramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, earumque perſonis, ac etiam præfato majori Pœnitentiario per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & dictam Sedem ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis quomodolibet conceſſis, approbatis, & etiam iteratis vicibus innovatis. Quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de ipſis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Clauſulæ pœnales.

§.11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ revocationis, abolitionis, caſſationis, annullationis, privationis, amotionis, inhibitionis, reſtitutionis, demandationis, decreti, diſmembrationis, ſeparationis, conceſſionis, aſſignationis, voluntatis, & derogationis infringere &c. Si quis &c.

Dat. die 1 Septemb. 1568. An. III.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, Kal. Septembris, Pont. noſtri Anno III.

XCVII.

Annuæ penſionis ſequitur conſtitutio Pœnitentiariis Baſilicæ S. Mariæ Majoris de Urbe.

Ex Bull. Ord. Præd. T. V. pag. 199.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

REm fluxam, & fragilem conaremur, operarios in vineam Domini immittendo, niſi ea, quæ ad victum, cultumque ſuppeditent, eadem opera pareremus.

Seriem præcedentis Conſtitutionis recenſet.

§.1. Cum itaque Nos pridem de Miniſtris idoneis ad conferendum fidelibus pœnitentiæ Sacramentum apud Eccleſiam Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe, utiliorem deinceps rationem capere volentes, antiquum numerum Minorum Pœnitentiariorum ex diverſis nationibus, & Ordinibus in dicta Eccleſia conſtitutorum, ad numerum duodecim

decim per felicis recordationis Pium Papam Quartum Prædeceſſorem noſtrum reformatum, Motu proprio revocavimus, & in præfata Eccleſia ſex dumtaxat Pœnitentiarios minores, qui omnes Ordinis Fratrum Prædicatorum Provinciæ Romanæ juxta morem ejuſdem Ordinis eſſe, ac per Priorem Provincialem dictæ Provinciæ, ſeu Priorem Domus Beatæ Mariæ ſuper Minervam de Urbe ejuſdem Ordinis, tamquam ejus Vicarium, conſtitui deberent, perpetuo inſtituimus, ac ædes, quæ intrantibus dextera parte Eccleſiæ S. Potentianæ conſtant, & ad Septentrionem ſpectant, quas in eorum uſus aptandas, ac reformandas jam curavimus, cum veſtibulo, & viridario ad valvas dictæ Eccleſiæ præſentibus jam ſex Pœnitentiariis, & duobus Converſis, aut Tertiariis pro hojuſmodi habitatione, & uſu perpetuo conceſſimus. Inſuper pro victu, & aliis neceſſariis menſtruam proviſionem viginti novem ſcutorum aori in auro ſuper pecuniis compoſitionum, quæ in Officio Datariatus noſtri fiunt, eiſdem ſex Pœnitentiariis, vel eorum procuratori per pecuniarum earumdem depoſitarium ſingulis menſibus, donec illis alia idonea aſſignatio facta foret, quo caſu proviſio ipſa ceſſare cenſeretur, integre perſolvendam reſervaverimus, ac aſſignaverimus.

Pro Dote eis unitum Monaſterium S. Mariæ Macularum Oppidi S. Geneſii.

§.2. Ac poſtmodum dilectus filius noſter Aloyſius tituli S. Marci Presbyter Cardinalis, Cornelius nuncupatus, Commendæ Monaſterii S. Mariæ Macularum loci S. Geneſii, S. Benedicti, vel alterius Ordinis, Camerinen. Diœceſis, quam ipſe, qui illud ex diſpenſatione Apoſtolica nuper obtinebat, ſeu alias ipſum certo modo vacans per eum, quoad viveret, tenendum, regendum, & gubernandum Apoſtolica auctoritate commendatum fuerat, necnon liti, & cauſæ forſan inter eum, & alium, ſeu alios in Romana Curia, vel extra eam, & etiam coram Nobis pendenti, ac omni juri ſibi in regimine, & adminiſtratione dicti Monaſterii, vel ad illa quomodolibet competenti, habita, vel non, illorum poſſeſſione, in manibus noſtris ſponte, ac libere ceſſerit, Noſque ceſſionem hujuſmodi duxerimus admittendam. Nos hac Nobis oblata vacationis occaſione, dictorum ſex Pœnitentiariorum ſuſtentationi, & aliis neceſſariis commodius, ſtabiliuſque providere, ac ſimul Nos, ac Cameram Apoſtolicam præfatam proviſione quamprimum exonerare volentes: Necnon verum, & ultimum dicti Monaſterii vacationis modum, etſi ex illo generalis reſervatio, etiam in Corpore juris clauſa reſultet, pro expreſſo habentes, Motu ſimili, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Monaſterium præfatum, quod Conventu caret, cujuſque, & Parochialis Eccleſiæ S. Michaelis delle Ripe dictæ Diœceſis, & forſan aliorum illi annexorum fructus, redditus, & proventus, ſexcentorum ducatorum auri de Camera ſecundum communem æſtimationem valore in annuum, ut accepimus, non excedunt, quovis modo, & cujuſcumque perſona, ſeu per obitum, aut liberam ceſſionem quondam Trivultii Gregorii Maxillæ, forſan apud Sedem Apoſtolicam vita defuncti, vel cujuſvis alterius de regimine, & adminiſtratione præſentis, in dicta Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam, ſeu etiam, prædicta, vel quacumque alia Commenda, aut diſpoſitione de illo, etiam in vim cujuſcumque regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus ad dictum Monaſterium, tam prædicto Aloyſio Cardinali, quam etiam dilecto filio Franciſco Serbellono, aut alteri cuicumque perſonæ, etiam Apoſtolica auctoritate factis, propter inhabilitatem, vel incapacitatem, aut confidentiæ vitium, etiam juxta literas fel. record. Pii Papæ Quarti, Prædeceſſoris noſtri, vel ex quavis alia cauſa nullis, & invalidis exiſtentibus, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus proviſio juxta Lateranen. Concilii, aut alias Canonicas ſanctiones ad Sedem prædictam legitime devoluta exiſtat, & illa ex quavis cauſa ad Sedem eandem ſpecialiter, & generaliter pertineat, & de illo conſiſtorialiter diſponi conſueverit, ſeu debeat, ac ſuper eiſdem regimine, & adminiſtratione alias, ac inter aliquos alios quoſcumque lis, ſeu ſuper petitorio, vel poſſeſſorio moleſtia, cujus, & ſupraſcriptorum, ſtatum, præſentibus haberi volomus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dignitate Abbatiali, nomine, titulo, & eſſentia Abbatiali inibi perpetuo ſuppreſſis, & extinctis, cum annexis præfatis, ac omnibus membris, juribus, juriſdictionibus, pertinentiis, & actionibus ſuis quibuſcumque Domui S. Mariæ ſuper Minervam, ſeu illius Sacriſtiæ applicamus, ita quod liceat dilecto filio ejuſdem domus Priori corporalem poſſeſſionem Monaſterii & annexorum, necnon membrorum, jurium, juriſdictionum, & pertinentiarum prædictorum, necnon ipſius Monaſterii proprietatem, & bonorum, per ſe, vel alium, ſeu alios propria auctoritate, & abſque ſpolii, ſeu attentatorum vitio, aut judicii Miniſterio, judiciſve auctoritate, ſeu decreto, libere apprehendere, & perpetuo retinere, eique in divinis deſervire, & curam etiam omnium animarum dictæ Eccleſiæ exerceri facere, Diœceſani loci, vel Superioris Ordinis ejuſdem Monaſterii præfati exiſten., licentia, vel conſenſu minime requiſitis, perpetuo unimus, annectimus, & incorporamos. Cum eo tamen, ut ipſe Prior de fructibus, redditibus, & proventibus prædictis penſionem annuam trecentum ſcutorum auri in auro eiſdem ſex Pœnitentiariis, & duobos Converſis, annis ſingulis, duobus terminis æqualiter, in perpetuum perſolvere teneatur, & ad id obligatus ſit, eaque re proviſio menſtrua viginti novem ſcutorum ſuper pecuniis compoſitionum hujuſmodi, quæ ſummam trecentorum ſcutorum ſimilium conſtituit, ſuper pecuniis compoſitionum hujuſmodi, ut prius, remaneat, donec eiſdem ſex Pœnitentiariis, & duobus Converſis alia idonea aſſignatio pro reſiduo facta fuerit. Si quid vero de dicta ſumma trecen-

trecentorum perſoluta, omnibuſque oneribus Monaſterii, & Eccleſiæ prædictorum ſupportatis de fructibus, redditibus, & proventibus ſupradictis reliquum erit, illud omne in communes dictæ domus uſus convertatur.

Clauſulæ.

§. 3. Decernentes ſuppreſſionem, extinctionem, unionem, annexionem, incorporationem, & cetera præmiſſa, necnon præſentes literas tamquam favore Religionis, & pro augmento Religionis, ac regularis cultus, conceſſas, ex quavis cauſa nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, argui, vel impugnari poſſe, nec ſub ullis, etiam illarum verum tenorem in ſe continentibus, revocationibus, ſuſpenſionibus, modificationibus, & limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus ſimilium, vel diſſimilium ſuppreſſionum, extinctionum, unionum, annexionum, incorporationum perpetuarum, vel temporalium, & aliarum gratiarum tam per Nos, quam per Succeſſores noſtros quomodolibet, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, aut etiam ad ſuperiorum prædictorum inſtantiam, & ex quavis cauſa pro tempore factis comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, & quoties illa emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas eſſe, & cenſeri; nec cauſam, ſeu cauſas, propter quas præmiſſa fecimus, coram loci Ordinario, etiam tamquam dictæ Sedis delegato verificari, nec propterea, aut etiam quia ſuperiores Sancti Benedicti, vel alterius Ordinis, cujus dictum Monaſterium erat, vel alii intereſſe putantes, vocati non fuerint, per ſubreptionem obtentas præſumi, viribuſque propterea carere, ſicque per quoſcumque judices ordinarios, etiam Legatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantium derogatio.

§. 4. Non obſtantibus noſtra per quam dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum prædictam æſtimationem etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, ac Lateranen. Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis; necnon piæ memoriæ Bonifatii Papæ Octavi, etiam Prædeceſſoris noſtri, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterii, Domus, & Ordinum prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & Conſtitutionibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque Superioribus, & perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem prædictam ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac quibuſvis clauſulis, & decretis quomodolibet conceſſis, approbatis, & etiam iteratis vicibus innovatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de ipſis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac ſi de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis.

Monaſterii onera ſupportanda.

§. 5. Volumus autem, quod propter unionem, annexionem, & incorporationem præfatas Monaſterium ipſum in ſpiritualibus non lædatur, nec in temporalibus detrimentum ſuſtineat, ſed ejus congrue ſupportentur onera antedicta.

Clauſula pœnales.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ unionis, annexionis, incorporationis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem &c.

Dat. die 6. Septemb. 1568. An. III.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, octavo Idus Septemb., Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Mode-

XCVIII.

Moderatio, & revocatio privilegiorum, Officiis Romanæ Curiæ, ac Militiis conceſſorum, circa penſiones obtinendas, & transferendas, ac expectativas concedendas, unioneſque, & ſuppreſſiones beneficiorum faciendas, ac facultatem de bonis Eccleſiaſticis teſtandi.

De unionibus habes etiam Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 6. & ſeſſ. 14. cap. 9. & ſeſſ. 24. cap. 13. & 15.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SAcroſanctum Eccleſiæ Dei ſtatum, integrum, & incolumem præſtare officii noſtri cum ſit, quæcumque illi detrimentum afferre noſcuntur, noſtra Nos decet conſideratione movere.

Cauſæ Conſtitutionis.

§. 1. Sanæ tantæ tantæque immoderatæ de rebus dominicis, etiam extra Ordinem Eccleſiaſticum largitiones, his noviſſimis temporibus ſuccreviſſe perhibentur, ut jam optima quæque alieni ſenſim exhauriant, & quod in ſovendis multiplicandiſque Miniſtris Eccleſiaſticis, fundandis Seminariis, alendis pauperibus, recreandis infirmis, inſtaurandis Eccleſiis, fulciendis ædibus vetuſtate conſumptis, educandis viris religione, & doctrina claris, quibus Eccleſia ipſa tantopere dignoſcitur indigere, id fere univerſum multitudo præripiat laicorum. Hinc manifeſta Nos impellit neceſſitas, ut hac indomita cupiditate repreſſa, de communi Eccleſiæ ſalute conſulamus. At quia omnia incommoda ſtatim ubique facilè ſubducere non valemus, ea ſaltem, quæ Nobis proxima ſunt, & ante oculos frequentius obverſantur, in primis tollere curabimus, ut ceteri omnes, cum venerit uſus, æquiore animo patiantur.

Revocatio Indultorum transferendi penſiones Collegiis & Officialibus Rom. Curiæ conceſſorum, & per laicos vel Clericos conjugatos eas retinendi.

§. 2. Itaque de Nobis attributæ poteſtatis plenitudine revocamus, & abolemus omnia, & quæcumque privilegia, facultates, diſpenſationes, & indulta Militum S. Petri, S. Pauli, S. Georgii, Pii de Laureto, & de Lilio, necnon Secretariorum, Cubiculariorum, & Scutiferorum Apoſtolicorum, ac quibuſcumque aliis Romanæ Curiæ, & Apoſtolicæ Sedis collegiis, & officiis, tam in dicta Curia quam extra eam conſtitutis, ipſorumque perſonis, necnon Conclaviſtis, de penſionibus, fructibus, & aliis rebus Eccleſiaſticis, etiam ad certam, & determinatam ſummam, & quantitatem conſtitutis, per Clericos conjugatos, Bigamos, & alios Laicos, obtinendis, eiſdem per ipſos, ac aliis ſimilibus per alios Clericos in alium, vel alios transferendis, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & prædictam Sedem, tam in ipſorum officiorum inſtitutione, quam deinceps quandocumque, & quotieſcumque, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, & alias ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis reſtitutionibus, præſervationibus, mentis atteſtationibus, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque ſimili poteſtatis plenitudine, etiam pro defenſione fidei Catholicæ, aut dictæ Sedis, & quibuslibet aliis cauſis quantumlibet gravibus, urgentibus, neceſſariis, & oneroſis, ac etiam conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Ducum, aliorumque Principum, necnon S. R. E. Cardinalium, deque illorum conſilio, & matura deliberatione prius deſuper habita, conceſſa, confirmata, ac etiam multiplicatis vicibus innovata, extenſa, & moderata. Ita quod deinceps illorum ſic revocatorum prætextu, Laici etiam extra conjugium, & in cælibatu viventes, ac Bigami, & Clerici conjugati nullas novas penſiones, aut fructus aut omnino alias res Eccleſiaſticas habere, nec ipſi, etiam qui conjugati non ſunt, ſi ad primas, aut alias nuptias tranſierint, antiquas deinceps, Clerici vero, & alii matrimonium, etiam cum unica, & virgine contracturi, poſtquam illud contraxerint, nec antiquas retinere, nec novas aſſequi poſſit. Sed nec ulli Laici, nec Clerici privilegio transferendi penſiones, fructus, aut alias res hujuſmodi de cetero potiantur. Decernentes omnes transferendi facultates ex nunc, antiquas vero penſiones, & alias reſervationes, tam Laicis quam Clericis conceſſas, & quas ipſos Clericos habere contigerit, per futurum contractum matrimonium hujuſmodi extinctas eſſe.

Revocatio ſimilis privilegii quarumcumque Militiarum, & Hoſpitalium obtinendis penſionibus.

§. 3. Ac etiam revocamus, & abolemus omnia, & quæcumque privilegia, facultates, diſpenſationes, & indulta obtinendi, & transferendi ſimiles penſiones, fructus, & alias res Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum, & officiorum eccleſiaſticorum, ſæcularium, & regularium S. Jacobi de Spata, de Calatrava, de Alcantara, Jeſu Chriſti, & S. Stephani, ceteriſque Militiis, necnon S. Lazari Hieroſolymitani, ac omnibus, & ſingulis aliis Hoſpitalibus, eorumque Militibus, Fratribus, & perſonis, tam Clericis quam conjugatis, etiam modo, & forma prædictis, & ex eiſdem, ac quibuſcumque aliis fortioribus cauſis conceſſa, approbata, & etiam a Nobis moderata, & reſtituta. Ita quod ipſi, ſive conjugati, ſive bigami, ſive clerici, ſive etiam presbyteri, nullas de cetero recipiant, ſed eas ſolas, quas nunc habent, ſine facultate ipſas transferendi retineant, & eæ quoque per futurum contractum Matrimonii extinctæ cenſeantur.

Declaratio privatæ diſpenſationis, Militibus conceſſæ in prædictis.

§. 4. Omnes vero privatas diſpenſationes, & gratias habendi, & retinendi penſiones, fructus, & alias res Eccleſiaſticas, Militibus, & Fratribus quibuſcumque Militiarum, & Hoſpitalium prædictorum, tam a Nobis, quam a Prædeceſſoribus noſtris, & dicta Sede hucuſque ſingulatim conceſſas ita moderamur, & reſtringimus, ut illarum vigore ſoli Milites, & Fratres non conjuga-

gati, nec bigami. novas deinceps penſiones, aut fructus, aliaſque res Eccleſiaſticas recipiant, & in cælibatu viventes, illas, & alias jam receptas dumtaxat percipiant. Alii vero, etiam cum unica, & virgine conjugati, ſi rurſus matrimonium contraxerint, eas omnes, quas nunc habent, per hujuſmodi contractum amittant, nec illæ ipſis ulterius debeantur, ſimili facultate transferendi tam antiquas quam futuras penſiones, fructus, & res hujuſmodi omnibus prædictis, etiam non conjugatis ex nunc penitus interdicta, & ſuppreſſa. Sed nec ulli Milites, aut Fratres etiam ſimplices clerici, vel presbyteri prætextu hujuſmodi diſpenſationum, & gratiarum aliqua ſimplicia, aut alia beneficia Eccleſiaſtica ſæcularia, aut aliorum Ordinum regularia, etiam nullum omnino onus, aut ſervitium habentia, ut præſtimonia deinceps recipere, & retinere poſſint.

Revocatio facultatum Militiarum concedendi expectativas, & reſervationes ad beneficia, & uniendi, incorporandi, vel ſupprimendi beneficia.

§.5. Ad hæc quoque revocamus, & abolemus omnia, & quæcumque privilegia, facultates, licentias, & indulta, Magiſtris, & Conventibus, aliiſque perſonis, & locis Militiarum, & Hoſpitalium prædictorum, eorumque perſonis, etiam, ut prædictum eſt, conceſſa, confirmata, extenſa, & moderata, concedendi expectativas, reſervationes, & alias gratias præventivas ad Prioratus, Præceptorias, Hoſpitalia, & alia beneficia, & officia Militiarum, & Hoſpitalium prædictorum, Itemque uniendi, & incorporandi perpetuo, vel ad tempus, & ſupprimendi beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & quorumvis Ordinum regularia, etiam de jurepatronatus Laicorum ex fundatione, & dotatione exiſtentia, ac etiam nullum penitus ſervitium, aut ordinem annexum, ſeu aliud onus qualecumque habentia, etiam ruinoſa, & deſerta, ac etiam ſponte a Patronis oblata, vel donata, illorumque fructus, res, & proprietates applicandi, & appropriandi Militiis, & Hoſpitalibus ſupradictis, ſeu beneficia ipſa in Monaſteria, Prioratus, Præceptorias, Beneficia, Hoſpitalia, & alia loca Militiarum, & Hoſpitalium eorumdem erigendi, & inſtituendi, ac alias commutandi, & reformandi.

Revocatio expectativarum, & unionum, & ſuppreſſionum, quæ plenarie effectum ſortita non ſunt.

§.6. Ac etiam omnes, & ſingulas expectativas, reſervationes, & alias gratias præventivas, ſpeciales, & generales, necnon uniones, annexiones, & incorporationes perpetuas, & temporales, ſuppreſſiones, applicationes, appropriationes, & alias diſpoſitiones hujuſmodi beneficiorum, & fructuum, per Magiſtros, Conventus, & alios prædictos hucuſque factas, & conceſſas, ac etiam dicta Apoſtolica auctoritate, & ex certa ſcientia confirmatas, quæ plenarium nondum ſunt ſuum ſortitæ effectum.

Revocatio facultatum teſtandi, & diſponendi de bonis Eccleſiæ, vel fructibus. Ac teſtamentorum, quæ hucuſque non habuerūt effectum.

§.7. Præterea omnes, & quaſcumque licentias, & facultates teſtandi, & alias quomodocumque diſponendi, etiam ad certam, & quantumvis modicam ſummam, & quantitatem, de rebus, fructibus, & bonis immobilibus, mobilibus, & ſe moventibus ad Magiſtros, Priores, Præceptores, Milites, Fratres, & perſonas Militiarum, & Hoſpitalium prædictorum ratione illorum necnon Præceptoriarum, Hoſpitalium, & beneficiorum Eccleſiaſticorum, etiam ſæcularium, & aliorum Ordinum regularium, ac penſionum, & fructuum quorumcumque provenientes, necnon facta hucuſque, non tamen effectum ſortita vigore licentiarum, & facultatum prædictarum teſtamenta, & alias diſpoſitiones hujuſmodi, etiam ſi per eaſdem licentias, & facultates diſponatur, quod dimidia, vel alia pars rerum, & bonorum prædictorum Militiis, Hoſpitalibus, Domibus, & locis, unde illa provenerint, aut aliis piis locis relinquantur. Decernentes omnes, & ſingulas reſervationes, aſſignationes, translationes, uniones, annexiones, incorporationes, ſuppreſſiones, applicationes, appropriationes, teſtamenta, donationes, & alias diſpoſitiones quaſcumque, quas prætextu privilegiorum, facultatum, diſpenſationum, & indultorum prædictorum ſic revocatorum, ac contra præſentium tenorem per quoſcumque, etiam dicta Apoſtolica auctoritate fieri, vel factas perſequi contigerit, tamquam ſubreptas, & extortas, nullius prorſus roboris, & momenti eſſe, nec per eas jus, titulum, etiam coloratum cuiquam acquiri, nec quemquam quocumque tempore quaviſque cauſa reſtitutionem in integrum, reductionem ad terminos juris, aut quodvis aliud gratiæ remedium impetrare, aut etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut Motu ſimili conceſſis uti.

Clauſulæ præſervativæ.

§.8. Nec præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio. aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, vel impugnari, nec ſub ullis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus ſimilium, vel diſſimilium revocationum, & Ordinationum ab ipſa Sede quandocumque emanandis comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validum ſtatum reſtitutas, & plenarie reintegratas eſſe, & cenſeri.

Decretum irritans.

§.9. Sicque in iis, ac omnibus, & ſingulis aliis ſupradictis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter interpretandi, & judicandi facultate, & auctoritate, ubique interpretari, judicari, & definiri debere, necnon irrit., & inane quicquid ſecus per quoſcumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem ſimilium privilegiorum, diſpenſationum, facultatum, & indultorum conceſſionem noſtris explodi temporibus, & quod Nobis licere non patimur, noſtris Succeſſoribus indicamus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.10. Non obſtantibus præmiſſis, & noſtris de non tollendo jure quæſito, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Collegiorum, Officiorum, Militiarum, Hoſpitalium, Conventuum, necnon

Digitized by Google

non S. Benedicti Ciſtercienſis, S. Auguſtini, & aliorum Ordinum, & regularum, quorum Militia, & Hoſpitalia prædicta ſunt juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & oaturis quantocumque tempore obſervatis, necnon ſundationibus eorumdem, aliis quoque privilegiis, indultis, exemptionibus, & literis Apoſtolicis illis omnibus, ipſarumque Militiarum, & Hoſpitalium Magiſtris, Conventibus Prioribus, Præceptoribus Militibus, Fratribus, & perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos & prædictam Sedem, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ſeu quaſi, necnon Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac etiam conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Ducum, aliorumque Principum, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ac de eorum conſilio, & aſſenſu, etiam conſiſtorialiter habito, tam pro Militiarum, Hoſpitalium, & regularum hujuſmodi reſtitutione, & ampliatione, quam alias quomodocumque, ac quibuſcumque tenoribus, & formis, necnon cum quibuſvis reſtitutivis, reſervativis, annullativis, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis quotieſcumque conceſſis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus extenſis, & moderatis, etiam ſi in eis, ac ſtatutis, ſtabilimentis, & fundatione prædictis caveatur expreſſe, quod numquam prædicta revocata, vel moderata, aut immutata intelligantur, nec illis, in toto, vel in parte derogatum cenſeatur per quaſcumque literas, etiam derogatoriarum derogatorias, ac alias fortiores, & efficaciores clauſulas in ſe continentes, niſi dum, & quoties de illorum, ac etiam certarum ſpecialium literarum Apoſtolicarum inde confectarum vere, non autem per clauſulas generales, vel ſpeciales idem importantes, inſerto tenore, ac de ſimili Cardinalium conſilio, & ſemper in hujuſmodi, quæ ſic fierent, de conſilio prædicto derogationes, & aliæ diſpoſitiones cenſeretur appoſita clauſula, quod tunc demum, nec aliter, nec alio modo effectum ſortiantur, cum Magiſtrorum, & Conventuum prædictorum ad id accedat aſſenſus, quodque derogationes, & aliæ diſpoſitiones hujuſmodi aliter effectum non habeant, niſi hujuſmodi derogationes, & aliæ diſpoſitiones conſiſtorialiter factæ, & per trinas diſtinctas literas eumdem tenorem continentes, tribus diſtinctis vicibus Magiſtris, & Conventibus prædictis fuerint intimatæ, eorumque pariter ad id expreſſus accedat aſſenſus, aliter vero factæ viribus, & effectu omnino careant, ac Magiſtri, & Conventus prædicti ad parendum illis, & decretis deſuper proceſſibus, eorumque executoribus, & ſubexecutoribus, ac ipſorum mandatis, & monitionibus minime teneantur, ſed literarum hujuſmodi executionem omnino impedire, nec ratione reſiſtentiæ cenſuris eccleſiaſticis per ipſos executores, vel ſubexecutores latis inodari poſſint. Quibus omnibus, etiam ſi alias de eis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo, ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Et quatenus, effectum præſentium quoquomodo impedire, vel retardare, vel illis obeſſe poſſent, omnino tollimus, & abrogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Forma publicandi hanc Conſtitutioné

§. 11. Ut autem præſentes literæ omnibus plenius innoteſcant, mandamus illas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & in Cancellaria Apoſtolica, necnon in acie Campi Floræ publicari, earumque exempla de more affigi, & in dictæ Cancellariæ libro Quinterno nuncupato deſcribi.

Fides exemplorum.

§. 12. Volumuſque, & decernimus ipſarum præſentium exempla, etiam impreſſa, manuque Notarii publici, & ſigillo Prælati Eccleſiaſtici, aut illius Curiæ obſignata, eamdem illam ubique locorum fidem faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino &c.

D. P. An. III 9. Septemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, quinto Idus Septembris, Pontificatus noſtri Anno III.

XCIX.

Confirmatio Statutorum Collegii Dertuſienſis Ordinis Prædicatorum in Hiſpania.

Ex Bull. Ord. Præd. T. V. pag. 201.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuum rei memoriam.

Proœmium.

IN Apoſtolicæ dignitatis ſpecula, meritis licet imparibus, divina diſpoſitione vocati, ad ea aciem noſtræ meditationis reflectimus, per quæ Chriſtianæ Religioni doctrina ita radicitus plantetur, debituſque Chriſtiane vivendi modus ita obſervetur, ut nulla prorſus tenebrarum ignorantiæ caligo ante Chriſtifidelium novitiorum ad Fidem Catholicam converſorum oculis obſervetur, & his, quæ pro illorum ſalubri directione ordinata fuiſſe dicuntur, quo firmiori gradu ſubſiſtant, præſertim cum id a Nobis per Catholicos Reges expetitur, Apoſtolici muniminis præſidium adiicimus.

Rex Catholicus hoc Collegium pro erudiendis Neo-Converſis erexerat, & dotaverat.

§. 1. Sane exhibita Nobis nuper pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici, petitio continebat, quod alias poſtquam claræ memoriæ Carolus V. Romanorum Imperator, & dictarum Hiſpaniarum Rex, ac ipſius Philippi Re-

Digitized by Google

Regis genitor, negotium perfidorum Agarenorum, ante nonnullorum Incolarum in Regnis Aragonum, & Valentiæ, ac Principatu Cataloniæ, ſub ſpe cæleſtis auxilii ferventer, & pie proſequens, ut qui ad ſacram undam Baptiſmatis acceſſerant, veterem hominem omnino exuerent, prioriſque illorum victus reliquias nullas retinerent, ne propter raritatem Magiſtrorum minime ſe poſſent excuſare, aliiſque ſorſan de cauſis, quoddam Collegium novorum converſorum in Civitate Dertuſæ, juxta aliud Collegium Religioſorum Ordinis Prædicatorum Sancti Dominici a fundamentis erigere, quod etiam reparari, augeri, ac perfici, & ut novorum converſorum quingentos ducatos auri, Religioſorum vero Collegia hujuſmodi, etiam trecentos ducatos ſimiles annuatim, ex certis annuis redditibus perciperent, a Sede Apoſtolica deputari instituerat. Et deinde ipſe Philippus Rex, dicti Caroli Imperatoris, & Regis veſtigia ſequens, dictum Collegium novorum converſorum ad laudem, atque honorem Dei, ſub nomine, & invocatione Beatorum Apoſtolorum Jacobi, & Matthiæ, & Sanctorum Georgii, & Dominici, ad prædictos novorum converſorum pueros inſtruendos, educandos, & docendos, tam in doctrina Chriſtiana, quam in legendo Grammaticam, Logicam, & Sacram Theologiam juxta dictum Collegium Sancti Dominici fundari, & erigi, ac quoad fabricam oniri decreverat, ac quoad illud fundatum, & erectum, ac ædificium uniendum, & alterum, Collegia Sancti Domioici hujuſmodi, reparandom, augendum, & perficiendum, tantum ambitus terræ, quantum foret neceſſarium, intus in Civitate prædicta per venerabilem Fratrem oostrum Hieronymum Epiſcopum Dertuſen. tunc in minoribus conſtitutum, ac certas alias ad id tunc electas, & nominatas perſonas, Collegium novorum converſorum fundandi, erigendi, & ædificandi, opuſque prædictum faciendi, & complendi, facultatem, conceſſerat, & Collegio quam primum erecto, & fundato Epiſcopum Dertuſen., ac præfati Collegii Sancti Dominici Rectorem, qui tunc eſſent, & pro tempore forent in adminiſtratores dicti Collegii novorum converſorum deputaverat, & nominaverat, quampluri maſque facultates ſuper recipiendis, erudiendis, & alendis pueris, eorumque numero, & præceptoris, ſeu adminiſtratoris, vel majoris domus, aliorumque miniſtrorum electione, & aſſumptione conceſſerat, & dicto Collegio oovorum converſorum, dictos quingentos ducatos annuos, primo pro fabrica dicti Collegii, & illius perfectione, & deinde pro ſuſtentatione puerorum novorum converſorum hujuſmodi quolibet anno majori domus Collegii novorum converſorum hujuſmodi dari, & ſolvi. ac per eum expendi, & diſtribui, trecentum vero ducatos prædictos deſervire, & eſſe pro dicto Collegio Sancti Dominici, ſive illorum œconomo, & procuratori conſignari, & inſuper Rectorem, & Fratres Collegiales quotidie unam Miſſam, aliaque expreſſa celebrare, decantare, & facere, ac Epiſcopum Dertuſen. præfatum, ejuſque officialem, ſi quando illum ad viſitandum generaliter, vel ſpecialiter Parochias dictorum oovorum converſorum io dicta Parochia exiſtentes ire contingeret, tot Fratres idoneos ad prædicandum in parochialibus locorum, & Oppidorum dictæ Diœceſis, qui obi Epiſcopus, & ejus officiales præfati præſentes, ſeu eorum alter præſens foret, prædicare tenerentur, ſecum ducere, & tenere, unumque regium Fratrum SS. Dominici, & Georgii, & alterum Beatorum Apoſtolorum Matthiæ, & Jacobi novorum converſorum Collegia nominari debere, aliaque voluerat, mandaverat, & ordinaverat. Ac ſucceſſive Collegium novorum converſorum hujuſmodi fundatum, & fundatio, illiuſque dotatio, conceſſio, voluntas, mandatum, & ordinatum, confirmatio, ſtatutaque, & ordinationes deſuper edendi, & edita mutandi, ac alterandi, aliaque de novo faciendi facultas conceſſa dicta Apoſtolica auctoritate fuerat.

Statuta pro Collegii ejuſdem regimine fieri juſſerat.

§. 1. Deinde vero idem Philippus Rex erecto jam dicto Collegio novorum converſorum, & aliquibus ex illorum novorum converſorum natis, ad illud adductis, ut facilius in Fide Catholica præſata inſtruerent, & illi, ac alii, qui futuris temporibus dictum Collegium novorum converſorum ingrederentur, debitum vivendi modum obſervarent, quædam Capitula, optimam illius gubernationem concernentia fieri juſſit, utque qualibet die in Eccleſia una Miſſa ſubmiſſa voce per Magiſtrum Collegialium noſtrorum converſorum hujuſmodi, aut alium Religioſum Collegii Fratrum, pro Rege Catholico, in qua fiant ſpeciales collectæ pro ipſius Regis perſona, & illius Regni dominiis, conſilio, & exercitu, & pro animabus bonæ memoriæ Regum Aragonum defunctorum celebretur, quoque omnes Collegiales audiant Miſſam, niſi fuerint in infirmitate, aut aliquo juſto impedimento detenti, & finita Miſſa caotent Salve Regina, aut Gaudia Beatæ Mariæ Virginis, & Presbyter recitet orationes has, videlicet: *Concede, nos famulos tuos, & Quæſumus Omnipotens Deus, ut famulus tuus Rex noſter &c. & Deus virtutum, cujus eſt totum &c.* quod quilibet ex dictis Collegialibus quolibet die dicat ad minus Officium Beatæ Mariæ Virginis, & Roſarium, aut Pſalterium. Presbyteri qualibet hebdomada duas Miſſas ad minus cum ſupradictis collectis pro Regia Majeſtate in Eccleſia Fratrum dicant, omneſque Collegiales diebus Dominicis, & feſtivis, quibus verbum Dei a prædicatoribus annunciabitur, ad Eccleſiam Dertuſen., ſeu Collegium Fratrum, cum Rectore, aut illorum Magiſtro proceſſionaliter ad audiendum majorem, & decantatam Miſſam, & prædicationem accedant, & eodem modo revertantur, & idem faciant ad audiendum ſermones quotidianos Quadrageſimæ. Quodque quolibet menſe ſemel eorum peccata confiteri, atque etiam diebus feſtivitatis Nativitatis, & Paſchatum

Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pentecoſte, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, dictorum Sanctorum, Confeſſori, aut Confeſſoribus deputando, aut depotandis, alias tameo de approbatis ab Ordinario per Rectorem Collegii Fratrum, & dictis diebus, & feſtivitatibus, qui fuerunt conſtituti in ætate, & diſcretione, ad judicium ſui Confeſſoris, Sanctum Euchariſtiæ Sacramentum recipere, quodque Rector Collegii novorum converſorum, aut Fratrum, Collegialibus Sacramenta S. R. E. tam tempore ſanitatis, quam infirmitatis illis adminiſtrare, & defunctos in Eccleſia, aut clauſtro Fratrum ſepelire teneantur. Quodque Collegialibus novorum converſorum dentur præceptores habiles, & idonei per Rectorem & Collegium Fratrum, juxta formam privilegii fundationis, ad inſtruendum illos in ipſa doctrina Chriſtiana, & eorum peccata confitendum, docendum, legendum, ſcribendum, etiam Grammaticam, & ſi præfati præceptores dati per dictos Rectores, & Collegium Fratrum non placeant Rectori Collegii novorum converſorum, tali caſu Epiſcopus Dertuſen. una cum dicto Rectore Collegii novorum converſorum provideat, prout in eis utile videbitur. Quodque Collegiales idonei, & habiles ad audiendum artes, & Sacram Theologiam prius examinati per Rectores amborum Collegiorum, & Regeutem, ac Rectores Collegii Fratrum, ſi fuerint habiles reperti, tranſeant ad audiendum lectiones artium, Theologiæ, & Sacræ Scripturæ, & interſint circulis, repetitionibus, concluſionibus, & aliis exercitiis eccleſiaſticis, ſine aliquo impedimento, eorum Collegio, prout in privilegio fundationis ordinatum extitit, & quod Collegiales, qui tam idoneos profecerint, ut mereantur gradum in artibus, & Theologia, prævio examine prædictorum examinatorum, in dicto Collegio Fratrum gradus eodem modo, prout Fratres dicti Collegii Fratrum, & Provinciæ ſuſcipere conſueverunt, nihil pro dictis gradibus ſoluto, ſed gratis in totum ſuſcipere & privilegiis Doctorum univerſitatum Regnorum Hiſpaoiæ, uti, & frui poſſint. Quodque Collegiales eligantur, & recipiantur per Epiſcopum Dertuſen. & Rectorem amborum Collegiorum, & uno ex illis deficiente, duo eligere poſſint illos, qui ſunt oriundi ex locis Dertuſen. Diœceſis, videlicet illos, qui majorem neceſſitatem habuerint inter loca, in quibus habitant novi converſi, & eligendi non ſint minoris ætatis octo, & majores quam quatuor, & decem annorum ad plus, & ipſe Epiſcopus, & Rectores poſſint expellere a Cullegio illos, qui fuerint inobedientes, aut incorregibiles notabilis incorrigibilitatis, aut converſationis infamis, vel fraudoloſæ, reſervata facultate exiſtenti Regi Catholico ponendi, & expellendi Collegiales eiſdem modo, & forma, contentis in privilegiis fundationis, quod omnes Collegiales comedaut, in refectorio, & faciant ſuam benedictioocm, & gratias tanquam Religioſi in Capella Collegii, quod comedant panem, & bibant vinum, quodque dictis Collegialibus honeſte, pro victu, & aliis rebus neceſſariis tam tempore ſanitatis, quam infirmitatis de medico, etiam, chirurgo, & omnibus medicamentis, & aliis rebus, quæ ordinata fuerint, provideatur, quod curabuntur in infirmaria, & non in cameris, quodque dictis Collegialibus de libris papyro, & atramento, & aliis rebus eorum ſtudiis neceſſariis, deque veſtitu, & calceamentis honeſte in parte interiori provideatur, & quod veſtes, aut pallia Collegialium extra deferenda, ſint panni griſſi, & caputia, aut inſignia coloris crocei, & pilei nigri rotundi, prout deferunt Presbyteri, quibus veſtimentis induti incedant, quando exiverint a Collegio per Civitatem ipſam, tam ad audiendum Miſſas, quam ſermones, & ad Collegium Fratrum, & ad concluſiones, & ad Miſſas, veſperas, & feſta, quæ pro Rege celebrabuntur, pro quibus ad Collegium Fratrum, aut extra illud ire opus fuerit, argumentari, illi videlicet, qui habiles fuerint, quod Collegiales poſſint de Collegio exire, & ad plateam eorum Collegii, & bis, aut ter, quolibet menſe omnes inſimul cum Rectore accedere ad campum, ſed non poſſint ire ad flumen ad ſe lavandum, neque ad natandum, neque permanere in illo, & quod non poſſint ingredi in Villa oova, oeque in domu Civitatis, neque in hortis novi Chriſtiani, quod in Collegio ſit unus liber, in quo ſcribantur nomina, & cognomina Collegialium, qui in ipſo Collegio intrabunt, & nomina eorum parentum, & loca, in quibus fuerunt nati, & baptizati, & nomen Rectoris, & Vicarii, qui illos io ſacro fonte teouerunt ad baptizandum, dies, menſis, & domus eorum, in quibos baptizati fuerunt, de quibus omnibus afferant literas teſtimoniales ab eorum Rectore, aut illius Vicario, ſeu Capellano, & conſignent illas Rectori Collegii, & deſcribantur in libro dicto, quando in dicto Collegio intrabunt, ut appareat, fuiſſe baptizatos, qui liber deponatur in depoſito, aut archivio Collegii, quod quilibet Collegialis habeat ſuam cameram, niſi Rector diſpenſaverit cum parvulis, & nullus, etiamſi fuerit Collegialis, non poſſit intrare in cameras aliorum, neque cum illis dormire, ſine particulari licentia ipſius Rectoris. Quodque Collegiales aliquibus vicibus poſſint loqui cum eorum parentibus, & Fratribus, qui ad eos viſitandos acceſſerint in præſentia Rectoris, aut præceptoris, dummodo non loquantur Arabica, aut Moreſca lingua, neque dicta lingua in Collegio loqui permittatur, neque habere libros in Arabica, immo Rector quolibet menſe viſitabit cameras, revidebit libros, ſi ſint Catholici. Quod Rex deputet per ſe ipſum Rectorem in Collegio novorum converſorum, dando ipſi poteſtatem corrigendi, puniendi, emendandi ſecundum qualitatem delictorum Collegialium, & non eſt opus, quod ſit in dicto Collegio

of-

officium œconomi, ex quo Rector poterit facere omnia, quæ faceret œconomus, quod Epiſcopus Dertuſen., & Rector Fratrum poſſint nominare Rectorem in Collegio novorum converſorum, & quod ille fuerit nominatus, detur illi per Provincialem Aragoniæ Ordinis S. Dominici ſine aliqua contradictione, & quod ratione ſcandali, vel quia malum computum reddiderit, præfati poſſint illum revocare, & alium in illius locum ſufficere. Et quod Rex mandet, fieri viſitationem tempore, quo ſibi videbitur, quod Rector, qui debet vivere, & permanere cum Collegialibus, & illos regere, & gubernare, recuperabit, & diſpenſabit reditus Collegii, & reddat rationem, & computum illorum, & eidem Rectori detur ſalarium viginti quinque librarum, aut ſcutorum quolibet anno pro veſtitu ſuo, libris, & aliis rebus neceſſariis, quæ ab eo auferri non poſſint, quod Rector poſſit deponere, & amovere medicos, chirurgos, & alios officiales, & aliis deputare ſalaria, prout ſibi pro utilitate Collegii videbitur, quod Rector obligatus ſit facere omnia, quæ per privilegium fundationis ordinata exiſtunt, & ad recuperandum ab ipſis penſiones infra tempus ſtatutum in literis penſionis, & ſi non ſolverint, procedat contra eos ad ſententias, cenſuras, & pœnas in literis Apoſtolicis ſuper penſionibus præfatis confectis contentas, & ſi infra menſem elapſo tempore ſolutionis non fecerit diligentiam ſuperius dictam, amittat pro illo anno ſalarium, & ſimiliter recuperabit a quibuſvis perſonis annua debita, quæ dicto Collegio debebuntur. Quod Rector teneatur reddere ſingulo quadrimeſtri computum illorum, quæ receperit, ad Collegium pertinentium, & quæ pro dicto Collegio expoſuerit, Epiſcopo Dertuſen., & Rectori Collegii Fratrum, & in fine quadrimeſtris cujuslibet anni fiat illi quietantia, & liberatio per dictos Epiſcopum, & Rectorem Collegii Fratrum, & ea, quæ ſupererint, ponantur in loco depoſiti, aut capſa, ubi cuſtodiuntur Bullæ, privilegia, & aliæ ſcripturæ Collegii, & ibi cuſtodiantur ad emendum ſuo tempore redditus in loco tuto per Epiſcopum, & Rectores amborum Collegiorum: quodque claves iſtius depoſiti habeant duo Rectores: quod Rector teneatur quolibet anno cum Rectore, aut Rectoribus Collegii Fratrum examinare Collegiales, & videre, quem fructum fecerint, & illi, qui fuerint habiles ad diſcendas literas, permanebunt in Collegio, & illi, ex quibus nulla fuerit ſpes, illos poſſe literas diſcere, cum conſilio Epiſcopi, & Rectorum, prout ſupra dictum eſt, Rector Collegii novorum Converſorum, ponat illos ad diſcendum officia mecanica juxta cujuslibet ipſorum inclinationem, cum Chriſtianis antiquis: Quod in Collegio non poſſint permanere niſi uſque ad ætatem viginti quatuor annorum completorum, & ſi fuerint habiles ad Ordines ſacros presbyteratus, aut graduati, dicto tempore elapſo, ſi fuerint habiles, & examinati in literatura, moribus, & per Epiſcopum approbati, mittantur ad eorum loca ad prædicandum aliis novis converſis, & provideatur illis, de beneficiis: ut ad Ordines promoveri, & unde vivere, & ſe ſuſtentare valeant: quod Rex procurabit, quod pro tempore exiſtens Romanus Pontifex ſub cenſuris, & pœnis mandet, & præcipiat omnibus ſuperioribus quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium, ut recipere debeant, & teneantur dictos Collegiales ad habitum, & profeſſionem illorum Ordinum, ſi in illis non fuerint impedimenta de jure requiſita; quod nullus cujuſcumque ſtatus, & conditionis fuerit, poſſit hoſpitari, aut dormire in Collegio, neque Rector, aut alius deſuper poſſit diſpenſare, niſi cum licentia ſuæ Majeſtatis. Quod Collegiales non poſſint exire a domo ſine licentia Rectoris, qua habita incedant bini, & bini cum ſuis veſtibus; quod nulla fœmina poſſit ingredi, neque habitare in dicto Collegio, niſi illa, quæ gubernat pueros, & adminiſtrat illi neceſſaria in eorum infirmitatibus, quæ ſit mulier ſenex, & honeſta, & bonæ reputationis, & famæ, & non poſſint in Collegio dormire, niſi in caſu, quo aliquis Collegialis fuerit conſtitutus in periculo mortis, excepto tamen, quando aliquæ duæ principales, aut forenſes voluerint videre Collegium, & tunc cum ſpeciali licentia Rectoris. Quod Majeſtas ſua tanquam fundator, & Patronus dicti Collegii, & habens poteſtatem, & confirmationem a Sede Apoſtolica, prout conſtat, per dictas literas Apoſtolicas erectionis, & fundationis, poſſit ſemper quandocumque ſibi viſum fuerit condere nova ſtatuta, & edere, & mutare ea, quæ ſibi viſa fuerint, & ponere, & amovere Rectores, & alios officiales in dicto Collegio. Quod Collegium, & Collegiales uti, frui, & gaudere poſſint immunitatibus, & privilegiis, quæ habent alia Collegia Regnorum Hiſpaniarum, & quibus dicta Collegia utuntur, potiuntur, & gaudent, & in ſpecie Ordinis Prædicatorum, hujuſmodi ſtatutis non repugnantibus, & admittantur tamquam Fratres dicti Ordinis ad omnia bona ſpiritualia, quæ in eo fuerint, tam in vita, quam in morte, ac alia ſtatuta, quæ fuere condita, & ordinata, prout in literis Apoſtolicis, & ſuper ſtatutis hujuſmodi in inſtrumentis deſuper confectis, plenius continetur.

Eadem ſtatuta a Pontifice confirmari petit.

§.3. Quare pro parte ejuſdem Philippi Regis, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus literis, ac ſtatutis hujuſmodi pro illorum firmiori ſubſiſtentia robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, ac alias in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Quod concedit Pius.

§.4. Nos igitur, qui Collegii hujuſmodi ſalobrem directionem, proſperumque ſtatum, præſertim dum Catholicorum Regum vota id expoſcunt, ſincero deſideramus affectu, ipſum Philippum Regem a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum

Digitized by Google

ctum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes: Necnon literarum, & ſtatutorum, & inſtrumenti, ſeu inſtrumentorum hujuſmodi, omnium, & ſingulorum, ac quarumcumque ſcripturarum deſuper confectarum, & inde ſecutorum tenores, ac ſi præſentibus de verbo ad verbum infererentur præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, literas, & ſtatuta, ac Inſtrumentum, ſeu Inſtrumenta, & ſcripturas prædicta, ac omnia, & ſingula in eis contenta, & inde ſecuta quæque, licita, & honeſta, Apoſtolica auctoritate prædicta, tenore præſentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, omneſque, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus; necnon approbationem, confirmationem, adiectionem, ſuppletionem, præſenteſque literas de ſurreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, aliove vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, argui, vel impugnari non poſſe, ſed illas validas, & efficaces fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & ad illorum obſervationem pueros, Majorem Domus, Miniſtros, & alias dictorum collegiorum perſonas præfatas, etiam ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, aliiſque opportunis juris remediis, toties quoties contravenerint, incurrendis, cogi, & compelli poſſe.

Sicque præcepit ſervari. §.5. Et ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi auctoritate, judicari, definiri, & interpretari debere, ac ex nunc quicquid ſecus a quoquam ſuperiori, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter atteotari contigerit, irritum, & inane decernimus.

Obſtantias tollit. §.6. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Proviocialibus, & Syoodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, contrariis quibuscumque, aut ſi aliquibus communiter vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Clauſulæ. §.7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum approbatioois, & confirmatinnis, adiectionis, ſuppletionis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 23. Sept. 1568. An.III. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Domioicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, Nono Kalendas Octobris, Pontificatus noſtri Aono Tertio.

C.

De dignitatibus, & præbendis Eccleſiarum Inſulæ Sardiniæ, aliis Eccleſiis unitarum, earumque ſuppreſſione, & Parochialium ad primævum ſtatum reductione, ac Vicariorum io Parochialibus, quæ ſunt annexæ dignitatibus &c. deputatione.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa Conſtitutionis. QUantum animarum cura ceteras omnes ſuperat, & excellit, tanto Nos impenius providere neceſſe eſt, ut id Officii genus, omni ubique adhibita induſtria excolatur. Ex multis enim offenſionibus, quæ ad noſtram quotidie notitiam perferuntur, illam quoque graviſſimam intelligimus, quod Canonici, & alii habentes dignitates, perſonatus, & Officia earum Inſulæ Sardiniæ Eccleſiarum, quas partim rerum inopia depreſſas, partim etiam aeris inclementia deſertas, jampridem Apoſtolica Sedes proximis Metropolitaois, & aliis Cathedralibus Eccleſiis providenter adiunxit, quamquam perſonali in ipſis obſequio ſoluti reſidentiam detrectant atque reſugiunt, apud Parochiales Eccleſias, quæ ſuot, vel in præbendas ſuorum hujuſmodi Canonicatuum inſtitutæ, vel prædictis dignitatibus, beneficiis, & Officiis applicatæ, nullum babentes perpetuum Vicarium, vel alium proprium Sacerdotem, qui curam exerceat animarū. Rurſus multę Parochiales Eccleſię, ſive pro præbendis habitæ, ſive dignitatibus, beneficiis, & Officiis non unitarum, nec ſuppreſſarum Eccleſiarum incorporatæ reperiuntur, quæ ſunt hujuſmodi Vicariorum ſolatio deſtitutæ.

Extinctio beneficiorū Eccleſiaſticorum Inſulæ Sardiniæ, aliis unitorum, vel ſuppreſſorum, quæ habent Parochiales uti præbendas &c. §.1. Nos adverſus periculoſam hanc negligentiam, volentes juris proſecutione cavere, de Nobis attributæ poteſtatis plenitudine extinguimus, & abolemus omnes Dignitates, etiam majores, & principales, necnon Canonicatus, præbendas, perſonatus, adminiſtrationes, Officia, ceteraque beneficia, omnium & ſingularum dictæ Inſulæ Eccleſiarum aliis unitarum, vel etiam ſuppreſſarum, quæ Parochiales Eccleſias habent uti præbendas, vel alias annexas, ubi non eſt Vicaria perpetua conſtituta.

Reductio Parochialium ad primævum ſtatum &c. §.2. Ipſas vero Parochiales Eccleſias ad primævum ſtatum ſimplicem, & liberum revocamus, ita ut io earum collatione dehinc ab Ordinariis locorum ſacienda, Concilii Tridentini forma, quæ de Parochialibus Eccleſiis ſoper hoc præſcripta eſt, omnino debeat obſervari. Statuentes, ut quicumque dignitates, canonicatus, præbendas, beneficia, & Officia prædicta ſic extincta, etiam plura, & diverſis hujuſmodi Eccleſiis ex diſpenſatione Apoſtolica, aot alias obtinebant, ea quo jam amplius non ſunt, nullum io dictis principalibus Eccleſiis locum habere contendant, ſed ſingulas prædictas Parochiales Eccleſias, ut ſimplices earum Rectores retinentes, debeant ibi præſen-

Digitized by Google

præſentes perpetuo reſidere, ac debita Parochialia officia per ſe ipſos, ut congruit, exercere: nec ulli omnino id effugere, aut conſuetudine immemorabili, aliave prætenſa juris cautione defendi poſſint, etiam ſi eam curam ad ſolos Epiſcopos obiiciant pertinere, ſed eos qui Canonica monitione præmiſſa in dictis Parochialibus Eccleſiis præſentes reſidere ueglexerint, cenſuris, & pœnis omnibus contra non reſidentes, tam a dicto Concilio, quam etiam noſtris, & aliis Canonicis ſanctionibus impoſitis, volumus ſubiacere. Verum ſi de pluribus etiam diverſarum Diœceſum Parochialibus unica dumtaxat præbenda conſtiterit, aut unio de illis uni tantum dignitati, beneficio, vel Officio ſic ſuppreſſo facta fuerit, ſinguli poſſeſſores, etiam qui plura ex ſuppreſſis præfatis obtinebant, ut præfertur, in una Parochiali Eccleſia dumtaxat perpetuo reſidentes, quam iotra ſex menſes poſt publicationem præſentium eligere debeant, ſi cenſuras, & pœnas prædictas effugere voluerint, poterunt vita eis comite, io ceteris omnibus tolerari, dummodo reliquis Vicarii idonei ab Ordinariis locorum cum debito ſtipendio aſſigneotur. Illis vero cedentibus, & decedentibus, ſinguli Rectores in ſingulis ordinentur, niſi forte loci propinquitas, rerum anguſtia, aliave legitima cauſa connexionem patiatur.

Deputatio Vicariorum in Parochialibus, quæ ſunt annexæ dignitatibus &c.

§.3. Porro Eccleſiis Parochialibus, vel in præbendas Canonicatuum erectis vel dignitatibus, Officiis, & beneficiis non unitarum, nec ſuppreſſarum Metropolitanarum, Cathedralium, & aliarum dictæ Inſulæ Eccleſiarum perpetuo annexis, in quibus nullæ ſunt Vicariæ hucuſque perpetuæ inſtitutæ, quoniam Canonici, & alii dignitates, Officia, & beneficia, hujuſmodi obtinentes, in ipſis Metropolitanis, Cathedralibus, & aliis Eccleſiis deſervire tenentur, prædicti Ordinarii locorum illas quamprimum ordinare, vel alias providere debeant, quemadmodum in generalibus, & prædicto Tridentino Conciliis dignoſcitur ordinatum, portione fructuum, etiam ſuper certa re aſſignanda, ac per Vicarios propria auctoritate percipienda, quæ tamen centum annue non tranſcendat, inferior vero quam quinquaginta ſcutorum eſſe poſſit, quando ſine notabili principalis incommodo nequeat eſſe pluris, & ea ſit annonæ vilitas, ut Sacerdos queat ex minori commodo ſubſtentari.

Exequtorum deputatio, & facultates.

§.4. Præcipimus igitur univerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis per dictam Inſulam conſtitutis in virtute ſanctæ obedientiæ, ut prędicta omoia, & ſingula io ſitis quiſque Civitatibus, Diœceſibus, & locis quamprimum exequantur, & iuviolate faciant ab omoibus obſervari. Contradictores quoslibet, & rebelles per prædictas, & alias, qnas viderint ipſi, cenſuras, & pœnas, ceteraque remedia opportuna, appellatione quacumque poſtpoſita, compeſceodo, iovocato etiam ad hoc, ſi opus uerit, auxilio brachii ſæcularis

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5 Non obſtantibus prædictis, & noſtris de non tollendo jure quæſito, ac de Vicariis hujuſmodi aliter inſtituendis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, In quibus Canonicatus, & præbendæ, ac dignitates, beneficia, & Officia prædicta conſiſtunt, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque, ſeu quod aliquibus communiter vel diviſim, a dicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut contra hujuſmodi ſtatuta, & conſuetudines, ac privilegia eis conceſſa, ad reſidentiam, & alia prædicta compelli non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes pleoam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de ſtatutis, & conſuetudinibus, necoon Eccleſiarum, locorum, & perſonarum hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolieis, generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumcumque totis tenoribus ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia contra prædicta uolumus eniquam io aliquo ſuffragari. Quin etiam ex nunc irritum decernimus, & inane, quicquid ſecus per quoſcumque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Juſſio publicandi.

§.5. Ceterum mandamus eaſdem præſentes ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ publicari, earumque exempla de more applicari, volumuſque, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod literæ ipſæ ſic publicatæ, omnes, & ſingulos abſentes, & ubique extra dictam Inſulam degentes, ac etiam monitiones, citationes, & inhibitiooes per quemcumque Ordinarium edicto publico valvis ſuæ Cathedralis Eccleſiæ affigendo, vigore præſentium faciendæ, monitos, citatos, & inhibitos perinde arctent, ac ſi eis perſonaliter factæ fuiſſent.

Tranſumptorum fides.

§.7. Quia vero difficile, & incommodum valde eſſet, eaſdem præſentes ad ſiogula loca, ubi illis opus fuerit, transferre, ſimiliter volumus, ut earum exemplis etiam impreſſis, manuque Notarii publici, & ſigillo Prælati Eccleſiaſtici, vel ejus curiæ obſignatis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi foreot exhibitæ vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum &c.

D. P. An. III. I. Octobris.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, Kal. Octob., Pont. noſtri Anno tertio.

Roma-

Digitized by Google

CI.

Ex Regeſt. in Archiv. Vat.

Innovatio Conſtitutionis Pauli IV. contra Negantes Trinitatem Jeſu Chriſti, vel ejus Conceptionem de Spiritu Sancto, aut ejus mortem, ut Nos redimeret, aut Virginitatem Beatæ Mariæ Virginis.

Vide Conſtitutionem V. Pauli IV. quæ incipit: Cum quorumdam. *Tom. IV. Par. I. fol. 322.*

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

Romanus Pontifex Chriſti Vicarius in Terris nonnumquam ea, quæ pro Unitate Fidei a ceteris Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus ſuis decreta, & ſancita ſunt, ut illibata, firmaque perpetuo ſubſiſtant, non ſolum approbat, & confirmat; verum etiam innovat, prout in Domino id ſalubriter conſpicit expedire.

Tenorem Conſtitutionis Pauli IV. recenſet.

§.1. Dudum ſiquidem fel. rec. Paulus Papa IV. Prædeceſſor noſter zelo Fidei motus contra negantes Trinitatem, ac Divinitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti, aut ejus Conceptionem de Spiritu Sancto, aut ejus mortem, ut Nos redimeret, aut Virginitatem Beatæ Mariæ, cupiens pro ſuo Paſtorali Officio a tam gravi errore hujuſmodi homines avocare, ceteroſque ne in talem impietatem laberentur, admonere, nonnullas literas deſuper edidit tenoris infraſcripti videlicet, Paulus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum quorumdam hominum. *Omittitur reliquum Bullæ Pauli IV. quia habetur loc. indic. in rubric.*

Eam confirmat ab omnibus obſervari præcipit.

§.2. Nos igitur cupientes, ut ſanctio, Conſtitutio, & Ordinatio hujuſmodi perpetuis futuris temporibus obſervetur, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, & non ad alicujus alterius Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra deliberatione ſanctionem, Conſtitutionem, & Ordinationem hujuſmodi, & prout illa concernunt, omnia, & ſingula in dicti Prædeceſſoris literis contenta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & innovamus, ac robur perpetuæ firmitatis ſub eiſdem pœnis obtinere decernimus, ac volumus, & ſub interminatione divini judicii præcipimus, & mandamus, ea omnia impoſterum firmiter ab omnibus Chriſtifidelibus ubique locorum obſervari.

Feudorum Dominos, ut ejuſdem obſervantiæ ſtudeant hortatur.

§.3. Mandantes omnibus Principibus, Comitibus, & Baronibus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Feudatariis ſub pœna indignationis noſtræ, reliquos vero, & quorumvis locorum Dominos Chriſtianos hortamur in Domino, & in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, ut pro divini nominis reverentia, & honore, præmiſſa omnia in ſuis dominiis, & terris exactiſſime ſervare faciant, ubertimam ab ipſo Deo mercedem tam boni operis recepturi.

Prælatis vero, ut eam publicent in ſuis Diœceſibus mandat, ſub cenſurarum Eccleſiaſt. pœna.

§.4. Ac univerſis Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub obteſtatione Divini Judicii, & interminatione maledictionis æternæ, quatenus in Civitatibus, & Diœceſibus propriis præſentes noſtras literas publicari faciant, & præmiſſa obſervari etiam ſub pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis procurent.

Contraria tollit.

§.5. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac exemptionibus, privilegiis, indultis, facultatibus, & literis Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Per præſentes literas publicationibus d. Conſtitutionis nullum inferri præjudicium declarat.

§.6. Volumus autem quod per hoc nullo modo publicationibus literarum prędictarum jam factis derogetur, aut præjudicium aliquod inferatur, aut illatum eſſe intelligatur, quominus omnes illos, quos afficiebant, arctabant, & comprehendebant, non afficiant, arctent, comprehendant, ac ligent.

Præſentes publicari jubet.

§.7. Ac quod præſentes de more in Cancellaria noſtra Apoſtolica, & acie Campi Floræ de more publicentur, & inter Conſtitutiones perpetuo valituras deſcribantur.

Earumque tranſumptis credi.

§.8. Quodque præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici &c.

Clauſulæ.

§.9. Nulli ergo omnino hominum &c.

Dat. die 1. Octobr. 1568 An. III.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, Kal. Octob. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

CII.

Decretum Concilii Tridentini de Clericorum ſæcularium ad ſacros ordines promotione extenditur ad Clericos regulares, ſive ſæculares more religioſorum in communi viventes.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Romanus Pontifex ſacrorum Conciliorum auctor, & interpres, illa quæ in hujuſmodi Conciliis a prudentibus patribus in Spiritu Sancto legitime congregatis ſalubriter ſancita ſunt, pro ſui paſtoralis officii debito, cum æquitas, honeſtas, & decus ſuadet, ſicuti declarare, & moderari, ita etiam ad alios caſus extendere conſuevit.

Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 2. de refor. ſtatuit formã promovendi Clericos ſæculares ad ordines ſacros.

§.1. Sane cum non deceat divino miniſterio adſcriptos cum ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quęſtum exercere, a ſacro Tridentino Concilio inter alia decretum fuit, ne quis deinceps Clericus ſæcularis, quamvis alias moribus, ſcientia, & ætate eſſet idoneus, ad ſacros Ordines promoveretur, niſi prius legitime conſtaret eum beneficium Eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſte ſufficeret, pacifice poſſidere, vel alias ordinari non poſſet, niſi jux-

ta

ta decreti ab ipſo Concilio deſuper editi formam & tenorem.

Et cauſis modo hic expreſſis,

§.2. Cum autem nolla io hujuſmodi decretoReligioſorum Clericorum mentio facta fuerit, ac propterea nonnulli, uti moleſte accepimos, certorum Ordinum Religioſi, ſeu Canonici, vel Clerici, iotra clauſtra Monaſteriorum, ſeu domorum more regularium in commoni viventes, qui nunquam, ſeu oon niſi ad certum tempus profeſſionem emittunt, & ex clauſtro exire vel dimitti, ad ſæculum redire libere, & licite poſſunt, Religionis prætextu titulo ſufficientis beneficii, nec juxta dicti decreti tenorem, ad ſacros Ordines ſe promoveri prætendunt, & a noonullis Epiſcopis paſſim promoveantur, atque inde plerumque illud inconveniens eveoiat, ut ſic promoti, & e clauſtro eaeuntes, & per ſæculum vagantes, vel mendicare, vel ſordidum quæſtum caercere, non ſine ipſorum dedecore, ac Ordinis vilipendio, & quamplurimorum Chriſtifidelium ſcaodalo cogantur.

Pontifex iſte extendit dictum decretũ ad Clericos regulares ſive ſæculares moreRel gioſorum in cõmuni viventes.

§.3. Nos igitur, qui ſingulorum Dei miniſtrorum honorem & decus, quantum in Nobis eſt, ſinceris caoptamus affectibus, Motu proprio, & ea certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac perpetuo valitura ſanctione, decretum prædictum de Clericis ſæcularibus loquens, ad omnes & ſingulos, etiam cujuſcumque Ordinis Clericos Religioſos, ſive ſæculares more Religioſorum viventes io communi, non profeſſos, harum ſerie extendimus, & ampliamus, ac Religioſis, & aliis prædictis non profeſſis, ut ad ſacros Ordines promoveri, necnon omnibus & ſingulis venerabilibus fratribus ooſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habentibus, ut Ordines ipſos hujuſmodi Religioſis perſonis impendere, niſi obſervata forma dicti decreti Nos virtote ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna, interdicimus, & prohibemus, ac contraſacieutes per annum a præſtatione talium Ordinum ipſo jure ſuſpendimus.

Promotioneſque non ſervata forma dicti Concilii factas, nullas eſſe, & Miniſtrantes puniri decernit.

§.4. Statuentes, & decernentes promotiones quarumlibet Religioſorum perſonarum prædictarum ad Ordines hujuſmodi contra ipſius decreti Concilii Tridentini formam, etiam cojuſvis licentiæ illis ab Apoſtolica Sede, vel illarum Superioribus cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & præeminentiæ exiſtant, ſi Pontificali dignitate ſungaotur, vel Cardinalatus honore præfulgeant conceſſæ, prætextu factas, executione prædictorum Ordinum omnino carere, nullaſque prorſus, & irritas exiſtere, ſicque promotas perſonas in altaris Miniſterio miniſtrare non poſſe. Quinimmo minoiſtrantes privilegiis, exemptionibus, immunitatibos, & aliis gratiis Clericis conceſſis omnino privari, & irregularitatis, aliaſque in dicto decreto contentas pœnas eo ipſo incurrere, a quibus oiſi a Romaoo Pontifice, vel in mortis articulo minime abſolvi poſſunt.

§.5. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quorumvis Monaſteriorum, & Ordinum, etiam juramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuctudinibus, privilegiis, quoque, indultis, & literis Apoſtolicis illis, illorumque ſuperioribus & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, reſtitutivis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam ſi alias pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, & individua, non aotem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habeoda, aut aliqua alia eaquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, formas, datas, & decreta in illis impoſita, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Ceteriſque contrariis qoibuſcumque.

Clauſulas derogatorias apponit.

§.6. Et ut præſentes literæ ad omnium notitiam perveniant, neve quis illarum ignorantia excuſari poſſit, volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus præſentes literas ad valvas Priocipis Apoſtolorum de Urbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in aeie Campi Floræ publicari, & earum exempla affigi, & imprimi, illarumque exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici, & ſigillo Prælati Ecelcſiaſtici, vel ejus Curiæ obſignatis, eamdem prorſus fidem adhiberi, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo &c.

Publicationis formam tradit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, pridie Idus Octobris, Pont. ooſtri Anno III.

D. P. An. III. 14. Octobris.

CIII.

De ſolemoi trium votorum ſubſtantialium profeſſione regulari emittenda, & una ea Regulis approbatis eligenda ab omnibus, qui in diverſis Congregationibus, & domibus, ſub voluntaria obedientia, & extra ſolemne votum Religionis vivunt, & habitum a ſæcularibus presbyteris diſtinctum deferunt.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Lubricum vitæ genus eorum veriti, qui regularium formam præſeferentes, nec propriis renunciant, nec ullam profitentur ea regulis approbatis, quando horum plerique proprio inſtinctui obſequentes, alii odio incenſi, alii, dum quod ambiunt, minus

Cauſa hujus Cõſtitutionis.

nus conſequuntur, alii vel dilapidatis, vel interverſis rebus, & ad ſeſe, vel propinquos translatis, ut ratiocinia effugiant, quidam etiam in ſuos ipſorum mores inquiſitum iri præſentientes, quaſi impunitatem adepturi, e ſodalitio ſuo, ut lubet, exiliunt, ejectiſque illius inſignibus, veſtem recipiunt ſæcularem. Hinc graves, & periculoſæ quotidiæ offenſiones in populos concitantur, dum quos diſciplinæ regulari perpetuo mancipatos credunt, rurſus eos, etiam ubi conſueverint, contempto poſt tot annos, & relicto, indignis ſæpe modis, ejus cui ſeſe dediderant, vitæ inſtituto, liberos vident, & ſolutus in ſæculum evagari. Cum igitur conveniat, ut cujus arma induit, eam miles militiam conſequatur, hanc de prædictis rationem capere inſtituimus, ut vel permanendi, vel abſcedendi facultate ſemel ſingulis propoſita, certus deinceps, & immobilis diſciplinæ regularis cultus debeat in ipſis ſodalitatibus perpetuo obſervari.

Viventes ſub obediētia volūtaria & extra ſolemne votum Religionis, debent profeſſionem trium votorū emittere, ſub uno ex Regulis approbatis.

§.1. Itaque de Nobis attributæ poteſtatis plenitudine, ſtatuimus, ut omnes, & ſinguli Priores, Præpoſiti, & alii Præſidentes Generales, Provinciales, & Conventuales, necnon Canonici, & Fratres Sancti Georgii in Alga Venetiarum, ac Eremitarum Sancti Hieronymi, alias Beati Petri Piſarum, & omnium ac quorumcumque aliarum Congregationum, necnon Eccleſiarum, domorum, & Conventuum, in communi, & ſub obedientia voluntaria, & extra votum ſolemne Religionis viventes, quorum habitus a ſæcularibus presbyteris eſt diſtinctus, qui religionem amplecti, & profeſſionem regularem ſolemnem emittere voluerint, id in ſuis quiſque Conventibus, & domibus intra vigintiquatuor horarum ſpatium, poſtquam Delegatus noſter præſentes literas eis ſignificaverit, palam & ſponte deliberent, & declarent: inde convocato quamprimum per ſingulas hujuſmodi Congregationes, Generali vel alio ſupremo juxta morem cujuſque Congregationis, Capitulo, ibique electa una, ſub qua degant, ex regulis approbatis, in quam major pars vocum ipſius Capituli conſenſerit, trium votorum ſubſtantialium profeſſionem regularem, intra menſem ſolemniter emittant, & in eam, tam ipſi quam illam deinceps ingreſſuri atque profeſſuri, perpetuum ferant Altiſſimo famulatum. Sicque profeſſi, vel in ſuis quiſque Prioratibus, præpoſituris, præſidentiis, adminiſtrationibus, & officiis confirmentur, vel ad alia transferantur, prout cuique Congregationi, & Superioribus ſuis videbitur utilius expedire.

Contravenientes coerceantur.

§.2. Qui vero excurſo jam anni ſpatio in ipſa Congregatione morati, refugerint intra tempus prædictum profiteri, detracto Religionis habitu, ac redditis etiam in vinculis, ſi opus ſit, receptorum, & adminiſtratorum omnium rationibus, ejiciantur, nec deinceps patiantur in ullis ejuſdem Congregationis domibus, ſeu Conventibus amplius converſari. Quocirca mandamus univerſis, & ſingulis Prioribus, Præpoſitis, Generalibus, Provincialibus, & Conventualibus, ac aliis cujuſcumque dignitatis, & nominis Miniſtris, necnon Conventibus, Canonicis, Fratribus, & perſonis Congregationum hujuſmodi, ut ſtatutum noſtrum prædictum, non expectata alia juſſione, aut mentis noſtræ declaratione, humiliter recipiant, & ſtudioſe obſervare procurent. Quod ſi forte aliqui in eo, quo nunc ſunt, ſtatu, quem omnino tollimus, & abolemus, contra noſtrum hoc ſtatutum perſiſtere contenderint, ſingulos omni dignitate, officio, adminiſtratione, & beneficio privamus, & ad futura perpetuo indignos decernimus, excommunicationis quoque ſententia innodamus eo ipſo.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.3. Non obſtantibus fundationibus, & inſtitutionibus ac ſtatutis, & conſuetudinibus congregationum, domorum, & Conventuum prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, exemptionibus, & indultis Apoſtolicis, illis, eorumque ſuperioribus & perſonis, ac eorum ſingulis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ac alias ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clauſulis & decretis, in genere & in ſpecie, conceſſis, & confirmatis, ac etiam aliis reformationibus, quotieſcumque ac quocumque tempore factis, & promulgatis, & quibuslibet aliis indulgentiis, & literis Apoſtolicis, ſpecialibus, & generalibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia tamquam abrogata, contra earumdem præſentium tenorem nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari.

Juſſio publicandi.

§.4. Ceterum mandamus præſentes ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ publicari, & earum exempla de more applicari.

Fides tranſumptorum.

§.5. Ac etiam volumus, quod ipſarum præſentium exempla etiam impreſſa, & Prælati Eccleſiaſtici, vel ejus Curiæ ſigillo, & Notarii publici manu obſignata, eamdem illam fidem ubique locorum, in judicio & extra illud faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi ibi oſtenderentur, aut exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum &c.

D. P. An. III 17. Novemb

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, quintodecimo Kal. Decembris, Pont. noſtri Anno III.

Etſi

CIV.

Confirmatio exemptionum Fratrum Militum Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, eorumque familiarum &c. a ſolutione decimarum, & aliorum quorumcumque onerum. Et præſervatio juriſdictionis Ordinariorum quoad perſonas curam animarum exercentes.

De hac Militia indicavi in Conſt.XV. Anaſtaſii IV. Chriſtianæ *Tom.II. fol.346.*

PIUS PAPA QUINTUS
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ETſi cuncta, quæ ex multa Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum providentia, in favorem Militiarum quarumlibet in fidei Catholicæ defenſionem ſalubriter inſtitutarum proceſſerunt, executioni debitæ demandanda eſſe cenſemus, illa tamen præcipue, quæ ad illarum ſtatum proſpere dirigendum per eoſdem Romanos Pontifices prudenter conceſſa comperimus, ut illibata firmaque perpetuo ſubſiſtant, libenter approbationis noſtræ munimine roboramus.

Leo X. & alii conceſſerunt exemptionem a decimis, & aliis oneribus.

§.1. Cum itaque ſicut accepimus, licet alias fel. rec. Leo Decimus, Clemens Septimus, Paulus Tertius, & Pius Quartus Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, inter alia privilegia, & indulta dilectis Filiis Magiſtro, & Conventui Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani a Sede Apoſtolica conceſſa, eumdem, & pro tempore exiſtentem Magiſtrum, Bajulivos, Caſtellanum Empoſtæ, Priores, Præceptores, Milites, aliaſque perſonas Hoſpitalis hujuſmodi, necnon eorum ſubditos, vaſſallos, colonos, & ſervitores, ac alios in eorum obſequiis, & dicti Hoſpitalis beneficiis quomodolibet nuncupatis exiſtentes, etiam presbyteros curam animarum exercentes, quandiu illam exercerent, & in illorum obſequiis forent, illorumque animalia, prædia, domos, molendaria, & bona quæcumque, quæ obtinebant, ac in poſterum obtinerent, & poſſiderent, a ſolutione, & exactione decimarum, cenſuum, jurium, etiam ſynodalium, & canonicarum portionum, ſeu caritatavi ſubſidii, aut jucundi adventus, ſeu quartæ, aut alias quomodolibet, aut aliorum quorumcumque onerum, ſub certis modo, & forma exemerint, & liberaverint, & prout in diverſis ipſorum Prædeceſſorum deſuper confectis literis plenius continetur.

Ordinarii tamen Milites deſuper moleſtabant vigore Concilii Trid. ſeſſ.23. cap.18.

§.2. Et licet privilegia, exemptiones, libertates, & indulta præfata, ſi umquam a primæva erectione dicti Hoſpitalis, nunc præcipue favore, & complemento digna fiant, cum ipſi pro fide Catholica defendenda non modo facultates, & fortunas, verum etiam eorum vitam, & ſanguinem perdere non dubitaverint: nihilominus diverſi locorum Ordinarii, & parochialium Eccleſiarum Rectores, ac multæ capitulares perſonæ id ſibi omnino, juxta Sacri Concilii Tridentini decreta licere aſſerentes, eoſdem Magiſtrum, Bajulivos, Caſtellanum, Empoſtæ, Priores, Præceptores, Milites, & perſonas, diverſis oneribus contra eorum privilegia pergravare, illoſque ad decimas, cenſus, ſubſidia, etiam caritativa, congruas portiones, jucundum adventum, paſtor bonus, aut alias nuncupata onera, etiam jura ſynodalia cogere præſumant, in grave ipſius Hoſpitalis detrimentum, & gravamen.

Hic ideo Pontifex eamdem exemptionem approbat, & iterato concedit.

§.6. Noſque attendentes quod nuper inter alia Mendicantium Ordinum Fratribus conceſſa privilegia, eos, & eorum quemlibet, tam a ſeminarii clericorum in qualibet Civitate, juxta ejuſdem Concilii Tridentini decreta erecti, ſeu erigendi, quam decimarum, ſubſidii, & aliorum onerum contributione totaliter exemiſſe, & liberaſſe, præfatoſque Magiſtrum, Bajulivos, Priores, Caſtellanum Empoſtæ, Præceptores, Milites, Fratres, & perſonas non minus dignos eſſe, ut eos paribus favoribus & gratiis proſequamur, illoſque, & eorum ſingulos ac ſingulares dicti Hoſpitalis perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon omnium, & ſingulorum privilegiorum indultorum, facultatum, exemptionum, immunitatum, libertatum, & gratiarum, per præfatos, & alios quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Sedem Apoſtolicam Hoſpitali, illiuſque Magiſtro, Conventui, & Fratribus Militibus, aliiſque quibuſvis perſonis præfatis hactenus conceſſorum, ac literarum deſuper confectarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, Motu proprio, non ad Magiſtri, & Conventus Hoſpitalis hujuſmodi, aut alicujus alterius ſuper hoc pro eis Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & de mera noſtra liberalitate, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula privilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & alias gratias, eiſdem Magiſtro, & Conventui quomodolibet conceſſa, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris quam facti defectus, ſiqui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus.

Clauſulæ derogatoriæ apponit.

§.4. Decernentes præſentes literas nullo umquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo quod locorum Ordinarii vocati non fuerint, notari, impugnari, vel invalidari minime poſſe, minuſque ſub quibuſcumque ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, reſtrictionibus, & derogationibus comprehendi poſſe, ſed ſem-

ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas eſſe, ſicque ab omnibus cenſeri. Et ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & defioiri debere, ac irritum & ioane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcieoter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§.5. Quocirca dilectis filiis in Regnis Hiſpaniarum, & Neapolitan. noſtris, & Sedis Apoſtolicæ pro tempore exiſtentibus Nunciis, aut Curiæ earum Cameræ Apoſtolicæ geoerali Auditori per præſeotes Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſeotes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, acquoties pro parte eorumdem Magiſtri, & Conventus fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis deſenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eoſdem Magiſtrum, & Conveutum confirmatione, approbatione, adiectione, ſuppletione, decreto, & aliis præmiſſis pacifice uti, frui, & gaudere, non permittentes eos per Ordinarios præfatos, aut quoſcumque alios contra præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas hujuſmodi incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggravando, interdictum eccleſiaſticum apponendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contrariis derogat.

§.6. Non obſtante piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII., etiam Prædeceſſoris noſtri de una, & Coucilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas auctoritate præſentium ad judicium non extrahatur, ac aliis quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnoo juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis perſonis, etiam præfatis locorum Ordinariis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam Motu, & ſcientia ſimilibus, etiam conſiſtorialibus, & de Fratrum noſtrorum conſilio, in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio, ſeu quævis alia expreſſio habeoda, aut aliqua alia forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque; aut ſi quibus communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Concilium Trid. præſervat.

§.7. Volumus autem quod præſentes literæ non comprehendant neque Eccleſias, neque perſonas in his, quæ ad curam animarum pertinent, quibus decreta Concilii Tridentini hujuſmodi omnino ſervari debeant.

D. P. An.III. 29. Novemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 29. Novembris milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, Pont. noſtri Anno III.

CV.

Conſtitutio Congregationis Clericorum regularium S. Majoli alias de Somaſcha, ſub Regula S. Auguſtini, cum privilegiorum elargitiooe.

De origine, & aliis, quæ eam concernunt, vide in Conſt. XXVII. Pauli III. Ex injuncto *Tom. IV. Par. I. fol.* 173.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INiunctum Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis Officium, digne peragere credimus, ſi ad ea per quæ Congregationes præſertim Orphanorum cauſæ inſtitutæ, facilius ſtabiliri, & firmius conſervari valeant, conſiderationis aciem extendamus.

Paulus III. huic Congregationi caput ſibi eligendi, facultatē dedit.

§.1. Sane exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii, Sacerdotes Clerici, & laici Congregationis loci de Somaſcha Mediolanen. Diœceſis dudum canonice inſtitutæ, quod alias fel. rec. Paulus Papa Tertius Prædeceſſor noſter Congregationi prædictæ, cuique Hieronymus Emilianus olim patricius Venetus Vir eximiæ pietatis inſignis, Spiritu Sancto, ut pie creditur, afflatus, omnibus ſæculi curis poſthabitis, initium antea dederat, quamque multi illius exemplo adducti amplexi fuerant, & in Januen., Mediolanen., Ferrarien., aliiſque Italiæ Civitatibus, & Urbibus acciti illam dilataverant, caput ſibi eligendi, Conſtitutiones condendi facultatem conceſſit, eamque ab Ordinariorum ſuperioritate, juriſdictione, & poteſtate exemit, ac tam ille, quam deinde piæ memoriæ Pius Papa Quartus etiam Prædeceſſor noſter dictam Congregationem, nonnullis aliis privilegiis, & gratiis proſecuti fuerint.

§.2. Nec-

Cardinalis Borromæus Eccleſiam Sancti Majoli Papien. eidem Cõgregationi conceſſit, & hic Pontifex dictam conceſſionem cõfirmavit, ejus tamen Bullã non poſui.

§.2. Necnon ſucceſſive dilectus filius noſter Carolus tituli Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis Borromæus nuncupatus. ſufficienti ad id facultate, ut aſſerebat, ſuffultus dictæ Congregationi Eccleſiam Sancti Majoli Papien. olim per Monacos Cluniacen. Ordinis obtineri ſolitam, certis annuis redditibus illi aſſignatis donavit. Noſque poſtmodum donationem prædictam Apoſtolica auctoritate approbavimus, prout in ſingulis Prædeceſſorum, & Caroli Cardinalis prædictorum patentibus, ac noſtris literis deſuper confectis plenius continetur.

Ideoque dictæ Congregationis dictã Eccleſiam caput aliarum conſtituit,

§.3. Quarum literarum vigore, prædicti Sacerdotes, Clerici, & laici Eccleſiam prędictam in domum patrimonialem, & tamquam aliarum Eccleſiarum dictæ Congregationis caput pro futuris Præpoſito, qui inibi reſideat, ac una cum aliis deputandis profeſſis, non ſolum illius, ſed etiam aliarum Eccleſiarum ejuſdem Congregationis curam, regimen, & adminiſtrationem habeat, necnon profeſſis, qui dicto Præpoſito reverentiam, & obedientiam præſtent, ſibi delegerunt.

Orphanos etiam bonis artibus erudire, curamque Seminariorũ Clericorum gerere ſtudent, ideoque non eſt dubiũ quod perpetuo duratura eſt.

§.4. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, licet iidem Sacerdotes, Clerici, & laici Religioſe admodum vivant, ac præcipue inter alia pietatis opera, Orphanorum in diſciplina Chriſtiana, boniſque artibus, & literis ſecundum cujuſque ingenii captum erudiendorum, ac nonnullis in locis Seminariorum Clericorum curam ſummo cum ſtudio gerunt, ac propterea dubium non ſit, quin hæc Congregatio perpetuo duratura ſit.

Verum tamẽ ex cauſis hic expreſſis, eam melius ſtabiliri exoptatur.

§.5. Nihilominus quia plerique illorum ob profeſſionem non emiſſam exiſtimantes ſe non vere Religioſos, ab illa recedunt, & ad aliquam Religionem convolant, alii pauperes, non habentes titulum beneficii, & patrimonium, repugnante Concilio Tridentino, ad ordines promoveri nequeuntes, aut aliis rationibus adducti, aliud vivendi genus eligunt, multi ipſius Congregationis Sacerdotes, Clerici, & laici ad firmius ſtabiliendam hujuſmodi Congregationem, & ad obviandum hiſce, & aliis inconvenientibus tria Vota, videlicet Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ emittere ſummopere deſiderant, ſi ad id noſtra, Sediſque Apoſtolicæ ſuffragetur auctoritas. Quare iidem Sacerdotes, Clerici, & laici Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus illi vota prædicta in manibus alicujus Prælati Eccleſiaſtici emittendi licentiam concedere, & alias perpetuæ illius Congregationi, & Orphanorum prædictorum utilitati conſulere, opportuneque providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Hic modo Pontifex normam emittẽdæ profeſſionis, & ſub clericali habitu regulam S. Auguſtini profitẽdi præſcribit.

§.6. Nos igitur qui piis, honeſtiſque petentium votis gratum ſolemus præſtare aſſenſum, dictorum Sacerdotum, Clericorum, & laicorum piam vitam, optimumque vivendi modum, & inſtituti propoſitum plurimum in Domino collaudantes, ipſoſque, & eorum ſingulos, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon prædictarum literarum, & inde ſecutorum quorumcumque tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædictis Sacerdotibus, Clericis, & laicis vota prædicta emittere volentibus, illa in manibus alicujus Prælati Eccleſiaſtici per Congregationem hujuſmodi ad id eligendi, donec ſex ex ipſis fuerint profeſſi, & ſibi Præpoſitum ipſius Congregationis generalem ſecundum illorum Conſtitutiones factas, ſeu faciendas, eligendum, & confirmandum elegerint; & deinde dictis ſex profeſſis, & electo Præpoſito, omnibus, & ſingulis aliis Chriſtifidelibus, etiam in Orphanotrophiis educatis, & eruditis, dictam religionem ingredi volentibus in ipſius Præpoſiti, ſeu illius Vicarii manibus emittendi, & profitendi, ac ſub Regula S. Auguſtini, in habitu tamen clericali, & honeſto, ac locis in quibus vixerint conformi incedendo vivendi, necnon Prælato, & Præpoſito, Vicarioque prædictis vota hujuſmodi in manibus illorum recipiendi, liberam facultatem concedimus, ac quod infra triennium proxime futurum, hi, qui per decennium in dicta Congregatione laudabiliter vixerint, vota prædicta emittere volentes, non expectato anno probationis, triennio vero elapſo hujuſmodi, alii ipſa vota emittere volentes, nonniſi elapſo anno decimoſexto ſuæ ætatis in Eccleſia prædicta, aut alibi, ubi commodius Præpoſito, ſeu Vicario viſum fuerit, vota prædicta, ita ut non ſit locus tacitæ profeſſioni, emittere, & profiteri. Quodque præfati, & pro tempore exiſtentes Præpoſitus. Sacerdotes, Clerici, & laici ſub dicta regula, ſecundum Conſtitutiones per eos factas, ſeu faciendas vivere.

Bonaque etiam ſtabilia recipiendi, & in communi poſſidendi facultatẽ elargitur.

§.7. Omniaque, & ſingula quæcumque, quotcumque, & qualiacumque, bona mobilia, ſeu immobilia, dictæ Congregationis, ſeu illius locis, vel Eccleſiis, ab Univerſitatibus, Communitatibus, & aliis, etiam privatis perſonis cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, qualitatis, & præeminentiæ exiſtant, teſtamento, vel codicillis, aut alia ultima voluntate, ſeu donatione, etiam inter vivos, aut alias quomodolibet, necnon oblationes ſibi relicta, & relinquenda recipere, exigere, & in communi tantum poſſidere libere, & licite poſſint, & valeant.

Et Congregationem iſtam, Clericorum Regularium S Majoli, ſive de Somaſcha denominari jubet.

§.8. Quodque de cetero Congregatio prædicta, Clericorum Regularium S. Majoli, ſive de Somaſcha appelletur, ſimiliter perpetuo ſtatuimus, & ordinamus.

Legataque ſimpliciter relicta Eccleſiæ S Majoli applicari poſſe decernit.

§.9. Ac inſuper quomodocumque relicta Congregationi prædictæ, & non aliter expreſſo, & declarato loco, ex nunc prout ex tunc, & e contra Eccleſiæ S. Majoli, ita quod liceat pro tempore exiſtenti Præpoſito, per ſe, vel alium, ſeu alios, dictorum reli-

Digitized by Google

ſtorum fructus, & emolumenta, in ſibi benevifos, & neceſſarios uſus, & utilitatem Eccleſiæ S. Majoli, & Congregationis prædictæ, libere, & licite convertere, Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita, auctoritate, & tenore præmiſſis, etiam perpetuo applicamus, & appropriamus.

Clauſulas hujus Conſtitutionis præſervativas apponit.

§.10. Decernentes præſentes literas, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, aliove vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu, notari, argui, & impugnari, ac revocari, limitari, moderari, ſuſpendi, aut illis derogari, & ſub quibuſvis ſimilium gratiarum revocatione, derogatione, limitatione, moderatione, ſuſpenſione, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi non poſſe. Et quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum, reſtituta, ac de novo conceſſa, & perpetuo valida, & efficacia eſſe, ac fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri.

Clauſula ſublata addit.

§.11. Ac ita per quoſcumque Judices, & commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, ac eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, ac definiri debere, ac ex nunc irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executoreſque deputat.

§.12. Quocirca Venerabilibus Fratribus Amerin., & Papien., ac Cremonen. Epiſcopis, per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, Congregationi, & futuro Præpoſito hujuſmodi, ac illius ſingulis perſonis, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, Congregationem, illiuſque Præpoſitum, & ſingulas perſonas conceſſione, indulto, ſtatuto, ordinatione, applicatione, appropriatione, & decreto hujuſmodi pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos, deſuper per quoſcumque contra præſentium tenorem quomodolibet moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe declarando, necnon eas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contraria tollit.

§.13. Non obſtantibus præmiſſis, ac rec. mem. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ultra tres dietas ad judicium non evocetur, & aliis quibuſvis, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon ipſius Congregationis, ac quorumvis Monaſteriorum, & Ordinum, etiam juramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus efficaciſſimis, reiteratis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, & alias quomodolibet iteratis vicibus, conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi alias pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, vel aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 6. Decemb. milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, Pon. noſtri Anno III.

D. P. An. III. 6. Decemb.

CVI.

Reformatio contractuum de annuis cenſibus creandis, alienandis, & redimendis. Et declaratio quarumdam dubitationum deſuper exortarum.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſæ hujus reformationis

CUm onus Apoſtolicæ ſervitutis obeuntes cognoverimus, innumeros celebratos fuiſſe, & in dies celebrari cenſuum contractus, qui nedum non continentur intra limites a noſtris Anteceſſoribus eiſdem contractibus ſtatutos, verumetiam, quod deterius eſt, contrariis omnino pactionibus, propterea ardentem avaritiæ ſtimulum, legum etiam divinarum manifeſtum contemptum præſeferunt, non potuimus animarum, prout tenemur, ſaluti conſulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam ſatisfacientes, tam gravi morbo, lætiferoque veneno ſalutari antidoto non moderari.

Cenſus creandus eſt ſupra certa re immobili fructifera.

§.1. Hac igitur noſtra Conſtitutione ſtatuimus, cenſum ſeu annuum reditum creari, conſtituive nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit.

Et cum pecunia numerata.

§.2. Rurſum niſi vere in pecunia numerata, præſentibus teſtibus, ac Notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem

by Google

tem prius, recepto integro juſtoque pretio.

Solutiones anticipatæ prohibentur.

§.3. Solutiones, quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus.

Oneraque cōtra naturam contractus.

§.4. Conventiones directe aut indirecte obligantes ad caſus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere volumus.

Et pacta auferentia facultatem alienandi.

§.5. Quemadmodum nec pactum auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam, quia volumus rem ipſam ſemper, & libere, ac ſine ſolutione laudemii, ſeu quinquageſimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter vivos, quam in ultima voluntate, alienari.

In re vendenda præfertur dominus cenſus.

§.6. Ubi autem vendenda ſit, volumus dominum cenſus aliis omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda ſit, & per menſem expectari.

Pacta contra moroſos, quæ licita, & quæ non.

§.7. Pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio juramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubjectam, ſive aliquam ejus partem amittere, aut aliud jus ex eodem contractu, ſive aliunde acquiſitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita ſint & nulla.

Cenſum augeri vel creari non poteſt de fructibus.

§.8. Immo & cenſum augeri, & novum creari ſuper eadem, vel alia re in favorem ejuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ pro cenſibus temporis vel præteriti, vel futuri, omnino prohibemus.

Onera extranea non prohibentur.

§.9. Sicuti etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem alias de jure, & ex natura contractus non ſpectarent.

Cenſus perit pro rata rei cenſuetæ peremptæ.

§.10. Poſtremo cenſus omnes in futurum creandos, non ſolum re in totum vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum vel pro parte affecta, volumus ad ratam perire, ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui. Non obſtante longiſſimi etiam temporis, ac immemorabili, immo centum, & plurium annorum præſcriptione. Non obſtantibus aliquibus pactis directe, aut indirecte talem facultatem auferentibus, quibuſcumque verbis, aut clauſulis concepta ſint.

Redimi quando poſſit.

§.11. Cum vero traditione pretii redditus estinguendus erit, volumus per bimeſtre ante id denunciari ei, cui pretium dandum erit, & poſt denunciam, intra annum tamen, etiam ab initio pretium repeti poſſe, & ubi pretium, nec volens intra bimeſtre ſolvat, nec ab invito intra annum exigatur, volumus nihilominus quandocumque redditum extingui poſſe, prævia tamen ſemper denuncia, de qua ſupra, & non obſtantibus his, de quibus ſupra. Idque obſervari mandamus etiam quod pluries ac pluries denunciatum fuiſſet, nec umquam effectus ſecutus fuiſſet.

Repeti ab invito non licet.

§.12. Pacta etiam continentia pretium cenſus extra caſum prædictum, ab invito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe, omnino prohibemus.

Contractus aliter initi ſœneratitii judicantur, & pœna Fiſco ſolvitur.

§.13. Contractuſque ſub alia forma poſt hac celebrandos fœneratitios judicamus. Et ita illis propterea non obſtantibus, quicquid, vel expreſſe vel tacite contra hæc noſtra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, a Fiſco volumus poſſe vendicari.

Hæc Bulla quos cenſus excipiat.

§.14. Hanc autem ſalutiferam ſanctionem nedum in cenſu noviter creando, verum etiam in creato quocumque tempore alienando, modo poſt publicationem Conſtitutionis creatus ſit, perpetuo, & in omnibus ſervari volumus.

Pretium conſtitutum non immutandum.

§.15. Declarantes pretium ſemel cenſui conſtitutum numquam poſſe, ob temporum aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quoad ultimo contrahentes, minui vel augeri.

Hortatio ut cenſus aliter facti ſubiiciantur cenſuræ Religioſorum.

§.16. Et licet legem ipſam ad contractus jam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos ſub alia forma pervenerunt cenſus, hortamur in Domino, ut ſingulos contractus cenſuræ bonorum religioſorum ſubiiciant, & animarum ſaluti conſulant.

Derogatio contrariorum.

§.17. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, nec non privilegiis, & literis, etiam per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos ſub quibuſcumque tenor., & formis, ac cum quibuſvis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, necnon irritantibus decretis, ex quavis cauſa, etiam per modum legis univerſalis, aut alias quomodolibet editis, ſive in favorem Univerſitatum, Communitatum, Collegiorum, Congregationum, Civitatum, & locorum conceſſis, approbatis & innovatis, quibus omnibus & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, quatenus directe vel indirecte præſenti noſtræ Conſtitutioni, in toto vel in parte contrarientur, ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Juſſio publicandi, & deſcribendi.

§.18. Volumus autem quod præſentes in Cancellaria & acie Campi Floræ publicentur, & inter Conſtitutiones extravagantes perpetuo valituras conſcribantur.

Fides tranſumptorum.

§.19. Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus Prælati munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§.20. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ prohibitionis, annullationis, ſtatuti, mandati, hortationis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

D. P. An.IV. 19.Januarii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, quartodecimo Kal. Februarii, Pont. noſtri Anno IV.

Sequi-

Sequuntur declarationes dubitationum deſuper exortarum.

PIUS PAPA QUINTUS

Adfuturam rei memoriam.

Procemium.

ETſi Apoſtolica Sedes magna adhibita induſtria operam dat, omnia perſpicue promulgare, vix tamen eſt, ut unquam ſatis queat uſquequaque cavere, quin ſcrupuloſæ quorumdam mentes, novos illi ſenſus inducant, quorum perplexitate, multi in dubium evocantur.

Relatio præcedentis Conſtitutionis.

§.1. Pridem enim per Conſtitutionem noſtram de cenſuum creatione, inter alia voluimus. Cenſus omnes in futurum creandos, non ſolum re, in totum vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum effecta, ad ratam perire, ſed etiam pro eodem pretio extingui poſſe. Ac pacta continentia moroſum cenſus debitorem, ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu ſalaria, & expenſas medio creditoris juramento liquidandas teneri, aut rem cenſui ſubiectam, ſive aliquam ejus partem amittere, aut aliud jus, ſive ex eodem contractu, ſive aliunde acquiſitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto nulla atque irrita eſſe. Cenſum autem ſeu annuum redditum, non niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habetur, ex ſui natura fructifera, atque nominatim certis finibus deſignata ſit, ſed nec cenſum ipſum, niſi vere in pecunia numerata, præſentibus Notario & teſtibus in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius, recepto integro, juſtoque pretio, creari, conſtituive nullo modo poſſe.

1. dubium deſuper exortū circa infructuoſitatem.

§.2. Deinde per dilectum filium Octavium Spinolam Regni Siciliæ Magiſtrum Portulanum hac de cauſa ad Nos deſtinatum, accepimus in dicto Regno Siciliæ ſcrupulum exoriri, an rerum prædictarum infructuoſitas etiam annalis, aut alias temporalis intelligatur.

2. dubium circa cautelas.

§.3. Et an per nullitatem pactorom, & aliorum prædictorum, etiam jus recuperandi, ſive repetendi impenſas, quas litigando contra moroſos prædictos, aut executores ad eorum loca tranſmittendo, aut alias ex Judicum mandato ſubire oportet, auferatur.

3. dubium circa cautelas.

§.4. Præterea an tam pro ipſis expenſis, quam etiam pro cenſu recuperando contra tertium poſſeſſorem procedi. Et etiam fidejuſſores dari, aliave bona pro prædii cenſu gravati evictione, & ipſius cenſus ſolutione hypothecari. Denique an cenſus hujuſmodi ſuper pluribus rebus inter ſe diviſis conſtitui poſſint.

4. dubium circa cenſus dotales.

§.5. Poſtremo an id quod de pecunia numerata dicitur, prohibeat quominus in dotium aſſignatione cenſus creari poſſit.

Solutio 1. dubii.

§.6. Nos hæc diſcrimina quantum in Nobis eſt tollere cupientes, tenore præſentium declaramus, rem infructuoſam, quæ tota vel ex parte infructuoſa perpetuo redditur, non autem ex qua fructus uno, duobus, pluribuſve annis, ſive tempeſtate, ſive alio caſu non perveniunt, ſalva alias juris communis diſpoſitione intelligi debere.

Solutio 2. dubii.

§.7. Præterea exactionem illarum expenſarum prohiberi, quæ ex pacto vel conventione tantum inter contrahentes inita, & inſtrumento cenſus ſpecialiter appoſitæ refici promittuntur, non autem eæ, quæ ex dicti juris diſpoſitione repetendæ veniunt, & mandato Judicis adjudicantur.

Solutio 3. dubii.

§.8. Ceterum fidejuſſores dari, aliave bona hypothecari pro prædii cenſus gravati evictione, aut ſi prædium in alium devenerit, aut aliquis tertius fidejuſſor interceſſerit, tertium poſſeſſorem, vel ejus bona obligari minime prohibemus. Hæc autem omnia pro evictione dumtaxat, non autem ſolutione pœnæ adjudicari poſſe intelligimus.

Solutio 4. dubii.

§.9. Poſtremo in dotium aſſignandarum caſu cenſuum creationem, & Conſtitutionem prædictam reſpectu actualis numerationis coram Notario & teſtibus faciendæ, locum non habere. Sed in hoc caſu cenſus ipſos etiam pecunia ad manum non habita creari poſſe declaramus.

Propoſitio & reſolutio alterius Dubii, circa pecunias præſentes, & cedulam bancariam.

§.10. Denique ut periculis quæ ex tranſportatione pecuniarum frequenter in dicto Regno eveniunt, occurratur, permittimus, ut ſi in creatione cenſus pecuniam ad manum commode haberi nequierit, illius loco, emptor apocam, ſive cedulam bancariam idoneam integri pretii venditori in ipſo emptionis actu debeat exhibere.

Præſervatio præced. Coſt. in reliquis.

§.11. Conſtitutione noſtra prædicta, tam in caſu dotium, quam ceteris omnibus in ea contentis, in ſuo robore permanentibus.

Tranſumptorum fides.

§.12. Volumus autem ut præſentium exempla etiam impreſſa, Notarii publici manu, & Prælati Eccleſiaſtici, ejuſve curiæ ſigillo obſignata, eamdem illam prorſus, tam in judicio quam extra illud, fidem faciant, quam ipſamet præſentia facerent, ſi eſſent exhibita vel oſtenſa.

D. P. An. V. 10. Junii.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 10. Junii 1570., Pontificatus noſtri Anno V.

CVII.

Ex Regeſt. in Archiv. Vat.

Comminatio pœnarum contra Scriptores, ac ſollicitatores, alioſque Officiales Sacræ Pœnitentiariæ, & contradictarum, qui in diſpenſationibus Matrimonialibus veritatem non exprimunt, vel falſitatem inducunt,

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio, &c.

Cauſa Conſtitutionis.

§.1. CUm ſicut accepimus nonnulli ſuæ conſcientiæ prodigi ac propriæ ſalutis immemores, ut facilius a Nobis, & Sede Apoſtolica diſpenſationes matrimoniales, & alias gratias, & conceſſiones obtineant, gradus conſanguinitatis, vel affinitatis, aut cognationis Spiritualis, ac ſcientiam illorum aliter, quam eis a principio ab ipſis

ſis

fis partibus ſignificatum, vel narratum fuerit, exponunt, & ſi matrimonia hujuſmodi adhuc contracta non fuerint, pro contractis narrant, ac alias diverſimode veram facti ſpeciem, tam in ipſis diſpenſationibus matrimonialibus, quam pro illis quibuſcumque gratiis, & conceſſionibus obtinendi immutent, & propterea cum non ſolum in impetrationibus hujuſmodi falſitas narretur, verum etiam in partibus pleruinque pro verificatione gratiarum hujuſmodi veritas immutetur, & falſitas committatur.

Pœna falſi reos puniri præcipit.

§.2. Nos igitur hujuſmodi abuſibus, & erroribus obviare cupientes, Motu proprio &c. omnes & ſingulos procuratores, tam Officii ſacræ Pœnitentiariæ, ſeu Contradictarum, quam alios quoſcumque ſollicitatores, & Scriptores, quos Copiſtas vocant, qui veritatem facti a narratione, quam ab ipſis partibus habuerunt, quoad ſubſtantialia, & qualitates neceſſario exprimendas diverſam faciunt, ſeu quoquomodo invertunt, aut immutant, depravant, & per ſubreptionem, & obreptionem gratias a Nobis extorquent, pœnam falſi incurrere, & ea puniri omnino debere decernimus, & declaramus.

Executores deputat.

§.3. Mandantes propterea Almæ Urbis Gubernatori Cameræ Apoſtolicæ Auditori, & Vicario quatenus in præmiſſis reos,& culpabiles repertos pœna falſi, ut præmittitur, puniant eum poteſtate citandi,etiam per edictum, conſtito ſummarie de non tuto acceſſu, aliaque dicendi, & faciendi in præmiſſis neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna.

Derogat obſtantibus.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, irritum quoque & inane &c. dicique &c. judicari & diffiniri debere,ſublata &c. decernimus.

Præſentium ſolam ſignaturam ſufficere præcipit.

§.5. Et quod præſentis Motus proprii, & abſque data, & regiſtratura ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio & extra, regula contraria non obſtante.

Earumdem tranſumptis fidem addit.

§.6. Ejuſque tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur,quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Publicatæ in locis ſolitis omnes afficere declarat.

§.7. Quodque Cameræ, & Cancellariæ Apoſtolicæ,ac Audientiæ cauſarum Palatii Apoſtolici valvis, & in acie Campi Floræ,dimiſſis inibi copiis affixis, omnes ita afficiant, & arctent, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Placet Motu proprio. M.

CVIII.

Facultas Collegio Fabricæ S. Petri examinandi quoſcumque Contractus de præterito initos ſuper Bonis Eccleſiarum, applicata ſibi tertia parte hujuſmodi Bonorum.

Ex edit. Typis Bladi.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

ET ſi de ſingulis paſtoralis officii cura Nos admonet eſſe ſollicitos, Fabricam tamen Sancti Petri, quam ſpeciali quadam cura Nobis cognoſcimus eſſe commiſſam, ſpecialis intentionis favore proſequimur, eamque gratiis attollimus opportunis.

Multi bona Eccleſiarum ſub diverſis coloribus detineant.

§.1. Accepimus ſane nuper quod diverſæ perſonæ, tam eccleſiaſticæ, quam ſæculares quamplura bona, poſſeſſiones, & terras ad Eccleſias, etiam Metropolitan. Monaſteria, beneficia, domos, & alia regularia, ac alia pia loca, necnon Hoſpitalia pertinentia, & ſpectantia, prætextu diverſarum alienationum eis contra tenorem literarum felicis recordationis Simachi, & Pauli II., ac aliorum Roman. Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, aut ſine Apoſtolicæ Sedis licentia, ſeu illarum forma non ſervata, aut alias in evidens damnum, & præjudicium Eccleſiarum, Monaſteriorum, beneficiorum, & piorum locorum hujuſmodi factorum occupaverunt, & detinuerunt, ac de præſenti occupent, & detineant.

Quare Pius Collegio Fabricæ S. Petri omnimo[illegible] cōcedit facultatē quoſcumque Contractus cognoſcendi, & Eccleſias in ſua jura reſtituendi &c. applicata ſibi tertia parte hujuſmodi bonorum.

§.2. Nos præmiſſa conniventibus oculis pertranſire nequeuntes, utpote, quæ in divinæ Majeſtatis offenſam, ac Eccleſiarum, & Ordinis Clericalis detrimentum tendant, utque Fabricæ præfatæ maximis neceſſitatibus ſuccurramus, Dilectos filios Collegium & deputatos Fabricæ præfatæ, eorumque pro tempore Auditores, & Miniſtros, ac eorum ſingulos, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione,vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, Motu proprio, non ad ipſorum deputatorum, & Collegii, ac Auditorum, & Miniſtrorum præfatorum, vel alicujus eorum, aut pro eis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac de mera noſtra liberalitate, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eiſdem Collegio, & deputatis eorumque pro tempore Auditoribus, & miniſtris præfatis, ut omnes, & ſingulas alienationes in emphiteuſim, ſeu cenſum perpetuum, aut tertiam, vel aliam generationem, ſeu hominis vitam, aut aliud tempus ultra triennium locationes, vel conceſſio-

ceſſiones, ſeu permutationes, aut occupationes, de quibuſvis terris, poſſeſſionibus aut aliis bonis immobilibus, ſeu rebus, & juribus, tam ſpiritualibus, quam temporalibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, domorum, beneficiorum, Hoſpitalium, & aliorum piorum locorum quorumlibet ſine Sedis Apoſtolicæ licentia, aut illius forma non ſervata in damnum Eccleſiarum, ſeu ſolemnitatibus, a jure requiſitis, aut Conſtitutionibus ipſorum Monaſteriorum, ſeu domorum minime ſervatis, aut alias nulliter hactenus factas revidere, & conſtito ſibi, quantum ſufficere videbitur, de præmiſſis, illas, & contractus ſuper inde, ſub quibuſvis formis, & verborum expreſſionibus habitos, & celebratos, etiam ſi juramento vallati exiſtant, eorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, pro expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica ad ſolius præfatæ Fabricæ procuratoris inſtantiam, etiam parte invita, & contradicente, facta ſibi prius intimatione per tres menſes, tenore præſentium reſcindere, irritare, caſſare, & annullare, ipſoſque detentores, & occupatores ad terras, poſſeſſiones, & bona, res, & jura præfata, ut præfertur, detenta, & occupata relaxandum, & de fructibus tam hactenus perceptis, & qui percipi potuerunt, quam in poſterum percipiendis realiter ſatisfaciendum cogere, & compellere, bonorumque, & fructuum recuperandorum hujuſmodi tertiam partem ipſi Fabricæ, reliquis duabus partibus Eccleſiis, Monaſteriis, beneficiis, domibus, Hoſpitalibus, & piis locis, ad quæ bona ipſa ſpectabunt, cum effectu conſignatis, vendicare, & applicare poſſint, & valeant, facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

Quam alienare, & vendere poſſit.

§.3. Ita ut eiſdem Collegio, deputatis, eorumque auditoribus, & miniſtris liceat dictæ tertiæ partis hujuſmodi bonorum præfatæ Fabricæ, ut præmittitur, applicatorum corporalem poſſeſſionem propria auctoritate libere apprehendere, illamque in dictæ Fabricæ uſus, & utilitatem abſque alia Sedis Apoſtolicæ, & ſuperiorum Eccleſiarum, Monaſteriorum, domorum, beneficiorum, Hoſpitalium, & aliorum piorum locorum, ad quæ bona ipſa, & fructus ſpectabunt, licentia alienare, vendere, & convertere, Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita.

Præſentium literarum firmitas.

§.4. Decernentes præſentes literas nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, aut invalidari, etiam ex eo capite, quod intereſſe habentes vocati non fuerint, aut ad juris terminos reduci, minuſque in controverſiam vocari poſſe, ſed ſemper validas & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, minuſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & derogationibus comprehendi ullatenus poſſe ſed ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas eſſe, & cenſeri. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate, judicari debere. Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, nec non in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis perſonis in genere, vel in ſpecie quomodlibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Transſumptorum fides.

§.6. Volumus autem quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu Secretarii, & ſigillo Collegii dictæ Fabricæ ſubſcriptis, & munitis, eadem prorſus in judicio, & extra fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Clauſulæ.

§.7. Nulli ergo omnino hominum &c.

Dat. die 1. Januar. 1569. An.IV.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Kal. Januarii, Pontificatus noſtri Anno IV.

CIX.

Ex Regeſt. in Archiv. Vat.

Abolitio nonnullarum literarum in Hiſpaniis publicatarum ſuper conceſſione nonnullarum facultatum, & Indulgentiarum cum prohibitione ſimiles literas, vel Indulgentias impoſterum publicandi.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

QUam plenum ſit periculis noxia populis ingerere, nimium proh dolor his temporibus afflicta Religio teſtatur, quod malum cum in ceteris miniſtris tum præcipue in Eccleſiarum Prælatis animadvertendum eſt, quod ab his temere profecta longe maxima in Eccleſiam Dei conferant detrimenta.

Nonnulli Præſules Hiſpaniarum, & quidam Tellezgiron nonnullas facultates conceſ-

§.1. Rem profecto indignam audivimus quod quidam Eccleſiarum Hiſpaniæ Præſules, & etiam quondam Gomentius Tellezgiron temporarius, quod magis deteſtandum eſt, & ſimplex Adminiſtrator Eccleſiæ,

ferunt ſuis ſubditis eligēdi ſibi Confeſſarium, qui ſolutapretio pecunia eoſdem abſolveret a Caſibus ipſis Epiſcopis reſervatis.

ſiæ Toletan. gratia gràtis accepta pietatis ſpecie abutentes, & facultates a Sacris Canonibus ſibi conceſſas excedentes literas ſuas in eorum Civitatibus, & Diœceſibus publicare præſumpſerunt, quibus inter cetera pericula deprebenditur, quod cuicumque illas accipiendi certa ſoluta pecunia licitum ſit, quem voluerit ſibi ſumere Sacerdotem, qui confeſſione audita ipſum abſolvere valeat, nnn in eis tamen caſibus, in quibus ſimplex Sacerdos abſolvere poteſt, ſed etiam in iis quæ ſolis Epiſcopis reſervata reperiuntur, aliquo præterea caſu admixto, qui ad examen hujus Sanctæ Sedi eſſet omnino referendus.

Abuſus inde nonnulli proveniebant.

§.2. Ad hæc ipſi in diſpenſandis Cœleſtis gratiæ donis niminm prodigi, iis ſic literas prædictas accipientibus Indulgentias, & Pœnitentiarum iniunctarum remiſſiones nulla cum re temporali conferendas profuſius paſſim, & indiſcrete largiuntur, quibus, & aliis licentiis prædictis non pauci fluctuantes, & infirmi veniæ facilitate inducti ad peccandum procliviores fiunt quando tot, & tantorum delictorum remiſſionem certo, & viliſſimo pretin acquirere poſſint, & indicem præterea caſuum ac Indulgentiarum ædibus Sacris appendi juſſerunt quibus emptores venari videntur, cum palam ſignificetur ſolventibus ſupraſcripta concedi.

Alias etiam magis effrænatas facultates conceſſerant.

§.3. Itemque miſſæ Sacrificium, & Sepulturam tempore interdicti, ciborum prohibitorum uſum, aſſumptionem duorum vel pluriuin ut compatrum ad Sacrum Baptiſma contra decretum Concilii Tridentini præter eos, qui Synodalibus, ut dicunt, Conſtitutionibus aſciſcuntur, a Simoniæ reatu abſolutionem Sedi Apoſtolicæ reſervatam impendunt, reparationem Eccleſiarum, & pias cauſas prætexentes, ut houeſta præſcriptione videautur cupiditatis vitium obduxiſſe.

Hujuſmodi literas, & cōceſſiones irritat.

§.4. Cum igitur inter cetera ſcandala etiam Simoniæ pravitas non obſcure redolcat ex prædictis Sacri Tridentini Concilii decretis, & aliis Sanctionibus Canonicis, uoſtræ præterea Conſtitutioni, de Indulgentiis ad quæſtum non emittendis, adverſetur, clavium auctoritas evileſcat, & Pœnitentialis ſatisfactio enervetur. Nos his malis celeri remedio occurrendum, eademque opera futuris præcavendum fore cenſentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſupradicta omnia, quæ in ipſo Archiepiſcnpatu Tnletann, & quibuſcumque aliis Civitatibus, Diœceſibus, & locis tam Hiſpaniarum, quam aliarum quarumcumque Provinciarum, & Regionum hujuſque etiam prætextu Confraternitatum erigendarum, & quocumque alio emanarunt, damnamus, & execramur, ac perpetuo abolemus, nullaque, & irrita fuiſſe, & eſſe nunciamus, mandantes literas, & Judices.

Eaſque in poſterum cōcedi prohibet.

§.5. Necnon ſcripturas, & monumenta quæcumque publica, & privata per ipſos locorum Ordinarios, & alios Eccleſiarum Rectores ubicumque reperientur dilacerari confringi penituſque deleri, & ne talia de cetero a quoquam fiant, publicentur, vel cnncedantur, diſtrictius prohibemus.

Bull. Rom. Tom. IV. Par. III.

Contra inobedientes pœnas præſcribit.

§.6. Quicumque, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, ſecus egerint, ſeu contenderint attentari, ab ingreſſu, & perceptione fructuum ſuarum Eccleſiarum tandin ſuſpenſi jaceant, donec ſatisfactione prævia illis per Sedem prædictam ſuſpenſio relaxetur: iuſeriores vern ab Epiſcopis ſententiam Excommunicationis incurrant, a qua in mortis articulo conſtituti ab alio, quam Romann Pontifice abſolutionis beneficium nequeant obtinere.

Si quid ſecus agi contigerit, invalidat.

§.7. Decernentes etiam irritum, & inane qoidquid ſecus per quoſcumque quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Transſumptis credi jubet.

§.8. Volumus autem ut præſentium exempla etiam impreſſa Notarii publici manu, & Prælati Eccleſiaſtici ſigillo obſignata eamdem illam prorſus fidem in judicio, & extra illud ubique locorum faciant, quam ipſæmet præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Clauſulæ.

§.9. Nulli ergo omninn hnminum liceat &c.

Dat. die 2 Januar. 1569. An. IV.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, quarto Nonas Januarii, Pontificatus noſtri Anno IV.

CX.

Judæorum expulſio ab omnibus locis dominii S. R. E. ejuſque ſubditorum, præterquam ab Urbe Roma, & Civitate Anconæ.

De materia Judæorum vide Conſt. IV. Paul. IV. Cum uimis. *Tom. IV. Par. II. fol.* 321.

P I U S   E P I S C O P U S

S e r v u s   S e r v o r u m   D e i

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſæ hujus Conſtitutionis.

HEbræorum gens ſola quondam a Domino electa, quæ divinis eloquiis inſuſa, Cœleſtium Myſterinrum particeps eſſet, quantum ceteris omnibus gratia, & dignitate excelluit, tantum poſtea incredulitatis ſuæ meritn, contempta, & neglecta in præceps meruit deturbari, quod adveniente temporis plenitudine perfida, & ingrata ſuum Redemptorem indigna morte peremptum impie reprobarit. Amiſſo namque Sacerdotio, legis auctnritate adempta, propriis deſiecta ſedibus, quas tanquam lac, & mel fluentes, Clementiſſimus, & Benigniſſimus Deus jam inde a prima ipſius gentis origine illi præparaverat, terrarum Orbem tot jam ſæculis pererrans, inviſa, probris, contumeliiſque omnibus obiecta, fœdas, & infames quaſque artes, quibus famem tolerare poſſit, haud ſecus quam viliſſima mancipia, cogitur attrectare. Sed Chriſtiana pietas hunc ineluctabilem caſum in primis commiſerans, illam humanias ſatis apud ſe paſſa eſt diverſari, ut ſcilicet cre-

bro illius intuitu paſſionis Dominicæ memoria fidelium oculis frequentius obverſetur, ſimulque ea exemplis, doctrina, monitis, ad converſionem, & ſalutem, quæ reliquiis Iſrael, Prophetæ oraculo futura eſt, amplius invitetur, a qua, ſi Chriſtianorum Sedibus exploſa, ad eas gentes quæ Chriſtum non norunt diverteret, magis magiſque aliena reddetur. Verumtameo illorum impietas peſſimis omnibus artibus instructa, uſque eo proceſſit, ot jam pro communi noſtrorum ſalute expediat, tanti morbi vim celeri remedio prohibere. Nam ut tam multa uſurarum genera omittamus, quibus Hebræi egentium Chriſtianorum ſubſtantiam uſquequaque exinaniverunt, perſpicuum ſatis putamus eos, furum, & latronum receptores, atque participes, qui quaſque res ab iis ſubreptas, & interverſas, nou modo profanas, ſed etiam diviuo cultui ſervientes, ne internoſcantur, aut ad tempus ſupprimere, aut alio transferre, aut omnino transformare conantur: plerique etiam ſpecie tractandæ rei proprio exercitio convenientis, boneſtatum mulierum domos ambientes, multas turpiſſimis leoociniis præcipitant, quodque omnium perniciofiſſimum eſt, ſortilegiis, incantationibus, magiciſque ſuperſtitionibus, & maleficiis dediti, quamplurimos incautos atque infirmos Satanæ præſtigiis iuducunt, qui credant eventura prænunciari, furta, theſauros, res abditas revelari, multaque præterea cognoſci poſſe, quorum ne inveſtigandi quidem facultas ulli omnino mortalium eſt permiſſa. Poſtremo cognitum ſatis, & exploratum habemus, quam indigne Chriſti nomen hæc perverſa progenies ferat, quam infeſta omnibus ſit, qui hoc nomine cenſentur, quibus denique dolis illorum vitæ inſidietur. His, aliiſque graviſſimis rebus adducti, & augeſcentium quotidie ad Civitatum noſtrarum perniciem ſcelerum gravitate permoti, cogitantes præterea ſupradictam gentem præter mediocres ex oriente commeatus nulli Reipublicæ noſtræ uſui eſſe, noſtris vero populis, qui præſertim a Nobis aliquanto remotiores ſunt, conducibilius fore illius oomen, flagitia, miſerias aliunde ad ſe relatas audire, quam ullo caritatis ſtimulo eam in ſuo deinceps ſinu ut antehac conſovere.

Judæi omnes diſcedant de locis dominii S.R.E. Roma & Ancona exceptis, infra tres menſes a die publicationis.

§.1. Anctoritate præſentium præcipimus, ut omnes, & ſinguli utriuſque ſexus Hebræi in omni ditione noſtra temporali, & ſub ea conſiſtentium Civitatum, Terrarum, & locorum domicellorum, Baronum aliorumque dominorum temporalium, etiam merum, & mixtum imperium, ac vitæ neciſque poteſtatem, & quamcumque aliam juriſdictionem atque exemptionem habentium, de ipſis omnino finibus intra trium menſium ſpatium poſtquam præſentes literæ hic fuerint publicatæ, omnino excedant.

Inobedientium pœna.

§.2. Quibus præteritis quicumque, ſive incolæ, ſive peregrini, ſive præſentes, ſive futuri, io quacumque dictæ ditionis Civitate, Terra, vel loco, etiam Domicellorum, Baronum, Dominorum, & aliorum exemptorum prædictorum, quandocumque inventi fuerint, rebus omnibus ſpolientur, & Fiſci juribus applicentur, mancipia Romanæ Eccleſiæ fiaot, & in perpetuam ſervitutem aſſerantur, dictaque Eccleſia illud idem jus in eos, quod ceteri Domini in ſervos, & mancipia, ſibi debeat vendicare. Urbe Roma, & Ancona dumtaxat exceptis, ubi eos ſolos Hebræus, qui nunc eas habitant, ad prædictam memoriam amplius excitandam præſequendaſque cum orientalibus negotiationes, mutuoſque commeatus, cum eiſdem permittimus tolerandos; cum eo tamen, ut noſtras, & Prædeceſſorum noſtrorum, aliaſque canonicas de eis Conſtitutiones ſtudeant obſervare: ſin minus, in pœnas omnes quæ dictis Conſtitutionibus continentur, quaſque in hoc innovamus, eo ipſo incidant. Futurum enim ſperamus, eos qui præſertim noſtro, & hujus Sedis conſpectui proximi ſunt, noxæ metu a maleficiis temperaturos, & interdum aliquos, uti antehac noſtro quoque hortatu ſatis multis contigit, lumen veritatis cum gaudio agnituros. Sed neutri ad alteros, nec in alium dictæ ditionis locum ullo tempore demigrent, nec proficiſcantur, neque quempiam ex proſcriptis ad ſe recipiant, ſi ſervitutis jugum, & ſupplicia voluerint evitare. Jubemus igitur omnium Provinciarum, Civitatum, & locorum dictæ ditionis Legatos, Gubernatores, Præſidentes, Prætores, & Magiſtratus, ac etiam locorum Ordinarios, necnon Domicellos, Barones, Dominos, & exemptos ſupradictos, ac quoſcumque alios, ad quos id pertinet, ut quiſque pro ſe, nulla alia a Nobis expectata juſſione, aut mentis declaratione omnia prædicta quamprimum exequantur: & caveant diligenter, ulli poſthac Hebræi ad ipſas Provincias, Civitates, & loca, etiam Domicellorum, Baronum, & aliorum prædictorum ex quacumque cauſa amplius accedant. Quicumque vero, etiam de iis, qui Romæ, & Anconæ nunc ſunt, excurſo trimeſtri proximo inventi in quacumque dictæ ditionis parte, etiam quæ dominii temporaliter eorumdem Domicellorum, Baronum, Dominorum, & exemptorum ſit, ſtatim Eccleſiæ prædictæ mancipati in ſervitutem perpetuam coniiciantur; quorum etiam cervicibus graviores pœnas impendere ſignificamus, ut ceteri eorum exemplo diſcant, quanti fuerit hanc noſtram prohibitionem temere neglexiſſe.

Barones, & Gubernatores & alii exequantur hanc Conſtitutionẽ

Clauſulæ derogatoriæ.

§.3. Non obſtantibus prædictis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, legibus communibus & municipalibus Provinciarum, Civitatum, & locorum prædictorum, necnon Cameræ Apoſtolicæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, & conventionibus cum Hebræorum prædictorum univerſitate, etiam ſub fide publica, pactis, privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, & literis Apoſtolicis, illis omnibus, ac etiam prædictis

dictis

dictis Domicellis, Baronibus, & Dominis, ipſorumque Civitatibus, terris, locis, & populis, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac alias quomodocumque, & ſub quibuſcumque tenoribus & formis, & ex quibuſvis cauſis etiam oneroſis, ac cum reſtitutionibus, præſervationibus, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, in genere & in ſpecie quotieſcumque conceſſis, confirmatis, & ſæpius iteratis vicibus innovatis. Quæ omnia & ſingula, etiam ſi de eis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus, pro expreſſis habentes, quatenus prædicta, impedire vel differre, aut alias illis obeſſe poſſent, harum ſerie de ſimili poteſtatis plenitudine, ſpecialiter & expreſſe revocamus, & abolemus, viribuſque & effectu prorſus carere, ac quicquid ſecus per quoſcumque, ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus; ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Exemplorum fides. §.5. Volumus autem ut præſentium exempla, etiam impreſſa edantur, eaque Notarii publici manu, & cujuſcumque Curiæ Eccleſiaſticæ, aut Prælati ſigillo obſignata, eamdem illam prorſus fidem ubique locorum faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis. §.6. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c.

D. P. An. IV. 26. Februarii. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, quarto Kalen. Martii, Pontificatus noſtri Anno IV.

CXI.

Quod in ſingulis Provinciis Fratrum Minorum Ord. S. Franciſci de Obſervantia, duæ ſaltem domus aſſignentur Fratribus ſtrictioris Obſervantiæ, a quibus abſque Prælatorum licentia nullatenus ad alia loca ſe transferre poſſint.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. INjunctum Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis Officium crebro Nos admonet, & inducit, ut perſonis quibuſlibet regularibus, vigilantiæ noſtræ partes efficacius exhibentes eos in inſtitutorum ſuorum regularium candore ſalubriter manuteneamus.

Juſſio de qua in rubr. §.1. Accepimus ſane nuper, quod in Ordine S. Franciſci de Obſervantia nonnulla ſint domus, & loca, recollecta nuncupata, in quibus dicti Ordinis Fratres arctiorem quam in ceteris vitam degunt, & propterea eidem Ordini commodum, & opportunum eſſe cenſentes, ut in ſingulis dicti Ordinis Provinciis, duæ domus, & loca recollecta hujuſmodi exiſtant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo decernimus atque ſtatuimus, quod in qualibet Provincia dicti Ordinis duæ ad minus domus, & loca recollecta eſſe debeant, Et præfata monaſteria recollecta nullatenus ab hujuſmodi recollectione ſeparari poſſint: & Fratres in illis degentes, etiam ſi velint (niſi de Miniſtri Generalis ipſius Ordinis, vel Provincialis, & Diſcretorum Conventuum dictorum locorum recollectorum pro tempore exiſtentium conſilio) ad alia loca non recollecta transferri nequeant, niſi eiſdem Superioribus, ut aliter fiat, viſum fuerit expedire.

Clauſulæ præſervativæ. §.2. Decernentes præſentes literas nullo umquam tempore, de ſubreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut invalidari nullatenus poſſe, minuſque ſub quibuſvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi nullatenus poſſe, ſicque ab omnibus cenſeri.

Clauſula ſublata. §.3. Et ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari debere; irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum deputatio. §.4. Et nihilominus pro majori præmiſſorum occaſione Venerabili Fratri Epiſcopo Conchen. & dilectis filiis cauſarum Curiæ Cam. Apoſt. Generali Auditori, ac Officiali Toletan. per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ſolemniter publicantes, faciant illas ab omnibus, quos illæ concernunt, inviolabiliter obſervari, non permittentes aliquid contra præmiſſa quomodolibet innovari. Contradictores quoslibet, & rebelles per eaſdem pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Clauſulæ derogatoriæ. §.5. Non obſtantibus præmiſſis quibuſvis Apoſtolicis necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuſvis etiam juramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides tranſumptorum. §.6. Ceterum quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, ubi expedien-

diens foret, deferre, volumus quod illarum tranſumptis &c.

D. P. An.IV. 9. Martii.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die nona Martii milleſimo quingeoteſimo ſexageſimo oono, Pontificatus noſtri Anno IV.

CXII.

Ex Regeſt. in Archiv. Vat.

Stationum Indulgentias per Chriſtifideles, tam in Liberiana Saoctæ Mariæ Majoris Baſilica, quam io Eccleſia Sanctæ Mariæ in Dominica lucrari decernit.

P I U S E P I S C O P U S

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

SAlvatoris Domini Noſtri Jeſu Chriſti, qui pro redemptione generis humani, de ſummo Cœlorum ſolio ad hujus Muodi infirma deſcendere, & Carnem noſtram ex caſtiſſimo, Sanctiſſimoque Utero Glorioſiſſimæ, ſemperque Virginis Dei GenitricisMariæ aſſumere dignatus eſt, vices licet immeriti gerentes in Terris, Baſilicas, & Eccleſias in ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis Advocatæ noſtræ honorem, ac venerationem dedicatas, ſpiritualibuſque gratiis, & indulgentiis decoratas, & præſertim inſignes, quæ numquam ſatis venerari, frequentariqne poſſunt, non ſolum peramplius ſemper ornare, ſed quæ ab illis, etiam translata eſſe reperiuntur, eis favente Domino reſtituere, pie ſancteque ſtudemus, ut quo frequentius Chriſtifideles eas viſitaverint, per devotionis ſinceritatem redemptionis ſuæ fructum facilius conſequi, & ad ſempiternæ Gloriæ Beatitudinem feliciter pervenire.

Leo X. Stationum Indulgentias ad Eccleſiam Sāctæ Mariæ in Dominica a Baſilica Liberiana tranſtulit.

§. 1. Cum itaque ſicut aecepimus, alias felicis recordationis Leo Papa Decimus Prædeceſſor noſter, Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Dominica de Urbe, vulgariter ad Navicellam nuncupatam celebriorem reddere volens, & ut eo libentius Chriſtifideles ad eam viſitandam confluerent, quo majora ſpiritualia munera exinde, ſi adipiſci poſſe cognoſcerent, quaſcumque ſtationum indulgentias, & peccatorum remiſſiones, quæ, qualibet ſecunda Domioica cujuſlibet quadrageſimæ, a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, Chriſtifidelibus Baſilicam S. Mariæ Majoris de dicta Urbe viſitantibos conceſſæ erant, ad eandem Eccleſiam S. Mariæ in Dominica Apoſtolica autboritate tranſtulerit illaſque ipſis Chriſtifidelibus Eccleſiam S. Mariæ in Dominica hujuſmodi in dicta ſecunda Dominica quadrageſimæ viſitantibus, eadem anthoritate conceſſerit, prout io ipſius Leonis Prædeceſſoris literis deſuper confectis.

Pius utrique Eccleſiæ Stationum Indulgencias cōcedit.

§. 2. Nos booum, & Chriſtifidelium animabus ſalutare eſſe, ſimulque ad divini cultus honorem plurimum tendere exiſtimantes, ne ipſa Baſilica S. Mariæ Majoris, quæ quidem divina revelatione, ut pia hiſtoria legitur, erecta fuit, & plurimis Sanctorum Reliquiis referta reperitur, ſuis ſolitis bonoribus, & viſitationibus deſtituta remaneat, verum cupientes pro paſtorali noſtro offieio utramque, & Baſilicam Sanctæ Mariæ Majoris, & Eccleſiam S. Mariæ in Dominica, bujuſmodi d. ſecunda Dominica Quadrageſimæ, ab eiſdem Chriſtifidelibus pariter viſitari, & devote frequentari, omnibus, & ſiogulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui ſecunda Dominica Quadrageſimæ ſingulis annis perpetuis futuris temporibus, vel Baſilicam S. Mariæ Majoris, vel Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Dominica devote viſitaverint, & pias ibi ad Deum preces effuderint, alia ſolita ad id requiſita adimpleverint, prædictas, & eaſdemmet ſtationum indulgentiam, & peccatorum remiſſiooes conſequaotur, & conſequi poſſint, dicta auctoritate Apoſtolica, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine perpetuo concedimus, & ita tam Baſilicam S. Mariæ Majoris, ut illæ ipſæ ſtationum indulgentiæ, in Eccleſia S. Mariæ in Dominica, ſecunda Dominica Quadrageſimæ, integræ perpetuo remaneant, plenarie reſtituimus.

§. 3. Non obſtantibus ipſius Leonis Prædeceſſoris translatione hujuſmodi, ac quibuſvis aliis Conſtitutiooibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Derogat contrariis.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, quarto Idus Martii, Pon. noſtri Anno IV. Dat. die 12. Martii 1569. An.IV.

CXIII.

Contra offendentes ſtatum, res, & perſonas Sanctiſſimi Officii Inquiſitioois hæreticæ pravitatis, eorumque filios, necnon complices, & fautores.

Ad hæc habes etiam Conſt. XII. Julii III. Licet a diverſis. *Tom. IV. Par. I. fol.* 278.

P I U S E P I S C O P U S

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

SI de protegendis ceteris omnibus Eccleſiæ miniſtris, quos io fidem, & clientelam noſtram a Domino recepimus, cura Nobis quotidiana inſidet, quanto majore ſtudio eam Nos ſolicitudinem capeſſere neceſſe eſt, ut qui in ſacro Inquiſitioois hæreticæ pravitatis Officio verſantur, ſub tutela inviolatæ auctoritatis hujus Sedis periculorum omnium expertes quæque munera ad exaltationem fidei Catholicæ exequantur. Forma publicandi.

§. 1. Cum itaque ejus generis impiorum vis quotidie magis invaleſcat, qui omnibus malis artibus prædictum Officiom ſubvertere, miniſtroſque functionibus diſturbare moliuotur, eo jam Nos detruſit neceſſitas, ut nefariam, & ſceleſtam illorum audaciam acer- Cauſa hujus Cōſtitutionis.

acerbiore caſtigationis verbere reprimamus.

Offendentes, ſeu impedientes perſonas Inquiſitorum, &c.

§.2. Hac igitur generali Conſtitutione de Fratrum noſtrorum conſilio ſancimus, ut quicumque ſive privatus, ſive cuncta Civitas, ſive Populus, ſive Dominus, Comes, Marchio, Dux, vel potiore titulo Illuſtris, quemvis ex Inquiſitoribus, Advocatis, Procuratoribus, Notariis, aliiſque miniſtris prædicti Officii, vel Epiſcoporum id munus in ſua Diœceſi, aut Provincia obeuntium, ſeu accuſatorem, denunciatorem, aut teſtem in cauſa fidei quomodocumque productum, vel evocatum occiderit, verberaverit, deiecerit, ſeu perterrefecerit.

Bonaque diripientes.

§.3. Quive Eccleſias, ædes, aliaſve res, ſive publicas, ſive privatas Officii, aut miniſtrorum expugnaverit, invaſerit, incenderit, expilaverit, aut libros, literas, auctoritates, exemplaria, regeſtra, protocolla, exempla, ſcripturas, aliave inſtrumenta, ſive publica, ſive privata ubicumque poſita combuſſerit, diripuerit, ſeu interverterit, ſeu ex incendio, aut direptione, etiam inermis, ſive capiendi, ſive comburendi, ſive ſupprimendi cauſa fuerit, ſive res, aut perſonas ſervari, defendive prohibuerit.

Et carceres frangêtes, &c. pœnas hic deſcriptas incurrant.

§.4. Quive carcerem, aut aliam cuſtodiam, ſeu publicam, ſeu privatam effregerit, vinctum extraxerit, ſeu emiſerit, capiendum prohibuerit, captumve eripuerit, receperit, occuluerit, ſeu facultatem effugiendi dederit, ſeu juſſerit id fieri, qui cœtum, concurſumve fecerit, ſive ut aliquid prædictorum fieret, homines accommodaverit, ſive alias auxilium, conſilium, aut favorem, publice, vel occulte, in quolibet prædictorum ſcienter præſtiterit, licet nemo occiſus, verberatus, nemo extractus, emiſſus, vel ereptus, nihil expugnatum, nihil effractum, ſucceſſum, direptumve, nullum denique damnum reipſa ſit ſecutum: nihilominus is ſit anathemate præſentis canonis auctoritate ligatus; idem quoque læſæ majeſtatis reus, dominio, dignitate, honore, feudo, ac quocumque alio beneficio temporali, & perpetuo eo ipſo privatus, ſæcularis Judicis arbitrio relinquatur, qui de eo illas ipſas pœnas exigat, quæ damnatis primo capite dictæ legis per Conſtitutiones legitimas irrogantur, bonis, rebuſque omnibus fiſci juribus applicatis, uti etiam eſt de damnatis hæreticis per ſanctiones canonicas conſtitutum ejus filii paterna infamia ſubiecti, omnis, & cujuſcumque hæreditatis, ſucceſſionis, donationis, & legati, ſive propinquorum, ſive extraneorum omnino fiot expertes, eiſdem præterea portæ numquam pateant dignitatum.

Delinquentes claras tantummodo probationes in contraria adducere poſſunt.

§.5. Nemo autem expurgationem habere, aut cauſam ullam proponere, vel prætendere poſſit, qui tantum nefas in contemptum, & odium hujus Officii admiſerit, niſi contrarium per claras probationes docuerit ſe feciſſe. Quod porro de prædictis, eorumque filiis ſtatuimus, illud idem de omnibus clericis, & presbyteris ſæcularibus, & quorumvis Ordinum, etiam exemptorum regularibus, & quacumque etiam Epiſcopali, & majori dignitate præditis, ac etiam privilegio quomodocumque ſuffultis, decernimus exequendum, ita ut ipſi beneficiis, & officiis omnibus Eccleſiaſticis, præſentium auctoritate privati per Judicem Eccleſiaſticum hæreticorum more degradentur, demum poteſtati ſæculari traditi, pœnis prædictis laicorum inſtar ſubiiciantur.

Epiſcoporum tamen cauſæ Rom. Pontif. reſervantur.

§.6. Pontificum tamen cauſis Nobis, & Succeſſoribus noſtris reſervatis, ut re quæſita, & Nobis renunciata, contra eos ad depoſitionem, & alias pœnas prædictas procedamus, uti criminis atrocitas videbitur poſtulare.

Intercedentes pro præfatis delinquentibus hæreſis pœnas incurrunt.

§.7. Quicumque autem pro talibus veniam petere, aut alias intercedere tentaverint, in eaſdem illas pœnas, quæ in hæreticorum fautores a Sacris Conſtitutionibus inferuntur, ipſo facto ſe noverint incidiſſe.

Revelantes hujuſmodi delicta, impunitatem conſequuntur.

§.8. Verum ſi quis etiam hujuſmodi criminum conſcius vel affinis, ſive Religionis ſtudio, ſive pœnitentia ductus rem adhuc incognitam retexerit, ſupplicio liberetur.

Forma ſervanda in abſolutionibus hujuſmodi criminũ a Pont. conceden.

§.9. Ceterum eam omnium, & quarumcumque abſolutionum rationem a prædictis criminibus, necnon habilitationum, & reſtitutionum, etiam ad famam, & honores, ita deinceps habendam optamus, ut Succeſſores noſtri nullas niſi ſaltem ſemeſtri poſt cujuſque aſſumptionem ad hujus dignitatis faſtigium excurſo, ac precibus apud ſupremum Officium Inquiſitionis hic inſtitutum verificatis, concedant. Decernentes omnes, & quaſcomque hujuſmodi abſolutiones, habilitatiooes, & reſtitutiones, quæ precibus ſic non verificatis de cetero fient, nemini prorſus prodeſſe, ſed nec præſentibus, niſi toto ipſarum tenore ad verbum inſerto, & gratia ex certa Romani Pontificis ſcientia facta, & propria manu ſubſignata, ulla in parte derogari, nec derogatum cenſeri debere, & ſi illis ex quacumque cauſa aliter derogari contigerit, derogationes hujuſmodi nullius prorſus fore roboris, & momenti.

Deputatio executorum.

§.10. Jubemus igitur univerſos, & ſingulos Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & ceteros Eccleſiarum Prælatos per univerſum Orbem conſtitutos, ut per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, aut earum exempla in ſuis quiſque Provinciis, Civitatibus, Diœceſibus, & locis ſolemniter publicare, & quantum in ſe eſt, firmiter obſervari procurent, contradictores quoſcumque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ipſaſque cenſuras, & pœnas etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum.

§.11. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſũptorum.

§.12. Volumus autem ut præſentium exempla etiam impreſſa edantur, eaque Notarii publici manu &c.

§.13. Cete-

Obteſtatio in Principes.

§.23. Ceterum omnes Orbis Terrarum Principes, quibus gladii ſæcularis poteſtas in malorum vindictam eſt permiſſa, per eam, quam ſe tueri promiſerunt, fidem, obteſtamur, ita ſuas quiſque partes, ſive in præſtando miniſtris prædictis auxilio, ſive in criminum poſt Eccleſiæ ſententiam animadverſione, in tempore, ut eorum quoque præſidiis miniſtri ipſi tanti Officii munus pro Dei æterni gloria, & Religionis incremento feliciter exequantur, ampliſſimum a Domino præmium recepturi, quod fidei prædictæ aſſertoribus in æternæ beatitudinis conſortio præparavit.

Sanctio pœnalis.

§.14. Nulli ergo omnino hominum &c.

D. P. An.IV. 1. Aprilis.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Kalendis Aprilis, Pontificatus noſtri Anno quarto.

Papæ ſubſcr.

✠ Ego Pius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Sequuntur ſubſcriptiones Cardinalium, & publicatio.

CXIV.

Reformatio Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, & ejus Officialium.

Alia reformatio habetur in Pii IV. Conſt. LXII. In ſublimi. *Tom. IV. Par. II. fol. 116. De auctoritate vero Summi Pœnitentiarii vide Conſt. XXVIII. Six. IV.* Quoniam. *Tom. III. Part. II. fol. 187. Et de Officialibus agitur in Conſt. ſubſequen.*

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

IN omnibus rebus humanis nihil tam perfecte inſtitui, nihil ullis legibus, ſanctionibuſque tam diligenter muniri poteſt, quin id lubrica, & præceps, malorumque omnium effectrix cupiditas novis quotidie artibus pervertere atque corrumpere moliatur. Quocirca omnes ad hujus præcelſæ dignitatis faſtigium evecti, perpetua quadam neceſſitate coguntur, nuſquam oculos a commiſſo ſibi grege avertere, ſed continenter vigiles circumferre, ut quandocumque uſus poſcit, novis modo legibus ferendis, modo veteribus corrigendis, vel ad uſum revocandis, ea, quæ paulatim depravata ſunt, in melius reformentur. Quod quidem Nos jam inde ab ipſo Pontificatus noſtri principio, & liberaliter fecimus, & quantum in Nobis eſt, illud idem ſtatutum urgere, & perſequi, annuente Deo, conamur: neque quicquam Nobis eſt, vel præclarius vel optabilius, quam ut collapſos a vetere diſciplina mores, ad priſtinam ſuam integritatem denuo erectos, & in agro Domini a pravarum conſuetudinum ſentibus omnia diligenter perpurgata videamus.

Cauſæ hujus reformationis

§.1. Sed ne dum ea, quæ ad communem totius corporis ſalutem pertinent, tautopere procurantur, quiſdam Nos accuſet, quod eam partem, quæ Nobis proxima eſt, negligamus, neque illius ulceribus neceſſarium ſalutis remedium applicemus, divino auxilio freti, Curiæ noſtræ univerſæ reformationem jamdudum oculis noſtris obverſantem aggredi decrevimus: pro qua etſi ante hac nonnulli Prædeceſſores noſtri multa ſancte, & ſalubriter ordinarunt, hominum tamen fragilitate non ita multo poſt, aut neglecta aut corrupta ſunt, aliis atque aliis aliena ſuo ſibi Officio uſurpantibus, & dictæ Curiæ expeditiones invicem confundentibus, quarum ſingulis ſagax illa vetuſtas, proprium, & diſtinctum, pro cujuſque diverſitate, & materiæ genere officium, tanto ſtudio aſſignavit. Unde Nos operæ pretium fore arbitrati illud in primis conari, ut quod cuique Officio congruit, ad illud idem revocetur, demum ſapienter providere, & providenter ſtatuere, per quos viros, quibuſque modis Curiæ prædictæ negotia, pro rerum, temporum, & locorum qualitate deinceps dirigatur. At quia ceteris omnibus illa anteponere neceſſe eſt, ex quibus pendere dignoſcitur periculum animarum.

Revocatio facultatum Pœnitentiariæ.

§.2. Nos hujuſce reformationis exordium a Pœnitentiariæ noſtræ Officio capere inſtituimus, ejuſque rei cauſa omnem auctoritatem ordinariam, & delegatam, omniaque privilegia, facultates, & indulta ideo duximus revocanda, ut habita de miniſtrorum qualitate, numero, functionibus, & Officiis ratione explicita, novam futuris formam de integro præſcribere valeamus, qua ipſum Pœnitentiariæ Officium certis quibuſdam facultatibus, quæ aliis Officiis magis conveniunt exoneratum atque expeditum, de hinc ea, quæ animarum ſalutem præcipue concernunt, attentiore ſtudio proſequatur.

Amotio quorumdam officialium.

§.3. Primum igitur omnium de hujuſmodi Officio, miniſtris, & functionibus rationem prodere volentes, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula loca, ſeu Officia Referendariorum, Correctorum, & reviſoris, necnon functiones, & exercitia Scriptorum, qui vigintiſeptem, & Procuratorum, qui vigintiquatuor ſunt, quorumcumque Procuratorum octo Officia ad diſpenſationem pro tempore exiſtentis majoris Pœnitentiarii pertinere noſcuntur, in eodem Pœnitentiariæ Officio perpetuo ſupprimimus, & abolemus; eorumque Scriptorum, & Procuratorum rationem aliorſum habituri, illos omnes jam nunc ab ipſo Pœnitentiariæ Officio amovemus.

Deputatio aliorum Officialium.

§.4. Ad dictum officium dehinc majore Pœnitentiario, Regente, Datario, uno Correctore, uno Magiſtro in Theologia, uno Doctore in decretis, duobus Procuratoribus, duobus Scriptoribus, & uno Sigillatore, quos pro futuris rebus & negotiis illius ſatis eſſe duximus, perpetuo conſtare volumus.

§.5. Illo-

Quorum officia vendibilia eſſe prohibet.

§.5. Illorumque omnium officiorum in ipſo Pœnitentiariæ Officio conſtitutorum, venditionem, aut quamvis aliam voluntatem tacitam vel expreſſam ea dimittentium diſpoſitionem expreſſe prohibemus; ſed illa omnia probis & peritis gratis omnino, & ſine aliqua dimittentium, aut aliorum quorumcumque acceptione concedantur: quod ſi ſecus factum fuerit, quæcumque conceſſiones de illis pro tempore factæ nullius ſint roboris, vel momenti.

Pœnitentiarius major qui

§.6. Præterea ſtatuimus, & ordinamus, ut deinceps in perpetuum major Pœnitentiarius officium ſuum per ſe ipſum exerceat; quare ſit presbyter, magiſter in Theologia, ſeu decretorum doctor; & ſi cauſa legitima a Romano Pontifice admiſſa, abſens, ſeu impeditus fuerit, unum alium ex S. R. E. Cardinalibus prædictis qualitatibus inſignitum ſibi Propœnitentiarium ſubroget; qui interim hoc munus etiam per ſe ipſum proſequatur, literaſque non Pœnitentiarii delegantis, ſed ſuo proprio nomine expediri.

Regenſque & Datarius qui

§.7. Similiter Regens, Datarius, Magiſter in Theologia, & Decretorum Doctor, viri eximia doctrina præſtantes, caſuumque conſcientiæ periti.

Corrector.

§.8. Item Corrector in Decretis, ſtylo, ceteriſque Pœnitentiariæ rebus diligenter verſatus & inſtructus.

Sigillator.

§.9. Ac etiam ſigillator probatæ vitæ, & uti id munus poſtulat, omnium officii expeditionum peritus. Qui omnes majoris Pœnitentiarii cura & ſollicitudine delecti, & a Romano Pontifice confirmati, ad ſuum quiſque officium admittantur.

Procuratores, & Scriptores qui

§.10. Procuratores quoque & Scriptores prædicti, vita, moribuſque integris ornati ad ſuum quiſque officium exercendum idonei. Ad hæc omnes prædicti Officii miniſtri, etiam Procuratores, & Scriptores ſint presbyteri, vel certe in aliquo ex ſacris Ordinibus conſtituti, hujuſmodi arcanorum continentiſſimi; quorum etiam de juramento de fidelitate præſtando adſcribatur, quod nec occultos hujuſmodi, nec perſonas umquam cuiquam extra officium revelabunt: qui ſecus fecerint, non levius quam presbyteri peccatorum confeſſiones prodere audentes, puniantur.

Et a quo examinandi.

§.11. Procuratoriæ autem & Scriptoriæ officia ita demum a majore Pœnitentiario illis concedantur, qui prius a Regente, & Correctore, ſuper vita, moribus, ætate, ſcientia, & aliis qualitatibus requiſitis, diligenter ac propoſitis edictis, & mora ſex dierum præcedente per concurſum examinati, & idonei comprobati fuerint, alioquin omnes conceſſiones, etiam ſi a Romano Pontifice ex aliqua cauſa pro tempore factæ fuerint, pro irritis habeantur.

Officiales per ſe ipſos exerceant, ſuiſque ſtipendiis ſint contenti.

§.12. Omnes vero ſupradicti officia ſua per ſe ipſos cum diligenter, tum etiam fideliter exerceant, ſolique præſentes & actu exercentes, niſi legitime impediti, fructus, & emolumenta percipiant; quorum ſingulis certum, ſtatumque aliunde ſtipendium cuique conveniens aſſignare intendimus, quo ſolo contenti eſſe debeant, nihilque aliud etiam ſponte oblatum a partibus, aut alias ſive pro expeditionis celeritate, ſive pro alio extraordinario labore, tam procurando quam ſcribendo, aut recognoſcendo, & examinando, capere poſſint; quicumque ſecus fecerint, Officio ſuo hujuſmodi privati, Excommunicationis quoque ſententia innodati eo ipſo cenſeantur, cujus abſolutionis beneficium ab alio, quam Romano Pontifice, excepto mortis articulo, nequeat obtinere.

Regentis Pœnitentiariæ munus.

§.13. Ut autem negotia univerſa, qua decet puritate, & diligentia dirigantur, prædictus Regens petitiones, caſuſque omnes ad prædictum Officium deductos in primis examinet diligenter; quæque perſpicua, & ſecundum communem in eodem Officio curſum, abſque difficultate expediri conſueverunt, eadem expediri jubeat, nihilque omnino vel ordinarium, aut clarum, niſi prius ab ipſo recognitum, & probatum, Procuratores expedire incipiant. Dubia vero vel obſcura, vel difficultate obſtructa, Regens ipſe ad majorem Pœnitentiarium referat, ut diligentius examinentur, demum in ejus ſignatura propoſita, cum maturo omnium judicio decidantur.

Materiæ dividantur.

§.14. Ceterum materiæ omnes ſive conficiendæ, ſive ſcribendæ, inter Procuratores, & Scriptores, cura Sigillatoris æqualiter dividantur.

Correctoris officium.

§.15. Sed ut literæ prædictæ ſtylo ſuo conſcriptæ, ſanæ, & incorruptæ emittantur, Corrector prædictus, antequam illæ ſcribantur, ſchedulas ſive minutas earum a prædictis Procuratoribus conficiendas, cum ſupplicatione expedita diligenter recognoſcat, examinet, & corrigat, ut inde literæ ipſæ mundæ, & integræ, raſuriſque prorſus carentes expediantur. Itemque ſuper omnibus materiis, tam ordinariis quam extraordinariis, ſupplicationes, ubi illis opus erit, in totum expediri debeant, prius quam ad expeditionem literarum ſuper illis quoquo pacto procedatur.

Sigillatoris officium.

§.16. Denique Sigillator prædictus literas omnes eatenus recognoſcat, ut manus requiſitæ illis appoſitæ ſint, & earum datæ cum libello ſupplicationis concordet; deinde ipſius ſigillo Pœnitentiariæ obſignatas, & in totum gratis ubique expeditas, tunc demum eas procurantibus reſignet.

Pro expeditione literarum nihil ſolvatur.

§.17. Illud autem ſancte, & inviolate apud Officium prædictum volumus obſervari, ut nihil prorſus pro literarum confectione, & expeditione, nec alias etiam pro charta, atramento, cera, capſula, cordulis, aliiſque rebus ad ipſam expeditionem pertinentibus exſolvatur, rationem aliunde habituri, unde hæc omnia, ſimulque miniſtrorum omnium ſtipendia debeant comparari.

Sigillator cuſtodiat omnes ſcripturas Pœnitentiariæ officium concernen.

§.18. Sed nequid rerum dictæ Pœnitentiariæ lapſu temporis pereat, neglectumque jaceat, Sigillator ipſe omnia exemplaria, literas, ſcripturas, & inſtrumenta quorumcumque privilegiorum, facultatum, conceſſionum, prohibitionum, reformationum, & ceterorum omnium dictum Officium Pœnitentiariæ in univerſum, & privatim

vatim concernentium, fideliter, ac cum periculo ſuo aſſervet, deque his omnibus authenticum inventarium, ac regeſtum conficiat; cum quicquid poſtea additum, ſtatutum, conceſſum, vel vetitum erit, illud totum qualecumque quamprimum adſcribatur, & ſic deinceps hæc omnia in futurorum Sigillatorum fidem cum eiſdem conditionibus, & periculis deponatur.

Officialium Juramenta.

§.19. Ad retinendam vero in dicto Officio puritatem, & confirmandam ſingulorum fidem, diſtricte præcipimus, ut juramenta, quæ in admiſſione officialium requiruntur, ad præſentem noſtram reformationem accommodata, quotanuis in manibus dicti majoris Pœnitentiarii debeant iterari.

Inobedientiū pœnæ.

Quas habes etiam in Conſt. ſeq.

§.20. Monemus inſuper omnes, & ſingulos ſupradictos, ut caveant diligenter, ne in officiorum ſuorum exercitio, fraus, vel dolus quoquo pacto admittatur, vel captio inducatur, neve ipſi partibus quidquam doloſe, & fraudulenter ſuggerant, quo facilius optata impetrare poſſint, ſed ſolum petitiones juſtas, rationabiles, & honeſtas, recipiant, & proponant. Quod ſi dolum, vel fraudem feciſſe, aut quidquam, vel minimum pro labore, aut alias quoquomodo accepiſſe convicti fuerint, præter illas cenſuras, & pœnas, quæ contra talia admittentes quomodocumque propoſitæ ſunt, in pœnam privationis officiorum ſuorum incurrant, & ad futura inhabiles, infameſque reputentur, prout Nos illos privatos, inhabiles, & infames declaramus eo ipſo.

Decretum irritans.

§.21. Decernentes ex nunc irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper prædictis, aut eorum aliquo a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.22. Non obſtantibus noſtra de non tollendo jure quæſito, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac de certo officiorum prædictorum numero, etiam pluries a Romanis Pontificibus reducto, necnon Officii Pœnitentiariæ hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, vetere ſtylo, & conſuetudinibus quantocumque tempore obſervatis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Juſſio obſervantiæ.

§.23. Depulſa igitur omnis avaritiæ fœditate, pro ſe quiſque, piam caſtamque mentem ad impoſitum ſibi munus pro Dei æterni gloria, & Chriſtifidelium ſalute acriter intendat, & pro virili parte conetur, ut cuncta proſpera, & hoc tanto Officio digna ſuccedant, Sedeſque Apoſtolica pro bene geſtis condignæ laudis præconio in ſingulis Chriſtiani Orbis partibus plenius celebretur.

Nulli ergo &c.

D. P. An.IV. 18. Maii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1569. 15. Kal Junii, Pontificatus noſtri Anno IV.

CXV.

Limitatio nonnullarum facultatum Maioris Pœnitentiarii ejuſdemque Miniſtrorum.

Ex Regeſt. in Archiv. Vat.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium:

UT bonus Paterfamilias ſi quando nutantem domum ſuam fulcire & reficere aggreſſus ſimul atque partem ejus aliquam in eum ſtatum perduxit, ut habitari commode poſſit, eam nova ſuppellectile inſtituit, & exornat, ut dum ceteræ quoque eodem modo inſtaurantur, hæc ſaltem interea non jaceat otioſa, ſed uſus ex ſe aliquis Domino præbeatur. Ita Nos qui Curiam noſtram univerſam, multorum cupiditate tentatam in meliorem ſtatum vertere contendimus, inter alios ejus Ordines ad Pœnitentiariæ noſtræ Officium in primis converſi novam illi facultatem de integro præſcribere ſtatuimus, qua ſola deinceps in rebus, & negotiis ſuis uti debeat.

Quæ in præcedenti Conſtitutione ſteterat recenſet.

§.1. Quare nuper omnem illi auctoritatem, & poteſtatem ordinariam, & delegatam, omniaque privilegia, facultates, & indulta omnino ademimus. Deinde certa quædam de Miniſtrorum qualitate, numero, functionibus, & Officiis, quæ magis convenire viſa ſunt, aliis noſtris literis ordinavimus.

Maiori Pœnitentiario facultates, quæ propriæ muneris pœnitentialis ſunt, relinquit.

§.2. Nunc vero ne illud etiam, dum in ceteras dictæ Curiæ partes inquirimus, deſideat, ſed, & interim, & ſemper deinceps omnibus uſui ſit, ſolis rurſus facultatibus, quæ Pœnitentialis muneris maxime propriæ ſunt, & ad egentium Fidelium remedium accommodatæ communire intendimus, quibus ejus Præfectus vice noſtra illis ipſis, quorum cauſa fundatum eſt, extemplo ſuccurrat, eademque opera Nos tot tantiſque ſine intermiſſione curis exagitatos aliquo pacto exoneret, ne illi cunctationis noſtræ neciſſitate morati, diutius in reatu, & ſordibus pendeant, neve quiſquam in graviora pericula deducatur.

Omnes abſolvere poteſt in foro conſcientiæ.

§.3. Concedimus igitur majori Pœnitentiario noſtro, ut poſſit abſolvere, & abſolvi mandare in foro Conſcientiæ dumtaxat omnes, & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas ſæculares, & regulares cujuſcumque dignitatis, qualitatis, & ordinis, necnon laicos utriuſque ſexus tam præſentes quam abſentes in omnibus caſibus, etiam Romano Pontifici, & Apoſtolicæ Sedi reſervatis, literiſque Apoſtolicis comprehenſis, quæ die Cœnæ Domini quotannis promulgantur, & prorſus ab omnibus, & quibuſcumque aliis criminibus, peccatis, exceſſibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus tam ocultis, quam publicis, necnon excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis illorum occaſione, vel cauſa latis, injuncta inde illis pro culpæ modo pœnitentia ſalutari, & aliis quæ de jure fuerint injungenda,

Digitized by Google

da, ac etiam diſpenſare, & diſpenſari mandare, cum quibus expediens videbitur, etiam in priſtinum ſtatum reſtituendo, ſed in dicto foro conſcientiæ tantum ſuper quacumque irregularitate, inhabilitate, defectu, & infamia, præterquam ex crimine hæreſis, homicidio voluntario, contracta ſcienter ſimonia, & publicis criminibus, ſuper quibus Rumanum Pontificem prius ab ipſo Pœnitentiario volumus conſulendum.

Quibus in caſibus Rom. Pontificẽ debeat conſulere.

§.4. Utque in ſuſceptis etiam ſacris, & Presbyteratus Ordinibus miniſtrare, & ad ſuperiores conſcendere, ac dignitates, etiam Cathedrales, & Metropolitanas, ac beneficia, & Officia Eccleſiaſtica obtenta canonice collata, quæcumque ſint, retinere, aliaque conſequi, & habere.

Poteſt etiam habilitare ad dignitates, & beneficia in eodem foro.

§.5. In contractis vero Matrimoniis, ſi impedimenta occulta ſint, exceptis primo conſanguinitatis, vel affinitatis, aut ſecundo in linea inæquali conſanguinitatis gradu remanere, & in ſuperveniente impedimento debitum petere poſſint, prolem, ubi opus erit, in eodem tamen conſcientiæ foro legitimam decernendo, adiecta literis clauſula *nullis*, quæ ſimilibus conſuevit apponi.

In contractis Matrimonialibus diſpenſare a nonnullis impedimẽtis.

§.6. Ad hæc quoque abſolvere, & abſolvi mandare excommunicatos, & ſuſpenſos a ſententia generali, vel ſpeciali delegatorum, aliorumve Judicum, quorum juriſdictio expiravit, ac etiam eos, quorum abſolutio per eoſdem Judices, aut alios eſt ad Romanum Pontificem, & dictam Sedem quomodocumque remiſſa, & item eos, qui legitimo impedimento detenti præſentiam Judicum, vel eorum, qui ipſos excommunicarunt, aut ſuſpenderunt per ſe, vel alium, ſeu alios adire non poſſunt, modo ſatisfactio, vel compoſitio inter partes ſit ſecuta.

Abſolvere ab excommunicatione, & ſuſpenſione.

§.7. Necnon commutare vota quęcumque in alia pietatis opera, votis Sepulchri Dominici viſitationis, ac liminum beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli de Urbe, caſtitatis & Religionis dumtaxat exceptis.

Vota commutare.

§.8. Dubia quoque in materia peccatorum, ſeu forum pœnitentiale alias quomodolibet concernentia, cum conſilio Doctorum, & Theologorum ſuorum declarare.

Dubia ad forum pœnitentiale pertinẽtia ſolvere.

§.9. Et de male ablatis, vel retentis incertis mandare, ut etiam parte aliqua delinquentibus pauperibus, ſi videatur remiſſa, eorum qualitate, & neceſſitate penſatis reſiduum pauperibus, vel aliis piis operibus in locis, ſi fieri poſſit, ubi illa ablata ſunt, aut extorta, vel uſurpata convertantur.

Super male ablatis, vel retentis incertis abſolvere.

§.10. Poſtremo prohibemus prædicto Majori Pœnitentiario, ne in ullis caſibus publicis abſolutiones pro Principibus, & aliis Jus Imperii habentibus, necnon Dominiis, Rebus publicis, item Epiſcopis, & aliis ſuperioribus prælatis præſentium auctoritate concedat, ſed quotieſcumque quid horum contingat, aut Nos, aut Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem properet conſulendum, nec etiam in ipſis occultis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales abſolvat, qui vivente Romano Pontifice, de futuro quo piam eligendo, vel excludendo quoquo pacto tractaverint, vel pro ſe ipſis, vel aliis ſuffragia inierint, vel etiam Sede ipſa vacante ambitus fecerint, aut pactiones habuerint de eiſdem, decernentes irritum, & inane quidquid deinceps per illum, ac dictum Officium præter, & contra conceſſionem, atque formam præmiſſorum, etiam aſſerto vivæ vocis oraculo, ac ſpeciali, & expreſſo Papæ mandato, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Super quibus perſonis Pontificem debeat conſulere.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, quintodecimo Kal. Junii, Pontificatus noſtri Anno IV.

Dat. die 18. Maij 1569. An.IV.

CXVI.

Scriptores, & Procuratores Pœnitentiariæ Apoſtolicæ ad Cancellariam Apoſtolicam transferuntur, & Scriptores, & Procuratores literarum minoris gratiæ inſtituuntur.

De materia Pœnitentiariæ, vide in Conſt. præced. De materia vero Cancellariæ, vide in Pii IV. Conſt. LXIV. Univerſi gregis *T. IV. Part. II. fol.* 120.

PIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

IN earum rerum commutatione, quam magnis ſuadentibus cauſis facere compellimur, hoc quoque a Nobis ſedulo curandum eſt, ut ille miniſtrorum numerus, cui novo ordine compoſito uno in loco uſui eſſe deſiit, in alium magis convenientem commodis rationibus elocetur.

Exordium.

§.1. Cum igitur in generali reformatione Officii noſtri Pœnitentiariæ, & quam nuper edidimus, inter talia multa, duo officia Correctorum, itemque functiones, & exercitia omnium, & ſingulorum Scriptorum, qui vigintiſeptem, & Procuratorum literarum dictæ Pœnitentiariæ, qui vigintiquatuor ſunt, in prædicto Pœnitentiariæ Officio, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine extinxerimus, & aboleverimus, ac eorumdem Scriptorum, & Procuratorum, qui tunc literarum Pœnitentiariæ erant, rationem aliorſum habituri, eos omnes ab ipſo Pœnitentiariæ Officio ſubduxerimus, quemadmodum literis noſtris deſuper confectis plenius continetur.

In Conſt. præced. ſubduxit hic Pont. a Pœnitentiariæ officia Correctorum, Scriptorum, & Procuratorũ exceptis duobus.

§.2. Nos dictis officiis Scriptorum, & Procuratorum, eorumque Collegiis novum ſtatum inducere, & quantum in Nobis eſt, ſingulorum ea obtinentium indemnitati conſulere volentes, de ſimili poteſtatis plenitudine omnia, & ſingula officia, & loca Scriptorum, & Procuratorum prædictorum, ipſorumque perſonas, & Collegia (novo nomine, & titulo utriuſque indito, ac libera conceſſione, & omnimoda

Et nunc dicta officia Scriptor., & Procurat. ad Cancellariã transfert.

nimoda alia diſpoſitione octo officiorum hujuſmodi Procuratorum majori Pœnitentiario eodem quo antea jure perpetuo remanente) ad Cancellariam Apoſtolicam transferimus, & cum ea perpetuo conjungimus. Ita ut qnondam Scriptores literarum Pœnitentiariæ, dehinc Scriptores literarum Apoſtolicarum minoris gratiæ, alteri vero Procuratores literarum earumdem minoris gratiæ appellentur, & inſcribantur.

Et locum illis in eo aſſignat.

§.3. Quibus concedimus, & aſſignamus menſam, ſeu bancum utriuſque commune in eadem Cancellaria poſt milites Sanctorum Petri, & Pauli, aut alio ibi loco a dilecto filio noſtro S. R. E. Vicecancellario conſtituendo, ad quod literæ omnes hoe dehinc Officio literarum minoris gratiæ expediendæ, in primis deferantur.

Formamque ſtatuit expeditioni literarum.

§.4. Statuentes, ut materiæ, quæ in dicto Pœnitentiariæ Officio proximis ante dictam reformationem temporibus communiter habebantur, & ex ordinatione noſtra in ſummam redactæ ſunt, deinceps per noſtram, ac Romani Pontiſicia pro tempore exiſtentis, deputatorumve ſignaturam fiant. Harum omnium libellos ſupplices, & idem literarum ſuper eis conſiciendarum ſchedulas ſive minutas, ſoli Procuratores ad dictæ Cancellariæ ſtylum conſcribant. Conſcriptas minutas Abbreviatores literarum Apoſtolicarum de majori præſidentia in primis examinent, &corrigant. Correctas ſoli Scriptores hujuſmodi literarum minoris gratiæ deſcribant. ut inde literæ ipſæ ad Cancellariam prædictam, & defenſores, alioſque Præſidentes in banco prædicto deferantur, ubique ſecundum regulam ad ritum dictiOfficii Pœnitentiariæ moderandam taxentur. Mox ab Abbreviatoribus prædictis, inſtar aliarum in eadem Cancellaria recognitæ, & ad ſupplicationem cullatæ, ad Bullariam mittantur, ſubiectoque plumbo protinus a ſigillatore prædicti Officii Pœnitentiariæ capiantur; qui taxa ad præſcriptum noſtrum recepta, eas per deſcriptores ad id aſſumendos juxta noſtras ſuper hoc ordinationes regeſtari, & regeſtatas ad exemplum, ut in aliis moris eſt, conſerre; denique ſingulis literia prædictis omnem impenſam per verbum *Expoſuit*, uti literis Officii Pœnitentiariæ prædictæ moris erat, ſubſcribere, idque etiam regeſto prædicto adnotare procuret.

Emolumenta Officialibus aſſignat.

§.5. Percipiendorum autem a quoque fructuum, & emolumentorum ſuorum ea ratio eſſe debeat, ut finito menſe in primia ſalaria eorum omnium, qui ad menſam prædictam defenſores, & alio Officii munere ex Scriptoribus, & Procuratoribus literarum minoris gratiæ hujuſmodi conſtituantur, & ſolvantur; demum Procuratores, & Scriptores ſuam quiſque portionem viritim per ſua collegia, ut antea diſtribuendam, capiant, Regens vero Cancellariæ, & Abbreviatores prædicti, pro laboribus illud idem de ſingulis expeditionibus, quod olim prædicti duo Correctores, & ſtipendium, & emolumentum libere, & licite percipient. Cetera item ſalaria, & emolumenta in plumbo, & utroque regeſto, videlicet, ſupplicationum, & literarum prædictarum, & alibi neceſſaria, juxta ordinatioues noſtras prædictas capiantur. De taxa vero a dicto Sigillatore capienda, ſtipendia Regentis, Datarii, Correctoris, Theologi, Doctoris, Procuratorum, Scriptorum, Sigillatoris, ceterorumque miniſtrorum atramento, cera, capſula, cordulis, & alias quomodocumque ad expeditionem literarum dictæ Pœnitentiariæ neceſſaria, quas gratias ubique fieri, & concedi jam præcipimus, ante omnia deſumantur, & ſingulis perſolvantur; quod vero his omnibus omnino deductis, & perſolutis, reliquum erit, majoris Pœnitentiarii prædicti eſſe debeat.

Sigillatoris officium.

§.6. Ad hæc quoque prædictus Sigillator curam habeat prædictas ſupplicationes e manu Datarii recipiendi, & per alios ad id ordinandos deſcribendi, in regeſtum ab altero diſtinctum referendi, & utrumque fideliter cuſtodiendi. Ceterum nullæ omnino ſupplicationes ſuper hujuſmodi materiis ſignandæ inter Abbreviatores prædictos diſtribuantur, neque cuipiam relinquantur, neque ſuper iis ſumpta, aliave exempla ex regeſtis deſcribantur, etiam poſtquam literæ Apoſtolicæ ſuper illis expeditæ, & partibus eas proſequentibus redditæ fuerint, ſed ſupplicationes ipſæ apud regeſtum prædictum ſub cura d. Sigillatoris, qui pariter ipſi regeſto præfectus ſit, fideliter cuſtodiantur.

Inhibitio contra officiales ne aliquid accipiat pro quocumque extraordinario habere, ſub pœnis hic expreſſis.

§.7. Præcipimus igitur atque interdicimus Abbreviatoribus, Scriptoribus, Procuratoribus, ceteriſque prædictis tam coniunctim quam diviſim, ne quid, vel minimum etiam ſponte oblatum a partibus, ſive pro expeditionis maturatione, ſive alio extraordinario labore capiant, aut a famulis aliiſque perſonis capere permittant, ſed ſuis quiſque taxis, & ſtipendiis uti conſtituta ſunt, contenti eſſe debeant. Quicumque ſecus fecerint, præter illas cenſuras, & pœnas, quæ in talia perpetrantes impoſitæ ſunt, ſuorum Officiorum privationem incurrant, & ad futura inhabiles, ac etiam infames cenſeantur, uti Nos illos privatos, inhabiles, & infames declaramus eo ipſo.

Executorum deputatio.

§.8. Et nihilominus mandamus prædictis Vicecancellario, & Abbreviatoribus, necnon Reſcribendario, & Scriptoribus Apoſtolicis, ceteriſque, ad quos pertinet, tam coniunctim, quam diviſim, ut Scriptores, & Procuratores prædictos, eorumque ſingulos ſic cum univerſo corpore prædicto coniunctos Fraterna caritate proſequantur, & ad hujuſmodi Officia, & ipſorum liberum exercitium, necnon honores, onera, & emolumenta omnia recipiant, & admittant, ac faciant prædicta omnia, & ſingula inviolabiliter obſervari, non permittentes quemquam contra præſentium tenorem quomodolibet impediri. Rurſus eiſdem Scriptoribus, & Procuratoribus ſic cooptatis, & adſcriptis, ut prædicto Vicecancellario tamquam capiti aliorum dictæ Cameræ Collegiorum inſtar, obediant, & obſequantur.

§.9. Non

Clauſulæ derogatoriæ.

§.9. Non obſtantibus de certo Scriptorum litterarum Apoſtolicarum numero, & aliis eorum ac dictæ Cancellariæ ſtatutis, ſtylo, inſtitutione, conſuetudinibus, ſtabilimentis, & reformationibus quantocumque tempore obſervatis, ac etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c.

D. P. An.IV. 18. Maii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, decimoquarto Kal. Junii, Pontificatus noſtri Anno IV.

CXVII.

Declaratio caſuum, ac præſumptionum, in cauſis confidentiæ beneficialis, contra quoſcumque, etiam S. R. E. Cardinales, cum appoſitione pœnarum.

Ad hæc vide Conſt. XCIX. Pii IV. Romanum. Tom. IV. Par. II. fol. 190. ubi cetera de ſimoniis, & confidentiis habentur.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INtolerabilis multorum perverſitas, qui Sacroſanctas Conſtitutiones novis quotidie fraudibus eludere nituntur, ſæpe illarum auctores in neceſſitatem adducit, cautius providendi, quo pertinacium animi ab improbis conatibus graviore ſanctione poſtpoſita reprimantur.

Pius IV. in cit. prohibuit confidentias.

§.1. Bene quidem, & providenter fel. rec. Pius Papa IV. Prædeceſſor noſter ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum Eccleſiaſticorum corruptelam, ſtatuit, & decrevit, &c. *Ut in Bulla cit. in rubr.*

Sed cognovit hic Pontifex multas fraudes deſuper commutti, quæ in judicio minime probari poſſunt.

§.2. Verumtamen propter improbas multorum cupiditates prædictas, quæ ad purgandam hac pernicie Eccleſiam, & animarum ſalutem ab ipſo Prædeceſſore edita ſunt, in multis deprehendimus viam aperuiſſe gravius delinquendi. Siquidem cum frequentibus plurium querelis pridem concitati, quod Judices in cauſis hujuſmodi confidentiarum expediendis remiſſiores eſſent, omnes, & ſingulas cauſas ipſas ubicumque motas ad Nos advocaviſſemus, ac omnimodam hujuſcemodi cauſarum, præſentium, & futurarum, rerumque omnium ex ipſis reſultantium cognitionem Nobis, & Succeſſoribus noſtris reſervaviſſemus, & ſuper quibuſdam coram Nobis proceſſum fuiſſet, variis inde, nec levibus conjecturis intelleximus, vitium quidem confidentiæ occulte irrepſiſſe, ſed pleriſque cauſis præſumptiones, & conjecturas, quæ ad illud probandum deducuntur, minime ſufficere, ejuſque rei cauſa plurimos, qui ante literarum prædictarum editionem hujuſmodi confidentias exercebant, ubi cognoverunt obſtructam veritatem propter difficultates probandi in judiciis confidentias ipſas, contempta Conſtitutione prædicta, Eccleſias, monaſteria, & beneficia ſic recepta, ut prius retinere, alios fructus, penſiones, & alias res accipere, alias eorum exemplo ad ſimilia, & graviora fidentius commoveri. Multi enim ipſa beneficia jure retinere nequeuntes, alii ne cogantur ad Sac. Ordines, ad reſidentiam, ad incedendum in habitu Clericali, ut ad bellum proficiſcantur ut inimicos occidant, alii ut alieno nomine lites agant, aut defendant, alii propter crimina incapaces, quidam ut purgato delicto vel abſolutione conſecuta, illa repetant, eadem in alios deponunt, & in pleriſque fructus ipſorum aut eis miniſtrantur, aut quibus ipſi ſtatuunt, ſæpe laicis, & inhabilibus. Plerique vel ſenes, vel infirmi, ut beneficia in domibus ſuis perpetuent, illa renunciarunt, & renunciant in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fructibus Eccleſiaſticis alant, vel illa etiamnum infantibus, aut naſcituris aſſervent, facto interdum circuitu retroceſſionis, cum reſervatione fructuum, & aliarum rerum, aut acceſſu, præſertim ab illis qui præſtandorum jurium Cameræ Apoſt. ſunt immunes; alii aut incapaces, aut aliis beneficiis Eccleſiaſticis onuſti, aut Eccleſiaſtico Ordini ſeſe mancipare refugientes, aut mere laici beneficia Eccleſiaſtica aliis conferenda procurant, ut de illis poſtmodum ad libitum ſuum diſponatur, fructus etiam percipientes illorum. Ad hæc plerique Ordinarii, & Collatores, ac etiam patroni laici curant deponenda beneficia, ut fructus, ſeu penſiones capiant eorumdem, aliſve faciant miniſtrari. Alia item permulta ejuſcemodi admittuntur, quibus immaculata rerum divinarum puritas impie violatur, diſciplinæ Eccleſiaſticæ nervus dirumpitur, & imminens patratur exitium animarum.

Ideo certis regulis confidentias declarat.

§.3. Quare Nos volentes periculoſam talium audaciam novi juris ſubſidio cohibere, præſentium auctoritate ſtatuimus.

1. Ut ſi quis quacumque auctoritate, Eccleſiam vel Monaſterium, aut illud beneficium Eccleſiaſticum qualecumque ex reſignatione, vel ceſſione cujuſcumque perſonæ, ſimpliciter aut cum circuitu retroceſſionis, cum regreſſu, vel acceſſu, etiam ſola dimittentis intentione receperit, ut illa, vel illud etiam in eventum regreſſus, vel acceſſus, eidem dimittentur, vel alteri poſtea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars alii vel aliis concedantur, vel penſiones ſolvantur, ex eiſdem hæc confidentia cenſeatur.

2. Itidem ſi Ordinarius, vel alius collator contulerit ante hac, aut conferat in futurum beneficium Eccleſiaſticum quovis modo vacans, ea conditione, tacita vel expreſſa, ut poſtea in alterum pro arbitrio Collatoris, ſeu alterius cujuſcumque contra juris communis ordinationem diſponatur; ſive ut de eo proviſus, fructus illius, vel partem ad utilitatem vel conferentis, vel decedentis, aut alterius relinquat, & remittat, ſeu penſionem illi vel illis, quem vel quos idem collator, aut cedens, vel alius per ſe, vel alium, ſcripto aut verbo juſſerit, ſeu ſignificaverit, perſolvat, & pariter ſi a patrono etiam laico, vel alteri præſentatori, ſeu electori contigerit, aut contingat id fieri.

3. Ad hæc ſi Clericus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius a ſolutione jurium ipſius Cameræ, vel etiam Cancellariæ Apoſtolicæ exemptus, poſt reſignationem, vel ceſſionem alicujus extranei, de Eccleſia, Monaſterio, vel alio beneficio Eccleſiaſtico in ſe, Apoſtolica, vel alia auctoritate factam, & admiſſam, illam, vel illud, etiam confectis literis Apoſtolicis, & poſſeſſione apprehenſa, in eumdem reſignantem, vel cedentem, modico ſpatio interiecto, veluti duorum, vel trium menſium retroceſſerit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retroceſſione fructus Eccleſiæ, ſeu Monaſterii, aut beneficii, vel eorum pars, ſeu penſio, ſeu quid aliud ſuper his reſervatum, aut regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus ad illam, vel illud, ipſi Clerico, vel Cardinali, aut alii esempto ſit, fueritve conceſſus.

4. Poſtremo ſi quis crimine aliquo abſolutus, aut cum quo ſuper irregularitate diſpenſatum eſt, denuo receperit quacumque auctoritate Eccleſiam, Monaſterium, vel aliud beneficium eccleſiaſticum, quod ante, vel poſt commiſſum delictum, aut contractam irregularitatem dimiſerit, in quibus horum caſuum confidentiæ pravitas ſit contracta, caſuſque hujuſmodi literis prædictis comprehendantur, ac ſi illis ſpeciatim espreſſi fuiſſent, licet ipſum confidentiæ crimen alterius tantum partis conſcientia ſit admiſſum.

Et ad probandam confidentiam, certas præſūptiones ſufficere declarat.

§.4. Ad probantium vero plene confidentiarum abuſum, inter alias, etiam hæ præſumptiones, & conjecturæ habeantur legitimæ, videlicet.

1. Si quis poſt ceſſam ab ſe, Eccleſiam, vel Monaſterium, aut beneficium, & publicatam reſignationem, ſeu conceſſionem, captamque a Succeſſore poſſeſſionem, ſeſe in illa, vel illo, ſeu rebus illius, per ſe, vel alium, ſeu alios, de facto ingeſſerit, aut fructus perceperit, aut quicumque Succeſſor illi, vel ejus propinquis, ipſos, aut partem aliquam remiſerit eorumdem.

2. Si recipiens beneficium conſtituerit dimittentem, vel ejus parentes, aut propinquos procuratores ad percipiendum, vel locandum fructus beneficii dimiſſi, & illi, vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit.

3. Si vel ſola procuratoris depoſitione, vel libris rationalibus menſariorum es parte dimittentis, expeditio, quæ perſonam recipientis concernit, proſecuta ſit, ſimulque expenſæ pro ea neceſſariæ ab illo factæ fuerint.

Teſtes ſingulares quid probent.

§.5. Denique ſi quis pro conceſſione alicui facta, quacumque auctoritate de beneficio eccleſiaſtico, per ſe, vel alium, ſeu alios interceſſerit, vel alias in negotio conceſſionis ſeſe immiſcuerit quoquo modo, deinde aliquid de fructibus talis beneficii de facto, etiam per manus poſſeſſoris, ac etiam ſimplicis donationis titulo perceperit, ſeu de illo poſtmodum ad voluntatem interceſſoris fuerit diſpoſitum quandocumque.

Præſumptiones quot, plene probant.

§.6. Teſtes autem de quaque re ſingulares ſingulas probare valeant præſumptiones, & conjecturas, pluresque hujuſmodi præſumptiones, & conjecturæ plenam probationem faciant in prædictis.

Alii teſtes recipiendi.

§.7. Ceterum criminoſi, & ceteri omnes, qui ad prohibendum in caſibus ſimoniæ teſtimonium recipi poſſunt, ad prædicta omnia admittantur.

Confidentiæ pœna, & cauſarum cognitio, ad quos ſpectat.

§.8. Sed ne quiſquam, etiam vana fiducia fretus, non intendendi contra ſe judicii, in crimine perſeveret, utque hoc malum gravioris cenſuræ ſtimulo uſquequaque prohibeatur, omnes, & ſingulos qui hucuſque Eccleſias, Monaſteria, beneficia, fructus, penſiones, aliaſve res, intercedente hoc confidentiæ vitio receperunt, ac retinent, niſi ſtatim ad ſe reverſi, & reſipiſcentes celeri dimiſſione ſibi proſpexerint, & qui quid tale admiſerint in futurum, etiam omnibus, & ſingulis aliis Eccleſiis, Monaſteriis, dignitatibus, adminiſtrationibus, officiis, & beneficiis obtentis, quæ pariter ſub dicta reſervatione comprehendi volumus, necnon fructibus, penſionibus, & aliis rebus Eccleſiaſticis, ac etiam Romanæ Curiæ, & aliis officiis temporalibus præſentium auctoritate privamus, & ad futura inhabiles decernimus, & in juris ſubſidium excommunicationis ſententia innodamus, a qua nullus, niſi in mortis articulo conſtitutus, ab alio quam a Romano Pontifice abſolutionis beneficium valeat obtinere. Nos enim advocatione cauſarum hujuſmodi, & reſervatione cognitionis illarum, rerumque omnium inde emergentium, Nobis, & prædictis Succeſſoribus, ut prædictum eſt, facta, cauſis illis dumtaxat esceptis, quæ jam coram Nobis pendere noſcuntur, ac etiam iis quas ratione Eccleſiarum, & Monaſterium, quorum diſpoſitio in Conſiſtorio fieri conſuevit, aut debet, itemque contra Ordinarios, Collatores, Epiſcopos, & alios Superiores Prælatos, etiam Cardinales haberi contigerit, uti jam aliis noſtris literis ſtatutum eſt audiendis, decidendis, & terminandis, harum ſerie prorſus relaxata, decernimus, ita deinceps quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac prædictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & ipſorum cuicumque quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, interpretari, & definiri debere, necnon irritum, & inane quidquid ſecus in prædictis per quoſcumque quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.9. Quocirca omnibus locorum Ordinariis diſtrictius injungimus, ut in ſuis quiſque Eccleſiis, Civitatibus, Diœceſibus, & locis, etiam exemptis, ad prædicta ſtudioſe attendat, & quatenus illis relaxavimus, in delinquentes ſevere animadvertant, ſi divinæ Majeſtatis judicium, dictæque Sedis cenſuram voluerint evitare. In ceteris vero cauſis, & negotiis (Nobis, & prædictis ſucceſſoribus exceptis) eoſdem locorum Ordinarios præſentium auctoritate delegamus, ut gratia, & favore poſtpoſitis,

pro

pro ſe quiſque, cum venerit uſus, contra prædictos nmnes ſub ipſa exceptinne cnmpreheoſos diligenter ioquiraot, ſuaſque inquiſitiones nmnes ſigilln nbſignatas ad prædictam Sedem quamprimum transferant, ut Nos, & prædicti Succeſſores in cauſis hujuſmodi procedentes, quod juſtum fuerit, decernamus. Nos enim ſingulis Ordinariis ipſis prædictos nmnes, & quoſcumque alios etiam exemptos, etiam per edictum publicum, conſtito prius ſummarie, & extrajudicialiter de non tuto ad illos acceſſu, citandi, & monendi, eiſque ac Judicibus ordinariis, & delegatis, aliiſque perſoois quibuſcumque, ne prædictorum executinnem quoquomodo impediant, vel alias in illis ſeſe ioterpnnanr, etiam per ſimile edictum inbibendi, eoſdem, ac alios cnntradictores, & rebelles quoſcumque per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, ac omnia alia juris, & facti remedia npportuna compellendi, auxilium brachii ſæcularis, quandocumque opus erit, invocandi, ceteraque in prædictis omnibus, & ſingulis neceſſaria faciendi, & exequendi, plenam, & liberam tenore præſentium concedimus facultatem.

Derogatio contrariorum

§.10. Non obſtantibus ſel. rec. Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilin generali edita de duabus dietis, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutiooibus, & Ordinationibus, quodque Epiſcopis, Collatoribus, & præfatis prædictis, etiam Cardinalibus, vel quibuſvis aliis, communiter, vel diviſim a prædicta ſit Sede indultum, vel in poſterum indulgeri contingat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut contra indulta hujuſmodi ad judiciom trahi non poſſiot per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, & ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, aut in totum non inſerta, effectum præſentium, aut attribotæ prædictis Ordinariis juriſdictionis explicatin, ſeu exercitium, vel executio impediri valeat quomodocumque, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit io ooſtris literis mentio ſpecialis; ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Conſtitutio dicti Pii IV. in ſuo robore remenet. Fides tranſumptorum.

§.11. Literis Prædeceſſnris hujnſmodi nihilominus io ſun robore duratnris.

§.12. Volumus autem, ut præſentium exempla, etiam impreſſa edantur, eaque Notarii poblici manu, & cujuſcumque curiæ eccleſiaſticæ, vel Prælati ſigilln obſignata, eamdem illam prorſus fidem, in judicin, & extra, ubique locorum faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo nmnino &c.

D. P. An.IV. 1. Junii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1569. Kal. Junii, Pontificatus noſtri Anno IV.

Sequitur extenſio ad Cardinales.

PIUS PAPA QUINTUS &c.

Dubium an præceden. Cōſtitutio liget Cardinales.

Hodie in Conſiſtorin noſtro ſecretn, ut mnris eſt, accepto, quod a nonnullis prætendebatur S. R. E. Cardinales nbtentu privilegiorum, ſub Conſtitutione ooſtra de confidentiis beneficialibus, ſaltem quo ad privationem, cenſuras, & alias pœnas io Conſtitutione cnntentas, propter non factam io clauſula impoſitionis illarum ſpecialem, & expreſſam de dictis Cardinalibus, & privilegiis mentionem, minime comprehendi, licet aliter mentis, & intentionis noſtræ fuerit, quemadmodum, & ex literis dictæ Cnnſtitutionis colligi poſſet.

Declaratio quod eos cōprehendit.

§.1. Ad tollendum tam omoe dubium atque impedimentum, qun minus Conſtitutio præfata commune bonum, & ſalutem animarum concernens, plenarium effectum ſortiatur, declaravimus, omnes S.R.E.Cardinales, in Cnnſtitutione, & literis præfatis, ac ſingolis earum partibus, etiam quo ad privationes, omneſqoe, & ſingulas cenſuras, & pœnas, in ipſis literis contentas, comprehendi, ac cootrafacientes privationes, cenſuras, & pœnas ipſas incurrere, prout Nns illos omnes includi, & incurrere volumus eo ipſo.

Decretum irritans.

§.2. Decernentes ſic per quoſcumque &c., etiam Cardinales, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata &c. judicari &c. debere; necnoo irritum &c. attentari.

Revocatio privilegiorum ad effectum præſentium.

§.3. Ac privilegia præfata, necnnn exemptiones, conſervatorias, & indulta omnia, per quoſcumque Rnmanos Pontifices &c., etiam Motuproprio, & ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac etiam conſiſtorialiter, & ex quibuſcumque cauſis in genere, vel in ſpecie conceſſa, confirmata, extenſa, & moderata, & quantocumque tempore nbſervata, ad effectum præfatorum revocavimus, & annullavimus, viribuſque, & effectu quo ad hæc prorſus carere decrevimus. Volumuſque, & ſtatuimus, tenores privilegiorum &c. qualiacumque ſint, præſeotibus pro plene, & ſufficienter expreſſis haberi.

Sola ſignatura ſufficit &c.

§.4. Solamque hanc ſchedulam manu noſtra ſigoatam, & in Cancellariæ Apoſtnlicæ libro ad perpetuam rei memnriam regiſtratam, abſque alia literarum confectione ſufficere, eamque, & ejus exempla ubique locorum in judicio, & extra illud fidem facere.

Derogatio contrariorum

§.5. Conſtitutionibus, & Ordioatinnibus Apoſtolicis, ac Caneellariæ præfatæ regulis editis, & edendis, ceteriſque contrariis nnn obſtantibus quibuſcumque.

D. P. An.IV. 14. Novemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 14. Novemb. milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Poot. noſtri Anoo IV.

Papa ſubſcr.

Ita eſt M.

Quod

CXVIII.

Quod ſacultas erigeudi Capellas Roſ rii ſit ſolummodo Magiſtri Generalis Ordinis S. Dominici, & ab eo Deputatorum. Et Confratres Sodalidatum Roſarii ab eis inſtitutarum oblationes, & legata in pios ejus uſus convertenda recipere valeant. Indulgentiaſque hic cnuociatas conſequantur.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INter deſiderabilia cordis noſtri, illud intenſis deſideriis affectamus, ut ſingulorum Chriſtifidelium, quorum Nobis cx commiſſi Paſtoralis officii debito cura imminet, generalis animarum ſalus proveoiat, unde pia & ſalubria fidelium vota ad hoc tendentia, & alias ex qnibus divini cultus provenit augmeotum, pii patris affectione proſequimur, ac plenis favoribus confovemur, & ut optatum conſequatur effectum, Chriſtifideles ipſos ad illa, Iodulgentiis videlicet, & peccatorum remiſſionibus libenter invitamus.

Cauſa hujus conceſſionis.

§.1. Exhibita ſane Nobis nuper pro parte dilecti filii Magiſtri Provincialis Ordinis Prædicatorum Provinciæ Neapolitan. petitio cootiocbat, quod cum dilectus filius Fr. Ambroſius Salvius loci de BalncoloNutean. ſive alterius Dioec. ad crigeudum Societates Sanctiſſimi Roſarii, in quibuſcumque Eccleſiis, per Nos, & Sedem Apoſtolioam ſpecialiter deputatus fuerit, ſi aliis hujuſmodi facultas, præterquam ejuſdem Ordinis Magiſtro Generali interdiceretur, ex hoc profecto diverſis abuſibus, qui in illarum crectione iutervenire poſſent, ſatis conſultum foret. Quare Nobis pro parte ejuſdem Provincialis fuit ſupplicatum, ut ſibi in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Facultas erigendi Capellam Roſarii, ſpectat ad Megiſtrum Generalem Ordinis S. Dominici, & ab eo deputatos tãtum.

§.3. Nos qui honeſtis quorumlibet votis libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis, cumdem Provincialem a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœuis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet inoodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, per præſentes ſtatuimos, qood nulli licitum cxiſtat, miouſque aliquis Capellam Sanctiſſimi Roſarii in quavis Eccleſia, ſive loco erigere, præter dictum Generalem, aut ab co deputatos, ac præfatum Ambroſium.

Nihil ingredientes Sodalitatem ſolvant.

§.3. Minuſque aliquis Confrater, ſeu vir, ſive mulier aliquid cidem Societati pro illius ingreſſu, vel alia quavis de caoſa perſolvere.

Confratres ad proceſſiones accedant, & ad ſepeliédos mortuos inſignia deferant.

§.4. Ac ſinguli Confratres ad quaſvis proceſſiooes accedere, & in quibus corpora defunctorum ad ſepeliendum deferuntur cum corum ioſigniis, cujuſvis etiam Superioris licentia deſuper minime reqoiſita, etiam abſque aliquo conſcientiæ ſcrupulo, & cenſurarum Eccleſiaſticarum incurſu poſſint & valeant, ſeu eorum quilibet poſſit, & valeat.

Prohibitio Confratres in his moleſtandi.

§.5. Diſtrictius inhibentes quibuſvis, ne eoldem Generalem, ſeu deputandos, & Ambroſium, ſuper erectione, & inſtitutione Societatum hujuſmodi in quibuſcumque Civitatibus, terris, & locis, factis, & faciendis, neque eoſdem Coofratres ſuper exercitio piorum operum, & profectu ad proceſſiones, ſeu inceſſu cum ſigno eorum, aut dicti ſigoi delatiooe moleſtare, perturbare, aut inquietare audeant, nec debeant, quinimmo Generali, deputatis, & Ambroſio præfatis iu præmiſſis auxilium, conſilium, vel favorem præbeant. Nos enim omnes præmiſſis contravenientes, indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus eis conceſſis privamus, & privatos eſſe, ac indignos effici, & quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Confirmatio Indulgentiarũ

§.6. Poſtremo vero, ut animarnm Chriſtifidelium præſertim ex aliqua Societate hujuſmodi erectarum, ſeu per eumdem Ambroſium erigendarum exiſtentium, & eamdem Societatem ingredi volentium quieti, & ſpirituali conſolationi ſalubrius conſulatur, & ad illam ubicumque erectam Chriſtifideles ipſi accedentes eo ferventiores, & promptiores reddantur, quo ſe dono cæleſtis gratiæ decoratos ſenſerint, De Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum auctoritate confiſi, Chriſtiſidelibus præſatis de dicta Societate, ut præfertur, inſtituta, vel inſtituenda exiſtentibus, ut omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, tam per Nos, quam quoſcumque alios Romanos Pontiſices, & præſertim Leonem Papam X. Prædeceſſores noſtros conceſſas conſequantur, & conſequi poſſint, auctoritate, & tenore prædictis miſericorditer in Domino concedimus & indulgemus. Illaque noonisi in Eccleſiis, in quibus, ut præfertur, eadem Societas inſtituta erit, præterquam in caſu ſummæ neceſſitatis, & infirmitate grandi, ſeu detentione carcerum, io qnibus, & alio in loco conſequi poſſint, obſervando tamen illa omnia, quæ in dictis indulgentiis coontiuentur, conſequi poſſe decernimus. Omneſque & ſingulas per eumdem Ambroſium, ſive Generalem, aut deputandos præfatos auctoritate noſtra, modo tamen ſupradicto, conceſſas confirmamus, & approbamus.

Derogatio contrariorum

§.7. Non Obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An.IV. 28. Junii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 28. Junii 1569. Pontificatus noſtri Anno IV.

Sequi-

Sequitur alia Conſtitutio ſuper prædictis.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Oratio ad Deum in vexationib. proficua.

CONſueverunt Romani Pontifices, & alii Sancti Patres Prædeceſſores noſtri, cum bellis corporalibus, vel ſpiritualibus premerentur, aut aliis tentationibus vexarentur, quo facilius ab illis evaderent, & tranquillitatem adepti, Deo quietius, & ferventius inſervirent, & vacarent, divinam opem implorare, & Sanctorum ſuffragia, per ſupplicationes, ſeu per Litanias depoſcere, ac oculos cum Davide in Montes levare, certa ſpe confidentes, inde illis auxilia affutura.

Pſalterium inſtituit Beatus Dominicus ad deprimendas hæreſes.

§.1. Quorum exemplo adductus, & Spiritu ſancto, ut pie creditur, afflatus Beatus Dominicus Ordinis Fratrum Prædicatorum auctor, (cujus inſtitutum, & regulam, cum in minoribus, eſſemus, expreſſe profeſſi ſumus) ſimili, qua nunc temporis occaſione, quo Albigenſium hæreſis partes Galliarum, & Italiæ miſere vexabantur, & tam multos excæcaverant ſæculares, ut in Domini ſacerdotes, & clericos ſæviſſime furerent, levans in cœlum oculos, & montem illum Glorioſæ Virginis MARIÆ Almæ Dei Genitricis, quæ germine ſuo tortuoſi ſerpentis caput obtrivit, & cunctas hæreſes ſola interemit, ac benedicto fructu ejus ventris, Mundum primi parentis lapſu damnatum ſalvavit, & de quo ſine humanis manibus abſciſſus eſt lapis ille, qui ſigno percuſſus gratiarum aquas affluenter produxit, reſpiciens modum facilem, & omnibus pervium, ac admodum pium orandi, & precandi Deum, Roſarium ſeu Pſalterium ejuſdem B. MARIÆ Virginis nuncupatum, quo eadem Beatiſſima Virgo Salutatione Angelica centies, & quinquageſies ad numerum Davidici Pſalterii repetita, & Oratione Dominica ad quamlibet decimam cum certis meditationibus totam ejuſdem D. N. JESU CHRISTI vitam demoſtrantibus interpoſita, veneratur, excogitavit, excogitatum per S. R. E. Patres propagavit, orandique modo prædicto per aſſeclas B. Dominici Fratres, videlicet Ordinis prædicti divulgato, & a nonnullis accepto, cœperunt Chriſtifideles iis meditationibus accenſi, iis precibus inflammati in alios viros repente mutari, hæreſum tenebræ remitti, & lux Catholicæ fidei aperiri, & ad hanc orandi formam pro locorum diverſitate Sodalitates per Fratres ejuſdem Ordinis ad hoc a ſuis Superioribus legitime deputatos inſtitui, & Confratres in eis deſcribi.

Hic Pontifex ex cauſis hic indicatis illud ſervari admonet.

§.2. Nos quoque illorum Prædeceſſorum veſtigia ſequentes, militantem hanc Eccleſiam divinitus Nobis commiſſam, his temporibus tot hæreſibus agitatam, tot bellis, praviſque hominum moribus atrociter vexatam, & afflictam cernentes, lachrymabundos, ſed ſpei plenos oculos in montem illum, unde omne auxilium provenit levamus, & ſingulos Chriſtifideles ad ſimile faciendum benigne in Domino hortamur, & monemus.

Idemque confirmat una cum ſuis gratiis, & Indulgentiis.

§.3. Utque facilius modus ille ab omnibus cum ea, qua decet devotione, & mentis Religioniſque Chriſtianæ ſinceritate amplectatur, auctoritatis noſtræ partes, quantum Nobis ex alto conceditur, favorabiliter impartientes, modum orandi, & precandi prædictum, omniaque & ſingula indulta, Indulgentias, peccatorum remiſſiones, relaxationes, immunitates, privilegia, & alias gratias, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & dictæ Sedis etiam de latere Legatos, ac alios Apoſtolica ad id auctoritate ſuffultos, juxta precandi modum prædictum orantibus, & Confraternitatibus, ſeu Sodalitatibus ſub dicto Roſario inſtitutis, & illarum Eccleſiis, ſeu Altaribus, aut Capellaniis, vel Confratribus, aut Sodalibus, tam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ſive in genere, vel in ſpecie, quam alias quomodolibet, etiam pluries conceſſa, confirmata, & innovata, quorum omnium, & ſingulorum tenores, & compendia, præſentibus haberi volumus pro expreſſis & inſertis, eadem auctoritate harum ſerie perpetuo confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus. Necnon potiori pro cautela, præmiſſa omnia eiſdem modo & forma, quibus conceſſa reperiuntur, etiam perpetuo innovamus.

Et Confratribus Sodalitatum inſtitutarum a Deputatis Ordinis S. Dominici omnes gratias concedit.

§.4. Ac omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus utriuſque ſexus Confratribus, per dilectos filios modernos, & pro tempore exiſtentes Fratres Ordinis prædicti in ſuis, & tam per eos quam per alios Sacerdotes, etiam in aliis Eccleſiis a dilecto filio, etiam moderno, & pro tempore exiſtente ipſius Ordinis Generali Magiſtro, vel ejus Vicario dumtaxat deputatos, in hujuſmodi Sodalitatem, ſeu Confraternitatem Roſarii receptis, & deſcriptis, Eccleſias, Altaria, & Cappellas hujuſmodi viſitantibus, necnon Deo preces juxta Roſarii modum prædictum effundentibus, quod omnibus, & ſingulis indultis, Indulgentiis, peccatorum remiſſionibus, & relaxationibus, privilegiis, & aliis gratiis præfatis frui, uti, potiri, & gaudere.

Et etiam facultatem percipiendi legata.

§.5. Necnon eiſdem Confraternitatibus, ſeu Sodalitatibus, quod illarum ad id deputati Confratres, omnia, & ſingula oblationes, & legata, ſeu donationes, aut alias quoviſmodo, ſive in teſtamento ſive codicillis, aut alia ultima vel inter vivos voluntate illis relicta, & rogata, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque, etiam ſi ſpeciali nota digna ſint, percipere, exigere, levare, & in Confraternitatum hujuſmodi pios uſus convertere, etiam Ordinarii loci, aut cujuſvis alterius licentia deſuper minime petita, libere, & licite poſſint.

Indulgentiaſque hic deſcriptas.

§.6. Et inſuper quo quiſque ad ſe numero Confratrum præfatorum aggregandum, promptior, & alacrior fiat, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate

tate conſiſi, omoibus, & ſingulis Confratribus prædictis per deputatos prædictos deſcriptis, vere pœniteotibus, & couſeſſis, qui prima vice, qua deſcripti ſuerint, ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in aliqua Eccleſia, aut Capella dictæ Conſraternitatis perceperint, & unam ſaltem quinquagenam Roſarii recitaverint, & pro tranquillitate Sanctæ Matris Eccleſiæ oraverint, necnon qui in mortis articulo cooſtituti ſalutari pœoiteotiæ, & Viatici Sacramento muniti fuerint, plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſiooem miſericordiier in Domino concedimos, & elargimur. Qui vero in Reſurrectionis D. N. J. C., & Annunciationis, ac Aſſumptioois ejoſdem Beatæ Mariæ præfatum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, & partem Roſarii, ut præfertur, recitaverint, decem annos, & totidem quadragenas; eiſdem autem Confratribus, qui in reliquis D. N. J. Chriſti, & B. Mariæ Virginis præfatorum feſtis diebus, in quibus ſacra ipſius Roſarii Myſteria recenſentur, unam ſaltem Roſarii quinquagenam recitaverint, necnon aliis omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, & etiam oon Confratribus, qui in ejuſdem Roſarii Proceſſione, quæ menſe quolibet fieri conſuevit, devote interfuerint, & pariter Confratribus præſatis, qui ipſum Roſarium integrum qualibet hebdomada devote recitaverint, ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis ſibi pœnitentiis, etiam miſericorditer in Domino relaxamus.

Clauſulæ præſervativæ.

§.7. Decernentes Confratres, & alios præſatos a quoquam deſuper moleſtari, præſenteſque literas de ſubreptionis, vel obreptionis, ant nullitatis, aliove vitio, aut inteotionis noſtræ defectu notari, argui, vel impugnari, & ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilinm gratiarum revocationibns, alteratiooibus, limitationibus, ſuſpenſionibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi non poſſe; ſed quoties illæ emanaverint, toties in priſtinum, & validiſſimnm ſtatum reſtitutas, de novo, etiam ſub poſteriore data per ipſos deputatos Conſraires eligenda conceſſas, ac perpetuo validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & iotegros effectus ſortiri debere.

Decretum irritans.

§.8. Et ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & corum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſula derogatoriæ.

§.9. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac io Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Cancellariæ Apoſtolicæ regulis editis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides exemplorum.

§.10. Volumus autem quod præſeotium tranſumptis manu alicujus Notarii &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 17. Septemb. milleſimo quingeoteſimo ſexageſimo nooo, Pont. noſtri Anuo IV.

D. P. An.IV. 17. Septem.

CXIX.

De Baccalaureis, & Magiſtris in Aragoniæ Proviocia Ordinis Prædicatorum creandis

Ex Bull. hujus Ordinis Tom. V. p. 219

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Circumſpecta Romani Pontificis providentia, vias, quibus regularis obſervantia conſervari, & illi dedita perſooa, ſcientiarum cognitionem adipiſci, & docere facilius poſſit, plerumque excogitare ſolet. Saoe, cum deceat eos, qui ſæculari vita prorſus abjecta divinis obſequiis, & regulari obſervantiæ penitus ſe dicaverunt, morum honeſtate, & literarum cogoitione eſſe præditos, illos quoque tamquam unicum, & ſingulare exemplar, ceteris literarum præcipue ſacrarum ſcientia præſtantiores, expedit, ut Graduum promotione, virtutis præmia, & inſignia conſequantur.

Diplomatis cauſa.

§.1. Unde pro vitæ regularis conſervatione, & Gradunm hujuſmodi reputatione, in pleriſque Provinciis Ordiuis Fratrum Prædicatorum non niſi pauci illius Ordinis Fratres, & hi quidem literarum ſcientia, & vitæ, ac morum honeſtate, valde præditi, & io legeodo præſertim Philoſophiam, & Theologiam in aliqua Univerſitate per plures annos exercitati, ad Baccalaureatus, & Magiſterii gradus promoveri ſolent,

Non promovendi ad Baccalaureatum niſi poſt lectā Philoſophiam vel Theologiam per quadrienniū &c.

§.2. Quare Nos, Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoe Nobis oblatæ petitionis inſtaotiam, ſed ex certa ſcieutia, & mera deliberatiooe noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra in perpetuum valitura Conſtitutione, quod in poſterum nullus dicti Ordiois Fratrum Prædicatorum Provinciæ Aragouiæ ad Baccalaureatus gradum promoveri poſſit, niſi prius ſaliem per quadriennium Philoſophiam, vel Theologiam legerii, & tunc promotio hujuſmodi fiat cauſa legendi ſententias pro forma, & gradu Magiſterii ad petitionem Provincialis ipſius Ordinis, & Provinciæ, in aliqua Uoiverſitate, vel Collegio dictæ Provinciæ, & quod ſimiliter nullus penitus Baccalaureus fiat Magiſter, niſi deputatus a Generali Magiſtro Ordinis prædicti, vel a Capitulo Generali, ad legendum ſententias pro forma, & gradu Magiſterii in Univerſitate, & Collegio prædictis, & lectionem hujuſmodi per quadriennium proſequutus, & a Capitulo Provinciali ad Magiſterium petitus fuerit.

Alias promoti nulliter promoti ſunt.

§.3. Et quod aliter in poſterum ad Baccalaureatum, vel Magiſterium, etiam ad petitionem Provinciæ, & a Capitulo, vel Magiſtro Generali, etiam vigore indulti Apoſtolici eis deſoper conceſſi, promoti pro

pro minime promotis in omnibus, & per omnia habeantur, & illi nullo modo habeant locum, nec gaudeant privilegiis Baccalaureatus, vel Magiſterii, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, & ordinamus.

Clauſulæ ad firmitatẽ Cõſtitutionis.

§.4. Decernentes ſtatutum, & Ordinationem hujuſmodi, præſenteſque literas in omnibus, & ſingulis actibus cujuſcumque Capituli pro tempore facti alta voce publicari, & legi; ac in illis inſeri, & ab omnibus inviolabiliter obſervari debere. Necnon ex nunc promotiones, aliter quam, ut præfertur, pro tempore factas nullius eſſe roboris, vel momenti, & pro notis minime ſuffragari debere, ac etiam irritum, & inane quicquid aliud ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Mãdatur Provincialibus, & Diffinitoribus Provincialibus ejuſdem obſervantia.

§.5. Diſtrictius inhibentes in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub interminatione divini judicii, tam dilectis filiis Provincialibus, quam Diffinitoribus Capitulorum Provincialium dictæ Provinciæ, nunc, & pro tempore exiſtentibus, quatenus ſtatutum, & Ordinationem hujuſmodi diligenter, & ad unguem obſervent, & obſervari faciant, & mandent.

Derogatio contrariorum.

§.9. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, & Provinciæ prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Ordini, & Provinciæ prædictis, illiuſque ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu, & ſcientia, ac poteſtatis plenitudine, ſimilibus, ac alias quomodolibet, etiam pluries conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, contrariis quibuſcumque: aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 11. Julii 1569. An.IV.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 11. Julii 1569. Pontificatus noſtri Anno IV.

Bull. Rom. Tom.IV.Par.III.

CXX.

Confirmatio, & declaratio privilegiorum, & gratiarum Collegii Scriptorum Archivii Curiæ Romanæ.

Hujus Collegii inſtitutionem, ejuſque ſtatum vide ſupra in Conſt.XIX. Julii II. Sicut *Tom.III.Par.III. fol.*299.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Confirmatio Conſt. Julii II citatæ in rubr. & alterius Leonis X prætermiſſæ, tanquam nihil relevans continentis.

PRidem Nos anxio, ſolicitoque animo cogitantes, &c. Collegii erectionem a fel. rec. Julio Papa II. Kal. Septembris Pon. ſui anno V. factam, necnon omnia, & quæcumque privilegia, facultates, exemptiones, prærogativas, diſpenſationes, gratias, & indulta ab eadem dicta die, & Idibus Decemb. dicti anni, necnon a Leone X. Pridie Non. Octob. Pontif. ſui anno primo, aut alio veriori tempore, necnon aliorum omnium inde uſque Roman. Pont. conceſſiones eidem Collegio, & perſonis, in genere, & in ſpecie, tam conjunctim quam diviſim factas, & ſuper his omnibus, & ſingulis confectas literas, ſcripturas, & inſtrumenta, ac inde ſecuta quæcumque, cum prohibitionis clauſulis, & decretis in eis contentis, quæ omnia, & ſingula æque atque ad verbum præſentibus inſerta, expreſſa, & repetita habemus, literiſque ſuper præſentibus conficiendis in totum, vel in partem exprimi, totoſque tenores ſingulorum inſeri poſſe volumus, etiam ſi talia, & multa ſint, quæ ſpeciali expreſſione indigeant, Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus renovamus, approbamus, & confirmamus, effectumque plenarium, & integrum prorſus ſortiri volumus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ſupplemus. Decernentes illa omnia perpetuum, & inviolabile robur obtinere, ac irritum &c. attentari.

Conceſſio, quod ſcriptores Archivii, ſint Notarii cauſarum civilium cujuſcumque Judicis Commiſſarii.

§.1. Quin etiam in perpetuum applicamus, & appropriamus, ac etiam annectimus, unimus, & incorporamus dicto Collegio ſcripturas præfatas, ac omnia, & quæcumque jura, fructus, & emolumenta ratione Officiorum Notariatuum eorum omnium Judicum ordinariorum, & Commiſſariorum Curiæ, & Urbis in præfata inſtitutione expreſſorum: quibus etiam S. R. E. Cardinales adiungimus, & ſimiles etiam ſi ordinarii dicantur, comprehendi volumus. Ut vero in habendo proborum peritorumque Notariorum delectu melior deinceps ratio capiatur, ſtatuimus ut poſthac, in omnibus, & quibuſcumque cauſis coram præfatis Judicibus etiam Cardinalibus quomodocumque habendis, & agitandis, Collegium ipſum Notarios idoneos, qui in ejuſmodi cauſis ſcribant, conſtituere debeat. Nullique omnino ipſorum Judicum etiam

Google

Cardinalium alios Notarios, etiam ur̄cti Archivii ſcriptores in cauſis hujuſmodi pro arbitrio conſtituere poſſint, ſed eos, dumtaxat aſſumere teneantor, quos Collegium præfatum ſuo ex gremio, in genere vel in ſpecie duxerit eligendos. Decernentes alias quaſcumque conſtitutiones, ordinationes, & aſſumptiones Notariorum, etiam de dicti Collegii Scriptoribus, ſive in genere ſive in ſpecie, tam per Judices etiam Cardinales. quam etiam Sedem Apoſtolicam ex quibuſcumque cauſis, etiam Motu ſimili, & poteſtatis plenitudioe ſimilibus, necnon proceſſus, & alia quæcumque coram eiſdem Judicibus, etiam Cardinalibus aliter facienda, irrita, & inauia eſſe, viribuſque, & effectu carere, Notarioſque tamquam falſi reos puniri debere. Ceterum Collegiom præfatum rationes, & curas omnes hujuſmodi proceſſuum, ſcripturarum, & inſtrumentorum, etiam præteritorum omni tempore habeat, omnia, & quæcumqne emolumenta, ordinaria, & extraordinaria inde quomodocumque provenientia, ad communem uſum percipiat, & delegandis ſive ſubſtituendis Notariis ſuis ſtipendia conſtituat, vel alias ſuper hoc conveniat cum eiſdem &c.

Decretum irritans.

§.2. Sicque in his, & aliis præfatis omnibus, & ſiogulis per quoſcumque, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ac Cameram ipſam, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata &c. judicari &c. debere &c. necnon irritum &c. attentari.

Derogatio contrariorum.

§.3. Non obſtantibus præmiſſis, & Pauli Secundi, Tertii, & Quarti, aliorumque Romanorum Pontificum, ac noſtris de rebus Eccleſiæ non alienandis, & alienatis revocandis, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam de gratiis ad inſtar non conceden. Cancellariæ Apoſtolicæ regulis editis, & edendis, ejuſque & dictæ Cameræ, earumque Collegiorum, & etiam Urbis Romæ juramento &c. roboratis ſtatutis &c. necnon inſtitutione, & fundatione, ac veteri ſtylo quantocumque tempore obſervato, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque perſonis omnibus, & ſingulis, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, & alias quiboſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis per præfatos, & alios quoſcumque alios Romanos Pontifices, ac Nos, & dictam Sedem ex quibuſcumque cauſis, etiam Motu, & ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac etiam Conſiſtorialiter conceſſis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis &c. tenores &c. in genere, & in ſpecie ad effectum ſufficientis derogationis eorum latiſſime exten. Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus derogamus, necnon omnibus illis, quæ in ſingulis literis præfatis conceſſum eſt non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportuois &c.

Fiat Motu proprio. M.

Papæ ſubſcr. D. P. An.IV. 18. Julii.

Datum Romæ apud S. Petrum, quintodecimo Kal. Aug., Anno IV.

CXXI.

Coſmus Medices Reipoblicæ Florentinæ Dux, ejuſque ſucceſſores Magni Duces Etruriæ creantur.

Iſte Coſmus Militiam S. Stephani, de licentia Pii IV. inſtituit, ut in ejuſdem Pii Con. LXX. His quæ, *Tom. IV. Par. II. fol.* 138.

PIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Romanus Pontifex in excelſo militantis Eccleſiæ Throno diſponente Domino ſuper gentes & Regna conſtitutus, poſt perluſtratas ſuæ indefeſſæ mentis acie Orbis Chriſtiani Provincias, circumſpecta ſua providentia præclaros, ac principes viros, qui de Sancta Sede Apoſtolica, fideque Catholica benemereri videntur. ſingulari ſuæ benignitatis clementia, quantom ſibi ex alto conceditur, augere, eoſque inſignibus, ornamentis, ac ſpecioſis honorum titulis decorare, atque illuſtrare conſuevit, necnon alias diſponit, prout temporum, locorum, & perſonarum qualitate penſata, conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Etruriæ Provinciæ commendatio.

§.1. Sane cum Nos his noſtris luctuoſiſſimæ tempeſtatis diebus, animo noſtro diu multumque graviſſimo cum dolore verſaremus, quot & quantæ peſtiferarum hæreſium ſectæ quotidie undique erumperent, diraque & exitioſa perditorum hominum a fide Catholica aberrantium ſemina paſſim ſerperent, & uſquequaque propagarentur, omnia Italiæ loca circumſpicientes, Etruria Provincia nobilitatis decore, & antiquitatis nomine a majoribus celebrata, cujus maxima pars, quæ Nobis, & ipſi Apoſtolicæ Sedi ſubiecta non eſt, ab omnibus fere lateribus ditioni noſtræ Eccleſiaſticæ conterminа atque coojuncta exiſtit, Nobis præcipue occurrit, quam divinæ primum bonitatis gratia ſolicitudineque ac vigilantia noſtra, deinde præſtantiſſimi, ac Religioſiſſimi ejus Principis virtute, conſilio, diligentia, præ ceteris intactam, & incorruptam, ab hujuſmodique pernicioſa labe & contagione, ſarctam tectam conſervatam eſſe conſpicimus.

Maxime ob ejus obſequia Romanis Pontificibus præſtita.

§.2. Huc accedit, quod profecto magnopere Nos movet, Sedem Apoſtolicam, cum ob regionis vicinitatem, tam propter loci opportunitatem gratiſſima plerumque obſequia, atque etiam commoda ſubminiſtratis ab Etruſcis auxiliis a multis jam ante ſæculis recepiſſe, idque complures Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & præſertim fel. rec. Innocentium Quartum,

Clemen-

Clementem etiam Quartum, Gregorium Decimum, Benedictum Undecimum, Martinum Quintum, & Leonem Decimum luculenter teſtatos fuiſſe, adeo ut tam eamdem Provinciam, quam ejus Rectores, & Magiſtratus ob peculiarem eorum erga Romanam Eccleſiam devotionem, & obſervantiam, propenſo paternoque affectu, variis gratiis, honoribus, ac privilegiis jure cohoneſtandos, atque ornandos eſſe duxerint.

Quæ ſignanter Coſmus Medices præſtare ſtuduit, & præſtitit.

§.3. Quibus rebus debita meditatione mature conſideratis, attendentes quoque in primis, quod dilectus filius nobilis vir Coſmus Medices Reipublicæ Florentinæ Dux, majorem in dies ſuæ eximiæ virtutis ſplendorem, ferventioremque Catholicæ Religionis cultum, & in adminiſtranda juſtitia præcellens ſtudium, ex eo tempore, quo imperare cœpit, nuſquam prætermiſſum, laudabiliter præſeferre non ceſſat. Quod omnibus in occaſionibus, Nobis, ac Prædeceſſoribus noſtris, & Apoſtolicæ Sedi, prompto, ac libenti animo obſequi ſemper ſtuduerit. Quod Nos, & eamdem Sedem ab ipſo noſtri Pontificatus initio continuato debitæ reverentiæ honore coluerit, mandatis noſtris filiali obedientia paruerit, honeſtis noſtris petitionibus obſequentiſſime morem geſſerit. Quod a Nobis requiſitus, cœpta noſtra pecuniis, peditatu, equitatuque alacriter juverit, præſertim pro ferendo auxilio Cariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Francorum Regi Chriſtianiſſimo, adverſus ejus rebelles, & hæreticos centum etiam aureorum millia, ultra alia, illi mutuando hortatu noſtro id fecerit. Quod majora, ſi uſus venerit, ad Catholicæ fidei defenſionem, & incrementum ſe præſtaturum ultro pollicetur.

Militiam Sancti Stephani inſtituit.

§.4. Quod pro inclyta ejus in Deum pietate, ſuperioribus annis, Militiam Sancti Stephani, ad ſanctæ Fidei exaltationem, ac propagationem inſtituerit, bonis ditaverit, & ampliaverit.

Statum ſuum optime regit.

§.5. Quod univerſæ prope Provinciæ Etruſcæ imperſcrutabili Dei judicio ad ſummæ dignitatis poteſtatem civium Florentinorum aſſenſu vocatus feliciſſime præſit, ac dominetur. Quod delatum ſibi admirabiliter Principatum admirabilius regat, & moderetur, illumque incomparabili prudentia, ac ſapientia, in pacis ac juſtitiæ amœnitate, ab ineunte ejus ætate diligentiſſime contineat, & conſervet.

Præclara multa operatur.

§.6. Quod terra marique præpotens exiſtat. Quod Piratis, facinoroſis, ſicariis, quietis, & ocii turbatoribus, necnon noſtris, & hujus Sanctæ Sedis rebellibus, & adverſariis hoſtis acerrimus, ſcelerumque & delictorum ſeverus vindex ſit, quod numeroſa ac frequenti populorum ei ſubditorum Deo benedicente multitudine, copioſis grandibuſque redditibus, & ampliſſimis proventibus gaudeat, & fruatur. Quod validus peditum, & equitum numerus in omnes uſus ei prætio ſemper eſſe poſſit. Quod quamplures florentiſſimas Urbes, tam Cathedralium, quam earum nonnullas Metropolitiarum Eccleſiarum dignitate inſignes, ac Studiorum generalium univerſitatibus ornatas, munitiſſimos portus, validiſſimas arces, loca tutiſſima, triremium claſſem paratam, & inſtructam, tam ad Tyrrheni ſui maris, quam etiam ad noſtræ oræ maritimæ tutelam habeat. Quod rerum omnium copia, ditionis amplitudine, locorum ubertate, continua vitæ felicitate, demumque gentis celebris admodum, & opulentæ viribus firmiſſime ſubnixus urgeat. Quod cuncta hæc ipſa bona per immenſam Dei Omnipotentis benignitatem ſibi elargita, ad divinum honorem, & gloriam paratiſſima ſemper fore profiteatur.

Superioremque in ſuo dominio non recognoſcit.

§.7. Quod abſoluta poteſtate ratione liberi, & directi dominii Florentini nemini ſit ſubiectus, ita ut juxta diſtinctionem piæ memoriæ Pelagii ſimiliter Romani Pontificis Prædeceſſoris noſtri, uti Rex, & Magnus Dux ac Princeps merito exiſtat, & inter ceteros Magnos Duces, ac Principes, re ipſa eſſe, cenſeri, & connumerari poſſit, & debeat.

Creatio Coſmi Medices, & ejus ſucceſſorum in Magnos Duces Etruriæ. *Quam intellige, ut hic in fine.*

§.8. Nos igitur tot ac tantis rationabilibus, digniſque de cauſis, clariſſimis quoque ipſius Coſmi Ducis erga Nos, & Sedem eamdem meritorum, & Officiorum monumentis inducti, firmaque ſpe freti, quod is, & ejus ſucceſſores, collati noſtri in eos beneficii memores debitam Nobis, futuriſque Romanis Pontificibus grato animo fidei, ac devotionis ſinceritatem, perpetuo exhibere, conſervareque ſtudebunt. Attendentes etiam, quod ſane plurimi facimus, dictum Coſmum Ducem, ac dilectum filium nobilem virum Franciſcum ejus filium primogenitum arctis admodum affinitatis, ſanguinis, & neceſſitudinis vinculis cum cariſſimo in Chriſto filio noſtro Maximiliano in Imperatorem electo, & maximis Chriſtiani nominis Regibus conjunctos eſſe, eoſque a nobiliſſima ſtirpe Medicea multis honoribus & titulis decorata, & ex qua tot illuſtres proceres, ac tres Romani Pontifices prodierunt, ortum habere. Propterea eumdem Coſmum Ducem ſpecialibus favoribus, & gratiis paterne benigneque proſequi volentes, ipſumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſq. Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſeq., harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, Motu proprio, non ad ipſius Coſmi Ducis, ſeu alterius pro eo Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, maturaq. deliberatione, & mera liberalitate noſtris, ac de ſupremæ noſtræ Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tam dictorum Prædeceſſorum, quam etiam Alexandri III. & Innocentii pariter III. ac Pauli IV. ſimiliter Prædeceſſorum noſtrorum, qui Portugalliæ, & Bulgarorum, ac Blancorum, necnon Hiberniæ Reges, & ut tunc Dux Bohemiæ, Rex in ſuis literis nominari poſſit, reſpective crearunt, conſtituerunt, & conceſſerunt, aliorumq. Romanorum Pontific. erga diver-

diverſos Principes exempla ſequentes, veſtigiiſque inhærentes, ut potiſſimum ceteri Principes hoc exemplo invitati ad bene de Sancta hac Sede promerendum incitentur, eumdem Coſmum Ducem ejuſque Succeſſores pro tempore exiſtentes Duces, perpetuis futuris temporibus in Magnos Duces, & Principes Provinciæ Etruriæ tibi pro maxima illius parte ſubiectæ, & in ipſa Provincia reſpective Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium creamus, conſtituimus, pronunciamus, declaramus, Magnorumque Ducum Etruriæ Provinciæ, ut præfertur, ejus ſubjectæ nomine, titulo, & denominatione extollimus, & amplificamus, necnon eos dictæ Etruriæ Provinciæ eis ſubjectæ Magnos Duces, & Principes ab omnibus nominari, appellari, inſcribi, dici, haberi, cenſeri, & tractari debere volumus, præcipimus, ac mandamus, atque Coſmum Magnum Ducem, ejuſque Succeſſores præfatos omnibus, & ſingulis exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, præeminentiis, prærogativis, indultis, privilegiis, aliiſque quibullibet gratiis, & honoribus, quibus alii vere liberi, & directi Domini, ac Magni Duces, & Principes etiam Ducali, aut alia quavis etiam majori dignitate præfulgentes, ac quacumque libera, & abſoluta poteſtate fungentes, in genere vel in ſpecie, in quibuſcumque locis, pompis, ſeſſionibus, celebritatibus, cæremoniis, & actibus publicis vel privatis, tam de jure, quam de conſuetudine, etiam in Aula noſtra Vaticana, & ubique Terrarum, etiam ſi aliqui alii Magni, & ſimiles Duces, & Principes præſentes fuerint, quoquo modo utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ſeu uti, frui, potiri, & gaudere in futurum quomodolibet poterunt, & ſoliti ſunt, non quidem ad illorum inſtar, ſed pariformiter, & abſque ulla prorſus differentia uti, frui, potiri, & gaudere poſſe, ac debere.

Coronę Regalis donatio.

§.9. Et inſuper in evidens clarumque propenſæ noſtræ voluntatis erga dictum Coſmum Magnum Ducem teſtimonium, certamque dilectionis ſignificationem, eum amplioris quoque gratiæ, & favoris prærogativa, maxime dignum cenſentes, ut juxta ſententiam Clementis Quarti Prædeceſſoris noſtri prædicti, ex majori decore ornatuum, majoritas appareat dignitatis, ipſum Coſmum Magnum Ducem, & ejus Succeſſores hujuſmodi Regali Corona, ut inferius depingi mandavimus, quæ ſuper eorum gentilibus inſignibus, ad illuſtrius nobiliuſque ipſorum decus, & ornamentum, uti, eamque portare, ferre, & geſtare, depingique, & inſculpi facere libere, & licite poſſint, & valeant, motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus decoramus, exornamus, & inſignimus, decoratoſque, exornatos, & inſignitos fore, & eſſe.

Clauſulę præſervativæ.

§.10. Præſenteſque literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu quocumque alio defectu ex quavis etiam quantumlibet juſtiſſima, & urgentiſſima, rationabilique cauſa nullo umquam tempore a quoquam notari, vel impugnari poſſe, ſed illas validas, & efficaces perpetuo fore, & eſſe, ſuoſque plenarios, totales,, & omnimodos effectus ſortiri poſſe, ac debere in omnibus, & per omnia, ac ſi conſiſtorialiter, & de Fratrum noſtrorum conſilio factæ, & in ipſo Conſiſtorio noſtro ſecreto lectæ fuiſſent.

Decretum irritans.

§.11. Sicque per quoſcumque Judices etiam Imperiali, Regia, Ducali, vel quavis alia excellentia, & dignitate præditos, & alios Commiſſarios qualibet auctoritate fungentes, etiam cauſarum Sacri Palatii noſtri Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, ſententiandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, definiri, & interpretari debere, ac quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus, & declaramus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.12. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Provinciarum, Civitatum, & locorum quorumlibet ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis, illis, & quibuſvis aliis perſonis, etiam Ducibus, quibus forſan per Sedem Apoſtolicam conceſſum ſit, quod privilegiis, præeminentiis, favoribus, indultis, & gratiis ad inſtar Magnorum Ducum, perinde ac ſi ipſi Magni Duces realiter, & cum effectu eſſent, uti, & gaudere poſſint in genere, vel in ſpecie, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, & quantumcumque efficaciſſimis clauſulis, & decretis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis (quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, eorum omnium tenorem præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, totaliterque, & latiſſime derogatum eſſe volumus & decernimus) ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Declaratio quod talis creatio non præjudicat jurisdictioni S. R. E. nec Imperatoris, Regum &c.

§.13. Salva nihilominus in noſtris dictæ Provinciæ, Civitatibus, & locis, noſtra & Romanæ Eccleſiæ auctoritate, juriſdictione, & poteſtate, necnon Imperatoris, & Regum ſuperioritate, juriſdictione, ac quibuſvis juribus reſpective in locis mediate, vel immediate eis ſubiectis, ac citra aliquod præjudicium Civitatum, Terrarum, & locorum in eadem Etruriæ Provincia conſiſtentium, quæ non ſunt ditiones dicti Coſimi Ducis, nec ei quomodolibet ſubiecta ſunt, neque aliquo modo obediunt.

Sanctio pœnalis.

§.14. Nulli ergo omnino hominum &c.

D. P. An. IV. 27. Auguſti.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1569., ſexto Kal. Sept. Pontificatus noſtri Anno IV.

Conſra-

CXXII.

Ex Bullar. Ord. Præd. T.V. pag. 223.

Confratres SS. Roſarii privilegiis, & indulgentiis ornantur.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

CONſueverunt Romani Pontifices, & alii SS. Patres, Prædeceſſores noſtri, cum bellis corporalibus, vel ſpiritualibus premerentur, aut aliis vexationibus tentarentur, quo facilius ab illis evaderent, & tranquillitatem adepti, Deo quietius, & ferventius inſervirent, & vacarent, divinam opem implorare, & Sanctorum ſuffragia per ſupplicationes, ſeu per Litanias depoſcere, ac oculos cum Davide in montes levare, certa ſpe confidentes, inde illis auxilia affutura: Quorum exemplo adductus, & Spiritu Sancto, ut pie creditur, afflatus B. Dominicus Ordinis Fratrum Prædicatorum auctor, cujus Inſtitutum, & Regulam, cum in minoribus eſſemus, expreſſe profeſſi ſumus, ſimili qua nunc temporis occaſione, quo Albigenſium hæreſis partes Galliarum, & Italiæ miſere graſſabatur, & tam multos excæcaverat ſæculares, ut in Domini Sacerdotes, & Clericos ſæviſſime furerent, levans in Cœlum oculos, & montem illum glorioſæ Virginis Mariæ Almæ Dei Genitricis, quæ germine ſuo tortuoſi ſerpentis caput obtrivit, & cunctas hæreſes ſola interemit, ac benedicto fructu ejus ventris, mundum primi parentis lapſu damnatum ſalvavit, & de quo ſine humanis manibus abſciſſus eſt lapis ille, qui ligno percuſſus, gratiarum aquas affluentes produxit, reſpiciens modum facilem, & omnibus pervium, ac admodum pium orandi, & precandi Deum, Roſarium, ſeu Pſalterium ejuſdem B. Mariæ Virginis nuncupatum, quo eadem Beatiſſima Virgo Salutatione Angelica centies, & quinquagies ad numerum Davidici Pſalterii repetita, & Oratione Dominica ad quamlibet decimam cum certis meditationibus totam ejuſdem D. N. Jeſu Chriſti vitam demonſtrantibus, interpoſita, veneratur, excogitavit, excogitatum per S.R.E. partes propagavit, orandique modo prædicto per aſſeclas B. Dominici, Fratres, videlicet Ordinis prædicti divulgato, & a nonnullis accepto, cœperunt Chriſti fideles meditationibus accenſi, his precibus inflammati in alios viros repente mutari, hæreſum tenebræ remitti, & lux Catholicæ fidei aperiri, & ad hanc orandi formam pro locorum diverſitate, ſodalitates per Fratres ejuſdem Ordinis ad hoc a ſuis ſuperioribus legitime deputatos inſtitui, & Confratres in eis deſcribi.

B. Dominici Roſarii inventor, & per ſuos Fratres propagatur.

§.1. Nos quoque illorum Prædeceſſorum veſtigia ſequentes, militantem hanc Eccleſiam divinitus Nobis commiſſam, his temporibus tot hæreſibus agitatam, tot bellis, praviſque hominum moribus atrociter vexatam, & afflictam cernentes, lacrymabundos, ſed ſpei plenos oculos in montem illum, unde omne auxilium provenit, levamus, & ſingulos Chriſtifideles ad ſimile faciendum benigne in Domino hortamur, & monemus. Utque facilius modus ille ab omnibus, cum ea, qua decet, devotione, & mentis, Religioniſque Chriſtianæ ſinceritate amplectatur, auctoritatis noſtræ partes, quantum Nobis ex alto conceditur, favorabiliter impartientes, modum orandi, & precandi prædictum, omniaque, & ſingula indulta, Indulgentias, peccatorum remiſſiones, relaxationes, immunitates, privilegia, & alias gratias per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & dictæ Sedis etiam de Latere Legatos, ac alios Apoſtolica auctoritate fulfultos, juxta precandi modum prædictum orantibus, & Confraternitatibus, ſeu ſodalitatibus ſub dicto Roſario inſtitutis, & illorum Eccleſiis, ſeu Altaribus, aut Capellis, vel Confratribus, ac ſodalibus, tam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ſive in genere, vel in ſpecie, quam alias quomodolibet, etiam pluries conceſſa, confirmata, & innovata, quorum omnium, & ſingulorum tenores, & compendia præſentibus haberi volumus pro expreſſis, & inſertis, eadem auctoritate, harum ſerie perpetuo confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus.

Pius Confratribus Roſarii conceſſas Indulgentias cōfirmat.

§.2. Necnon potiori pro cautela, præmiſſa omnia eiſdem modo, & forma, quibus conceſſa reperiuntur, etiam perpetuo innovamus, ac omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus utriuſque ſexus Confratribus per dictos filios modernos, & pro tempore exiſtentes Fratres Ordinis prædicti, in ſuis, & tam per eos, quam per alios Sacerdotes, etiam in aliis Eccleſiis a dicto filio, etiam moderno, & pro tempore exiſtente ipſius Ordinis Generali Magiſtro, vel ejus Vicario dumtaxat deputatos, in hujuſmodi Sodalitatem, & Confraternitatem Roſarii receptis, & deſcriptis, Eccleſias, Altaria, & Capellas hujuſmodi viſitantibus, necnon Deo preces juxta Roſarii modum prædictum effundentibus, quod omnibus, & ſingulis indultis, Indulgentiis, peccatorum remiſſionibus, relaxationibus, privilegiis, & aliis gratiis præfatis, frui, uti, potiri, & gaudere, necnon eiſdem Confraternitatibus, ſeu ſodalitatibus, quod illarum ad id deputati Confratres omnia, & ſingula oblationes, & legata, ſeu donationes, aut alias quovis modo, ſive in teſtamento, ſive in Codicillis, aut alia ultima, vel inter vivos voluntate, illis relicta, & erogata quæcumque, quotcumque, & quotieſcumque, etiamſi ſpeciali nota digna ſint, percipere, exigere, levare, & in Confraternitatis hujuſmodi pios uſus convertere, etiam Ordinarii loci, aut cujuſvis alterius licentia deſuper minime petita, libere, & licite poſſint.

Et innovat.

§.3. Et inſuper, quo quiſque ad ſe numero Confratrum præſitorum aggregandum promptior, & alacrior fiat, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Confratribus prædictis, per deputatos prædictos

deſcri-

Digitized by Google

deſcriptis, vere pœnitentibus, & confeſſis, qui prima vice, qua deſcripti fuerint, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in aliqua Eccleſia, ſeu Capella dictæ Confraternitatis perceperint, & unam ſaltem quinquagenam Roſarii recitaverint, & pro tranquillitate S. Matris Eccleſiæ oraverint, necnon qui in mortis articulo conſtituti ſalutaris pœnitentiæ, & Viatici Sacramento muniti fuerint, plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Confraternitati ſe adſcribentibus concedit Indulgentiam plenariam.

§.4. Qui vero in die Reſur. D. N. Jeſu Chriſti, & Annunciationis, ac Aſſumptionis ejuſdem B. Mariæ præfatum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, & partem Roſarii, ut præfertur, recitaverint, decem annos, & totidem Quadragenas; eiſdem autem Confratribus, qui in reliquis Domini N. Jeſu Chriſti, & B. Mariæ Virginis præfatorum feſtis diebus, in quibus ſacra ipſius Roſarii myſteria recenſentur, unam ſaltem Roſarii quinquagenam recitaverint; necnon aliis omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, etiam non Confratribus, qui in ejuſdem Roſarii Proceſſione, quæ menſe quolibet fieri conſuevit, devote recitaverint, ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis ſibi pœnitentiis, etiam miſericorditer in Domino relaxamus.

Alias elargitur Indulgentias pro diverſis anni diebus.

§.5. Decernentes Confratres, & alios præfatos a quoquam deſuper moleſtari, præſenteſque literas de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, aliove vitio, aut intentionis noſtræ defectu notari, argui, vel impugnari, & ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi non poſſe; ſed quoties illæ emanaverint, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas de novo, etiam ſub poſteriore data, per ipſos deputatos Confratres eligenda, conceſſas, ac perpetuo validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri debere, & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ.

§.6. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis editis, & edendis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Derogatio contrariorum Fides tranſumptorum.

§.7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra adhibeatur, quæ præſentibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 17. Septem. 1569. An. IV.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 17. Septembris, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Pont. noſtri Anno IV.

CXXIII.

Indulgentia Confratribus Societatis Nominis Dei conceſſa.

Ex Bullar. Ord. Prædic. T. V. pag. 214.

PIUS PAPA QUINTUS

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes Literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

CUnctorum mortalium animas Deo lucrifieri deſiderantes, ad ea, per quæ Chriſtifideles piis operibus vacantes, ſalutem ſuam Deo propitio valeant promereri, noſtræ conſiderationis frequenter dirigimus intuitum, utque præmiſſa per eos caritatis fervore exequantur, eos allectivis quibuſdam ſpiritualibus muneribus invitamus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Indulgentia conceſſio.

§.1. Cupientes igitur, ut dilecti filii ſinguli Confratres Confraternitatum Nominis Dei, tam in Civitate Bononien., quam aliis quibuſcumque locis, & terris canonice inſtitutarum, eo magis in pace inter alios ſibi invicem hoſtes tractanda, quod eorum proprie eſt munus, ſe intromittant, ipſique Chriſti fideles eo libentius ad ſe conciliandum inter ſe adducantur, de Omnipotentis Dei Miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Confratribus Confraternitatum hujuſmodi, qui in aliqua pace pertractanda, & concilianda ſe intromiſerint, omnibuſve, & ſingulis Chriſtifidelibus, qui ſimultates inſimul habentes mutuam pacem contraxerint, quoties id fecerint, quadraginta dies de injunctis ſibi, ſeu quomodolibet debitis pœnitentiis, miſericorditer in Domino relaxamus.

Firmitas hujus conceſſionis.

§.2. Præſentibus, quas ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, & limitationibus minime comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas eſſe, ſicque ab omnibus cenſeri volumus, perpetuis futuris temporibus duraturis.

Dat. die 20. Septem. 1569. An. IV.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 20. Septembris, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Pon. noſtri Anno IV.

Re-

CXXIV.

Revocatio indultorum præter juris communis diſpoſitionem conceſſorum, recipiendi vel retinendi Religioſos alterius Ordinis, etiam laxioris,

PIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

Hoc diſpoſitio Concilii Trid. habetur in ſeſſ.14. c.11. & ſeſſ. 25. c.19. de Regularib.

QUæcumque Sacrarum Religionum ſtatum offendere noſcuntur, noſtrum Nos incitat Officium de medio removere. Quamquam enim de cohibendis Regularibus ad alium Ordinem translatis Sancta Synodus Tridentina ſalubri conſilio decrevit, ut nemo cujuſcumque Ordinis Prælatus, vel Superior vigore cujuſvis facultatis, illorum quempiam ad habitum, & profeſſionem admittere poſſit, niſi ut de Ordine, ad quem transfertur, ſub ſui Superioris obedientia in clauſtro perpetuo maneat, multi tamen Superiores, & Prælati, obtentu privilegiorum, quamplurimos Apoſtatas, & alios diverſorum Ordinum ad ſe ob jurgia, contentiones, levitatem, & malefacta, ut maxime fugientes, eo etiam conſilio receptare non deſinunt, ut illorum opera in evitandis infirmis, gerendiſque eorum locorum rebus, & negotiis utantur, ex qua re plerique ſolutiores effecti, & quaſi impunitatem aſſecuti, non perſonas tantum eorum Ordinum, unde animadverſionis metu forte exierant, ſed & ipſorum Ordinum ritus, moreſque maledictis inſequuntur.

Revocatio privilegiorum recipiendi vel retinendi Regulares alterius Ordinis etiam laxioris

§.1. Quocirca cum ejuſmodi privilegia veniant abroganda, quandocumque inſigniter comperiuntur nocere, vel etiam ſcandala generare, Nos his, aliiſque rationabilibus cauſis adducti, & ut quibuslibet hujuſmodi effugia præcludamus, de Nobis attributæ poteſtatis plenitudine revocamus, & abolemus omnia, & quæcumque privilegia, facultates, diſpenſationes, & indulta præter juris communis diſpoſitionem emanata, recipiendi, vel retinendi Fratres, Monacos, Canonicos, & alios etiam laxiorum Ordinum profeſſores, quibuſcumque Ordinibus, Monaſteriis, Hoſpitalibus, Militiis, & piis locis, etiam Sancti Antonii Viennen. Sancti Spiritus in Saxia de Urbe, S. Joannis Hieroſolymitani, Jeſu Chriſti, Sancti Jacobi de Spatha, Sancti Lazari Hieroſolymitani, eorumq. Eccleſiis, membris, Superioribus, & perſonis, per quoſcumque Rom. Pont. Prædeceſ. noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, tam in ipſorum Monaſteriorum, Hoſpitalium, & locorum inſtitutione, quam deinceps quomodocumq., ac quotieſcumq. etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, & alias ſub quibuſcumq. tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis reſtitotionibus, præſervationibus, mentis atteſtationibus, derogatoriarum derogatoriis, aliiſq. fortioribus, efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque ſimili poteſtatis plenitudine, etiam pauperum infirmorum miſerabilium, & cujuſcumque alterius pii operis intuitu, ac etiam ex quibuſcumque aliis cauſis, quantumvis gravibus, caritativis, & neceſſariis, etiam conſideratione, vel ad ſupplicationem Imperatorum, Regum, aliorumque Principum, necnon Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, deque illorum conſilio, & matura deliberatione prius habita, conceſſa, confirmata, ac etiam multiplicatis vicibus innovata, extenſa, vel etiam moderata. Caſſamus quoque & annullamus, quoad illa, omnes Apoſtolicas, & alias literas ſuper iis confectas, ac proceſſus, & alia inde ſecuta quæcumque.

Prohibitio de cetero eos recipiendi.

§.2. Ac volumus ea omnia, vires & effectum de cetero non habere, ita ut poſthac illorum ſic revocatorum prætextu, Prælati & Superiores prædicti, aut alii quicumque nullum prorſus alterius, etiam laxioris Ordinis, vel obſervantiæ regularem, etiam ſpecialem tranſeundi ad ipſos licentiam (juxta hujuſmodi privilegia dumtaxat) ferentem, ad habitum & poſſeſſionem regularem in ſuis quiſque Monaſteriis, domibus, locis, vel Ordinibus, etiam ut in clauſtro perpetuo maneat, admittant, nec omnino quemquam recipiant, vel retineant. Eos vero, quos in aliquo ex caſibus ſupradictis (vigore hujuſmodi privilegiorum tantum, ac præter juris communis diſpoſitionem) jam habent translatos, ad eorum Superiores, & loca ejus Ordinis, unde erant profecti, quamprimum remittant.

Annullatio literarum Apoſtolicarum deſuper confectarum, & proceſſuū &c.

§.3. Decernentes admiſſiones, receptiones, & retentiones hujuſmodi nulla firmitate ſubſiſtere, neminemque prorſus ulli voto, ullive regulæ, vel obſervantiæ, etiam juramento, aliave ſolemnitate promiſſæ obligare, necnon irritum, & inane quicquid ſecus, per prædictos, aut quoſcumque alios quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contravenientium pœnæ.

§.4. Quicumque vero aliquem contra hujus noſtræ revocationis tenorem admiſerint, aut receperint, aut illos, aut quos jam habent, modo prædicto translatos, aut receptos retinuerint, ipſos omnibus, & ſingulis dignitatibus, adminiſtrationibus, beneficiis, Officiis, fructibus, & penſionibus Eccleſiaſticis præſentium auctoritate privamus, & ad futura inhabiles eſſe volumus eo ipſo.

Ordinarii contra prædictos procedant.

§.5. Quocirca omnibus locorum Ordinariis, in quorum Diœceſibus loca prædicta conſiſtunt, per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut per ſe, vel alium, ſeu alios de translatis prædictis auctoritate noſtra cognoſcentes, in eos, quos contra hoc præſcriptum noſtrum degere invenerint, ac etiam recipientes, vel retinentes, rejecto quocumque exemptionis privilegio animadvertant, ipſoſque præterea translatos, vel retentos, ad Priores Ordines, & diſciplinam remittere procurent. Contradictores quoſcumque per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, ceteraque juris, & facti remedia opportuna, quacumque appellatione poſtpoſita

Digitized by Google

poſita compeſcendo, invocato, etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum, Hoſpitalium, Militiarum, Ordinum, & locorum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratia ſtatutis, Cooſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, quodque Prælatis, & Superioribus prædictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim a prædicta ſit Sede indultum, quod literis revocatoriis ſub quacumque formola editis nullatenus, vel niſi modis, & formis in hujuſmodl indultis cootentis parere, & ob non paritionem aliquas cenſuras, & pœoas iocurrere, aut alias interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, necnon Monaſteriis, Hoſpitalibus, Militiis, & Ordinibus hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, esemptionibus, indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine prædictis conceſſis, cujuſcumque tenoris exiſtant, per quæ præſentibus non espreſſa, vel omnino oon inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qnibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia nolumus cuiquam contra prædicta in aliquo ſuffragari, ceteriſque contrariis quibuſcumque,

Fides exemplorum.

§.7. Volumus autem, ut ipſarum præſentium esempla edantur, eademque, etiam impreſſa, Notarii publici manu, & Prælati eccleſiaſtici, ejuſve Curiæ ſigillo obſignata, eamdem illam ubique locorum fidem in judicio, & extra illud faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum, &c. Si quis autem, &c.

D. P. An.IV. 14. Octobris.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Prid. Idus Octob. Pontificatus noſtri Anno IV.

CXXV.

Reformatio officii Cnrrectoris Cancellariæ Apoſtolicæ, & literarum minoris Juſtitiæ contradictarum nuocupat.

Aliam reformationem fecit Pius IV. ut in ejus Conſt. LXIV. Univerſi *T. IV. Par. II. fol.* 120. *Et de materia Cancellariæ, attende in Martino V. Conſt. IV.* In Apoſtolicæ *Tom. III. Par. II. fol.* 428.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſæ hujus reformationis

ROmani Pontificis circumſpecta providentia nonnumquam geſta per Romanos Pootifices Prædeceſſores revocat, & moderatur, prout in Domino ſalubriter expedire conſpicit. Hinc eſt, quod ad reformationem literarum officii Correctoris miooris Juſtitiæ, contradictarum nuocupatarum Cameræ noſtræ Apoſtolicæ attendentes, licet a fel. rec. Pio Papa IV. Prædeceſſore noſtro quamplurlma ſalubria ſtatuta, & ordinata fuerunt, tamen qoia experientia compertum eſt, propter nimias ſubtilitates adhuc ſæpe ex dicto Officio reſcripta contra mentem noſtram in grave partium præjudicium emanaſſe, quibus, prout ex debito Officii noſtri tenemur, provide conſulere volentes, hac noſtra Conſtitutione perpetua ſtatuimus, decernimus, atque prohibemus.

Correctores & Procuratores abſtineant a commiſſionibus cauſarum, &c.

§.1. Ne Corrector, & Procuratores Collegii Officii literarum præfatarum ex Officio, ut antea commiſſiones cauſarum ſob quacumque forma, ſubrogationes, & Judicum mutationes concedant, minuſque Judicibus ordinariis, aut aliis delegatis aliquos illis adjungant, aut quorumvis teſtium, etiam ad perpetuam rei memoriam examen ipſi delegent, neque literas ad effectum revelationis, aut aliquid reſtituendi, aut deponendi, ſeu teſtimonium veritatis perhibendi contra occultas perſonas in forma *ſignificavit*, concedi ſolitas, aut literas, quas juris declaratorias ſuper Religionis validitate, aut quibuſvis aliis quæſtionibus, cauſis, & negotiis, & quas conſervatorias appellant, expediant, ſed omnes ad Nos, & futurum Rom. Pont. referantur per ſignaturam noſtram, aut ejuſdem Rom. futuri Pont. expediendas, & decidendas, prout negotiorum, & perſonarum qualitas, ac rei gravitas, & neceſſitas poſtulaverit. Literas vero commiſſioouin ſecundum ſupplicationes hujuſmodi, ſuper negotiis, cauſis, & quæſtionibus præfatis ſignandas; Corrector, & Collegium hujuſmodi per illius officium expediat.

Corrector concedat confirmationes contractuum, & ſententiarum, ut hic.

§.2. Poſſit tamen idem Corrector, ut antea ex officio literas ſuper confirmatione contractuum ad ſopplicationem partium, & ſioe alterius præjudicio, ac ſententiarum, & laudorum de conſenſu partium cum ſolitis clauſulis in forma communi expedire.

Regulas alias non det.

§.3. Regulas Cancellariæ noo niſi de conſenſu S. R. E. Vicecancellarii, aut illios Regentis concedat.

Beneficiales materias non expediat.

§.4. Abſtineat vero Corrector, & Collegium præſatum, quibus juſtitiæ majoris literarum expeditio commiſſa fuit, ab omnibus materiis beneficialibus, tam principalibus, quam acceſſoriis, & materiis perpetuis, necnon a conceſſione abſolotionis a cenſuris, ſeu commiſſionibus illarum.

Licentias teſtandi, quas concedat.

§.5. Licentias teſtandi niſi pro ſumma centum ducatorum, juxta formam io quinterno Cancellariæ noſtræ traditam concedat, & dummodo aliam ſimilem non obtinuerint, & qond iu omnibus licentiis præfatis hæc clauſula (dummodo ſimilem antea non obtinuerint) appooatur.

Statuta & privilegia non confirmat.

§.6. In confirmationibus ſtatutorum, Conſtitutionum, Ordinationnm, & privilegiorum, ſe non intromittat.

§.7. Licen-

Licentias alienandi non det.

§.7. [illegible] alienandi bona [illegible] ſtica, ſeu ad [illegible] pia pertinentia, confirmationes alienationum hujuſmodi bonorum, cujuſcumque etiam modicæ quantitatis exiſtat, ipſe non attingat, nec expediat.

Literæ per Officiales examinentur.

§.8. Literæ vero per Correctorem, & Officium præfatum expediendæ ad Bullariam non mittantur, niſi prævio examine, & cenſura Vicecancellarii, aut Re[illegible]tis, & in eadem Cancellaria noſtra de majori præſidentia aſſiſtentium probatæ fuerint, poſt cujus judicium neque Corrector, aut quivis alius manum, eas immotando, ſub pœna falſi apponat.

Materias regularium non tangat.

§.9. Abſtineat quoque ab omnibus materiis concernentibus ſtatum, & perſonas regulares utriuſque ſexus cujuſcumque Ordinis.

Procuratores Collegium faciant &c.

§.10. Conficiant præterea Procuratores præfati Archivium in Palatio noſtro Apoſtolico, in loco per Nos deſignando, & literas omnes extenſe, & integre regiſtrent, & ad minus ſingulo quoque trimeſtri ad dictum Archivium cuſtodiendas deferant.

Contra hanc Bullam & aliam Pii IV. nihil agant.

§.11. Inhibentes Collegio, & Correctori præfatis ſub pœna privationis Officiorum, ne contra declarationem, ordinationem, & decretum præfatum aliquid innovare præſumant. Ceteri omnibus aliis, a [illegible] Pio præfato, & aliis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris ſtatuta, & decreta ſunt, firmis manentibus.

Decretum irritans.

§.12. Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam ipſius Eccleſiæ Romanæ Cardinales, ſublata eis quavis aliter interpretandi facultate, judicari, & definiri debere. Et quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane ſimiliter decernimus.

Derogatio contrariorum.

§.13. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis quoque, & indultis eiſdem Correctori, & Procuratoribus, eorumque Collegio ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac forſan Nos concelſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque.

Supplicationes commiſſionum quomodo expediendæ.

§.14. Volumus autem quod liberum ſit omnibus, ſupplicationes commiſſionum cauſarum in præſentia noſtra, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis ſignatas, non ſolum per Officium contradictarum, ut præfertur, ſed etiam, ut antea per literas in forma Brevis expediendas obtinere, dummodo per extenſum, & non ſupplicatione introcluſa, literæ præfatæ expediantur.

Taxa non augeatur.

§.15. Inhibe[illegible] Secretariis & Scriptoribus d[illegible] Coll[illegible] ſub pœnis [illegible]ionis [illegible] privati[illegible] Officiorum, ne propter [illegible] hujuſmodi, taxam, & m[illegible]ſa[illegible], etiam oc[illegible] ſc[illegible], [illegible] la[illegible], ve[illegible] augeant.

Literæ regiſtrentur &c.

§.16. M[illegible] & [illegible] quod literæ præfatæ [illegible] in Palatio noſtro [illegible] in loco ſimili [illegible] per Nos deſignando, ſin[illegible]que tr[illegible] ad minus, ut ſupra d[illegible].

Forma & effectus publicandi.

§.17. Ut [illegible] præſentes literæ ad omnium notitiam deducantur, & eos, quorum int[illegible], [illegible] poterit [illegible] efficacius, volumus, & mandamus [illegible] Palatii noſtri Apoſtolici, ac A[illegible] literarum contradictarum valvis, & [illegible] loco per aliquos ex Curſoribus [illegible] affigi, & per aliquod tempus [illegible] dica ibidem earum copia affixa dimittatur, ut ii, quos literæ ipſæ concernunt, [illegible] concernere poterunt quomodolibet in futurum, nullam poſſint excuſationem prætendere, vel allegare, quod ad ipſorum notitiam non pervenerint. Cum non ſit veriſimile apud eos [illegible]gnitum remanere, quod tam patenter publice [illegible]. Et quod in quinterno Cancellariæ [illegible] deſcribantur.

Null. ergo &c. Si quis &c.

D. P. [illegible] IV. [illegible]

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, 12. Kal. Novembr. Pontificatus noſtri Anno IV.

Sequitur declaratio prædictæ Reformationis.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Cauſa hujus declarationis.

NUper certis rationabilibus cauſis tunc ſuadentibus circa Officium Correctoris Literarum Cancellariæ noſtræ contradictarum nuncupatarum, ſtatuimus, ut nihil omnino eorum, quæ tunc expreſſa ſunt, quæ antea ex dicto Officio conceſſi conſueverant, deinceps abſque ſignatura noſtra, & in literarum Apoſtolicarum expeditione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario aſſiſtentium recognitione, & cenſura, a prædicto Correctore expediretur.

Declaratio dictæ Reformationis, & facultas Correctoris, & Procuratorum.

§.1. Nos cauſis prædictis poſtea plenius cognitis, cupientes promptiori eorum expeditione, quæ juſtitiam concernunt, minorique partium diſpendio conſulere, Motu ſimili, &c. certaque ſcientia volumus, ac dilectis filiis Correctori, & Procuratoribus hujuſmodi literarum contradictarum concedimus, ut reſcripta, & commiſſiones omnium cauſarum, tam Civilium quam Criminalium, necnon Judicum ſubrogationes, mutationes, adjunctorum dationes ſive ordinariis ſive delegatis faciendas, teſtium ad futuram rei memoriam examinandorum conceſſiones, & reliquas materias majorem vel minorem nuncupatam Juſtitiam more concernentes, ſuper quibus omnibus

nibus ſupplicationes noſtras ſeu Rom. Pontificis pro tempore exiſtentis, aut ſignaturæ noſtræ juſtitiæ Præfecti prius ſignatæ, & non alias, abſque aſſiſtentium prædictorum recognitione vel cenſura valeant expedire. Et ſimili modo ſuper ſupplicationibus manu noſtra ſignatis literas ad effectum revelandi, aut aliquid reſtituendi, ac teſtimonium veritatis perhibendi, contra occultas perſonas in forma, *Significavit*, etiam privative quoad omnes, quibus id (excepto dumtaxat noſtro in ſpiritualibus Vicario Urbis, qui in Urbe ipſa, & ſuburbiis tantum, illa expedire poſſit) omnino inhibemus. Et eos ac etiam Notarios, qui contrafecerint, emolumentis omnibus ſuorum Officiorum per annum integrum privamus, locis piis applicandis, & præterea quingentorum ducatorum auri de Camera, ac aliis pœnis arbitrariis afficiendos decernimus. Quæ omnia (donec aliter per Nos aut Sedem Apoſtolicam reformando fuerit conſtitutum) omnino volumus obſervari, reliquis omnibus in reformatione noſtra ſuper hoc edita contentis ſalvis remanentibus; ita tamen, quod nullus alius quam prædictus Vicecancellarius ſeu ejus Locumtenens literas prædictas ad Bullariam tranſmittere poſſit.

Sola ſignatura ſufficit.

§.2. Ceterum volumus ſolam ſignaturam præſentibus ſufficere, atque in judicio, & extra fidem facere.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.3. Regulis noſtris in contrarium editis, & de non tollendo jure quæſito, & aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & in reformatione prædicta contentis, etiam ſpecialem, & expreſſam derogationem, & mentionem requirentibus & clauſulas derogatoriarum continentibus, ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

Papa ſubſcr.

Placet Motu proprio M.

CXXVI.

Indulta, gratiæ, & Indulgentiæ Confraternitatis nationis Florentinæ, ſub invocatione S. Joannis Baptiſtæ Decollati, de miſericordia nuncupatæ, nuper in Urbe inſtitutæ ad caritative conſortandum via Juſtitiæ morituros, eiſque Eccleſiaſtica Sacramenta ſubminiſtrandum, & eorumdem corpora ſepeliendum.

Confraternitatem iſtam inſtituit Innocentius VIII. ut in ejus Conſt. XIX. Inter deſiderabilia. *Tom. III. Par. II. fol. 221.*

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio, &c.

Innoc. VIII. erexit Sodalitatem.

CUm ſicut accepimus poſtquam alias fel. rec. Innocentius Papa VIII. Prædeceſſor noſter, venerabilem Societatem, ſeu Confraternitatem Miſericordiæ nuncupatam nationis Florentinorum de Urbe erexerat, & inſtituerat.

Ad conſortandum via Juſtitiæ ad mortem damnatos ac ſepeliendum.

§.1. Ac Confratribus ipſius Confraternitati quemdam locum intra Urbem, in quo unam Eccleſiam ædificare, & conſtruere, in qua unum Cappellanum Presbyterum ſæcularem, qui inibi Miſſas, & alia Divina Officia celebrare, & omnes, qui via Juſtitiæ ultimo ſupplicio afficiendi eſſent, conſortare, & eorum Confeſſionibus audiri, Eccleſiaſtica Sacramenta eis miniſtrare, ac eos in ſinceritate fidei Catholicæ manutenere haberet, ad eorum diſpoſitionem deputare, & tenere, ac inibi eorumdem ultimo ſupplicio afficiendorum corpora, Eccleſiaſticę ſepulturæ abſque aliqua particulari licentia tradere, & humare libere valerent, donaverat.

Conf[illegible] ei [illegible] dedit.

§.2. Quodque Confratres Confraternitati hujuſmodi pro tempore exiſtentes quæcumque ſtatuta, & ordinationes ſecundum miſericordiam, & caritatem convenientia, & expedientia condere, & facere.

Indul[illegible] conce[illegible].

§.3. Atque unum Confeſſorem idoneum, & ſæcularem, ac cujuſvis Ordinis regularem, qui eos in certis caſibus tunc expreſſis abſolvere, & eorum vota etiam certis caſibus tunc expreſſis exceptis, in alia pietatis opera commutare.

Judicem [illegible] A.C. de[illegible].

§.4. Eiſdemque Confratribus vere pœnitentibus, & confeſſis plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam ſemel in vita, & in mortis articulo impendere poſſet, eligere valerent.

Hæred[illegible] ſe conceſſit.

§.5. Et quod in omnibus cauſis civilibus, non tamen in criminalibus, concernentibus bona ipſius Societatis, non niſi coram Auditore Cameræ conveniri poſſent. Et quod caſu quod aliquis ultimo ſupplicio afficiendus vellet dictam Confraternitatem inſtituere hæredem omnium, vel partis bonorum ſuorum, Confratres dictæ Confraternitatis pro tempore exiſtentes poſſent abſque Fiſci præjudicio, & nomine dictæ Confraternitatis exigere, & recuperare, in judicio & extra illud, ac ubique locorum bona prædicta ſibi relicta ab omnibus illa habentibus, licet juris ſolemnitates ſervatæ non eſſent: dummodo per inſtrumentum, vel relationem duorum, aut trium teſtium, ſive alias legitime conſtaret, & appareret, talem fuiſſe voluntatem, & loquutionem ultimo ſupplicio afficiendi.

Indulgentiam eorum Eccleſiam viſitantibus dedit.

§.6. Et ultimo omnibus utriuſque ſexus perſonis vere pœnitentibus, & confeſſis, quæ dictam eorum Eccleſiam a primis Veſperis uſque ad ſecundas Veſperas feſtivitatis Decollationis Sancti Joannis Baptiſtæ devote viſitarent, & pro ſubventione dictæ Confraternitatis manus porrexerint adjutrices, viginti unius anni, & totidem quadragenarum indulgentiam, & remiſſionem conceſſerat, & indulſerat.

Leo X. hæc omnia approbavit.

§.7. Piæ mem. Leo X. etiam Prædeceſſor noſter donationem, conceſſionem, & indultum Innocentii prædicti, ac alia præmiſſa confirmavit, & approbavit.

Confratres Nationis Florentinæ eſſe juſſit.

§.8. Ac ordinavit quod Confratres prædicti aliquem voluntarie acceptare, nec ab aliquibus ad acceptandum in eadem Confraternitate aliquem, qui nationis Florentinæ

non

non eſſet compelli, & cogi non poſſent.

Aliaſque Indulgentias elargitus eſt.

§.9. Et ulterius omnibus qui dictam Eccleſiam in dicta feſtivitate ſingulis annis, aliorum viginti, & qui omnibus diebus Dominicis eamdem Eccleſiam viſitarent, ac manus porrigerent adjutrices ut ſupra, aliorum decem, & qui ultimo ſupplicio dictos condemnatos aſſociarent, & conſortarent, aliorum ſeptem annorum, & qui eorumdem ultimo ſupplicio affectorum corpora ad ſepulturam aſſociarent, aliorum ſeptem annorum, & totidem quadragenas, de injunctis eis pœnitentiis indulgentiam, & remiſſionem conceſſit.

Clemens VII præmiſſa confirmavit &c.

§.10. Quæ omnia per recol. mem. Clementem VII. etiam Prædeceſſorem noſtrum approbata, & confirmata fuerunt, qui etiam eidem Confraternitati, quod illius Capellani in die Paſchatis Reſurrectionis ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum omnibus utriuſque ſexus dictæ Confraternitatis Confratribus in dicta eorum Eccleſia, abſque præjudicio Rectorum, in quarum Parochiis degerent, miniſtrare.

Miſſas ante diem pro carceratis celebrare permiſit.

§.11. Atque Miſſas in præſentia ultimo ſupplicio condemnatorum etiam ante diem, dummodo circa auroram celebrare poſſent.

Indulgentias viſitantibus Eccleſiam conceſſit.

§.12. Necnon omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, aut firmum temporibus debitis confitendi propoſitum habentibus, qui dictam Eccleſiam in Paſchatis Reſurrectionis, & Decollationis S. Joannis Baptiſtæ feſtivitatibus & diebus, a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis earumdem feſtivitatum, & dierum ſingulis annis devote viſitarent, & pro manutentione dictæ Confraternitatis manus porrigerent adjutrices, quoties id fecerint, indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum ſuorum remiſſionem.

Legatum & veſtes condemnatorum etiam in præjudicium Fiſci habere indulſit.

§.13. Eiſdemque Confratribus, quod in quocumque legato ſummam ſex ducatorum non excedenti, per quemlibet condemnatum eis verbo, vel in ſcriptis relicto, licet eſſet in præjudicium Fiſci, & in ejus damnum, ſatisfactis prius executore, & Capitaneo Carceris de expenſis pro victu condemnati factis, libere ſuccedere, & omnia indumenta, & veſtimenta dictorum condemnatorum, cum quibus carcerati, aut ad ultimum ſupplicium conducti forent, a quorumcumque etiam illa auctoritate Judicis detinentium manibus, propria auctoritate, & abſque alicujus perſonæ licentia accipere, aut accipi facere, & libere retinere, & in opera pia, aut alia ſubſtentationi, & oneri dictæ Confraternitatis convertere valerent, & poſſent, ſimiliter conceſſit.

Paulus III. confirmavit, & ampliavit quo ad legatos.

§.14. Quodque claræ mem. Paulus Papa III. pariter Prædeceſſor noſter donationes, conceſſiones, ampliationes, Ordinationes, gratias, & indulgentias Prædeceſſorum confirmando, & approbando, & renovando, Confratribus prædictis, quod etiam cum præjudicio Fiſci, in legatis ſibi, ut ſupra uſque ad ſummam decem ducatorum pro quolibet legato relictis, executore & Capitaneo Carceris, ut ſupra ſatisfactis per manus dictorum Confratrum, de his quæ habere deberent, etiam libere ſuccedere.

Carceratum unum liberare permiſit.

§.5. Atque in die Decollationis S. Joannis Baptiſtæ, unum carceratum ad mortem, pro quocumque exceſſu condemnatum ad eorum electionem ſingulis annis liberare, omnibuſque privilegiis, quibus aliæ Confraternitates in die S. Mariæ de menſe Augusti gaudent, perpetuo gaudere poſſent, pariformiter conceſſit.

Julius III. approbavit.

§.16. Quæ omnia per ejuſdem claræ memoriæ Julium Tertium, etiam Prædeceſſorem noſtrum confirmata, & probata fuerunt. Qui etiam voluit, quod dictus carceratus liberandus, ut præfertur, abſque aliquibus expenſis, tam ſuis, quam dictæ Confraternitatis, ſive Societatis, tam ratione capturæ, quam carcerationis, liberari debere.

Legata condemnatorum uſque ad ſcuta 25. ampliavit.

§.17. Et quilibet condemnatus ad mortem, per viam teſtamenti, ſive donationis, aut alio quocumque modo uſque ad ſummam viginti quinque ducatorum, eidem Confraternitati libere relinquere valeret.

Facultatem dedit aggregandi alias Confraternitates

§.18. Quodque Confratres dictæ Confraternitatis, omnia privilegia, gratias, & indulgentias ſibi conceſſa, & concedenda, omnibus Confratribus & Societatibus Mundi, erectis aut erigendis, quæ condemnatorum ultimo ſupplicio morti interveniunt, & in ſimilibus operibus miſericordiæ exercitantur, ac ſi pari modo, privilegia, gratiæ, & indulgentiæ prædictæ eiſdem propriis Confraternitatibus, illorumque Confratribus, conceſſa fuiſſent, communicare, & concedere poſſent. Atque quod ad proceſſiones ire, ſeu accedere, niſi ad eorum commoditatem, non tenerentur, nec ad id compelli poſſent, omnibus in contrarium facientibus derogando.

Pius IV. confirmavit.

§.19. Et ultimo beatæ memoriæ Pius Papa Quartus Prædeceſſor noſter donationes, conceſſiones, ampliationes, gratias, indulgentias, & alia præmiſſa per prædictos Prædeceſſores dictæ Confraternitati, illiuſque Confratribus conceſſas, & conceſſa approbando, & confirmando.

Confratribus infirmis domi Miſſas celebrari conceſſit.

§.20. Eiſdemque Confratribus, quod ipſis infirmis exiſtentibus, in eorum domibus Miſſam, per presbyterum ſæcularem, vel regularem ad eorum beneplacitum eligendum, ſingulis diebus, dum eorum infirmitas duraret, etiam ante diem in caſu neceſſitatis, & circa diurnam lucem celebrari facere libere poſſent.

Capellano dedit facultatē pro condemnatis de nocte celebrare eoſque abſolvere & eiſdem Indulg. impartiri.

§.21. Necnon quod ſi Capellano dictæ Confraternitatis conſtaret, & ſibi videretur, dictos condemnandos ad ultimum ſupplicium eſſe diſpoſitos ad recipiendum ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, poſſet in eorum præſentia, etiam de nocte in caſu neceſſitatis Miſſam celebrare, & abſolutionem, ac indulgentiam plenariam in forma Jubilæi impendere, & dictum Euchariſtiæ Sacramentum eis miniſtrare ſimiliter conceſſit, & indulſit, prout in ſingulis Prædeceſſorum ſupplicationibus deſuper deſignatis, ſeu literis deſuper forſan expeditis latius & plenius contineri dicitur.

Digitized by Google

Hic Pontifex omnia approbat, & defectus ſupplet.

§.22. Nos igitur qui ea, quæ a Prædeceſſoribus noſtris ita pie, & caritative conceſſa, & ordinata eſſe noſcuntur, ut firma perpetuo, & illibata perſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis munimine libenter roboramus, eorum veſtigiis inhærentes Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, donationem, conceſſiones, ampliationes, privilegia, indulta, gratias, indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac alia præmiſſa Confraternitatis Miſericordiæ illiuſque Confratribus prædictis per dictos Prædeceſſores noſtros quomodolibet conceſſas, & conceſſa, cum omnibus inde ſecutis, ac omnium, & ſingulorum tam juris, quam facti, ſi qui in præmiſſis intervenerunt, defectuum, ac ſolemnitatum etiam de jure requiſitarum forſan omiſſarum ſuppletione approbamus, confirmamus, & innovamus, illiſque perpetuæ firmitatis robur adiicimus, & ab omnibus, quos concernit, & in futurum concerneret, inviolabiliter obſervari debere; irritum quoque, &c. decernimus.

Contraria tollit.

§.23. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, &c. etiam juramento, &c. roboratis; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Papa ſubſcr.

Fiat Motu proprio M.

Repetitio clauſularum.

§.24. Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum, &c. pro omnibus, & quod donationum, conceſſionum, indultorum, ampliationum, gratiarum, indulgentiarum, & peccatorum remiſſionum, & aliorum præmiſſorum, per prædictos Prædeceſſores noſtros, & dictæ Confraternitati, & illius Confratribus conceſſorum veriores tenores, &c. habeantur pro expreſſis, ſeu in totum, vel in partem exprimi poſſint in literis. Et de approbatione, confirmatione, invocatione, ſuppletione, adiectione, indulto, extenſione, propagatione prædictis, de & pro omnibus & ſingulis ſupradictis, quæ hic pro repetitis ad partem habeantur, Motu proprio, &c. ac perpetuo in forma gratioſa, & cum opportuna, ſi opus ſit, Judicum executorum deputatione, qui aſſiſtant, &c. cum plena & libera facultate citandi etiam per edictum publicum, conſtito ſummarie, &c. de non tuto acceſſu, ac inhibendi, & ſub ſententiis, & cenſuris Eccleſiaſticis, ac etiam pecuniariis eorum arbitrio moderan., & applican. pœnis, ac aggravandi. &c. contradictores, &c. per quaſcumque eis videbitur cenſuras, & pœnas compeſcendo, invocato, &c. brachii ſæcularis, cum derogatione Conſtitutionum de una. & duabus, non tamen tribus dietis, ſi opus fuerit, latiſſime extendentes.

Sola ſignatura ſufficit.

§.25. Et quod præſentis Motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra illud, quacumque regula contraria non obſtante, ſeu ſi videbitur, literæ cum omnium ſingulorum præmiſſorum etiam nominum, cognominum, modernorum Confratrum dictæ Confraternitatis invocationum, ſituat., denominat., qualitatum, & aliorum circa præmiſſa quomodolibet neceſſariorum, majori, & veriori ſpecificatione, & expreſſione ſimul, vel ad partem ſuper quolibet articulo, prout utilius videbitur, expediri poſſint, & quo ad indultum celebrandi Miſſas in domibus, in Oratorio ad id a Vicario Urbis deſignato, & per Presbyterum per dictum Vicarium approbandum tantum.

Declaratio circa liberationem condemnati.

§.26. Volumus autem quod dicta Confraternitas dictum condemnatum liberandum, Nobis, & Rom. Pont. pro tempore exiſtenti denominare debeat, & teneatur.

Fiat M.

CXXVII.

Confirmatio, & innovatio quarumcumque gratiarum, & ſignanter præcedentiæ hactenus Congregationi Canonicorum ſæcularium S. Georgii in Alga Venetiarum conceſſarum. Et conceſſio omnium privilegiorum aliis Ordinibus etiam Mendicantium conceſſorum, & concedendorum.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

EX incumbenti Nobis Apoſtolicæ ſervitutis officio, quorumlibet Eccleſiaſticorum præſertim Religioſorum locorum, illorumque perſonarum, in via mandatorum Domini ad illius honorem, & gloriam deambulantium, ac in pio, laudabilique illarum propoſito permanentium directioni, proſperoque ſtatui aſſidue intenti, illa propterea provide ſtatuta dignoſcuntur, quo firmius perſiſtant, libenter Apoſtolici muniminis præſidio ſublatis quibuſvis oſtaculis roboramus, perſonas ipſas paternis confovendo affectibus.

Congregatio acceptavit Bullam hujus Pont. n. CIII. *Lubricum*, quæ eſt ſupra fol. 47. & profeſſi ſunt Regulam Sãcti Auguſtini.

§.1. Sane cum ſicut accepimus dilecti filii Rector Generalis, & Canonici Congregationis S. Georgii in Alga Venetiarum, qui in eorum Capitulo, in Monaſterio, ſeu domo Sancti Salvatoris in Lauro de Urbe Congregationis hujuſmodi noviſſime celebrato tamquam noſtri, & Apoſtolicæ Sedis obedientiæ filii, præcepto per Nos eis alias facto ſuper profeſſione regulari, ut eam, qui in hujuſmodi Congregationem de cetero degere vellent, profiterentur, obtemperando, illam profeſſionem debita cum reverentia acceptarunt, in eorum Monaſteriis ſive domibus religioſe laudabiliter prout hactenus vixerunt, de cetero vivere, & gratum Altiſſimo famulatum impendere intendant.

Hic modo Pontifex ejus gratias omnes & privilegia Conc. Trid.

§.2. Nos Rectoris, & Canonicorum ipſorum laudabile propoſitum plurimum in Domino commendantes, & quo liberius in pace, & tranquillitate juxta eorum inſtituta

Digitized by Google

non contraria confirmat, & privilegia cuicumque aliæ Religioni cōceſſa & concedenda communicat.

tuta vivere poſſint, impedimenta, ſiquæ ſint, de medio tollere, ipſoſque Rectorem, & Canonicos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, ac illos, & eorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon Conſtitutionum, regularium ſtatutorum, privilegiorum, indultorum, & aliorum conceſſionum, ac gratiarum infraſcriptorum, omniumque in contrarium aut præjudicium illorum, ſeu Congregationis hujuſmodi, ac literarum, etiam in forma Brevis, etiam Motu proprio, vel alias quomodolibet deſuper conceſſorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil pœnitus omiſſo infererentur præſentibus, pro expreſſis habentes, Motu ſimili non ad ipſorum Rectoris, & Canonicorum, vel alicujus eorum, aut quorumvis aliorum pro eis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & mera deliberatione noſtris, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo omnes, & ſingulas Conſtitutiones, ac ritus, & mores, aliaque regularia ipſius Congregationis inſtituta, quoad ea quæ ſaeris canonibus, & decretis Concilii Tridentini contraria non ſunt, ita quod Rector & Canonici prædicti in proceſſionibus, & actibus publicis præcedant, prout antea ſoliti erant; necnon conceſſiones, gratias, privilegia, & indulta ipſis Congregationi, ac Rectori, & Canonicis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem eamdem, principaliter, ſive per viam communicationis, aut alias quomodolibet conceſſa, confirmamus, ac illa de novo, necnon etiam omnia alia per ipſos Prædeceſſores, ac Nos quibuſvis Ordinibus, & Religionibus, etiam Fratrum Mendicantium hactenus quomodolibet conceſſa, & quæ de cetero concedentur, eiſdem Rectori, & Canonicis, ac Congregationi grotioſe concedimus, ac confirmata, & conceſſa eſſe volumus.

Contrarias cōceſſiones irritat.

§.3. Necnon omnia etiam per Prædeceſſores prædictos, & Nos etiam per quaſcumque etiam in forma Brevis literas in contrarium præmiſſorum, ſeu ipſius Congregationis, & privilegiorum eidem conceſſorum præjudicium, quomodolibet, etiam hactenus conceſſa, revocamus, irritamus, & annullamus, ac irrita, & nulla eſſe, necnon quicquid a dicto Rectore, & dilectis filiis Patribus, Capitibus Congregationis hujuſmodi nuncupatis, factum, ſeu definitum fuerit, obſervari volumus, ac perpetuo ſtatuimus, & ordinamus.

Et ita & non aliter judicari decernit.

§.4. Et ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, ac ita mentis, & voluntatis noſtræ incommutabilis eſſe volumus, & declaramus.

Executores hujus Conſtitutionis deputat.

§.5. Quocirca venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Amerino, & dilectis filiis S. Georgii Majoris Venetiarum, ac Sanctæ Juſtinæ Paduanæ Monaſteriorum Abbatibus per Apoſtolica ſcripta Motu pari mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris, & Canonicorum prædictorum, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ac illis, & illorum ſingulis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præmiſſa obſervari, ac Rectorem, & Canonicos prædictos confirmatione, conceſſione, voluntatibus, ſtatuto, Ordinatione, decreto, & declaratione hujuſmodi pacifice frui, & gaudere: non permittentes eos, & illorum ſingulos, deſuper per quoſcumque contra præſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, aut inquietari; Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias ipſorum, vel cujuslibet ipſorum eorum arbitrio imponen., moderan., & applican., aliaque opportuna juris remedia compeſcendo; necnon legitimis ad hoc ſervatis habendis proceſſibus, illos cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe declarando, ac ipſas cenſuras, & pœnas, etiam iteratis vicibus aggravando, interdictum eccleſiaſticum apponendo, invocato, etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contrariis derogat.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis Ordinibus, & illorum ſuperioribus, ac aliis perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet, etiam per Prædeceſſores noſtros prædictos, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam Motu, & ſcientia ſimilibus, conceſſis, confirmatis, & approbatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, ac totis eorum tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro

ex-

Digitized by Google

expreſſis ſufficienter habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & illis derogatum eſſe volumus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim a dicta Sede ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, aut excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Nulli ergo omnino.

D. P. An. IV. 21. Decemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1569., 3. idus Sept. Pont. noſtri Anno IV.

CXXVIII.

Conſtitntio Bonifacii VIII. contra offendentes S. R. E. Cardinales extenditur etiam cotra ſcientes, & non revelantes.

Hoc idem prohibitum eſt in Bullis quas in die Cœnæ Domini Romani Pontifices publicare conſueverunt. Eadem Bonifacii VIII. diſpoſitio, quæ eſt in cap. felicis. de Pœn. in 6. fuit a Leone X. extenſa ad invadentes eorum domos, ut in ejus Conſt. XVII. Temerariorum *Tom. III. Par. III. fol.* 423.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN felicis ſæculi pericula miſerati, dolorem comprimere non valemus, quod nefarii homines, juſtorum ſanguinem ſitientes, ad illorum quoque perniciem infeſtiore animo incumbat, quos Spiritus Sanctus membra conſtituit præcipua Eccleſiæ Dei, quam ſuo ſibi ſanguine acquiſivit.

Bonifacius 8. offendentibus Cardinales, illorumque fautoribus pœnas hic deſcriptas impoſuit in cap. felicis de Pœnis in 6.

§. 1. Magna igitur ratione poſt alios fel. rec. Bonifacius Papa Octavus de Fratrom ſuorum conſilio perpetua Conſtitutione ſancivit, ut ſi quis S. R. E. Cardinalem fuerit hoſtiliter inſecutus, aut percuſſerit, aut ceperit, aut mandaverit id fieri, ſociuſque fuerit facientis, factumve ratum habuerit, ſeu dederit conſilium, vel favorem, aut receptaverit, aut defenderit ſcienter eumdem, tamquam leſæ Majeſtatis reus, perpetuo ſit infamis, & præterea diffidatus, bannitus, & inteſtabilis: omnia ejus ædificia ruinæ perpetuæ ſubjaceant, nullus ei debita reddere, nullus ei in judicio reſpondere teneatur, bonis omnibus Fiſco, vel Reipublicæ applicatis. Idem etiam feudis, beneficiis, & officiis ſpiritualibus, & temporalibus ſit ipſo jure privatus, ſed & ipſe inſectans excommunicationis ſententiam incurrat, quam ſolus Rom. Pontif. excepto mortis articulo, valeat relaxare.

Sed eam ſufficere Conſtitutionem inquit hic Pontifex.

§. 2. Sed ne hæc quidem Conſtitutio propter abdita conſceleratorum conſilia, omnino ſatis eſſe noſcitur ad hujuſmodi ſacrilegia amplius prohibenda. Qui enim alicui vim inferre ſibi proponunt, id ſecreto, in occulto ut maxime machinantur veluti impium illud facinus judicat in perſonam dilecti filii noſtri Caroli titulo S. Praxedis presbyteri Cardinalis Borromæi, Eccleſiam Mediolanenſem ſanctiſſimis inſtitutis ſtudioſe informantis proxime attentatum. Quæ res Nos gravius commovet, vehementiuſque excitat omnia exquirere, ut nobiliſſimæ corporis noſtri partes undique protegantur. Quibus enim præſidio erimus, quibus ſuppetias afferemus, quos denique tutabimur, ſi templi Dei baſes, ſi clariſſima Eccleſiæ lumina, ſi ſpeciales filios, qui pro animabus populorum, pro fide, pro juſtitia, pro unitate pervigilant, inultos deſeramus.

Propterea eaſdem pœnas imponit ſcientibus, & non revelantibus.

§. 3. Itaque ſanctioni prædictæ de ſimili fratrom noſtrorum conſilio adiicientes, ſtatuimus, ut quiſquis, etiam a nudo conſilio, aut ſimplici favore, aut omnino a ceteris prædictis alienus, quempiam auctorum, adminiſtrorum, vel conſciorum conjurationis ſive conſpirationis, aut commiſſi, committendive criminis in perſonam Cardinalis, illorum fautorum, receptorum, vel occultatorum, ſive ex renunciatione ſibi protinus, vel per interpoſitam Perſonam aut literas facta, cognoverit, ſive ex ſcripturis, cœtu, conatu, concurſu, inſidiis, aliiſve ſignis, & indiciis qualemcumque ſcientiam habuerit, vel etiam conjecerit, quive horum quicquam intellexerit, quantumcumque res alias occulta ſit, quamprimum id Rom. Pon. ſi in Curia fuerit, ſin autem Ordinario loci, vel ſi Cardinalis ipſe Ordinarius extiterit, propinquiori Epiſcopo, & ſi crimen nondum commiſſum fuerit, etiam ipſi Cardinali properet revelare. Quicumque vero, etiam non ſubditus, & omnino extraneus defecerit, cujuſcumque dignitatis fuerit, prædicto ſit excommunicationis laqueo innodatus, pariterque majeſtatis reus infamiam, & omnes pœnas prædictas eo ipſo incurrat.

Pœnas alias præſervat.

§. 4. Eadem nihilominus Conſtitutione quoad reliquas ejus partes, ac ceteris omnibus ſanctionibus canonicis, & civilibus, ad talium coercitionem editis in ſuo robore duraturis.

Rem deferens liberatur.

§. 5. Porro ſi quis ad ſanitatem revertens rem adbuc incognitam retexerit, omni noxa penitus liberetur.

Ordinarius Papæ ſignificet.

§. 6. Ceterum loci Ordinarius ſecreto cum caſum ad ſe delatum, prædicto Pontifici primo quoque tempore nunciare, & interim rem omnem ab ſtirpe exquirere, & ſi neceſſitas tunc poſtulet, ſæculare quoque brachium adhibere.

Juſſio publicandi in Urbe & extra.

§. 7. Sed ne quiſquam horum ignorationem valeat excuſare, jubemus præſentes valvis Eccleſiæ S. Joannis Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ubi publicabuntur, appendi, eiſque detractis earum exempla eo in loco relinqui, & eas pariter ab omnibus locorum Ordinariis, in ſuis Eccleſiis, lociſque inſignibus promulgari.

Tranſumptorum fides.

§. 8. Quia vero difficile nimis eſſet ipſas præſentes, quocumque illas opus erit per-

ſer-

Digitized by Google

ferre, Volomus earum exempla, etiam impreſſa, Notarii publici manu, & Prælati Eccleſiaſtici, ejuſque curiæ ſigillo obſignata, eamdem illam prorſus fidem in judicio, & extra illud ubique gentium facere, quam ipſæmet præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

Nulli ergo omnino hominum.

D. P. An. IV. 19. Decemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1569. 14 Kal. Jan. Pont. noſtri Anno IV.

Papæ ſubſc.

✠ Ego Pius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Sequuntur ſubſcriptiones Cardinalium, & publicatio.

CXXIX.

Confirmatio Conſtitutionis Greg. XI. ac ſententiæ latæ in Rota Romana ad favorem Sacroſanctæ Eccleſiæ Lateranen. de Urbe, circa ejus præeminentiam, & ſuperioritatem, & prærogativam, ſupra omnes Urbis, & Orbis Eccleſias, ac Baſilicam S. Petri de Urbe.

Aliqua de hac Lateranen. Eccleſia vide in Conſt. LIII. Honor. III. Sedis. *T. III. fol. 221. Et de ejus præeminentia, vide in Conſt. IV.* ſuper *Greg. XI. Tom. III. Part. II. fol. 335.*

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INfirma ævi conditio ſæpe efficit, ut res vel maxime perſpicuæ, & immemorabiles, perplexi erroris caligine ſenſim obductæ in gravia diſcrimina prolabantur.

Cauſæ ob quas Eccleſiæ Lateranenſis præeminentia in dubium revocata fuit.

§.1. Quo genere affecta Sacroſancta Eccleſia noſtra Lateranen. poſt tot inſignes ruinas, quæ ei tenebroſis illis ſæculis acciderant, quibus plerique omnes Rom. Pontif. aut Religionis ſtudio, aut componendæ pacis gratia, aut bellorum periculo, longe ab Urbe, ſæpe enim in Galliis agebant, de ſumma quoque juris ſui, & honoris prærogativa perperam laboravit. Etenim longo poſt intervallo, quam fel. rec. Leo Papa IV. parta de Saracenis ſpeciali victoria, Urbem ſui nominis, præſidiumque ad Vaticanum ſtatuerat, cum reduces deinceps Pont. in aliis, atque aliis Urbis Eccleſiis uti cuique tutum aut commodum erat conſiderent, prædicta Eccleſia, ex tam multis deceptionibus, quaſi ſolitudine facta, Sacerdotes Baſilicæ Principis Apoſtolorum cum parilis vetuſtatis gloria, tum nomine, & dignitate illuſtres, & inſignes ab ea rerum commutatione, prædictum ſibi jus nixi ſunt vindicare.

Gregorius XI in rubr. citatus, eam ſupremum locum tenere definivit.

§.2. Quam rem non ferens Gregorius Papa XI. qui etiam tunc Avinione ſedebat ut omnem dubitationem eximeret, declaravit, & definivit, prædictam Eccleſiam Lateranen. præcipuam Sedem ſuam dictæ Baſilicæ, ac ceterarum omnium Urbis, & Orbis Eccleſiarum maximum ſupra illas omnes locum tenere.

Rota etiam cui Pius IV. hunc articulum decidendum commiſit, idem pronunciavit.

§.3. Sed dicti Sacerdotes tranſlato inde poſtea ſuis Pontificum domicilio, elatiores quandocumque res tulit audentius inſtiterunt, donec Pius Papa Quartus Anteceſſor noſter merito commotus, quod in Cleri Conventibus & ſupplicationibus res turbæ intercederent, moleſtæque altercationes fierent, huic tandem controverſiæ finem conſtituere volens, cauſam univerſam dilecto filio Magiſtro F... Sacramento cauſarum Palatii Apoſtolici Auditori commiſit audiendam, & omni appellatione præciſa pœnitus terminandam. Qui vocatis utrinque Capitulis, in ipſa cauſa rite procedens, definitiva ſententia ex communi aliorum dicti Palatii Auditorum conſilio nuper prolata, declaravit, jus præcedendi, & prærogativam honoris, locique Nobilioris ac ſupremi etiam ſupra Canonicos, beneficiatos, Clerum, & perſonas prædictæ Baſilicæ in proceſſionibus ſolemnibus, & decretis, ceteriſque omnibus actibus, & publicis, & privatis ad Canonicos, Beneficiatos, & Clerum dictæ Eccleſiæ Lateranen. omnino pertinere. Quin etiam perpetuo ſilentio his rebus impoſito, res judicata ita executioni mandata eſt, ut habitis poſtea Cleri Conventibus, ac ſupplicationibus, Sacerdotes omnes prædictæ Eccleſiæ Lateranen. ſupremum ibi locum etiam ſupra omnem Clerum dictæ Baſilicæ re ipſa obtinuerint.

Hic Pontifex omnia confirmat, suppletque defectus.

§.4. Quocirca Nos tuendi juris ſtudio, hanc ſententiam atque declarationem, & definitionem, & literas prædicti Gregorii Papæ, & quæcumque in literis ipſis continentur, Motu proprio, certaque, quam habemus, prædictorum omnium, ſcientia, auctoritate Apoſtolica approbamus, & confirmamus, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſupplemus omnes, & quoſcumque Juris, & facti defectus, ſi qui in proceſſu, & actibus reperiantur neſſi. & uti ipſe Gregorius Papa optimo jure fecit, itidem definimus, jubemuſque Capitulum, & Sacerdotes, perſonaſque omnes dictæ Baſilicæ ubique ſemper ſententiæ, & definitioni parere.

Appellationem rejicit.

§.5. Statuentes ut nulla omnino ipſorum provocatio, & teſtificatio, vel reclamatio, ſive in judicium producta, ſive clam interjecta, præterita & futura noceat, nec prorſus vim habeat, materiamve denuo tribuat litigandi.

Nihil in contrarium tentari mandat.

§.6. Præcipimus igitur atque interdicimus eiſdem, ne poſthac quicquam audeant ſuſcitare: quicumque, ſive univerſi, ſive ſinguli contrafacient, vel nitentur, eos canonicatu, præbenda, dignitate, beneficio, & officio privamus, privatoſque ad futura inhabiles declaramus eo ipſo.

Sic ſemper judicari jubet.

§.7. Decernentes ſic in his, & aliis omnibus ſupradictis, per eoſdem Judices, & quoſvis

quoſvis alios, omni, & quacumque aliter judicandi, & interpretandi facultate penitus adempta, ubique judicari debere, ac irritum & inane quicquid ſecus per quoſcumque ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus contrariis quibuſcumque.

Transſumptis credi præcipit.

§.8. Volumus autem, ut præſentes in Cancellariæ Apoſtolicæ libro, appellato quinterno, deſcribantur, ipſorumque exempla Notarii publici manu, & Prælati Eccleſiaſtici, ejuſve Curiæ ſigillo obſignata, eamdem illam omnino fidem in judicio, & extra illud, ubique locorum faciant, quod ipſæmet præſentes facerent, ſi eſſent exhibita, vel oſtenſæ.

Sanctionem pœnalem addit.

§.9. Nulli ergo omnino hominum, &c.

D. P. An. IV. 31. Decemb.

Datum Romæ apud S. Petrum 12. Kalen. Januarii, Anno Domini 1569. Pontificatus noſtri Anno IV.

Papæ ſubſc.

✠ Ego Pius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

CXXX.

Duæ ſententiæ definitivæ conformes latæ pro Fabrica S. Petri de Urbe, faciunt rem judicatam in ea parte, in qua ſunt conformes. Et commiſſiones appellationum, quæ ſimpliciter concederentur a Signatura, ſemper intelliguntur cum clauſula, ſine præjudicio executionis duarum conformium.

Cetera, quæ Fabricam reſpiciunt, vide in Conſtit. III. Clem. VII. Admonet *Tom. IV. Par. I. fol.* 31.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ETſi omnium litium finem ea, qua poſſumus celeritate procuramus, eas tamen, quæ Fabrica noſtra S. Petri pro executione legatorum ad pias cauſas relictorum recuperatione, bonorum Eccleſiaſticorum male alienatorum, & aliorum jurium ſuorum agitat, ne nimis longum cum ipſius Fabricæ detrimento protrahantur, libenter accelerari agimus, & ad eas operarias manus favorabiliter impartimur.

Cauſa hujus Conſtitutionis.

§.1. Accepimus ſane nuper, quod tenores bonorum, & pecuniarum ad pias cauſas relictarum, ac bonorum Eccleſiaſticorum male alienatorum, & aliorum quorumcumque jurium ad Fabricam ipſam ſpectantium in conſignationibus hujuſmodi bonorum, & ſolutionibus faciendis adeo ſunt moroſi, ut illam, quantum poſſunt, ſubterfugere nitantur, Fabricam proinde expenſis, & laboribus fruſtrando.

Duæ ſententiæ pro Fabrica faciunt rem judicatam, &

§.2. Nos præmiſſis opportuna remedia adhibere volentes, ac dilectos filios Deputatos, & Collegium Fabricæ hujuſmodi, eorumque ſingulares perſonas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, Motu proprio, non ad ipſorum Deputatorum, & Collegii, vel alicujus eorum, aut pro eis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, & ex certa ſcientia noſtris, eiſdem Deputatis, & Collegio, illorumque Miniſtris, ut in hujuſmodi cauſis, duabus pro ſe reportatis ſententiis conformibus, in ea parte, in qua erunt hujuſmodi ſententiæ conformes, executionem paratam habeant, atque hujuſmodi ſententiæ executioni debitæ demandentur: parteſque proinde appellantes minime audiri, nec eorum appellationes admitti, minuſque illarum virtute commiſſiones, preces, aut reſcripta ullo modo impetrari aut concedi, neque, etiam quoquo modo impetratis, aut conceſſis uti, aut ſe illis juvari ullatenus poſſint, vel præſumant, & ſi quæ etiam per Nos, aut Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, & manu noſtra propria, vel Cardinalem Signaturæ noſtræ Juſtitiæ Præfectum pro tempore exiſtentem, aut officium Contradictarum, ſub quibuſvis verborum formis concepta, & ſignata, etiam ſi Motu ſimili concedi contigerit, illa ſemper intelligantur eſſe cum clauſula, ſine præjudicio executionis duarum conformium, decreto irritanti, etiam appoſito, nec judicibus, ad quos directæ erunt, aliquam facultatem tribuant, inhibitioneſque, & cenſuras earum vigore emanatas, nullas, & nullius eſſe valoris, & momenti, volumus atque decernimus.

commiſſiones appellationum ſignatæ cenſentur cum clauſula, ſine præjudicio executionis duarum conformium.

Sciat tamen quod a prima ſententia Judicis Collegii, appellatur ad ipſum collegium, ut in Bulla 3. Clementis VII.

Clauſulæ præſervativæ

§.3. Decernentes præſentes literas nullo unquam tempore, de ſubreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari, etiam ex eo capite, quod intereſſe habentes vocati non fuerint, aut ad juris terminos reductæ, minuſque in jus vel controverſiam vocari poſſe, ſed ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, minuſque ſub quibuſvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & derogationibus comprehendi ullatenus poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas eſſe, & cenſeri.

Decretum irritans.

§.4. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi facultate, judicari debere: irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus, Conſtitutionibus,

&

& Ordinationibus, ac quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & Conſuetudinibus, privilegiis quoque, & indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis perſonis, in genere vel in ſpecie quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa mentio, ſeu quævis expreſſio habenda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§.6. Volumus autem quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis &c.

Sanctio pœnalis.

§.7. Nulli ergo omnino hominum &c.

D. P. An.IV. 22. Decemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, 11. Kal. Januarii, Pontificatus noſtri Anno IV.

CXXXI.

Facultas Collegii Deputatorum Fabricæ Baſilicæ S. Petri de Urbe, exequendi omnia pia legata, infra annum a die mortis teſtatorum realiter non adimpleta, cum retentione quintæ partis pro ſubventione dictæ Fabricæ.

Iſtud Collegium inſtituit Clem. VII. ut in ejus Conſt.III. Admonet *Tom.III. Par.I.fol.*31. *Et de ea habes etiam in Conſt. hac præcedente, & in ſubſeq.*

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DEcet Nos, qui omnium Eccleſiarum ſpecialem in Domino curam gerimus, Baſilicæ noſtræ S. Petri ita intendere, ut ei omnia, quæ poſſumus, auxilia præbeamus.

Cauſæ hujus conceſſionis.

§.1. Sane ſicut accepimus, licet alias diverſi Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, cupientes perfectioni Fabricæ Baſilicæ hujuſmodi, quæ omnium Eccleſiarum totius Orbis mater eſt, & magiſtra, & admodum creſcit ſtructura, de neceſſariis expenſarum pecuniis opportune providere, pro tempore exiſtentibus ejuſdem Fabricæ Collegio Deputatis, eorumque miniſtris diverſas facultates, privilegia, & indulta, per eorum literas conceſſerint, quibus, inter cetera, quod omnia, & ſingula legata pia eatenus, & pro tempore executioni non demandata exequi facere, & pro hujuſmodi executione ipſorum legatorum, quintam partem pro ipſa Fabrica, ſub certis modo, & forma retinere poſſint, expreſſe cavetur. Ipſiſque Collegium, tam in multis Civitatibus juriſdictioni noſtræ ſubjectis, quam dominiis Regni Neapolitani, & dilecti filii nobilis viri Coſmi Medices Florentiæ, & Senarum Ducis paſſim hujuſmodi pia legata exequi faciant, ex quorum quinta parte maximis expenſarum oneribus Fabricæ præfatæ in magna parte ſuccurratur, dilectus filius noſter, in Alma Urbe, & ejus diſtrictu Vicarius in ſpiritualibus generalis vigore ſpecialis ſuper hoc a Sede Apoſtolica licentiæ, & facultatis conceſſæ, in hujuſmodi legatis in dicta Urbe executioni demandandis, a certis annis ſe intromiſerit in grave ipſius Fabricæ præjudicium.

Facultas de qua in rubr. *Hoc intellige etiam ſi legatarii velient inexacta relinquere, ut in Bulla 27. Pauli III. Dũ ad. Tom.IV. P.I. fol.* 195.

§.2. Nos qui intimis cordis deſideriis exoptamus, ut dicta Fabrica quanto citius fieri poterit, ad debitum finem perducatur, ipſaque Fabrica attenta mala temporum qualitate, ob pecuniarum defectu, magna parte ſubſtiterit, verendumque ſit, ne ſi in totum deſeratur, etiam quod jam factum eſt, corruat, in divinæ majeſtatis offenſam, & Reipublicæ Chriſtianæ dedecus, ac propterea omnibus, quibus poſſumus, favoribus ſuccurrere cupientes, eoſdemque Collegium, & Deputatos, eorumque Miniſtros, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon facultatis eidem Vicario conceſſæ tenores præſentibus pro expreſſis habentes, Motu proprio non ad ipſorum Deputatorum, & Collegii, vel Miniſtrorum hujuſmodi, vel alicujus eorum Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, & certa ſcientia noſtris, eiſdem Deputatis, & Collegio Fabricæ hujuſmodi facultatem eidem Vicario conceſſam ad hoc ut elapſis quindecim menſibus a die obitus teſtatorum, & quomodolibet per ultimam voluntatem diſponentium computandis, Collegium, & Deputati Fabricæ hujuſmodi legata, in quibus ipſe Vicarius non prævenerit, juxta formam facultatum præfato Vicario, & aliarum ipſi Fabricæ conceſſarum exequi facere poſſit, per præſentes concedimus, & impartimur, illamque ad eoſdem Deputatos extendimus, & ampliamus, illoſque deſuper a quoquam impediri minime debere.

Clauſulæ præſervativæ.

§.3. Necnon præſentes literas nullo umquam tempore, de ſubreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, aut invalidari, etiam ex eo capite, quod intereſſe habentes vocati non fuerunt, aut ad juris terminos reduci, minuſque in jus vel controverſiam vocari poſſe, ſed ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, minuſque ſub quibuſvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & derogationibus comprehendi ullatenus poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas eſſe, & cenſeri.

Decretum irritans.

§.4. Sicque per quoſcumque Judices, & Com-

Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis, aliter judicandi facultate, judicari debere, ac quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, necnon in provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis perſonis, in genere, vel in ſpecie, quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu quælibet alia expreſſio habenda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.6. Volumus autem quod præſentium tranſumptis &c.

Nulli ergo &c.

D. P. An.IV, 22. Decemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1569., 11. Kal. Januarii, Pont. noſtri Anno IV.

CXXXII.

Facultas Collegii, & Deputatorum Fabricæ Baſilicæ S. Petri de Urbe, exequendi quæcumque legata pia, infra triennium a die obitus teſtatorum non impleta, cum retentione medietatis eorum pro d. Fabrica.

Alia de Fabrica plene indicata ſunt in Conſtitutione III. Clem.VII. Admonet. *Tom.IV. Par.I. fol.31. Et de ea habes etiam ſupra in Conſt.CVIII.* Et ſi de ſingulis *fol.55.*

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Exigit incumbentis Nobis Apoſtolicæ ſervitutis officium, ut Fabricæ noſtræ Baſilicæ ſancti Petri utilitati proſpicere ſatagentes, ea libenter ipſi concedamus, quæ ejus utilitati credimus expedire.

Appellatio de qua in rubric.

§.1. Hinc eſt quod Nos, qui nuper accepimus, quod tam in Alma Urbe noſtra, quam in aliis Civitatibus, terris, dominiis, locis & Regnis reperiuntur multa legata a piis teſtatoribus facta, ad effectum celebrationis Miſſarum, & recitationis divinorum Officiorum: necnon erogationis eleemoſynarum diverſis Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, & aliis piis locis, ipſaque legata hæredum avaritia, ſeu alias per triennium retroactum executioni debitæ demandata non fuerint, volenteſque tam ſuper præmiſſis ea, quæ conveniunt, adhibere remedia, quam Fabricæ præfatæ utilitatem aliqua ex parte procurare, ac dilectos filios Deputatos, & Collegium Fabricæ hujuſmodi, eorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, Motu proprio, non ad ipſorum Deputatorum & Collegii, vel alicujus eorum, aut pro eis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Deputatis & Collegio hujuſmodi, ſi & poſtquam juxta tenorem privilegiorum, & facultatum ſibi conceſſorum legata hujuſmodi executioni debitæ demandari fecerint, unam illorum medietatem, reliquam vero loco, cui legata fuerint, applicamus, & appropriamus.

Clauſulæ præſervativæ.

§.2. Decernentes præſentes literas nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, aut invalidari, etiam ex eo capite, quod intereſſe habentes vocati non fuerint, aut ad juris terminos reduci, minuſque in jus vel controverſiam vocari poſſe, ſed ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, minuſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & derogationibus comprehendi ullatenus poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas eſſe cenſeri.

Decretum irritans.

§.3. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate, judicari debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, & quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis perſonis, in genere vel in ſpecie, quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio habenda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 5. Volu-

Fides tranſũptorum.

§.5. Volumus autem quod præſentium tranſumptis &c.

Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

D. P. An.IV. 22.Decemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, 11. Kal. Januarii, Pontificatus noſtri Anno IV.

CXXXIII.

Prohibitio ad quæſtum publicandi indulgentias, & confeſſionalia.

Ad hæc vide etiam Conſtit.XLV. Tom.IV. Par.II. Et ſi dominici. *fol.*348

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam

Quidam Præſules Eccleſiarum Hiſpaniæ, publicabant aliquid ſolventibus, Indulgentias, & facultates eligendi Confeſſores &c.

QUam plenum ſit periculi noxia populis ingerere, nimium his temporibus afflicta Religio teſtatur, quod malum cum in ceteris miniſtris, tum præcipue in Eccleſiarum Prælatis animadvertendum eſt, quod ab his temere profecta longe maxima Eccleſiæ Dei conferant detrimenta. Rem ſane indignam audivimus, quod non ſolum, quondam Gometius Tello Giron temporarius adminiſtrator Eccleſiæ Toletanæ, ſed etiam quidam Hiſpaniæ Eccleſiarum Præſules Officii paterni prætextu, facultates ſibi a ſacris canonibus conceſſas excedentes, literas ſuas in ipſorum Civitatibus, ac Diœceſibus auſi ſunt publicare, quibus inter cetera periculoſa deprehenditur, quod cuicumque illas accipienti certa ſoluta pecunia licitum ſit, quem voluerit, ſibi ſumere Sacerdotem, qui confeſſione audita ipſum abſolvere valeat, non in eis tantum caſibus, in quibus ſimplex ſacerdos abſolvere poteſt, ſed etiam in iis quæ ſolis Epiſcopis reſervata reperiuntur, aliquo præterea caſu admixto veluti ſimoniæ reatu, qui ad examen hujus ſanctæ Sedis eſſet referendus. Non animadvertentes ipſi Præſules, & Adminiſtratores, quam periculoſum ſit, ea paſſim in certis perſonis committere, quæ ad Epiſcoporum judicium arbitriumque idcirco deferuntur, ut qui melius lepram a lepra diſcernere norint, cauſis, & circumſtantiis ſubtili indagine exploratis, ſalutaria cuique morbo remedia valeant adhibere. Ad hæc ipſi in diſpenſandis cœleſtis gratiæ donis nimium prodigi, iis ſic literas prædictas accipientibus indulgentias, & pœnitentiarum injunctarum remiſſiones, nulla cum re temporali conferendas, profuſius, & indiſcrete largiuntur, quibus, & aliis licentiis prædictis non pauci fluctuantes, & infirmi, veniæ facilitate inducti ad peccandum procliviores fiunt, quando tot & tantorum delictorum remiſſionem certo, & viliſſimo pretio acquirere poſſe confidant. Iudicem præterea caſuum, & indulgentiarum ædibus ſacris appendi juſſerunt, quo palam ſignificatur ſolventibus ſupraſcripta concedi, & inter alia abſolvendi facultatem ab eſu prohibitorum tribui, itemque indulgeri Miſſæ ſacrificium, & ſepulturam tempore interdicti, aſſumptionem duorum, pluriumve compatrum ad ſacrum Baptiſma præter eos, qui ſynodalibus, ut dicunt, Conſtitutionibu aſciſcuntur, Reparationem Eccleſiarum, erectionem Confraternitatum, & alias pias cauſas prætexendo.

Ideo hic Pontifex geſta per illos annullat, & publicationes hujuſmodi indulgentiarum prohibet.

§.1. Cum igitur inter cetera ſcandala, etiam Simoniæ pravitas redoleat, ex prædictis Sacri Tridentini Concilii decretis, & aliis ſanctionibus Canonicis, noſtræ præterea Conſtitutioni de indulgentiis ad quæſtum non emittendis, adverſetur, clavium auctoritas eviloſcat, & pœnitentialis ſatisfactio enervetur, Nos his malis celeri remedio occurrendum, eademque opera futuris præcavendum fore cenſentes, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſupradicta omnia, quæ in ipſa Toletana, & quibuſcumque aliis Civitatibus, Diœceſibus, & locis tam Hiſpaniæ, quam aliarum quarumcumque Provinciarum, & Regionum quocumque prætextu hucuſque emanarunt, perpetuo abolemus, ac nulla, & irrita nunciamus; jubemuſque literas, & indices, necnon ſcripturas, & monumenta quæcumque, publica & privata, per ipſos locorum Ordinarios, & alios Eccleſiarum Rectores, ubicumque reperiuntur, dilacerari, penituſque deleri. Et ne talia de cetero a quoquam fiant, publicentur, vel concedantur, diſtrictius prohibemus.

Contravenientibuſque pœnas hic deſcriptas imponit.

§.2. Quicumque ſecus egerint, ſeu attentaverint, Antiſtites, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, ab ingreſſu, & perceptione fructuum ſuarum Eccleſiarum tamdiu ſuſpenſi jaceant, donec ſatisfactione prævia illis per Sedem prædictam ſuſpenſio relaxetur. Inferiores vero ab Epiſcopis ſententiam excommunicationis incurrant, a qua, niſi in mortis articulo conſtituti, ab alio, quam Romano Pontifice abſolutionis beneficium nequeant obtinere. Decernentes etiam irritum, & inane quicquid ſecus per quoſcumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Tranſumptis credi jubet.

§.3. Volumus autem, ut præſentium exempla &c.

Sanctionem pœnalem adjicit.

§.4. Nulli ergo &c.

D. P. An.IV. 4. Januarii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, quarto Nonas Januarii, Pontificatus noſtri Anno V.

CXXXIV.

Eleemoſynæ pro Carceratis in Urbe colligendæ, exponantur pro ſolvendis debitis pauperum Carceratorum. Et pro debito mere civili infra ſeptem aureos, nemo carceretur.

De materia iſtorum Carceratorum vide ſupra Conſt.XCI. Reverendi. *fol.*28.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Eleemoſynæ quomodo exponendæ.

§.1. VOlumus ut omnes Eleemoſynæ Carceratorum, tam quæ per Quæſtores colliguntur, quam quæ in capſis reponuntur, expendantur pro ſolvendis debitis pauperum Carceratorum arbitrio R. D. Cardinalis Moroni, quem confidimus præ oculis habiturum miſerabiliores perſonas, & juſtiores cauſas.

Juſſio conſtruendi Hoſpitale. Hoc utique conſtructum fuit.

§.2. Eumdem rogamus, ut in Carceribus Turris Nonæ erigi faciat Hoſpitale aliquod ſumptibus Caritatis, in quo curentur pauperes infirmi, donec adhibeatur diligentia, quam celerem eſſe volumus, pro illis liberandis, juxta Motum proprium fel. rec. Pauli Papæ Tertii, quem ſervari prorſus volumus.

Prohibitio carcerandi pro minori ſumma ſeptem aureorum.

§.3. Inſuper jubemus, ne infra ſeptem aureos carcerari quis poſſit pro debito, præterquam cum debitum habet annexa criminalem cauſam.

Papæ ſubſcr.

Placet, & ita mandamus M.

CXXXV.

*Ex Bull. Ord. Præd. T.V. pag.*136.

Ordinem Fratrum Prædicatorum privilegiis ornat, eique conceſſa firmat.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INjunctum Nobis, meritis licet imparibus, Apoſtolicæ ſervitutis officium, aſſidua meditatione mentem noſtram exercet, ut circa Religionum quarumlibet præſertim Ordinis Fratrum Prædicatorum, ad quem patrio quodam jure peculiarem gerimus paternæ caritatis affectum, ſtatum proſpere dirigendum, illarumque ſuperiorum dignitatem pariter, & indemnitatem præſervandum ſtudiis invigilantes aſſiduis, non ſolum ea, quæ ſolicitus ad hoc animus noſter excogitat, in medium afferamus, ſed etiam quæ per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros hac in re prudenter ordinata fuiſſe reperimus, ut illa firmiori gradu perſiſtant, approbationis noſtræ ſubſidio libenter ſtabilimus.

Diplomatis cauſa.

§.1. Sane cum, ſicut accepimus, diverſi tam Romani Pontifices, etiam Prædeceſſores noſtri, & forſan Sedis Apoſtolicæ Legati, & Nuncii, ac etiam loci Ordinarii, ac Eccleſiarum Prælati, quam Imperatores, Reges, Duces, Marchiones, Comites, Sæculares Principes, Reſpublicæ, & alii Domini temporales, nonnulla privilegia, immunitates, exemptiones, conceſſiones, facultates, prærogativas, præeminentias, indulgentias, etiam plenarias, peccatorum remiſſiones, libertates, indulta, & alias gratias Ordini Sancti Dominici Fratrum Prædicatorum, illius Magiſtro Generali, Provincialibus, Prioribus, Rectoribus, Fratribus, Converſis, aliiſque perſonis, necnon Monialibus, & Sororibus, Beatis nuncupatis, ſub cura dictorum Fratrum degentibus, ac etiam eorum domibus, Monaſteriis, Conventibus, Collegiis, necnon Eccleſiis, Capellis, etiam intra hujuſmodi Eccleſias conſtructis, aliiſque locis eidem Ordini, ſeu illius domibus annexis, vel ab eis dependentibus, tam ultra, quam citra montes conſiſtentibus, in genere, vel in ſpecie, etiam per viam communicationis, vel extenſionis, Apoſtolica, Imperiali, ſeu Regia, ac forſan alia, auctoritatibus elargiti fuerint, quorum etiam vigore, vel alias Magiſter Generalis, Provinciales, Priores, Fratres, Moniales, Sorores, aliæque perſonæ hujuſmodi, diverſa bona, jura, res, actiones, decimas, piſcationes, ac decimandi, piſcandique facultates, præbendas quoque, portiones, Eccleſias, Capellas, & alias beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſæcularis, & forſan aliorum Ordinum, necnon militiarum regularia, ac etiam hoſpitalia, Oratoria, & alia pia loca, etiam in aliis, & diverſis Diœceſibus, quam forſan, in Domibus, Monaſteriis, Collegiis, Conventibus, & aliis dicti Ordinis locis hujuſmodi conſiſtentia, tamquam Ordini, ſeu Domibus, Collegiis, Conventibus, Monaſteriis, & aliis locis prædictis unita, annexa, & incorporata poſſederunt, & ad præſens poſſideant, prout in diverſis eorumdem Prædeceſſorum, Legatorum, locorum Ordinariorum, Prælatorum, Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum literis deſuper confectis plenius dicitur contineri.

Ei confirmat uniones omnes Beneficiorum, defectus ſupplendo, caducitates validando &c.

§.2. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, ac idem in unionum confirmationibus obſervaretur, quique ob uberes fructus, quos dictus Ordo, & illius profeſſores Verbi Dei Prædicatores, illud prædicando, in agro Domini hactenus produxerunt, & labores, quos in dies in vinea Domini indefeſſe ſuſtinent, Ordinem ipſum, ac illius modernos, & pro tempore exiſtentes Magiſtrum Generalem, Provinciales, Priores, Vicarios, Rectores, Fratres, & alios utriuſque ſexus Religioſos, & perſonas, necnon eorum Domos, Monaſteria, Conventus, Collegia, & alia loca prædicta, non ſolum in ſuis privilegiis, ſtatutis, Ordinationibus, ritibus, exemptionibus, indultis, juribus, aliiſque gratiis prædictis conſervare, ſed etiam illa augere, ac ſpecia-

cialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, ac eos, & eorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon omnium, & ſingulorum privilegiorum, conceſſionum, immunitatum, exemptionum, erectionum, inſtitutionum, unionum, annexionum, incorporationum etiam perpetuarum, libertatum, indultorum, & aliarum gratiarum, ac deſuper confectarum literarum prædictarum veriores tenores, formas, & compendia, ac cauſas, titulos, conceſſiones, elargitiones, uniones, annexiones, & incorporationes hujuſmodi etiam perpetuas, vel temporales, illarumque revocationes, & ſuſpenſiones tam per Nos, quam quoſcumque alios Romanos Pontifices, vel Legatos factas, etiam quod forſan deſuper ſibi injuncta non adimpleverint, & propterea illarum amiſſionem inducentes, penitus, & omnino inficientes, necnon omnes, & ſingulos fructus, redditus, & proventus per eos, vel eorum aliquem, etiam in parva, vel magna quantitate ex beneficiis, & aliis prædictis indebite perceptos, ac illorum quantitates, & valores, tempuſque, per quod illi poſſederunt, ſeu indebite nullo ſaltem canonico titulo juris; vel adminiculo eis deſuper ſuffragante, ſed temeritate propria, & de facto detinuerint, ac eorumdem beneficiorum verum, & ultimum, etiam ex quorumvis perſonis vacationis modum, etiamſi ex illo quævis generalis reſervatio, etiam in corpore juris clauſa, etiamſi per obitum apud Sedem Apoſtolicam reſultet, ac eorum diſpoſitio juxta Lateranen. Statuta Concilii extet ad Sedem eandem legitime devoluta, nominaque, cognomina, gradus, nobilitates, & qualitates illa obtinentium, aut cujuſvis litis, & cauſæ, ſi quæ tam ſuper privilegiis, indultis, aliiſque gratiis, quam beneficiis, omnibuſque, & ſingulis præmiſſis in Romana Curia, vel extra eam pendeat indeciſa, ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina judicum, & collitigantium, ac eorum jura, & titulos, etiam nullos, & inſectivos, loca quoque, ſituationes, & Dioeceſes, in quibus omnia, & ſingula beneficia, Hoſpitalia, Oratoria, necnon, Domus, Monaſteria, Collegia, Conventus, & alia loca prædicta ſita ſunt, & quibus unita, annexa, & incorporata fuerunt, & quantum unum ab altero diſtent, etiamſi valde remota ſint, necnon fructuum, reddituum, & proventuum Ordinis hujuſmodi, verum annuum valorem, aliaque omnia, & ſingula hic de neceſſitate magis exprimenda, etiamſi talia eſſent, quæ ſub generali ſermone non comprehenderentur, ſed nota, & ſpecificatione particulari, & ſpeciali indigerent, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes.

Singula firmat Privilegia, exemptiones &c.

§.3. Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnia, & ſingula privilegia, immumunitates, exemptiones, conceſſiones, prærogativas, præeminentias, facultates, indulgentias etiam plenarias, & peccatorum remiſſiones, libertates, indulta, & alias gratias, caſtra quoque, juriſdictiones, vaſſallagia, feuda, decimas, tam novales, quam veteres piſcationes, paſcua, ac decimandi, piſcandi, paſcendi facultates, aliaque jura, actiones, res, & bona cujuſcumque qualitatis, & quantitatis ſint, necnon quæcumque, quotcumque, & qualiacumque cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & quorumvis etiam Ciſtercien., Præmonſtraten., aut S. Joannis, vel S. Lazari Hieroſolymitan., ſeu S. Jacobi de Spatha, aut S. Antonii de Sancto Antonio Viennen., ſeu aliorum, etiam S. Auguſtini Canonicorum Regularium, & quorumvis aliorum, etiam Mendican. Ordinum, & militiarum regularia beneficia eccleſiaſtica qualitercumque qualificata, etiam ſi Sæcularia, Canonicatus, & præben., dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel Officia, portiones Parochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, regularia vero beneficia hujuſmodi, Monaſteria, prioratus, præpoſituræ, præpoſitatus, Domus, præceptoriæ etiam generales, vel Cameræ, Magiſtrales, etiamſi illa diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel generaliter reſervata exiſtant, ac ad illa conſueverint qui per electionem aſſumi, eiſque cura, etiam juriſdictionalis immineat animarum, necnon Hoſpitalia, Oratoria, ac alia quæcumque pia loca, cujuſcumque annui valoris fuerint, etiam ſi illa in diverſis, & aliis valde remotis Dioeceſibus, ut præfertur, exiſtant, Ordini prædicto, ac illius modernis, ac pro tempore exiſtentibus Magiſtro Generali, Provinciarumque, Regnorum, & Dominiorum quorumcumque tam citra, quam ultra montes ubilibet conſiſtentium, Vicarii, Provincialibus, Prioribus, Rectoribus, & aliis quibuſcumque Superioribus, & Prælatis quocumque nomine nuncupatis, ceteriſque Fratribus, & Religioſis, necnon Monialibus, ac illarum Prioriſſis, & Sororibus, etiam tertii Ordinis, ſeu beatis, vel alias nuncupatis, eorumque Domibus, Monaſteriis, Collegiis, Conventibus, ac aliis locis prædictis, etiam eis annexis, ſeu ab eis quomodolibet dependen. in genere, vel in ſpecie, etiam per modum communicationis, vel extenſionis, vel alias quomodolibet obtenta, ut præfertur, conceſſa, donata, elargita, unita, annexa, incorporata, ſeu per eos quomodolibet obtenta, aut poſſeſſa, ac etiam ſtatuta, Ordinationes, & ritus quoſcumque ejuſdem Ordinis, ac in illis quomodolibet obſervata, quoad ea, quæ regulari obſervantiæ non derogent, ac cum omnibus, & ſingulis inde pro tempore ſecutis, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ firmitatis robur adiicimus, necnon omnea, & ſingula juris,

ris, & facti, ac quarumcumque ſolemnitatum deſuper omiſſarum defectus, tam accidentales, quam ſubſtantiales, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint in eiſdem, ſupplemus, ipſoſque Magiſtrum Generalem, Vicarios, Provinciales, Priores, Rectores, Superiores, Prælatos, aliosque præfatos ex eo, quod forſan in concesſionibus, donationibus, elargitionibus, unionibus, annexionibus, incorporationibus, & aliis præmiſſis ſibi injuncta, ſcienter, vel ignoranter, omiſerint, vel alias in toto, aut parte non adimpleverint, ab eis, eorumque commodo, & utilitate nequaquam cediſſe declaramus.

De novo omnia prædicta concedit ad cautelam.

§.4. Et nihilominus potiori pro cautela omnia, & ſingula ſupradicta, eis, & eorum ſingulis, eiſdem auctoritate, & tenore de novo, etiam perpetuo concedimus, donamus, elargimur, unimus, annectimus, & incorporamus, ita quod liceat eiſdem Magiſtro Generali, Vicariis, Provincialibus, Superioribus, Prælatis, Monialibus, Sororibus, aliiſque Fratribus, religioſis, perſonis prædictis, per ſe, vel alium, ſeu alios eorum nominibus ſuam priſtinam præmiſſorum omnium, & ſingulorum poſſeſſionem, ſeu quaſi, præſentium vigore continuare, aut ſi videbitur, de novo per ſe, vel alium, ſeu alios eorum nominibus, etiam propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illorumque omnium, & ſingulorum fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque, in ſuos, & dicti Ordinis, ac illius domorum, Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, aliorumque piorum locorum prædictorum uſus, & utilitatem convertere, Diœceſanorum locorum, vel quorumvis aliorum licentia deſuper minime requiſita.

Super quacúque irregularitate de præmiſſis abſolvit Fratres, & ad omnia munera, Beneficia, & Dignitates reddit habiles.

§.5. Et inſuper Magiſtrum Generalem, Vicarios, Provinciales, Superiores, Prælatos, Fratres, Moniales, Sorores, ſingulareſque dicti Ordinis perſonas hujuſmodi, & eorum ſingulos ab omnibus, & ſingulis fructibus, redditibus, & proven., etiam Eccleſiaſticis ex præmiſſis per eos, & eorum ſingulos quomodolibet male, vel indebite perceptis, necnon quibuſvis ſententiis, cenſuris, & pœnis propterea quomodolibet incurſis, etiamſi in illis per diuturnum tempus inſorduerint, Miſſaſque, & alia divina officia cenſuris, & pœnis hujuſmodi a jure, vel ab homine quomodolibet inflictis ligati, non tamen in contemptum clavium, celebraverint: vel alias ſe in illis immiſcuerint, plenarie in utroque foro dicta auctoritate abſolvimus, & liberamus, ipſoſque, fructus, redditus, & proventus, etiamſi magnæ, vel exceſſivæ quantitatis fuerint, eis gratioſe remittimus, & condonamus, ſecumque ſuper irregularitate, & inhabilitate, ſi quas earumdem occaſione, ſeu alias quomodolibet contraxerunt, aut incurrerunt, aliiſque præmiſſis, quodque eis non obſtantibus, non promoti ad Magiſterii, Baccalaureatus, vel Licentiaturæ, & alios quoſvis eis licitos, & permiſſos gradus, necnon ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines ſe promoveri facere, ipſi vero, & alii pariter, qui jam promoti ſunt, in eiſdem Sacris, etiam Presbyteratus Ordinibus, ac Altaris miniſterio miniſtrare, ſuaque regulari profeſſione, & gradibus hujuſmodi, ac privilegiis, libertatibus, favoribus, antelationibus, prærogativis, præeminentiis, & quibuſcumque aliis gratiis, etiamſi talia eſſent, quæ in generali ſermone non comprehenderentur, ſed nota, & expreſſione ſpeciali indigerent, quibus primo utebantur, & gaudebant, & alias ſi præmiſſa non incurrerint, uti, potiri, & gaudere poſſent, & deberent, necnon quibuſvis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarcalibus Eccleſiis, ac Monaſteriis præfeſſe, ac etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & quorumvis Ordinum, ac militiarum regularia beneficia Eccleſiaſtica, ut præfertur, ac alias qualitercumque qualificata, etiam ſi ſæcularia, canonicatus, & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia hujuſmodi conſueverint qui per electionem aſſumi, eiſque cura immineat animarum, aut Parochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ: regularia vero beneficia hujuſmodi, Monaſteria, prioratus, præpoſituræ, præpoſitatus, dignitates etiam Conventuales, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia, etiam clauſtralia, curata, & electiva fuerint, ſi ſibi alias canonice conferantur, ſeu eligantur, præſententur, vel alias aſſumantur ad illa, & inſtituantur, in eis recipere, & quoad vixerint retinere, necnon quibuſvis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus Eccleſiis, ac Monaſteriis præſici, illaque, ac quaſcumque prælaturas, ſuperioritates, & obedientias in ſpiritualibus, & temporalibus regere, gubernare, gerere, & exercere libere, & licite valeant auctoritate, & tenore prædictis de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſive notam, per eos præmiſſorum occaſione quomodolibet contractam, ſeu inſurgentem, ab eis, & eorum ſingulis penitus, & omnino abſtergimus, & abolemus, illoſque, & eorum ſingulos in priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, ſtatum reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus.

Alia concedit Privilegia.

§.6. Sibique, & eorum ſingulis, quod de cetero in quibuſvis conceſſionibus diſpenſationibus, indultis, privilegiis, & gratiis Apoſtolica, ordinaria, mixta, ſeu quavis alia, etiam ſeculari auctoritate ipſis Ordini Fratrum Prædicatorum, ac illius Magiſtro Generali, Vicariis, Provincialibus, Prioribus, Rectoribus, Prioriſſis, Fratribus, & Religioſis, etiam mulieribus de tertio Ordine, vel Beatis, ſeu alias nuncupatis, domibuſve, Monaſteriis, Conventibus, Collegiis, & aliis locis prædictis concedendis, nullam de incurſu cenſurarum, & pœnarum

ac

ac irregularitatis, inhabilitatis, aliiſve tranſgreſſionibus hujuſmodi meotionem ſacere, minuſque ad docendum de eorum privilegiis, conceſſionibus, gratiis, ut præfertur, vel alias ſibi conceſſis, literiſve, ſeu aliis ſcripturis deſuper confectis, necnoo ad juſtificandum cauſas, propter quas illa, vel alia omnia præmiſſa conceſſa fuerunt, vel io eorum ſavorem quomodolibet emanaverunt, etiam coram locorum Ordinariis, vel aliis perſonis, etiam Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & ſacultate ſuſſultis ullo umquam tempore teneantur ad idque nullatenus cogi, aut compelli poſſint, ſed eorum, ac earum poſſeſſioni, tamquam juſto, & legitimo titulo, ac jure acquiſito, ſtari, in eaque manuteneri, & conſervari debeant, eiſdem auctoritate, & tenore de ſpeciali gratia indulgemus. Ceterum quod tam hojuſmodi præſentes noſtræ, & in eis contenta quæcumque, quam omnes, & ſingulæ aliæ conceſſiones, diſpenſatiooes, indulta, gratiæ, & privilegia eis, & eorum ſiogulis conceſſa, & concedenda de ſurreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, ſeu intentioois noſtræ defectu, vel alio vitio notari, vel impugnari nullo modo poſſint, ſed æque valeant, ac ſi de ſupradictis omnibus, & ſiogulis mentio ſpecifica, & individua fieret. Et ſub quibuſvis ſimiliom, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, per Nos, & quoſcumque Romanos Pontifices mediatos, vel immediatos ſucceſſores noſtros factis, & faciendis, ac Cancellariæ Apoſtolicæ regulis editis, & edendis nullatenus comprehendatur, ſed ſemper ab illis excepta, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtioum, & validiſſimum ſtatum reſtituta, & de novo conceſſa eſſe cenſeantur, ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi ſacultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac qoicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus.

Executores hujuſce Conſtitutionis deputat.

§.7. Quocirca Venerabili Fratri noſtro Johanni Epiſcopo Portuen. Cardinali Morono nuoeupato dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum Protectori, & Venerabili Fratri Epiſcopo Amerin. Cancellariæ Apoſtolicæ Regenti, ac etiam dilecto filio Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori nunc, & pro tempore exiſtentibus per præſentes, motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Magiſtri Generalis, Provincialium, Priorum, Rectorum, Fratrum, Monialium, Sororum, aliorumque prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ac illis in præmiſſis omnibus, & ſiogulis efficacis deſenſionis præſidio aſſiſtentes, ſaciant aoctoritate noſtra, illos, & eorum ſiogulos approbatione, confirmatione, adiectione, ſuppletione, nova cooceſſione, donatione, elargitione, unione, annexione, incorpoporatiooe, abſolutione, plenaria reſtitutione, reſponſione, ſtatuto, indulto, & decreto, aliiſque præmiſſis pacifice frui, & gaudere; Non permittentes, eos, ſeu eorum aliquem deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, aut inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas, tam Eccleſiaſticas, quam pecuniarias, aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe declarando, necnon etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Obſtantium derogatio.

§.8. Non obſtan. priori voluntate noſtra prædicta, ac Lateranen. Concilii noviſſime celebrati, unio nes perpetnas niſi io caſibus a jure præmiſſis, fieri prohibentis, necnon recolendæ memoriæ Bonifatii Papæ Octavi ſimiliter Prædeceſſoris noſtri, etiam illa, qua cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetor, ſeu ne judices a dicta Sede deputati extra Civitatem, vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere præſumant, & de duabus dietis in Concilio generali editis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, ac aliis quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinum, & militiarum, necnon Conventuum, Hoſpitalium, aliorumque prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eiſdem, & quibuſvis aliis Ordinibus, ac militiis, illarumque, & illorum Generalibus Magiſtris, Superioribus, Prælatis, & aliis perſonis, etiam locorum Ordinariis, & aliis quibuſvis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtentibus, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & efficaciſſimis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel ſpecie, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, etiam motu ſimili, ac ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam, ac contemplationem, etiam conſiſtorialiter, ac in vim contractus, ſeu etiam pro fide Chriſtiana adverſus infideles, alioſve illius

hoſtes

hoſtes, vel aliis quantumvis piis, oneroſis, urgentibus, aut neceſſariis cauſis conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quævis alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, formas, & decreta in eis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in eis tradita obſervata, inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe pari motu derogamus, contrariis quibuſcumque: aut ſi aliquibus communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, ſeu ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiamſi per eas ad inbibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, ac inde ſequuta quæcumque ad Eccleſias, aliaque beneficia hujuſmodi volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, Indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis; Volumus autem, quod Eccleſiæ, & alia beneficia prædicta debitis propterea non fraudentur obſequiis, & prædictarum animarum cura, ſi quæ illis immineat, nullatenus negligatur, ſed earum congrue ſupportentur onera conſueta. Quodque pœnitentias ſalutares, quas Confeſſores ad id per Provinciales, Fratres, Moniales, Religioſos, aliaſque perſonas hujuſmodi, ſeu eorum aliquem eligendi, propter præmiſſa eis, ſeu eorum alicui duxerint iniungendas, omnino adimplere teneantur.

Fides tranſumptorum.

§.9. Et inſuper tranſumptis præſentium manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, & adhiberi debeat, quæ literis ipſis originalibus adhiberetur, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ.

Dat. die 18. Januar. 1570. An. V.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 18. Januarii milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, Pontificatus noſtri Anno V.

CXXXVI.

Moniales non exeant clauſura ſub pœna excommunicationis, & privationis. Quæ etiam extenditur ad dantes licentiam, comitantes, & receptantes.

Ex edit. Typis Bladi.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Decori, & honeſtati omnium Sanctimonialium, quarum Jeſus Chriſtus Dominus noſter ſponſus eſt, ut in puritate, & caſtitate ſuperædificantes, in ipſo feliciter inhabitare valeant, conſulentes, ea quæ illarum exiſtimationi detrahere poſſent, decet Nos conſulto ſummovere.

Varias Moniales adducebant divagationis cauſas.

§.1. Sane periculo, & ſcandalo plena res eſt, ac regulari obſervantiæ vehementer adverſatur, Sanctimoniales aliquando parentes, fratres, ſorores, aut alios agnatos, vel cognatos, necnon Monaſteria, & alia filiationes nuncupata, etiam eis ſubiecta, viſitandi, aut infirmitatis cauſa, aliove prætextu a Monaſteriis exire, & per ſæcularium perſonarum domos diſcurrere, & vagari, quo veluti colore eximium quoque honeſtatis, & pudicitiæ decus in diſcrimen committunt.

Hujuſmodi divagationes prohibet Pius ſub pœna excommunicationis.

§.2. Unde Nos malo huic pro noſtro paſtoralis Officii debito ſalubriter occurrere volentes, inhærentes etiam decreto ſacri Concilii Tridentini de clauſura Monialium diſponenti, ac aliis noſtris literis deſuper hujuſmodi clauſura editis adiicientes, volumus, ſancimus, & ordinamus nulli Abbatiſſarum, Prioriſſarum, aliarumve Monialium, etiam Carthuſienſis, Ciſtercienſis S. Benedicti, & Mendicantium, & quorumcumque aliorum Ordinum etiam Militiarum, ac ſtatuum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præeminentiarum exiſtentium, etiam a Regia, vel Illuſtri proſapia ortarum: de cetero etiam infirmitatis, ſeu aliorum Monaſteriorum, etiam eis ſubiectorum, aut domorum parentum, aliorumve conſanguineorum viſitandorum, aliave occaſione, & prætextu, niſi ex cauſa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ, quæ tamen infirmitas, præter alios Ordinum ſuperiores, quibus cura Monaſteriorum incumberet, etiam Epiſcopum, ſeu alium loci Ordinarium, etiam ſi prædicta Monaſteria ab Epiſcoporum, & Ordinariorum juriſdictione exempta eſſe reperiantur, cognita, & expreſſe in ſcriptis approbata ſit, a Monaſteriis præfatis exire, ſed nec in prædictis caſibus extra illa, niſi ad neceſſarium tempus ſtare licere, aliter autem quam, ut præfertur, egredientes, ſeu licentiam exeundi quomodocumque concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices perſonas, ſive laicas, aut ſæculares, vel Eccleſiaſticas conſanguineas excommunicationis majoris latæ ſententiæ vinculo ſtatim eo ipſo abſque aliqua declaratione ſubjacere, a quo præter quam a Romano

mano Pontifice, niſi in mortis articulo abſolvi nequeant.

Quaſcumque licentias deſuper datas irritat.

§.3. Et inſuper tam egreſſas, quam præſidentes, & alios ſuperiores prædictos eis licentiam hujuſmodi concedentes dignitatibus, Officiis, & adminiſtrationibus per eas, & eos tunc obtentis privamus, & illas & illos ad obtenta, & alia in poſterum obtinenda inhabiles, necnon licentias, & facultates, ſeu indulta, & privilegia exeundi a Monaſteriis, & extra illa ſtandi a Nobis, ſeu alio Romano Pontifice Prædeceſſore noſtro, ac Sedis Apoſtolicæ Nuntiis, & Legatis etiam de latere, ac majore Pœnitentiario, aut ordinum prædictorum ſuperioribus, aliiſve perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis reſtitutivis, præſervativis, mentis atteſtativis, etiam novam gratiam, & datam concedentibus, aliiſque efficacioribus, & efficaciſſimis, ac inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, necnon S.R.E. Cardinalium intuitu, & contemplatione, ac inſtantia, vel alias quomodolibet conceſſa (quæ prorſus abolemus) ac literas deſuper confectas, & impoſterum concedendas, & conficiendas nullas, & invalidas, nulliuſque roboris, ac momenti fore, nec illas habentibus, & habituris ſuffragari poſſe, & ita per quoſcumque judices, & commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Præſulibus mandat, ut hanc Conſtitutionem, & Decretũ Concilii Tridentini publicent quolibet anno

§.4. Mandantes univerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub obteſtatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas in Civitatibus, & Diœceſibus propriis quolibet anno publicent, omniaque in illis contenta, necnon præfatum decretum ipſius Concilii, quod incipit, Bonifacii VIII. diligenter, & inviolabiliter ſub cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque præfatis pœnis, & in eodem decreto contentis, obſervent, & obſervari faciant, & procurent, Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, etiam aliis pœnis auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, interdictum Eccleſiaſticum apponendo, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis.

Contraria tollit.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Apoſtolicis contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, & juribus de hujuſmodi clauſura diſponentibus nihilominus in ſuo robore duraturis.

Tranſumptis credi jubet.

§.6. Ceterum volumus, quod præſentium tranſumptis &c.

Clauſulæ.

Nulli ergo omnino hominum &c.

Dat. die 24. Januarii 1570 An.V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, nono Kal. Februarii, Pontificatus noſtri Anno V.

CXXXVII.

Prohibet Canonicis Lateranenſibus, ne ullus tractare poſſit de Officiis Generalatus, Viſitatorum, & Prælaturarum, niſi in Capitulo Generali, ſub pœna excommunicationis, & privationis dignitatum &c.

Ex Bullar. hujuſce Ordinis Par. I. pag. 155.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

PAſtoralis Officii Nobis, meritis licet imparibus, ex alto commiſſi debitum requirit, ut in unaquaque præſertim Regularium perſonarum Congregatione immoderate in exoptandis dignitatibus, & prælaturis ambitioni habenas, cenſurarum videlicet Eccleſiaſticarum, & aliarum pœnarum, quatum cum Deo poſſumus, imponamus.

Cauſa Conſtitutionis.

§.1. Sane cum ſicut, non ſine animi noſtri dolore, accepimus, nonnulli ex Canonicis Congr. S. Salvat. Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini ſibi ipſis nimium aſſentientes, honores, & plerumque Prælaturas, & Dignitates intempeſtive, & ante illarum vacationem, diverſis etiam modis adipiſci, & aſſumere, non ſine illorum animarum periculo, & hominum ſcandalo ſatagunt, & efflagitant.

Decretum, de quo in rubr.

§.2. Nos igitur hujuſmodi ambitus, & illi conjunctæ ſimoniæ crimen abolere, & ex uſu radicitus evellere, ac alias in præmiſſis opportune providere cupientes; habita deſuper matura deliberatione cum dilecto filio noſtro Flavio Tit. SS. Petri, & Marcellini Presbytero Cardinali Urſino nuncupato dictæ Congr. Protectore: Motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia, hac noſtra in perpetuum valitura lege, ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, quod nullus ex dictis Canonicis, cujuſvis dignitatis, ſtatus, gradus, & præeminentiæ exiſtens, quovis modo, verbo, vel in ſcriptis, per ſe, vel per alium, ſeu alios, directe, vel indirecte cum aliquo ſuperiore, vel inferiore, aut aliis quibuſvis perſonis, de Officiis Generalatus, Viſitatorumque dictæ Congregationis electione, ſeu promotione, præterquam in Capitulo Generali a dicta Congre-

gregatione fieri ſolito tractare, ratiocinari, aut Prælaturas, & dignitates præſatas, per ambitum aſſequi, quærere, vel procurare audeat, vel præſumat ſub excommunicationis latæ ſententiæ, privationis officiorum, ſeu dignitatum, quæ obtineret, & perpetuæ inhabilitatis ad ea, & alia quæcumque, & aliis pœnis per Sacros Canones, & alias Conſtitutiones impoſitis, ipſo facto incurrendis: a quibus nonniſi de conſenſu Prioris Generalis, & Viſitatorum dictæ Congregationis pro tempore exiſtentium, præterquam in mortis articulo conſtitutus abſolvi poſſit, aut valeat.

Derogatio contrariorum

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Congregationi, illiuſque Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, & aliis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in contrarium quomodolibet conceſſis, innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe motu pari derogamus, & contrariis quibuſcumque, aut ſi Congregationi prædictæ, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 3. Martii 1570. An.V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 3. Martii 1570., Pontificatus noſtri Anno V.

CXXXVIII.

Damnatio, & excommunicatio Eliſabeth Reginæ Angliæ, eiſque adhærentium, cum aliarum pœnarum adiectione.

Henricus quoque Rex ejus pater itidem damnatus fuit a Paulo III. ut in Conſt. VII. Ejus *Tom. IV. Par. I. fol.* 125.

PIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Regnans in excelſis, cui data eſt omnis in Cœlo, & in terra poteſtas, unam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam, extra quam nulla eſt ſalus, uni ſoli in Terra, videlicet Apoſtolorum Principi Petro, Petrique Succeſſori Romano Pontifici, in poteſtatis plenitudine tradidit gubernandam. Hunc unum ſuper omnes gentes, & omnia regna Principem conſtituit, qui evellat, deſtruat, diſſipet, diſperdat, plantet, & ædificet, ut fidelem Populum mutuæ caritatis nexu conſtrictum, in unitate Spiritus contineat, ſalvumque, & incolumem ſuo exhibeat Salvatori.

Henricus VIII. Rex Angliæ, hæreſim introduxit in illo Regno, ut in Conſtit. Pauli III. cit. in rubr.

§.1. Quo quidem munere obeundo, Nos ad prædictæ Eccleſiæ gubernacula Dei benignitate vocati, nullum laborem intermittimus, omni opera contendentes, ut ipſa unitas, & Catholica Religio (quam illius auctor ad probandam ſuorum fidem, & correctionem noſtram, tantis procellis conflictari permiſit) integra conſervetur. Sed impiorum numerus tantum potentia invaluit, ut nullus jam in Orbe locus ſit relictus, quem illi peſſimis doctrinis corrumpere non tentarint, adnitente inter ceteros flagitiorum ſerva Eliſabeth prætenſa Angliæ regina, ad quam veluti ad aſylum omnium infeſtiſſimi profugium invenerunt. Hæc eadem, regno occupato, ſupremi Eccleſiæ capitis locum, in omni Anglia, ejuſque præcipuam auctoritatem, atque juriſdictionem monſtruoſe ſibi uſurpans, regnum ipſum jam tum ad fidem Catholicam, & bonam frugem reductum, rurſum in miſerum exitium revocavit.

Eliſabeth Regina Hæretica, etiam fuit & eſt, committendo multos errores, hic expreſſos.

§.2. Uſu namque veræ Religionis, quam ab illius deſertore Henrico Octavo olim everſam, claræ mem. Maria Regina legitima, hujus Sedis præſidio reparaverat potenti manu inhibito, ſecutiſque, & amplexis Hæreticorum erroribus regium conſilium ex Anglica nobilitate confectum diremit, illudque obſcuris hominibus hæreticis complevit, Catholicæ fidei cultores oppreſſit, improbos concionatores, ac impietatum adminiſtros repoſuit. Miſſæ ſacrificium, preces, jejunia, ciborum delectum, cælibatum, rituſque Catholicos abolevit; libros manifeſtam hæreſim continentes toto regno proponi, impia myſteria, & inſtituta ad Calvini præſcriptum a ſe ſuſcepta, & obſervata, etiam a ſubditis ſervari mandavit. Epiſcopos, Eccleſiarum Rectores, & alios Sacerdotes Catholicos ſuis Eccleſiis, & beneficiis ejicere, ac de illis, & aliis rebus eccleſiaſticis, in hæreticos homines diſponere, deque Eccleſiæ cauſis decernere auſa, Prælatis, Clero, & Populo, ne Romanam Eccleſiam agnoſcerent, neve ejus præceptis, ſanctionibuſque Canonicis obtemperarent, interdixit; pleroſque in nefarias leges ſuas venire, & Romani Pontificis auctoritatem atque obedientiam abjurare, ſeque ſolam in temporalibus, & ſpiritualibus dominam agnoſcere jurejurando coegit, pœnas, & ſupplicia in eos, qui dicto non eſſent audientes, impoſuit, eaſdemque ab iis, qui in unitate fidei, & prædicta obedientia perſeverarunt, exegit. Catholicos Antiſtites, & Eccleſiarum

Re-

Rectores, in vincula conjecit, ubi multi diuturno languore, & triſtitia confecti, extremum vitæ diem miſere finiverunt. Quæ omnia cum apud omnes nationes perſpicua, & notoria ſint, & graviſſimo quamplurimorum teſtimonio ita comprobata, ut nullus omnino locus excuſationis, defenſionis, aut tergiverſationis relinquatur.

Hic ideo Pōtifex, illam, eique adhærentes hæreticos declarat.

§.3. Nos multiplicantibus aliis, atque aliis ſuper alias impietatibus, & facinoribus, & præterea fidelium perſecutione, Religioniſque afflictione, impulſu, & opera d. Eliſabeth quotidie magis ingraveſcente, quoniam illius animum ita obfirmatum atque induratum intelligimus, ut non modo pias Catholicorum Principum de ſanitate, & converſione preces, monitioneſque contempſerit, ſed ne hujus quidem Sedis ad ipſam hac de cauſa Nuncios in Angliam trajicere permiſerit, ad arma juſtitiæ contra eam de neceſſitate converſi dolorem lenire non poſſumus, quod adducamur in unam animadvertere, cujus majores de Republica Chriſtiana tantopere meruere. Illius itaque auctoritate ſuffulti, qui Nos in hoc ſupremo Juſtitiæ throno, licet tanto oneri impares voluit collocare, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine declaramus prædictam Eliſabeth hæreticam, & hæreticorum fautricem, eique adhærentes in prædictis, anathematis ſententiam incurriſſe, eſſeque a Chriſti Corporis unitate præciſos.

Regno & dignitatibus privat.

§.5. Quin etiam ipſam prætenſo Regni prædicti jure, necnon omni, & quocumque dominio, dignitate, privilegioque privatam.

Vaſſallos liberat.

§.5. Et item proceres, ſubditos, & populos d. Regni, ac ceteros omnes, qui illi quomodocumque juraverunt, a juramento hujuſmodi, ac omni prorſus dominii, fidelitatis, & obſequii debito, perpetuo abſolutos, prout Nos illos præſentium auctoritate abſolvimus, & privamus eamdem Eliſabeth prætenſo jure Regni, aliiſque omnibus ſupradictis. Præcipimuſque, & interdicimus univerſis, & ſingulis proceribus, ſubditis, populis, & aliis prædictis, ne illi, ejuſve monitis, mandatis, & legibus audeant obedire. Qui ſecus egerint, eos ſimili anathematis ſententia innodamus.

Exemplis credi jubet.

§.6. Quia vero difficile nimis eſſet, præſentes quocumque illis opus erit, perferre, volumus, ut earum exempla, Notarii publici manu, & Prælati eccleſiaſtici, ejuſve Curiæ ſigillo obſignata, eamdem illam prorſus fidem in judicio, & extra illud, ubique gentium faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An.V. 25. Februarii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1570. 5. Kal. Martii Pontificatus noſtri Anno V.

CXXXIX.

Reformatio totius Ordinis Ciſtercienſis, tam quoad ſtatum Monacorum, & divinum cultum, quam reſtaurationem Monaſteriorum, præſtationemque fructuum menſæ Conventualis in locis commendatis.

Aliam reformationem jam edidit Pius IV. ut in ejus Conſt. LXXXIV. In eminenti *T. IV. Par. II. fol. 162. De inſtitutione, & aliis iſtius Ordinis vide in Conſt. III. Paſch. II.* Deſiderium *Tom. II. fol.* 113.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Hic Pontifex permoleſte accepit, Cœnobia Ordinis Ciſtercienſis deſtituti.

EX innumeris curis, quibus ſine intermiſſione vexamur, illa Nobis duriſſima eſt, quod tot ſacrarum Religionum Conventus, ſuis orbati juribus paſſim intercidere conſpiciantur, neque ſane quicquam inexpertum relinquimus, quantum quidem fert difficillima præſentis ſeculi conditio, quod ad illorum reſtitutionem pertinere exiſtimavimus. Inter ceteros autem Ordo Ciſtercien. longe, lateque per orbem propagatus, Nobis frequentius obſervatur, cujus tam multa Cœnobia viris cum doctrina, tum ſanctitate claris olim florentiſſima, maligno temporum errore ad nihilum propemodum rediguntur. Quod cum aliunde ex toto orbe plus ſatis Nobis jampridem innotuit, tum maxime ex recenti viſitatione, quam Commiſſarius, & Procurator Capituli Generalis Ciſtercien. in utraque Sicilia id Nobis quoque jubentibus confecit, permoleſte intelligimus, quamplurima ejus regni Monaſteria, aut debitis officiis deſtituta, aut Monacis ob non præſtitam alimoniam deſerta, aut omnino collapſa, retecta, recluſa, patentia, & ut profana habita, quæ Religionis cultrix illa vetuſtas tantis impendiis evexit.

Volenſq. propterea huic malo mederi, hanc edit Conſtitutionem in qua determinat.

§.1. Sed his incommodis tametſi Pater Abbas Monaſterii Ciſtercii, Cabilonen. Diœceſis, & prædictum Capitulum Generale, etiam per privilegia & indulta illis a fel. rec. Pio II., Sixto IV., Pio etiam IV., & diverſis aliis Romanis Pontificibus conceſſa, & innovata in univerſum occurrendi, & ipſos Commendatarios, ad habendum, & retinendum competentem Monacorum numerum, cum menſa ad victum, & veſtitum idonea, & etiam alia ad Monaſticum cultum pertinentia compellendi facultatem habeant; utile tamen, & percommodum illis fore exiſtimavimus, noſtras quoque huic rei partes adſcribere, & certa quædam prædicto Ordini convenientia, illiuſque moribus, & ſtatutis magis cohærentia ſpeciatim proponere, quibus illi amplius ſuffulti poſſint ſupradicta Monaſteria ad Conventum, diſciplinam, & bonam frugem facilius revocare. Neque enim ſuſtinere poſſumus, quod tam multi, qui hujuſmodi Monaſteria in Commendam reci-

Digitized by Google

piunt, Commendæ conditiones a Concilio Lateranenſi præſcriptas, & eaſdem, ac alias ſingulis literis Apoſtolicis de hujuſmodi Commendis confectis, ad ſpecialem cujuſque ſignificationem appoſitas in animæ ſuæ periculum averſentur, quibus de ceteris fructibus Monaſterii ſibi commendati diſponere nemini prius permiſſum eſt, quam debitis, & conſuetis ejuſdem, ac ipſius Conventus oneribus omnino ſupportatis, & Quarta ubi menſa Abbatialis ſeparata, ubi vero communis eſt, ac etiam in Monaſteriis Conventu & cura orbatis, Tertia parte omnium fructuum eorumdem in reſtaurationem fabricæ, aut ornamentorum emptionem, aut fulcimentum, ſeu pauperum alimoniam, ubi major exegerit, ſuaſeritque neceſſitas quotannis erogata. Quin etiam in ipſis Monaſteriis divinus cultus, ſolicituſque Monacorum, & Miniſtrorum numerus nullatenus minuatur, nec alias illa in ſpiritualibus, & temporalibus ulla ſubeant detrimenta.

Monaſteria omnia etiam commendata, & unita, & de jurepatronatus laicorū reſi i, & ad debitam clauſuram reduci.

§.2. Quare Nos ex iis, quæ pro ſalubri d. Religionis ſtatu, & felici directione, a prædictis Prædeceſſoribus, & alias quomodocumque inſtituta hucuſque reperiuntur, nec præſentibus contraria, nec effectum earum impedientia nihil omnino detrahere, ſed illa prorſus immota cuſtodiri volentes, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, & ordinamus, ut omnia Monaſteria, & loca dicti Ordinis, tam in utraque Sicilia, quam ceteris omnibus Orbis partibus conſtituta, etiam commendata & unita, ac etiam de jurepatronatus laicorum quocumque modo exiſtentia, quæ convulſa, diruta, & extenuata ſunt, reficiantur, & ad debitam clauſuram reducantur, ſtatuta pecunia convenienti, quæ quotannis in id opus, donec abſolutum fuerit, erogetur.

Numerum competentem Monachorum in eis reſtitui.

§.3. In eiſdem & ceteris locis uti pro facultatum ratione idonea erunt, competens Monacorum & Miniſtrorum numerus reſtituatur.

Ad divinum cultum & Monaſticum uſū neceſſaria inſtrui.

§.4. Ipſorum Eccleſiæ, ſacriſtiæ, dormitoria, & officinæ, vaſis, veſtimentis, libris, ſacra, & communi ſuppellectile, ac ceteris omnibus ad divinum cultum, & Monaſterium uſum neceſſarium, convenienter inſtruantur.

Divina quotidie celebrari.

§.5. Miſſæ ſacrificium, & alia omnia divina officia, diurna & nocturna quotidie in choro pſallendo, juxta ritum dicti Ordinis ſine intermiſſione celebretur.

Menſam Conventualem, & eleemoſynas reſtitui.

§.6. Menſa Conventualis, & ad communem victum, & veſtitum, necnon eleemoſynas & viſitationes, & alia onera ſubeunda conficiatur, interciſa reparetur.

Libros ſacros haberi.

§.7. Ubi ſacra lectio juxta Concilii Tridentini diſpoſitionem haberi non poterit, præter eos libros, qui ad Divini Officii, & Chori uſum neceſſarii ſunt, ſaltem, Biblia, & Cathechiſmus ad Parochos recens editus, item opera S.Bernardi, & ſi qui alii ad honeſtam Monacorum occupationem poterunt, habeantur, niſi de illis in aſſignatione menſæ Conventualis jam perſpectum reperiatur. De his omnibus, necnon vaſis, veſtimentis, & cetera ſuppellectile prædicta ſemel recepta, Conventus omnes rationem reddere debeant.

Noviciatus conſtitui.

§.8. Et ut Novitii, qua decet, diſciplina informentur, unum aut duo Monaſteria in quaque Provincia uti commode fieri poterit, ordinentur, in quibus magiſtri, etiam certorum Monaſteriorum novitios divini Officii rationem, & regularis obſervantiæ inſtituta doceant; ita ut quodque Monaſterium neceſſaria ſuis ſuppeditet, & ſi nullos habuerit, alii pro eo, ejuſque impenſis recipiantur, & inſtruantur.

Conventus ædificia &c. ad certam formam reduci.

§.9. Omnia ædificia Conventus quoquoverſus claudantur, portæ non neceſſariæ obſtruantur, clathri feneſtris, ubicumque opus erit, infigantur. Templa, ſacriſtiæ, capitula, dormitoria, refectoria, infirmariæ, & omnino aliæ clauſtri partes nihil profani patiantur. Nec Conventus horreum, penu, præſepia, nec prorſus ulla promercalia Abbatum, Commendatariorum, Conductorum, aut aliorum recipiant, nec a cummendatariis, penſionariis, aliiſve de clauſtro non exiſtentibus occupentur, ſed illis ſolum proprii clauſtrales utantur, prout ad divini Officii celebrationem, regularemque obſervantiam fuerunt conſtituta.

Mulieribus ingreſſum denegari.

§.10. Mulieribus omnibus cujuſcumque qualitatis, dignitatis, & ætatis, ingreſſus clauſtri, & aliorum locorum regularium, etiam ædium partis, quæ ab Abbatibus, Commendatariis, Prioribus, aliiſve miniſtris, etiam diviſim poſſidetur, ſit penitus interdictus; quod ſi ſecus factum erit, tam ingredientes, quam recipientes excommunicationis ſententiam incurrant.

Carcerem ad correctionem conſtitui.

§.11. Carcer ad coerctionem Monacorum, ubi non eſt, conſtituatur.

Inventaria bonorum, & ſcripturarum confici.

§.12. In omnibus Monaſteriis inventarium omnium prædictorum, necnon inſtrumentorum, fundationum, donationum, auctoritatum, exemplarium, omniumque monimentorum conſcribatur, & in formam authenticam redigatur, illudque, & cetera omnia prædicta fideliter aſſerventur. Sicubi vero horum quicquam producendum erit, exemplum ab archetypo deſumatur, & tranſmittatur, niſi talis contigerit neceſſitas, ut ipſum exemplar producendum ſit; quod tunc in fidem alicujus probati deponatur, qui idonee caveat illud ipſum quamprimum reportaturum.

Monaſteria non tuta, ad Civitates transferri.

§.13. Illa Monaſteria locis patentibus conſtituta, quæ propter Turcharum, ſeu prædonum, vel hæreticorum incurſiones tute ſervari non poterunt, facto de ipſorum juribus, literis, auctoritatibus, tabulis, monumentis, atque omni prorſus ſuppellectile, mobilibuſque, bonis, jocalibus, & rebus fideli inventario, & ſi opus erit, earum omnium depoſito apud perſonam fide, & facultatibus idoneam, ita ut nihil omnino inde ſine conſenſu expreſſo, & ſpeciali mandato Conventus moveri valeat, in civitates, oppidave vicina transferantur.

Viſitationes prudenter fieri.

§.14. Ceterum ad reſtituendam monaſticam diſciplinam, & reſtitutam conſervandam, Ciſtercii, & ceteri patres Abbates in Capi-

Digitized by Google

Capitulo generali provideant diligenter, ut omnes viſitationes, ſollicite, & prudcoter, ac cum pietate fiant, ſalutem animarum, religionis zelum, perpetuum cultum divinum, clauſuram, obedientiam, & cetera omnia, quæ ad mores, correctionem, & religioſorum ædificationem pertinent, procurando.

Neceſſaria eis ſubminiſtrari.

§.5. Qnibus in rebus nbicomque non ſunt menſæ Conventuali aſſignati redditus, qui hoc onus ferre poſſint, Abbates, & Commendatarii, ac alii quicumque adminiſtrationem ſpiritualium, & temporalium viſitandorum Monaſteriorum habentes, neceſſaria omnia miniſtrare, ac contributiones, & ſumptus pro gerendis aliis communibus negociis Apoſtolicæ Sedis auctoritate impoſitas, ac etiam ad brachii ſæcularis adhibitionem præſtare, Viſitatores, ac ſolitos, & neceſſarios ipſorum ſamulos, & jumenta debita hoſpitalitate recipere, & eiſdem in omnibus auxiliari omnino debeant, & ad id etiam cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis per Capitulum, ac etiam per ipſos Viſitatores compellantur.

Commendatarios nihil de neceſſariis Monacis detrahere, nec numerum eorum minuere, neque eos ejicere poſſe.

§.16. Ne porro deſerendi Monaſterii occaſio Monacis præbeatur, quod ex vagandi libertate illis a Commendatariis oblata, ut expenſis parcant, plerumque evenit, præcipimus, & interdicimus, ne ulli omnino Commendatarii quicquam, vel minimum de mcoſà, & illis neceſſariis detrahant neque ullo modo numerum diminuant, aut quempiam, etiam propter delictum eiiciant. Sed quotieſcumque Monaci quid admiſerint, quod quidem animadverſione dignum ſit, id quamprimum Priori clauſtrali, vel ſi gravius ſit delictum, Viſitatori ſignificent, qui correctionem juxta Eccleſiæ, & Ordinis prædicti ſtatuta faciat. Quod ſi ulterius ultra ſex menſes diſtulerit, eo ipſo ſit ab eo officio depoſitus, & ad illud, ceteraque omnia Ordinis ejuſdem officia triennio inhabilis cenſeatur, ſtatimque Præſidentes correctionem hujuſmodi aliis committere teneantur.

Tertiam vel quartam partem redditun omnis Monaſterii, in ejus refectionem, & deinde juxta Concilium Tridentinum exponi.

§.7. Prædicta autem tertia, vel quarta pars reddituum omnis Monaſterii in Commcodam conceſſi, & concedendi, ex ipſamet proprietate, prædictorum ſuperiorum cura, & ſolicitudine exigatur, & ex eis prædicta pecunia conficiatur, eaque, quoad edificia omnia refecta erunt, in id opus impendatur. Eo vero perfecto ipſa tertia, vel quarta pars juxta Concilli diſpoſitionem, & literarum prædictarum tenorcm, annis ſingulis eadem cura convertatur.

Archivium in Conventu Ciſtercii conſtitui, & ibi indice bonorum cujuſcúque Conventus poni.

§.18. Poſtremo volumus, & mandamus, nt Monaſterium Ciſtercii conſtituatur conſtitutumve reſtituatur Archivium, in quo index ordine compoſitus omnium aliorum Monaſteriorum, prioratuum, eccleſiarum, & beneficiorum d. Ordinis, in omni parte Orbis conſtitutorum, etiam in Commendam obtentorum, vel unitorum habeatur, & item diſtinctum cujuſque inventarium ſive repertorium bonorum, proprietatum, rerum, jurium, & actionum omnium, necnon exemplum authenticum inſtrumentorum, privilegiorum, fundationum, donationum, literarum, auctoritatum, & monimentorum quorumcumque conficiatur, confectumque fideliter aſſervetur.

Indulta omnia quo ad proprietatem irrita remanere.

§.19. Quia vero proprietas omnium malorum radix ubicumque gliſcit, omne bonum in regula quamvis bene inſtituta pervertit, ideo ne hoc quoque ſicobi habetur, ad perfectionem prędictorum obſtare poſſit, revocamus, & abolemus omnia, & quæcumque privilegia, auctoritates, licentias, diſpenſationes, & indulta cujuſque privati rerum, & bonorum uſus, proprietatis, poſſeſſionis, & dominij, omnibus cujuſcumque gradus, & dignitatis Monacis d. Ordinis per quoſcumque Rom. Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem prædictam, ejuſve Legatos, ex quibuſcumque cauſis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſa, confirmata, & innovata, quibuſcumque concepta formulis, ac clauſulis, & decretis ſuffulta, quorum omnium tenores præſentibus habemus pro expreſſis, ac volumus illa omnia vires, & effectum de cetero non habere; quin etiam Viſitatores, & ceteros omnes, qui in hujuſmodi proprietarios ſevere non animadverterint, ad hujuſmodi officia, & alia ipſius Ordinis miniſteria perpetuo inhabiles eſſe.

" Hoc ſtatuit etiam Benedictus XII.

§.20. Quocirca Ciſtercien., & ceteris omnibus Patribus Abbatibus, & Viſitatoribus d. Ordinis edicimus, ut pro ſe quiſque omnia prædicta ſtudeant adimplere. Omnibus autem noſtris, & prædictæ Sedis Legatis, & Nunciis ubicumque exiſtentibus, necnon Ord. prędicti Conſervatoribus ab ipſa Sede conſtitutis, & conſtituendis, ipſorumque ſingulis per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut præſentes literas, ubi, & quando opus fuerit, ac quotieſcumque pro parte Abbatum, Definitorum, Viſitatorum, & aliorum prædictorum, ſeu alicujus eorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ipſiſque efficacis deſenſionis præſidio aſſiſtentes, prædicta omnia in omnibus Regnis, & Provinciis ſedulo exequantur, & quæcomque alia quæ ad Religionis incrementum ipſis utilia vel neceſſaria videbuntur, ubique locorum ſtatuant. Et præterea Abbates, & Commendatarios cujuſcumque dignitatis, gradus, & conditionis fuerint, ad prædictorum omnium præſtationem etiam per ſubtractionem proventuum, ac cenſuras, & pœnas præſatas, ceteraque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione poſtpoſita, compellat, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Ceterum ut vicina plebs egena pro religionis conſuetudine, & inſtituto conſoveri poſſit, ac ceteri piam, & fidclem rerum adminiſtationem collaudare poſſint, prædictis Commendatariis præcipimus, ut in ſuis Monaſteriis panperes eleemoſynis pro modo ſacultatum proſequantur. Decernentes prædicta omnia inviolata, & immutabilia perpetuo conſiſtere, necoon irritum, & inane,

ſi ſe-

Digitized by Google

ſi ſecus per præfatos, aut quoſcumque alios quavis auctoritate fungentes, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſervantiaque omnium prædictorum executioni demandari.

§.21. Non obſtantibus piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac d. Ordinis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus: quodque aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad præſtationem prædictorum minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, conſervatoriis, exemptionibus, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, aut etiam conſiſtorialiter, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, necnon concordiis, conventionibus, pactis, & aliis obligationibus, etiam ut prædictum eſt, roboratis, per quæ præſentibus non expreſſa, aut omnino non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia ad effectum omnium ſupraſcriptorum penitus abrogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Quia vero difficile nimis eſſet præſentes, quocumque opus illis erit, perferre, volumus, ut illarum exempla, etiam impreſſa, Notarii publici, vel Secretarii dicti Abbatis Ciſtercii manu, & ejuſdem Abbatis, vel Capituli alteriuſve Prælati Eccleſiaſtici, aut ejus Curiæ ſigillo obſignata, eamdem illam prorſus fidem in judicio, & extra illud ubique locorum faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Derogatio contrariorum

Nulli ergo &c.

D. P. An.V. die 8. Martii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, octavo Idus Martii, Pont. noſtri Anno V.

CXL.

Ex Regeſt. in Archiv. Vat.

Extinctio Congregationis Beatæ Mariæ Servorum nuncupatæ, ejuſque unio Ordini Servitarum ſub obedientia Prioris Generalis Ordinis ejuſdem.

PIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

PRo noſtri muneris Officio, & Charitate paterna, qua omnes Religioſorum Ordines proſequimur, quæcumque ad illorum ſtatum, ſalutaremque tranquillitatem pertinere arbitramur, ea providere, & adiuvante Domino recta conſtituere conamur.

Ordo Servorum ab initio inſtituti ab uno tantum Priore Generali regebatur.

§.1. Inter eos autem Ordinem Beatæ Mariæ Servorum animadvertimus, cujus Profeſſores, ex quo ipſe primum inſtitutus eſt, per complures annos eiſdem legibus, & inſtitutis omnes viventes una tantum familia contenti ab uno quoque Priore Generali regebantur.

Nonnulli ſe ab eo ſegregantes peculiarem Congregationem inſtituerunt.

§.2. Poſtea vero iis, ut in rebus humanis evenire ſolet, paulatim ab inſtituto regularis obſervantiæ defluentibus, quidam ex his cupientes primi Inſtituti diſciplinam colere, arctioremque vitam ducere, ſe a reliquis ejuſdem Ordinis ſegregarunt, & Sedis Apoſtolicæ indulto ſuffulti, creato ſibi Vicario generali, cui ſubeſſent, novam familiam conſtituerunt eamque Congregationem Beatæ Mariæ Servorum nominaverunt.

Sed a regulari diſciplina deſciſcerant.

§.3. Sed proh dolor! ſucceſſu temporis, hæc ipſa Congregatio uſque adeo a regulari obſervantia prolapſa eſt, ut ab illis ipſis, qui Ordinis Servorum primi inſtituti nomen retinuerunt, parum, vel nihil differre videatur.

Cauſæ novæ faciendæ unionis.

§.4. Quamobrem, ut omnes, & ſinguli tam Ordinis, quam Congregationis profeſſores ad regularem obſervantiam revocentur, & quaſi renoventur, commodiuſque inſuper gubernentur, utque qui unum religionis induunt habitum, hi ſub una eademque regula, uniuſque profeſſionis voto viventes, in obſervantia Canonicæ Religionis uniformes reperiantur, Noſque ab uno tantum Generali Superiore, non autem a duobus de morum reformatione rationem facilius exigere valeamus, quæ omnia commodius fieri poſſe arbitrati ſumus, ſi eos invicem disjunctos, in unum, idemque corpus conjungentes, in unam, eamdemque familiam, ſub eadem diſciplina, regularique obſervantia, & uno dumtaxat capite viventes redigeremus.

Domos omnes, & Conventus hujuſmodi Cógregationis Ordini Servorũ univit Pius, unum Ordinẽ eſſe ſub eiſdẽ Regulis, unumque Priorem Generalem decernit.

§.5. Quare de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine prædictum Congregationis nomen, & Vicariatus officium ſupprimimus, extinguimus, & penitus abolemus, ac modernum Vicarium generalem, ab ejus officio abſolvimus, omneſque, & ſingulas dictæ Congregationis Domus, Conventus, & Fratres uni Priori Generali Ordinis, veluti ſupremo ipſius Religionis, & Ordinis capiti, ſupremamque in eo Ordine poteſtatem, & auctoritatem habenti, prout regularia ipſius Ordinis inſtituta ſibi concedunt, perpetuo ſubeſſe, & ei in omnibus parere volumus, & mandamus, ac etiam Prioribus cujuſlibet Provinciæ, in qua ipſa Domus, & Conventus coſiſtunt, ſubiicimus, & ſubiecta eſſe decernimus, prout aliæ Domus, & Conventus dicti Ordinis, ſive Religionis ſubiiciuntur, itaut una deinceps unius modi obedientia, obſervantia, & diſciplina regularis, unum nomen Ordinis Beatæ Mariæ Servorum omnibus commune ſit, omnes

Digitized by Google

nes uni Generali, & Provincialibus pareant, omnes, ad quos id pertinet, ſimul ad Capitula generalia, & provincialia conveniant, vocemque activam, & paſſivam habeant in iiſdem.

Statuta omnia, Conſuetudines, & Conventiones præfatæ Congregationis invalidat, omnique valore carere jubet.

§.6. Proinde revocamus, & deinceps invalida cenſemus omnia, & quæcumque ſtatuta, conſuetudines, conventiones, concordias, & alia pacta, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, & quavis alia firmitate munita, necnon omnia, & quæcumque privilegia, exemptiones, & indulta Congregationis hujuſmodi, etiam pro bono pacis, & conſervatione religionis edita, & conceſſa, ac etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine confirmata, multiplicatiſque vicibus innovata, extenſa, & moderata, quatenus præſentium effectum, & executionem differre poſſent, vel quomodolibet impedire, quorum omnium tenores, æque atque ad verbum infererentur præſentibus, haberi volumus pro expreſſis.

Sicque in perpetuum obſervari.

§.7. Decernentes prædicta omnia firma, & inviolata fore, necnon irritum, & inane quicquid ſecus, per quoſcumque quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Præſentem Conſtitutioné recipi mandat & exequi abſque ulteriori declaratione.

§.8. Quocirca Priori Generali, ac univerſis, & ſingulis dictæ Congregationis, ceteriſque Fratribus prædicti Ordinis Beatæ Mariæ Servorum per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut præſentes literas humiliter recipiant, & quæcumque in ipſis continentur, alia deſuper a Nobis non expectata juſſione, mentiſve noſtrę declaratione, firmiter cuſtodiant, & in omnibus ſtudioſe obedire procurent.

Exequutionem committit Priori Generali Ordinis Servorum

§.9. Quin etiam ipſi Piori Generali præcipimus, ut caſdem præſentes, ac quidquid pro earum exequtione ſtatuetur, & decernetur, in omnibus domibus, & locis virorum, & mulierum, necnon ab omnibus Fratribus, & Sororibus inviolate faciat per ſe, vel alium, ſeu alios obſervari, quoſcumque contradictores, rebelles, ac etiam proteſtantes, & reclamantes, eiſque auxilium, conſilium, & favorem publice, vel occulte directe, vel indirecte, quovis quæſito colore, vel ingenio præſtantes, tam eccleſiaſticos, quam laicos, cujuſcumque dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ceteraque juris, & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, cenſuraſque, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc auxilio brachii ſęcularis.

Derogat contrariis.

§.10. Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, de una, & in Concilio generali edita, de duabus dietis aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, quodque aliquibus communiter, vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Exemplis hujuſce Conſtitutionis credi jubet.

§.11. Volumus autem, ut præſentium exempla &c.

Clauſulæ.

Nulli ergo &c.

Dat. die 3. Maii 1570. An.V.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, tertio nonas Maii, Pont. noſtri Anno V.

CXLI.

Mandatur Archiepiſcopo Mediolanen., ejuſque ſuffraganeis ut promulgari, & obſervari faciant Decreta in Synodo Provinciali ejuſdem Provinciæ edita juxta emendationem, & explicationem Summi Pontificis.

Ex Regeſt in Archiv. Vat.

Ven. fratri Archiepiſcopo Mediolanen.

PIUS PAPA QUINTUS

Ven. fr. ſalutem. & Apoſtolicam benedictionem.

Nonnulla Synodi Decreta enunciat, laudat, explicatque.

§.1. QUę in veſtra Synodo Provinciali proxime decreta ſunt, præſentibus deſcripta, ſalubriter quidem, & iſti tuæ Provinciæ frugifera, ſed duo ita uſu recipienda exiſtimamus, ut Peregrinorum, & advenarum Euchariſtiæ Sacramentum percipientium nomina, cognomina, & originis, ſive domicilii locus uno in libro fideliter aſſervando, a Parocho ante omnia annotentur.

Explicatio Decreti circa Confeſſiones Peregrinorū.

§.2. Quod vero de Diaconis, & ceteris inferiorum Ordinum Clericis ſtatuitur, ut eis ſolum Sacerdotibus peccata confiteantur, quos Epiſcopus ad id duxerit approbandos, hoc volumus obſervari. dummodo talis ſit numerus Sacerdotum, ut confiteri volentes delectum habeant inter illos.

Præfata Decreta jubet obſervari, & cō tradictores puniri.

§.3. Ita quod tibi, omnibuſque tuis ſuffraganeis per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut decreta prædicta in veſtris quiſque Eccleſiis, Civitatibus, & Diœceſibus hac noſtra moderatione adhibita, & alias, ut cetera promulgare, & ut ab omnibus obſerventur ſedulo efficere curetis; Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam coercendo.

Contraria tollit.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac alias in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, & ſpecialibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Quia vero difficile nimis eſſet præſentes, quocumque illis opus erit, perferre.

Exemplis credi jubet.

§.5. Volumus, ut earum exempla etiam impreſſa Secretarii tui manu, & ſigillo tuo obſignata, eamdem illam prorſus fidem ubique locorum faciant, quam ipſæmet præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nonnulla enunciat Decretum ſuperius indicata.

§.6. Ita igitur decreta ipſa ſcripta ſunt. De adminiſtratione Sacramenti Euchariſtiæ. Decretum duodecimum. Parochi Paſchæ tempore Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum

tum iis tantum miniſtrent, qui non modo tunc in Parochiæ ſuæ finibus habitant, verum etiam majorem anni partem, aut ſex ſaltem menſibus in ea habitaverint, niſi ſint qui paucioribus ante diebus, Menſibuſque illum habitatum venerint eo animo, ut in ea domicilium habeant, niſi item, qui ab Epiſcopo, propriove Parocho facultatem ſcripto conceſſam exhibuerint, alio loco communicandi, tum præterea niſi Peregrini ſint, & advenæ homines, idque in Parochia aliqua Diœceſis, quod ſi in Urbe, tantum in Cathedrali Eccleſia Sacramentum Euchariſtiæ ii percipient, quare ſingulis diebus cum in Paſcha Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti Sacramentum Euchariſtiæ adminiſtrabunt, antequam illud cuique præbeant, ad Populum converſi denuntient, ut ſi quis eorum, qui adſunt Parochiæ ſuæ incola non eſt, ad ſuam quiſque Parochialem Eccleſiam abeat, ubi quemadmodum Canonum Sanctionibus viſum eſt, eo tempore Sacram Euchariſtiam ſumat, Parochi vero Urbani admoneant, atque hortentur crebro eos, qui rus ire ſæpius ſolent, ut feſtis diebus illis ſolemnibus, nempe die Natali Domini, in Quadrageſima, & hebdomada ſancta potiſſimum Paſchæ tempore, Aſcenſionis Domini die, in celebritate Corporis Chriſti, in die Pentecoſtes ruri non habitent, ſed in corde, atque in frequentioribus Oppidis, ubi a ruſticatione feriati ſacris, & divinis Officiis interſint, de verbo Dei conciones audiant, ceteraque Chriſtianæ pietatis munera præſtent, quæ ab unoquoque Chriſtiano homine debita, ſolemnes, & ſtati illi dies maxime requirunt. Quæ ad Miſſam, Divina Officia, Eccleſiæ cultum ſpectant, Diaconi, Subdiaconi, & reliqui Clerici inferioris Ordinis, Confeſſionem, & Communionem frequentent, ut ſuperiore Synodo Provinciali præſcriptum eis eſt, confiteantur autem iis tantum Sacerdotibus, quos ad audiendas eorum Confeſſiones idoneos Epiſcopus, & in Urbe, & Diœc. comprobabit; Sacræ vero Euchariſtiæ communionem in propria Parochia, vel in alia Eccleſia, quam Epiſcopus ſtatuet diebus feſtis percipient, idque in Miſſa ſolemni, ſi modo eo loco, eoque die celebrabitur; illius autem rei fidem tertio quoque menſe Epiſcopo exhibebunt. Decretum decimum, de iis, quæ pertinent ad Baptiſmi adminiſtrationem. Cum id noſtra Superiori Provinciali Synodo de Compatribus præſcriptum ſit, ut illi tales deligantur, qui ſuſcepti muneris partes explere poſſint, id autem ipſi præſtare non queant, ſi non rudimenta quidem fidei norint; Id circo ea cura ſit Parochis, ut quos Compatres ita imperitos noverint, ut Symbolum fidei, ſive ea, quæ in Symbolo continentur, ignorent, illos eo Officio ſuſcipien. de Baptiſmo Infantes fungi non patiantur. Decretum primum de edicto quotannis ab Epiſcopo proponen. contra hæreticos; Epiſcopus, edicto quot annis publice propoſito, omnes, & ſingulos ſive Diœceſis homines, etiam quavis dignitate, gradu, honoreve, præditos moneat, eiſdemque in virtute ſanctæ obedientiæ, ac pœna excommunicationis latæ ſententiæ propoſita, id jubeat, ut ſi eorum quiſpiam jam ſcit cujuſvis ſectæ hæreticos homines, eove nomine ſuſpectos, aut infames, aut quovis modo a fide Catholica aberrantes, aut qui verba hæreticalia protulerint, aut qui hæreticorum libros, ſcriptave, quæ quovis modo auctoritate Sedis Apoſtolicæ prohibita ſunt, legunt, vel apud ſe habent, decem ad ſummum diebus poſt edicti promulgationem; Si vero impoſterum ſciat decem diebus poſtquam id norit illos omnes, & ſingulos, vel ipſi Epiſcopo, vel hæreticæ pravitatis Inquiſitori denunciet. Parochis autem ſuis jubeat, aut edictum hujuſmodi in ſingulos annos, ſemel quadrageſimæ initio, iterum ineunte Domini adventu, publice in ſua quiſque Parochia, cum in Miſſa frequentior Populus adeſt; de ſcripto ipſi pronuntient, & promulgent. Quæ ad bona, & Jura Eccleſiarum, Diœceſ. loc. pertinent. Ne Eccleſiaſticorum Beneficiorum bona Patronis, neve item eis, quorum ceſſione ea beneficia obtinentur, neque illis præterea, qui primo, ſecundove conſanguinitatis gradu cum eiſdem juncti ſunt, nuper ſuppoſitas quidem perſonas, cum ne ad breve ſane tempus locari liceat, idque niſi cognita prius Eccleſiæ utilitate, Epiſcopus data in ſcriptis facultate conceſſerit, quicumque ſecus fecerit, fructibus unius anni mulctentur, quos ex eorum Beneficiorum prædiis, boniſve capit. Inquirat præterea Epiſcopus diligenter, an aliqua Simoniæ labes contracta inter eos ſit. Quo ad Miſſam, Divina Officia, Eccleſiæ cultum ſpectant. Quoniam ſuperioris Concilii Conſtitutione vetitum eſt, quo tempore, vel Sacrorum, vel funeris, exequiarumve cauſa in unum Clerici conveniunt, non plures ad menſem, quam ſex, eoſque Clericos adhiberi, id cum multis locis facile præſtari nequeat, propterea quod Eccleſiæ ſæpe longius inter ſe diſtent, grave ſit Clericis de itinere feſſis mane ad Eccleſiam ſuam reverti, ideo liberum ſit Parocho, tot convivas habere, quot ſane in menſam adhibere par eſſe judicaverit, & pro temporis ratione laicum etiam hominem, quem Chriſtianæ pietatis ſtudioſum, & Sacerdotali convictu, conſuetudineque dignum norit, a menſa non excludere, modo ea ſerventur, quæ in Parochialibus Conventibus de frugali, Clericalique modeſtia in noſtris Conſtitutionibus ſcripta ſunt, tum Sacra item lectio in menſa perpetuo adhibeatur. Quod vero de menſæ frugalitate, & periculorum numero alias ſuperiori Canone decretum eſt, id omnino ſit, & ſervetur, ut etiamſi, vel Univerſitati, vel cuivis alii pacto, conſuetudineve, aut ultima voluntate, certis quibuſdam diebus cibum a Sacerdotibus parari opporteat, in eo ab illa decreti ratione ne ullo modo diſcedatur, ne ſacra lectio in menſa deſit.

Dat. Rom. apud S. Pet. ſub annulo Piſ. die 12. Maii 1570. Pont. noſtri Anno V. Dat. die 12. Maii 1570. An.V.

Re-

CXLII.

Reformatio Ordinis Fratrum Servorum B. Mariæ Virginis.

De hoc Ordine vide in Conſt.II. Benedicti XI. Dum levamus. *Tom.III.P.II.fol.107.Eique unitam Congregationem Servorum Beatæ Mariæ Virginis ſup. Conſt.CXL.*

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Congregatio hujus Ordinis fuit ſublata.

POſtquam Nos Deo auctore Ordinem Fratrum Beatæ Mariæ Servorum, antehac in duas familias diviſum, antiquato Congregationis nomine, quod altera ſibi aſciverat, in unum idemque corpus, ac in unam eamdemque familiam, uni dumtaxat capiti ſubiectum ſub eadem Regulari diſciplina reduximus; expedit certa quædam incommoda, quæ bonum omne in Religione pervertunt, excidere, ut deinceps omnes communibus inſtitutis, & legibus ſuæ profeſſioni magis convenientibus viventes ſalubrius dirigantur.

Reformatio ipſius Ordinis ſubſequitur.

§.1. Quocirca cum omnis Religio privatæ proprietatis uſu labefactetur, & corruat, Nos ad illam ea dicta familia exterminandam, ac ſimul emandandos eos, qui de officiis, & muneribus ambitioſe obtinendis jampridem inoleverunt, & alios nocentes ejus mores, novoſque inducendos ante omnia intenti.

Revocatio omnium indultorum aliquid privatim retinendi.

§.2. De Nobis attributæ poteſtatis plenitudine revocamus, & abolemus omnia, & quæcumque privilegia, diſpenſationes, licentias, permiſſiones, & indulta habendi, & retinendi privatum dominium, uſufructum, poſſeſſionem, & proprietatem quorumcumque bonorum immobilium, mobilium, & ſemoventium, necnon domorum, cellarum, hortorum, pecuniarum, & aliarum rerum, Generali, Provincialibus, Conventualibus Prioribus, ac aliis Fratribus, etiam cauſa ſenii, infirmitatis, vel cujuſcumque pii operis prætextu, vel intuitu, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, ejuſve Legatos, vel etiam dicti Ordinis Superiores, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſa, confirmata, & innovata, quibuſcumque concepta formulis, ac clauſulis, & decretis fulfulta, quorum omnium tenores habemus præſentibus pro expreſſis; volumuſque illa omnia, & ſingula vires, & effectum de cetero non habere. Quin etiam Fratres prædictos, quicumque ſint, privato, & bonorum, & rerum omnium prædictorum quomodocumque acquiſitorum, & ad eos obventorum dominio, uſu, uſufructu, proprietate, titulo, & poſſeſſione privamus, dictaque poſſeſſione amovemus, & amotos nunciamus, reſque, & bona ipſa omnia in communes ſuarum cujuſque domorum, & prædicti Ordinis uſus convertenda concedimus. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ Generali, Provincialibus, & Conventualibus Prioribus ſupradictis, ut rerum, & bonorum omnium prædictorum poſſeſſionem, nomine domorum, & locorum ſuorum capiant. Et illa illorumque fructus in communes Conventuum uſus convertantur.

Prohibitio quicquam privatum habendi.

§.3. Ceterum præcipimus, atque interdicimus, ne deinceps ullus omnino Fratrum prædictorum, ſive privatus, ſive Prioris Conventualis, ſive Provincialis, aut Generalis officio fungens, etiam prætextu hujuſmodi privilegiorum, diſpenſationum permiſſionum, & indultorum, ſeu inveteratæ conſuetudinis, aut quacumque alia cauſa, proprium quicquam, aut privatum, neque ædes, ſive in clauſtro ſive alibi, ſeparatas habeat, ſed omnia ubique communia ſint, & quiſque unica cella, eademque cum ceteris aliorum Fratrum conjuncta, nudis omnino parietibus, ac lectulo, & menſa humilibus, quemadmodum pauperes Religioſos decet, contentus eſſe debeat.

Cameræ redigantur in communæ Dormitorium.

§.4. Proinde Cameræ ſive ædiculæ, quæ extra Dormitorium ſeparatim ſunt, ad officinas, aut alias ad communem uſum, & commoditatem cujuſque Conventus redigantur, vel ſi cellæ communis Dormitorii pro Fratrum numero non ſufficiant, & illæ Cameræ, vel ædiculæ, ad formam communis Dormitorii aptari poſſint, in Dormitorium commune redigantur, ſin minus, deſtruantur, ac materia, & cementa ad fabricam Conventus, ſi opus fuerit, convertantur, vel vendantur, & pretium ad communem uſum Conventus conferatur.

Ambitus recedant & munera.

§.5. Sed nec ulli omnino ambitus fiant, aut pecuniæ etiam pro confirmationibus, ſigillo, vel ſcriptura, aut quacumque alia re, vel cauſa ſolvantur, aliæve pactiones, ſeu promiſſiones intercedant, ſeu munera, aut xenia quocumque modo mittantur, neve quiſquam, etiam in Officio exiſtens, pecunias, aut quicquam aliud de Provincia, ſeu domo ſibi commiſſa, vel aliunde Priori Generali, ſeu alii cuicumque conferat, vel remittat. Quicumque ſecus fecerint, in pœnam privationis Prioratuum, & Officiorum omnium incidant, & ad futura inhabiles habeantur, & pro culpis etiam tanquam fures puniantur, prout Nos illos privatos, & inhabiles declaramus eo ipſo, procurationibus tamen, Generali ea univerſo Ordine, ac Provincialibus Prioribus, ea ſua cuique Provincia, & Viſitatoribus, ex domibus, & locis viſitandis debitis, nequaquam per præſentes ſublatis.

Superiores diſpenſare valeant Prædicatores, & Lectores, & Officiales, extra recitationem divini officii in communi.

§.6. Ad reformandos autem alios dicti Ordinis mores ulterius progrediendo, ex iis, quæ pro ſalubri hujus Religionis ſtatu, & felici directione alioqui inſtituta hucuſque reperiuntur, quæ nec præſentibus contraria ſunt, nec illorum effectum impedire poſſunt, nihil omnino detrahere, ſed illa inmota cuſtodiri volentes, de ſimili poteſta-

tis plenitudine ſtatuimus, & ordinamus, ut Fratres omnes, etiam Superiores, & quicumque privilegiati, niſi tempore Quadrageſimæ, & Adventus Domini prædicationis munus obierint, omnibus divinis officiis diurnis, & nocturnis interſint, illis vero temporibus cum ipſis Prædicatoribus, & Lectoribus, iis diebus, quibus prædicant, & legunt, Superiores pro arbitrio diſpenſare poſſint. Ipſis etiam Superioribus, & aliis officialibus, eo tantum tempore quo actu in negociis Conventus, & Ordinis occupati ſunt, aliquid remittatur.

Divina officia juxta inſtitutum celebrentur.

§.7. Miſſæ, Matutinum, & aliæ horarum Canonicarum preces. Proceſſiones, item Anniverſaria, & Defunctorum memoriæ, integre ſuo debito tempore attente cum Cantu ſolemni, in diebus, quibus convenit, juxta regularia dictorum Fratrum inſtituta celebrentur, nec ſatis habeat quæque domus, Miſſas ſive ſundatione, ſive ſtatuto, ſive conſuetudine debitas, vel præſcripto Superioris Conventus deſignatas dumtaxat celebraſſe, ſed Fratres omnes Sacerdotes, Miſſam, etiam non aſtricti frequentiſſime celebrent.

Confeſſiones communiones & jejunia ſerventur.

§.8. Clerici, & Converſi, ſemel in Hebdomada peccata ſua confiteantur, & ſingulis ſaltem menſibus ſacram Euchariſtiam ſummant. Jejunia juxta ſuam regulam, & Conſtitutiones omnino ſervent.

Numerus Fratrum cujuſque Domus præſcribatur.

§.9. In quaque domo pauciores Fratres non ſint duodecim. Siqua autem domus hunc familiæ numerum alere non poteſt, Fratres cum bonis ex ea domo in aliam transferantur, proviſione adhibita, ne Eccleſiæ deſtruantur, ſed ad ejus populi communitatem conſerventur. Permittimus tamen, ut in domibus, quæ iter facientibus Fratribus commodæ ſunt, ſaltem quatuor Fratres non minores quinquaginta annis, conſtanti, & probata vita maneant, ſi plures ea domus alere non poteſt. Nulla porro domus ſupra vires oneretur.

Prædicationes habeantur ſingulis diebus feſtivis.

§.10. In ſingulis domibus omnibus Dominicis, & feſtis diebus prædicationes verbi Dei habeantur.

Lectiones quæ in ſtudiis generalibus, & aliis.

§.11. In majoribus Studiis Regentes duas lectiones Theologicas interpretentur, alteram practicam veluti de Sacramentis, vel de vita ſancte recteque inſtituenda, alteram vero ſpeculativam, ex Catholicis, & approbatis Doctoribus, Superioris arbitrio ſtatuendas: in minoribus vero una lectione ex Theologia practica contenti ſint.

Exercitium circa caſus conſcientiæ.

§.12. Ceterum curent Superiores, ut in ſingulis Conventibus Fratres maxime in conſcientiæ caſibus, & reliquis, quæ ad audiendas confeſſiones pertinent, ob rei gravitatem, & neceſſitatem, ſummo ſtudio, ac diligentia exerceantur.

Catechiſmus legatur diebus feſtivis.

§.13. Singulis item diebus feſtis Romanus Catechiſmus ad Parochos, in ſingulis Conventibus legatur.

Libri prohibiti non teneantur.

§.14. Siqui Regentes, & Lectores, aut alii Fratres, libros prohibitos habere ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia fuerint deprehenſi, ultra pœnas juris communis, & quæ a Sancto Officio Inquiſitionis hæreticæ pravitatis talibus imponuntur, perpetuo munere legendi, prædicandi, & confeſſiones audiendi privati exiſtant, ad omnia item officia inhabiles activa voce careant, & paſſiva.

Forma promovendi ad gradus, & qualitates promovendorum.

§.15. Nullus ad aliquem gradum promoveatur, niſi ætate, vitæ probitate, & literatura præſtans, & in eis probatus per examen diligens a Priore Generali, ſeu ab aliis, qui per eum huic muneri ordinabuntur faciendum, deinde in Capitulo generali publice iterandum. Ætas autem, & tempus ſtudii, ac curſus exprimatur; & præterea probetur, quod promovendus nulla umquam infamia, ſeu ſiniſtra opinione fuerit maculatus. A promovendis ad gradus hujuſmodi nihil omnino exigatur, nec etiam ſponte oblatum accipiatur; verumtamen ſi promotione facta Conventus promotorum, aliquid Religioni donare voluerit, id, quicquid ſit, Procuratori generali Ordinis tribuatur, ut ad levationem onerum, & omnium Religionis conſeratur; eodem Procuratore, accepturum, & expenſorum rationem Priori generali, & Diffinitoribus reddituro. Ceterum omnes a decem annis promoti, rurſus per probos, & idoneos viros a Priore generali in quaque Provincia conſtituendos examinentur; & qui ſaltem mediocri ſcientia in Theologia præditi reperti non fuerint, uſu, & exercitio gradus ſuſpendantur, nec debeant privilegio gradus hujuſmodi gaudere. Caveant præterea Superiores licentiam ulli Fratri concedere, ut ad aliquos Ordines ſacros, ſive majores, ſive minores, promoveri poſſint, niſi ille in ætate legitima conſtitutus, & literatura ad eos requiſita præditus ſit, habeatque omnia, quæ a Sacris Cononibus, regularibuſque inſtitutis requiruntur; aliter promotus ab ſuorum ordinum executione ſuſpendatur, & licentiam concedens officio deponatur, & per ſexennium inhabilis ad omnia officia habeatur. Sed & noſtra Conſtitutio, qua cavetur, ne quis regularis ante emiſſam a ſe expreſſam profeſſionem regularem, ad ſacros ordines promoveri poſſit, inviolabiliter obſervetur.

Confeſſorum qualitates.

§.16. Sacerdotes ad audiendas peccatorum confeſſiones ordinandi, vita, moribus, & literatura probati, & quo ad mulieres ætatis provectæ habeantur. In omni Domo hujuſmodi Sacerdotes ex prædicto Ordine conſtituantur, quibus & non alii Fratres omnes peccata ſua debeant confiteri.

Priorum officium duret biennio.

§.17. Priores omnes nunquam ultra biennium durent, ſed biennio functo ipſorum officium vacet; nec ad illud met in eodem Conventu in ſequens protinus biennium rurſus conſtitui poſſint.

Fratres non ſenes ultra biennium non maneant in eodem Conventu.

§.18. Nulli item Fratri in eodem Conventu plus biennio manere liceat; exceptis ſexagenario majoribus, quibus aliquid ex cauſa, Superioris arbitrio, poterit condonari.

Forma adminiſtrandi Cõventus.

§.19. Ad hæc nullus omnino Priorum adminiſtrationem bonorum, & aliarum rerum, diſpenſationemque pecuniarum,

& red-

Digitized by Google

& redditũum ſuæ domus, etiam nomine Conventus, per ſeipſum habere, ſive exercere, vel ſeſe in eis interponere poſſit, ſed univerſum id onus tribus Religioſis a Priori generali ita demandetur, ut primus, rerum & bonorum, inſerendorumque in eam redditũum curam habeat, alter tamquam depoſitarius pecunias, ac cetera ab illo importata fideliter aſſervet, reliquus de pecuniis, & rebus a Depoſitario captis, Priori, & Fratribus, ac domui univerſæ de neceſſariis veluti diſpenſator provideat, mandante tamen ipſo Priore; qui unicuique non ſecundum proprium affectum, ſed caritatis regulam provideri curabit, officiorum hujuſmodi invicem confuſione penitus interdicta.

Forma reddendi administrationis rationes.

§.20. Ceterum ii tres tam impenſi quam accepti ſingulis menſibus ſuo Priori, adhibitis etiam duobus, vel tribus Fratribus ejuſdem Domus probatioribus, rerumque uſu peritis; deinde ipſemet rurſus præſentibus Priore, & peritis prædictis, Priori generali, vel Provinciali, vel Viſitatoribus, quotieſcumque viſitationis officium fecerint. Denique ipſe Prior generalis in omni proximo Capitulo generali ſaltem coram tribus Judicibus ab ipſo Capitulo conſtitutis illorum omnium, & etiam univerſæ adminiſtrationis ſuæ, tam publice, quam private rationem reddere teneatur.

Donata & relicta Fratres conſignent Superioribus.

§.21. Pecuniæ omnes, & quæcumque aliæ res cuicumque privatim, etiam intuitu perſonæ undecumque donatæ, ſive relictæ fuerint, Superiori, horarum viginti-quatuor intervallo exhibeantur, qui illas ſtatim Depoſitario committat, & inde tamen exhibitori miniſtrari jubeat, quantum rei convenientis præſens neceſſitas videbitur poſtulare.

Fratres omnes in Refectorio communibus epulis veſcantur.

§.22. Fratres omnes, etiam Superiores, & quomodocumque privilegiati, ægrotis tantum exceptis, in Refectorio cibum capiant, & communi menſa viventes communibus epulis veſcantur. In primis autem ſenum, & ægrorum, necnon Prædicatorum, & Lectorum cura habeatur, ita ut nihil eorum neceſſitati, & commoditati deſit. Omnes prædicti, quocumque gradu, & honore ſint, camiſiis laneis, & reliquo veſtitu uniuſmodi, eodemque honeſto, & profeſſioni convenienti, omni præterea ſupellectile, & inſtrumento pauperi atque humili utantur. Nullus privatum hortum habeat, ſed omnes omnibus domus ſint communes, præterquam, quoad infirmariam, & novitios, qui hortum ſive viridarium ſejunctum habere poſſint, in quo ceteri nullatenus ingrediantur.

Novitii qui ubi, & quando recipiendi, & quomodo inſtruendi ſint.

§.23. Novitii etiam oblati ante decimumoctavum ætatis ſuæ annum completum non recipiantur, neque ante decimumnonum completum ad profeſſionem admittantur, qui hactenus recepti, etiam oblati, decimumquintum annum non compleverint, dimiſſo habitu Religionis, domum ad parentes, & neceſſarios, etiam inviti remmittantur, vel alias omnino emittantur, nec poſtea in ædibus unde exierit, aut in aliis ejuſdem Ordinis domibus, ullo modo debeant converſari. Laici, qui vigeſimumquintum annum non attigerint, ad ſerviendum non accipiantur, & qui recepti, etiam nunc ea ætate minores ſunt, reiiciantur. Novitii non admittantur, aut educentur, niſi in Conventibus inſignioribus, in quibus dormitorium, & capitulum habeant omnino ſeparatum, cujus ingreſſus aliis Fratribus ſit penitus interdictus. In eiſdem domibus ſit unus Magiſter ætatis provectioris, moribus, & doctrina præditus, qui diligentem habeat prædictorum Novitiorum curam, & illis præſit. Ipſi autem in grammatica, cantu, cæremoniis, & iis, quæ ad Chriſtianam diſciplinam faciunt, inſtruantur; nec e loco novitiatus, niſi ad Eccleſiam, Refectorium, & ad publicas proceſſiones, & interdiu ad aliquam honeſtam recreationem cum fida cuſtodia exire debeant.

Veſtiarium Fratrum quale eſſe debeat & quæ eorum veſtes.

§.24. In quaqoe domo ſit unum veſtiarium commune, in quo omnia omnium Fratrum veſtimenta conſerantur; quæ uniuſmodi ſint, eademque nulla exquiſita arte laborata, ſed ſimplicia, & honeſta, ita ut nec unum ab altero diſtinguatur. Cui veſtiario Cuſtos præficiatur, qui munditiæ, refectionis, & diſtributionis eorumdem veſtimentorum curam gerat.

Forma ſervandi ſcripturas, & res Eccleſiaſticas.

§.25. In omni domo, locus tutus cum armariis, ſeu capſis habeatur, in quibus ſcripturæ, privilegia, contractus, & omnia jura ad domum pertinentia, itemque res pretioſæ Eccleſiarum, etiam Sacræ, cum ſuo inventario, ſeu repertorio authentico aſſerventur, præter eas, quæ quotidiano ſunt Eccleſiæ uſui neceſſariæ, quæ in Sacriſtia, & per Sacriſtam cuſtodiantur; ita tamen ut res Sacræ a Profanis diſtinguantur. Hujus autem loci tres ſint claves, quarum unam Prior, alteram Depoſitarius, tertiam Procurator domus habeat. Simili quoque modo inventarium bonorum mobilium cujuſcumque Eccleſiæ, & domus, necnon immobilium, & quorumcumque jurium ad Conventum pertinentium, in forma probanti conſcribatur, deque eo exemplum authenticum fiat duplicatum, ut alterum in propria domo remaneat, alterum vero in Archivio inſignioris, ſeu principalis domus ejus Provinciæ reponatur.

Infirmaria in quocumque Conventu inſtituantur.

§.26. In omni domo, infirmaria commodo loco conſtituatur pro Fratribus infirmis, cui infirmarius ordinetur, per quem domus ipſa de illis omnibus, quæ ad animæ, & corporis infirmorum ſalutem, commoda, & neceſſaria ſunt, caritative provideatur.

Prioris officium circa Eccleſias, & earum ornamenta.

§.27. Poſtremo Prior cujuſque domus præcipuam curam gerat, ut Eccleſiæ in ſuis ſtructuris conſerventur, & reparentur; mundæ præterea, & expurgatæ, uti decet, contineantur, atque illis de libris, vaſis, ornamentis, & aliis ad Altaris miniſterium, & divinum cultum pertinentibus provideatur, quæ pariter munda, & nitida conſerventur.

Res Sacriſtiæ non alienentur.

§.28. Res Sacriſtiæ, cujuſvis generis ſint

ſint, nullo modo alienentur, nec pignori opponantur, nec ullo modo alicui accommodentur, ſed ſolum Eccleſiæ propriæ ſerviant.

Decretum irritans.

§.29. Decernentes irritum, & inane quicquid ſecus per quoſcumque, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Fratres omnes ſervent hanc reformationem.

§.30. Quocirca Priori Generali, ac omnibus Fratribus prædictis per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut quiſque pro ſe præſentes literas humiliter recipiant, & quæcumque in eis ſtatuta, decreta, & mandata ſunt, alia deſuper a Nobis non expectata juſſione, aut mentis noſtræ declaratione, firmiter cuſtodiant, & in omnibus ſtudioſe obedire procurent.

Prior generalis deputatur executor hujus Conſtitutionis.

§.31. Quin etiam eidem Priori Generali committimus, ut ipſe eaſdem præſentes, in proximo, & deinceps futuris Generalibus, & Provincialibus Capitulis, & frequenter in omnibus domibus publice legere, ac eas, & quicquid pro earum executione, & obſervatione, tam in ipſis Capitulis Generalibus, vel etiam extra illa ab ipſo adhibitis aliquot ex aliis Prioribus, vel Definitoribus prædictis, quos duxerit eligendos, ſtatuetur, ordinabitur, & decernetur, in omnibus Prioratibus, ac ab omnibus, & ſingulis Prioribus, Fratribus, & perſonis prædictis inviolate faciant, per ſe, vel alium, ſeu alios obſervari. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac etiam proteſtantes, & reclamantes, eiſque auxilium, conſilium, vel favorem, publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis quæſito colore vel ingenio præſtantes, tam Eccleſiaſticos quam laicos cujuſcumque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac etiam Prioratuum, dignitatum, & adminiſtrationum privatorias, ceteraque juris, & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Quin etiam contendentes prædictos, in cenſuras, & pœnas ſupraſcriptas incidiſſe declarando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.32. Non obſtantibus noſtris de non tollendo jure quæſito, & de annali, ac triennali poſſeſſore, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis prædicti juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & Conſuetudinibus; privilegiis quoque, exemptionibus, & indultis Apoſtolicis, illis, ejuſque Superioribus, & perſonis, eorumque ſingulis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ac alias, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, in genere, & in ſpecie conceſſis, confirmatis, ac etiam aliis reformationibus, quotieſcumque, ac quocumque tempore factis, & promulgatis, ac quibuslibet aliis Indulgentiis, & literis Apoſtolicis, ſpecialibus, & generalibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum, ſeu dictorum Ordinariorum juriſdictio ſeu executio impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis: Quæ omnia contra earumdem præſentium tenorem nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari.

Exemplorum fides.

§.33. Denique etiam volumus, ut ipſarum præſentium exempla, etiam impreſſa, Capituli, vel Prioris generalis, ſeu alterius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ &c.

Nulli ergo &c. Si quis &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1570. 3. Kal. Junii, Pontificatus noſtri Anno V.

D. P. An. V. die 30. Maii.

CXLIII.

Declaratio, & Ampliatio Concilii Tridentini Cap. 14. ſeſſ. 24. de prohibitione aliquid exigendi, vel petendi in collatione, aliave proviſione beneficiorum Eccleſiaſticorum, vel ad illorum poſſeſſionem admiſſione.

Ad hoc videri poteſt etiam Concil. Trident. Seſſ. 21. Cap. 1. & Seſſ. 24. Cap. 18. Alia ad materiam ſimoniæ beneficialis plene indicavi in Conſt. V. Julii II. Tom. III. Part. III. Cum tam divino. *fol.* 263.

PIUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

DUrum nimis, & incommodum arbitramur, quod Eccleſiarum miniſtri in iis, quæ ad ipſorum ſuſtentationem ſuppeditant, diſpendia patiantur. Quocirca cum hanc ad rem, ſimulque prohibendam ab Eccleſia Dei avaritiæ pravitatem editas antebac ſanctiones minime ſatis eſſe intelligimus, novæ Conſtitutionis ſubſidio cogimur providere.

Concilium Tridentinum Seſſ. 24. c. 14. mandavit Epiſcopis, ut pravas conſuetudines, & ſtatuta, aliquid recipiendi in proviſionibus beneficiorum reiicerent.

§.1. Cum itaque alias ex plurium Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum Conſtitutionibus, aut ex prava conſuetudine obſervari intelligeretur, ut in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, vel alia proviſione, ſive admiſſione ad poſſeſſionem alicujus Cathedralis Eccleſiæ, vel beneficii, canonicatuum, aut præbendarum, vel partem proventuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas certæ conditiones, ſeu deductiones ex fructibus, ſolutiones, promiſſiones, compenſationeſve illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Eccleſiis dicuntur Turnorum lucra, interponerentur, licet Sancta Synodus hæc deteſtata mandaverit Epiſcopis, ut quæcumque hujuſmodi, quæ in uſus pios non converterentur, atque ingreſſus eos, qui ſimoniacæ labis, aut ſordidæ avaritiæ ſuſpicionem

nem haberent, fieri non permitterent, ipſique diligenter de eorum Conſtitutionibus, ſive Conſuetudinibus ſuper prædictis cognoſcerent, & illis tantum, quas probarent, exceptis, reliquas ut pravas, & ſcandaloſas reiicerent, eos vero, qui adverſus prædicta quavis ratione commiſiſſent, pœnis contra ſimoniacos editis teneri decreverit, multorum tamen indomita cupiditate tam prædicta quam alia ad beneficium, & commodum ipſorum miniſtrorum edita, aut omnino contemnuntur, aut in varios ſenſus traducta perperam eluduntur.

Hic Pontifex modo revocat conſuetudines & Conſtitutiones hujuſmodi.

§.2. Quare Nos pro divini cultus exercitio, ſimulque evocatorum ad illum auxilio plenius evidentiuſque conſulendum fore rati, revocamus, & abolemus omnia, & quæcumque privilegia, conſuetudines, & ſtatuta quarumcumque Eccleſiarum Cathedralium, & Metropolitanarum, ac majorum, necnon Collegiatarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut alio quovis præſidio munita, ac etiam ſupra hominum memoriam, & longiſſimo, ac quantocumque tempore etiam continuo obſervata, ſive pro ſolvendis Eccleſiarum, vel Prælatorum debitis, ſive pro ſupportandis illorum oneribus, ſive aliis etiam majoribus, maximis, & urgentiſſimis cauſis conceſſa, & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus, innovata, extenſa, & moderata. quod vacantibus ipſarum Eccleſiarum dignitatibus, canonicatibus, præbendis, portionibus, beneficiis, & officiis, fructus ac etiam quotidianæ diſtributiones ex eis primo ab ipſa vacatione Anno, aut longiore, vel etiam breviore tempore proventuri, menſæ Epiſcopali, ſeu Capitulari, aliove loco, integre vel partim remaneant, ſeu applicentur, aut in communes uſus cedant, ſeu inter alios canonicos, & perſonas Eccleſiæ, ſeu Capituli dividantur. Quodque nullus etiam Apoſtolica auctoritate proviſus in canonicum recipi, aut ad dignitatem, ſeu portionem, beneficium, vel officium admitti, vel alias in ejus poſſeſſionem induci poſſit, niſi prius de obſervandis hujuſmodi privilegiis, conſuetudinibus, & ſtatutis juramentum præſtiterit, & obtentæ illorum derogationi, ac fructuum, & diſtributionum perceptioni renunciaverit, ſeu Capitulo, & perſonis prædictis ceſſerit, ſeu (ut appellant) dulciaria, aut quid aliud præſtiterit: quorum omnium tenores, cauſas, & effectus habemus præſentibus pro expreſſis, quibuſcumque illa concepta ſint formulis, necnon irritantibus, & aliis decretis roborata. Volentes ea omnia vires, & effectum de cetero non habere.

Pœnaſque aliquid recipientibus imponit.

§.3. Præcipimus igitur, & interdicimus omnibus Epiſcopis, Capitulis, Collegiis, & perſonis, ad quos id pertinet, ne poſthac fructus, aut diſtributiones hujuſmodi, nec prorſus ullam eorum partem retineant, neve ipſorum ceſſionem, vel renunciationem, aut dulciaria, vel alia quomodocumque petant, vel exigant, aut quemquam, ſive Ordinaria, ſive Apoſtolica auctoritate proviſum, ad præſtandum hujuſmodi juramentum inducant, aut illi prædicta non facienti poſſeſſionem impediant, vel remorentur. Quicumque contrafecerint, ſi Eccleſiarum Antiſtites, tamdiu a Pontificalis officii exercitio ſint ſuſpenſi, donec ſatisfactione prævia illis per Sedem Apoſtolicam ſuſpenſio relaxetur. Capitula vero, & Collegia quæcumque eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto, ac ſingulares perſonæ in excommunicationis ſententiam incurrant, a qua, niſi in mortis articulo conſtituti, ab alio quam a Rom. Pont. abſolutionis beneficium nequeant obtinere. Decernentes hujuſmodi præſtita juramenta non tenere, nec quemquam illis obligari, quinimmo jurantes in hujuſmodi cenſuram incidere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his per quoſcumque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Declaratio prædictorum.

§.4. Et nihilominus ſtatuimus, ut ubicumque hujuſmodi fructus, & diſtributiones Fabricæ, vel Sacriſtiæ, aut alterius pii loci uſibus ultra ſemeſtre tempus reperiuntur conceſſi, horum dumtaxat dimidia pars ipſi Sacriſtiæ, vel Fabricæ, aut pio loco deinceps tribuatur, alteram vero beneficiati prædicti integre percipiant.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, decreto prædictæ Synodi, ac Conſtitutione fel. rec. Joannis Papæ XXII. quæ incipit, *Suſcepti*, & aliis juribus hac de re diſponentibus, nihilominus alias in ſuo robore duraturis.

Alia declaratio.

§.6. Ceterum per prædicta non intendimus illis præjudicare Capitulis, Collegiis, menſis, aut perſonis, fructus, & diſtributiones inter vacationem beneficiorum, & eorum collationem, ſive poſſeſſionis apprehenſionem provenientes ex ſtatuto, conſuetudine, vel privilegio hujuſmodi percipientibus, vel retinentibus, quo minus ipſi illos interim ut antea exigere valeant, & habere.

Fides tranſumptorum.

§.7. Poſtremo volumus, ut præſentium exempla, etiam impreſſa &c.

Sanctio pœnalis.

§.8. Nulli ergo &c.

D. P. An.V. die 1. Junii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, Kal. Junii, Pontificatus noſtri Anno V.

Publicatio.

Anno a Nativitate Domini 1570. *Indictione* 13. *die vero* 13. *Julii, Pon. Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pii divina providentia Papæ V. anno* 5. *retroſcriptæ lit. Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Principis Apoſtolorum de Urbe, ad valvas Eccleſiæ S. Jo. Lateranenſis, & ad valvas Cancellariæ Apoſt., & in acie Campi Floræ, per Nos Scipionem de Octavianis, & Antonium Clerici Curſores Apoſtolicos.*

Stephanus de Olea Mag. Curſ.

Inno-

CXLIV.

Innovatio Officii Summatoris literarum Apoſtolicarum, uni ex S. R. E. Cardinalibus de cetero conferendi, cum indultorum, gratiarum, & juriſdictionis in ſuos Officiales conceſſione.

Hoc officium perpetuum vacabile eſſe voluit Alexander VI. in Conſt. XIII. In eminenti. *Tom. III. Par. III. fol. 244.*

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

POntifice dignum eſt, & Romanæ Sedis Majeſtate, illius Officia augere, & locupletare, ut ipſorum nobilitas, & ſuſcipiendorum ad ea Illuſtriſſimorum virorum ſplendor, Romanæ Eccleſiæ dignitatem faciat ampliorem.

Officium Sūmatoris ab Alexandro VI erectum fuit, in perpetuum & vacabile, ut in ejus Bulla indicata in rubr.

§. 1. Quod Nos in animo cogitantes, unum ex omnibus magni momenti animadvertimus Officium Summatoris literarum Apoſtolicarum a fel. rec. Alexandro Papa VI. perpetuum effectum, quod per aſſumptionem dilecti filii noſtri Petri Donati tit. S. Vitalis in S. R. E. Presbyterum Cardinalem Cæſium nuncupatum, vacare proxime decreverimus, unius ſolius arbitrio moderari, in quo dirigendo, egregii unius viri auctoritas, peritorum auxilio ſubnixa magnopere expediret. Quocirca eidem Officio novam formam, eamdemque excellentiurem, atque utiliorem inducere, ſimulque ipſum ita promovere, & amplificare inſtituimus, ut cum ceteris Officiis, & muneribus, quæ ſupremi Ordinis viris conveniunt, merito coæquetur.

Et conceſſa Sūmatori privilegia Scriptorum literarum Apoſtolicarum.

§. 2. Cum igitur in prædicta perpetuatione, idem Alexander Papa inter alia ſtatuerit, ut quicumque illud obtineret de eo quemadmodum literarum prædictarum Scriptores, de Officio Scriptoriæ diſponeret &c. Idem quoque omnibus privilegiis, exemptionibus, prærogativis, immunitatibus, facultatibus, gratiis, & indultis, Collegii dictorum Scriptorum omni tempore frueretur.

Aliaque Summatori indulta hic enunciata data fuerunt.

§. 3. Ad hæc nonnullis, qui dictum Officium poſtea habuerunt, inter alia ſit conceſſum, quod Officium ipſum, etiam per alium, ſeu alios regere, & exercere ſingulis Cancellariæ Apoſtolicæ diebus, & quandocumque ſibi videretur, expeditionem extraordinariam dictarum literarum facere poſſent, eaque de cauſa Bullator ad Summatorem quotidie veniret, qui captas ab ipſo literas, bullare deberet. Porro nullus alius ad exercitium, regimen, ſub reviſionem, aut ſuperintendentiam dicti Officii, etiam boni publici, aut alia quacumque majori, magiſque conſiderabili cauſa, a Romano Pontifice directe, vel indirecte uſpiam conſtitueretur, neque in eo ſeſe interponere ullo modo poſſet, nec ullæ omnino literæ quantumcumque ſecretæ, niſi prius a Summatore examinatæ expediri deberent. Nulluſque Secretarius, ſive domeſticus, ſive de numero participantium, aut alius quique literas plumbatas, niſi in Officiu prædicto expeditas regiſtraret, ſecus faciens crimen falſi incurreret, atque Officiorum ſuorum emolumenta amitteret, quæ ad Summatorem prædictum pertinerent. Ceterum pro omnibus literis per dictam Cameram expediendis merces ordinaria in dicto Summatoris officio dari ſolita, illis dumtaxat exceptis, qua ſtatum Romanæ Eccleſiæ, vel Catholicam fidem concerneret, integre perſolveretur. A qua nullus Secretarius Papæ, etiam domeſticus, aut Scriptor, vel alius etiam majoris conditionis, & quocumque privilegio fretus, exemptus cenſeretur. Quin etiam Summator ipſe quæcumque ſalaria, recognitiones, & jura a quibuſvis Romanæ Curiæ Officialibus, eorumque Collegiis præſtari ſolita perciperet, exigeret, & levaret, ac Officiales, & Collegia ad ea ſolvenda, quacumque reformatione facta, & facienda non obſtante, compellere libere, & licite valeret. Poſtremo idem Summator, vel ab eo in dicto Officio ſubſtitutus, manſionem, ſeu cameram alias ſolitam in Palatio Apoſtolico, necnon victum pro ſe, & uno famulo in Tinello. Et præterea pro ipſo Summatore panem, & buccellas, ſingulis diebus, Prælatorum domeſticorum inſtar, habere deberet. Ipſum neque Officium, & quod ad illud dictum Summatorem ab omni onere, etiam decimarum Papalium, etiam ratione fidei, & expeditionis contra infideles, aut ſternendarum, & reficiendarum viarum cauſa exempta eſſent, neque ad illorum contributionem compelli poſſent, quemadmodum diverſis literis Apoſtolicis deſuper confectis plenius continetur.

Hic modo Pontifex in[illegible] d. Officii inducit inſtituendo Præſidentem unum

§. 4. Nos ad dictæ Sedis ornamentum, & ſalubriorem literarum prædictarum expeditionem, hujus Officii ſtatum perfectiorem, inſignioremque conſtituere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in ipſo officio unum Præſidentem, qui Summatoris pro tempore exiſtentis vices gerat, ipſius Summatoris nutu, atque arbitrio ſumendum, & removendum.

Recognitores quatuor.

§. 5. Item quatuor alia perpetua officia Recognitorum literarum prædictarum per proximum Summatorem dotanda perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Quædam Officia hic enunciata, valoris [illegible] 70 millium [illegible] d. Officio Summatoris annectit.

§. 6. Ac Summatoris officio, unum Secretariatus Apoſtolici de numero participantium, quod Marcellus Auguſtinus, & unum Præſidentis Annonæ, quod Anaſtaſius Pozzuti, ac aliud ſimile, quod Hieronymus Lippomanus, & duo portionum Ripæ officia, quæ Marcus Cornelius, dum viverent, obtinebant, per liberam reſignationem dilecti filii Magiſtri Antimi Marcheſani Datarii noſtri in manibus noſtris ſponte factam, & per Nos admiſſam, aut alias quibuſvis modis, & ex quorumcumque perſonis vacantia, necnon quæcumque, quotcum-

Digitized by Google

cumque, & qualiacumque alia dicta Curiæ officia, ſimilia, vel diſſimilia, & qualitercumque qualificata, ad diſpoſitionem Romani Pontificis pro tempore exiſtentis pertinentia, pretio concedi ſolita, quæ prædicta omnia, ſimul valorem ſeptuaginta millium ducatorum auri in auro conficiant, ab ipſo proximo Summatore conquirenda, & comparanda, ex nunc prout ex tunc, & contra perpetuo unimus, & annectimus, & incorporamus. Ita ut quiſque Summator, qui pro tempore fuerit, itidem Secretarius, præſidens, portionarius, & omnium aliorum futurorum officiorum hujuſmodi titularius exiſtat, illorumque omnium corporalem poſſeſſionem per ſe, vel alium, ſeu alios propria auctoritate libere apprehendere valeat.

Recognitoribus prædictis dotem conſtituit.

§.7. Singulis vero quatuor officiis Recognitorum pro dote ipſorum decem, aut plura loca, ſeu portiones cujuſcumque Montis, ſeu Montium in Urbe, ſeu ditione temporali S. R. E. conſtitutorum non vacabilium, quorum fructus hic ſolvuntur, ſumptu ejuſdem proximi Summatoris conficienda, & exhibenda perpetuo applicamos, & appropriamus. Declaraotes quod ſi dicto officio Summatoris tot alia, quæ ad valorem prædictum ſeptuaginta millium ſcutorum, ut prædictum eſt, non aſcendant, vel ſi nulla alia quam prædicta, quæ jam vacarunt, uniantur, nihiluminus præſentes valere,& plenarium effectum ſortiri debere.

Indulta, privilegia, juriſdictiones, emolumenta, &c. Summatoribus Prædeceſſoribus competentia, huic Summatoris Officio concedit, & approbat.

§.8. Ceterum ex prædictis, & aliis quæ ad dictum Summatoris Officium quocumque modo pertinent, & in eo conſueverint & obſervantur, nihil prorſus detrahere, ſed illa ac omnia, & quæcumque privilegia, facultates, & auctoritates, exemptiones, & indulta ipſi Officio, & ejus perſonis quomodocumque conceſſa, confirmata, & extenſa, quæ ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, habemus pro expreſſis, perpetuo ſtabilia, & inviolata eſſe intendentes, ac futuros omnes Summatores, & dicti Officii perſonas, tam coniunctim quam diviſim in illis omnibus potiri: ac etiam omnia, & quæcumque jura, ſalaria, regalia, recognitiones, & emolumenta prædicta, & alia conſueta, & ab Officialibus, & Collegiis ſupradictis præſtari ſolita, quemadmodum prædictus Petrus Donatus Cardinalis, & quicumque ante eum Summatores, ampliſſime obtinuerunt, eodem modo, jure, & titulo habere, & poſſidere volentes; quin etiam omnia, & quæcumque jura, juriſdictiones, facultates, conſuetudines, & indulta dicti Officii, & illud, necnon expeditionem dictarum literarum concernentia, a quibuſcumque aliis, cujuſcumque qualitatis, & conditionis, perſonis, & Officiis uſurpata, & quantocumque tempore uſitata, ad jus, & proprietatem ipſius revocantes, perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, ut ad dictum Officium unus ex S. R. E. Cardinalibus aſſumatur, & dicta quatuor Recognitorum Officia, cum quibuſvis aliis dictæ Curiæ Officiis compatibilia ſint, & ad liberam Summatoris pro tempore exiſtentis diſpoſitionem omnino pertineant: qui etiam hac prima vice, & deinceps perpetuum illa, ſeu per obitum, ſeu quemcumque alium modum vacabunt, concedere, vendere, transferre, & de eis, ac ſuper eis cum quibuſcumque convenire, paciſci, & decernere libere, & licite valeat, quemadmodum de aliis ipſius Curiæ Officiis, fieri conſuevit pro pretio concedantur, viros probos, & peritos ad ea admittat, qui per ſuam quiſque, & alias pro materiarum qualitate, & rerum exigentia, ejus vel Præſidentis arbitrio expeditioni incumbant.

Formam examinandi literas Apoſtolicas præſcribit.

§.9. Omnes literæ, quæ ſecundum communem in dicto officio curſum, abſque difficultate expediri conſueverunt, ab illorum cognitore, qui tunc vicem obtinebit, præſente Summatore, vel præſidente, diligenter, & accurate examinentur, & ipſi referantur, ut illis tunc demum ſubſcribat, & ipſas de more jubeat expediri.

Dubiaque deſuper occurrentia decidendi.

§.10. Ad ea vero dubia diſſolvenda, quæ in literis ipſis occurrere contigerit, Summator certum diem in ſingulas hebdomadas conſtituat, quo die coram ſe, ſeu Præſidente ſuo, omnes Recognitores conveniant; & prætera ſi ipſi Summatori viſum fuerit, aliquot alii egregii viri harum rerum uſum habentes, ab eodem Summatore adhibeantur, ut dubia omnibus propoſita, cum maturo eorum omnium judicio decidantur; gravioribus tamen, & obſtructioribus dubiis, propter quæ Romanus Pontifex merito conſulendus erit, noſtræ & Succeſſorum noſtrorum declarationi nihilominus reſervatis.

Summatori etiam abſenti Officium per ſubſtitutos exercendi facultatem cōcedit, & dictorum ſubſtitutorum auctoritatem deſignat.

§.11. Ad hæc omnis Summator, ſive in dicta Curia præſens, ſive ab ea quantumcumque tempore abſens, etiam omnia Officia prædicta unita, præſentia & futura, quotcumque, & qualiacumque, ac etiam unius, & ejuſdem Collegii, per ſubſtitutum ſeu ſubſtitutos omnino exercere poſſit, qui menſtruis, ac omnibus aliis Congregationibus interſint, vota, vocem & ſuffragia, tam active quam paſſive habeant. Ad Officia Reſenſoriatuum, Menſariatuum, ceteraque omnia munera, functiones, & negocia, publica & privata, etiam pro ſingulis ejuſdem Collegii Officiis, etiam eodem tempore, & veluti principales admittantur, literis Apoſtolicis, & aliis ſcripturis, & inſtrumentis ſubſcribant, veſtibus, & inſignibus Officialium cujuſcumque Collegii, in Palatio Apoſtolico proceſſionibus, pompis, & aliis omnibus actibus, publicis & privatis incedant, & ſedeant, & pro antiquitate præcedant, & prorſus omnia, ut principales faciant, & exequantur, pro ſingulis Officiis etiam unius, & ejuſdem Collegii, quantumcumque in eo fuerint, quorum pluralitas, & multitudo nullum prorſus impedimentum ſibi invicem, nullamque incompatibilitatem faciant, ſingula Congregationum, & munerum omnium emolumenta, & ſalaria ordinaria, & extraordinaria percipiant, & alias quemadmodum ipſe Summator faceret, facereque poſſet, ſi eadem

Of-

Officia, ut non unita poſſidens ibi adeſſet. Eoſdem enim ad effectum omnium prædictorum dumtaxat Secretarios, Scriptores, & alios omnium Collegiorum hujuſmodi Officiales, & titularios creamus, & inſtituimus.

Emolumenta eiſdem dari præcipit.

§.12. Præterea omnis Summator nullo omnino intermiſſo menſium, dierum, aut alterius temporis ſpatio, per conſuetudines, & ſtatuta, etiam jurata & confirmata, ſeu privilegia, & indulta Secretariorum Apoſtolicorum, & aliorum Collegiorum præfinito, ſed ſtatim a principio, fructus, emolumenta, Congregationes, ſalaria, & jura omnia ſingulorum Officiorum hujuſmodi, præſens & abſens integre capiat.

Statuta pro Officialibus condat.

§.13. Ad omnes autem in ſuo Officio continendos, Summator quæcumque ſtatuta, proſperum Officii ſtatum concernentia, condere, condita corrigere, & motare, aliaque rurſus, & quotieſcumque ſibi videbitur, edere.

Juriſdictionemque in eis corrigendis habere declarat.

§.14. Prælatos, & quoſcumque alios Officiales, perſonas dictæ expeditionis participes, quicumque fuerint, quo ad ea, quæ ad expeditionem ipſam concernunt, caſtigare, corrigere & punire, ac contra eos civiliter & criminaliter procedere, viceſque ſuas tam in his, quam ſupradictis omnibus, & ſingulis, alii vel aliis delegare libere, & licite poſſit.

Exemptiones Camerarii, & Clericorum tribuit.

§.15. Itemque omnibus, & quibuſcumque privilegiis, & exemptionibus, etiam Ripæ, & Ripettæ, ac Dohanæ Urbis, quibus Camerarius noſter, Clerici Præſidentes, & alii Camerales habent, eodem jure libere potiantur, & gaudeant.

Præſidentis & Recognitorum literas Apoſt. gratis expediri decernit.

§.16. Præſidens vero, & Recognitores omnes prædicti, literas Apoſtolicas, etiam Monaſteriorum, & Eccleſiarum Cathedralium pro ſe gratis ubique, prout literarum Apoſtolicarum Scriptores expediant. Et propterea omnibus & quibuſcumque aliis privilegiis, facultatibus, exemptionibus & indultis eiſdem Scriptoribus, & eorum Collegio conceſſis, eodem modo, quo illi gaudent, & quiſque pro ſe, ſuper his Apoſtolicas literas, tam conjunctim, quam diviſim expedire poterunt.

Summatoris Officium reſignari poſſe concedit.

§.17. Poſtremo omnis Summator quandocumque ei videbitur, Officium ipſum Summatoris in manibus Pontificis pro tempore exiſtentis in favorem S. R. E. Cardinalis, aut alterius cujuſcumque perſonæ per Nos approbandæ, etiam pacto pretio reſignare, & alias de eo diſponere etiam libere, & licite valeat, quemadmodum de ceteris dictæ Curiæ Officiis pretio receptis cuique eſt permiſſum, &c.

Clauſulæ præſervativæ.

§.18. Decernentes omnia, & ſupradicta, firma, & inviolata perpetuo conſiſtere, vimque validi, & efficacis contractus, inter Nos, & Sedem, & Cam. Apoſtolicam, necnon omnes deinceps Summatores habere. Ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his per quoſcumque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Juſſio admittendi prædictos Officiales.

§.19. Jubemus igitur omnium Collegiorum, & Officiorum prædictorum defenſores, Menſarios, Depoſitarios, necnon Vectigalium Redemptores, & ceteros omnes, ad quos pertinet, ut quiſque pro ſe, alia a Nobis non expectata juſſione, aut mentis noſtræ declaratione, prædictum Summatorem, & ab eo ſubſtituendum, & ſubſtituendos, necnon Præſidentem, & recognitores omnes, tam conjunctim, quam diviſim ad prædicta omnia recipiant & admittant, eiſque de ipſis omnibus integre reſpondeant, & ab aliis faciant reſponderi. Qui contrafecerint, eos tamdiu ab Officiorum exercitio ſuſpendimus, & ab emolumentorum perceptione privamus, donec ſatisfactione prævia, meruerint a Romano Pontifice reſtitutionis beneficium obtinere.

Derogatio contrariorum.

§.20. Non obſtantibus noſtra de non tollendo jure quæſito, & aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Secretariatus, Scriptoriæ, Archivii, ceterorumque Officiorum, & Collegiorum, necnon Cameræ Urbis, & vectigalium prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, uſibus, & naturis, quantocumque tempore obſervatis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque Præſidentibus, Miniſtris, & perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, & aliter ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis reſtitutivis, præſervativis, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, & Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, necnon conſiſtorialiter, ac ex cauſis quantumcumque oneroſis, conceſſis, confirmatis, innovatis, extenſis, & moderatis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de eis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbũ infererentur, præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Quodque aliquibus communiter vel diviſim, a prædicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Sanctio pœnalis.

§.21. Nulli ergo &c.

D. P. An. V. 24. Junii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, octavo Kalend. Julii, Pontificatus noſtri Anno V.

De

CXLV.

Ex Bull. hujus Ordinis T.V. pag 241.

De decimis, aliiſque ſubſidiis non ſolvendis a Fratribus Ordinis Prædicatorum.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

MIlitanti Eccleſiæ, licet immeriti, diſponente Domino, præſidentes, circa curam Eccleſiarum, & Monaſteriorum quorumlibet, illorumque perſonarum, præſertim Ordinum Fratrum Mendicantium ſolertia reddimur indefeſſa ſolliciti, ut juxta debitum paſtoralis officii eorum occurramus diſpendiis, & profectibus divina cooperante clementia ſalubriter intendamus.

Diplomatis cauſa.

§.1. Sane licet Nos Fratres, & Monachos, ac Sorores, & Moniales, ac alias utriuſque ſexus perſonas Ordinum prædictorum, illorumque Monaſteria, ac bona, ab omnibus, & ſingulis decimis, vectigalibus, ſubſidiis, etiam caritativis, ac exactionibus, & aliis impoſitionibus, per quaſdam ſub Annulo Piſcatoris, die videlicet Vigeſimanona Julii, primo, & per alias noſtras ſub plumbo expeditas literas, ſub data videlicet Decimoſeptimo Kal. Junii, Secundo Anno noſtri Pontificatus, liberaverimus, & exemerimus, prout in ſingulis literis prædictis latius continetur, ac propterea Fratres dictorum Ordinum, ad quorumcunque onerum contributionem minime teneantur, nihilominus nonnullæ Univerſitates, & Communitates certorum Civitatum, & locorum, ac Caſtrorum, & Oppidorum, necnon Theſaurarii, ac Clerici. Officialeſque Cameræ Apoſtolicæ dictorum Ordinum Fratres, & alias perſonas prætextu cujuſdam decreti, ab ipſa Cam. die II. Menſis Junii Anni Domini Milleſimi Quingenteſimi Sexageſimi Septimi emanati, & dictarum exemptionum moderativi, & declarativi, ad ſolutionem ſubſidii triennalis, & quaterni carnis cogere, multaſque illis moleſtias inferre non verentur, non ſine maximo dictorum Ordinum præjudicio, & divini cultus, cujus officia ob id plerumque retardantur, detrimento.

Roborat antiqua Privilegia, contrariaſque ſententias invalidat.

§.2. Quare, Nos præmiſſis pro Paſtorali noſtri Officii debito, opportunum remedium adhibere, ac illos, quo facilius ſe in hujuſmodi officiis continere, & perſeverare poſſint, majoribus, & amplioribus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon ſingularum literarum, & decreti hujuſmodi, ac inde ſecutorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, Motu proprio, non ad ipſorum Fratrum, aut quorumvis aliorum deſuper Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, perpetuo ſingulas noſtras literas prædictas, ac prout illas concernunt, omnia, & ſingula privilegia, exemptiones, immunitates, indulta, & alias gratias dictis Ordinibus a Nobis hactenus conceſſa, in illis literis contenta, & inde ſecuta quæcumque confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus, ac potiori pro cautela, prædictas noſtras literas, cum omnibus, & ſingulis clauſulis, & decretis, quibus deſcriptæ ſunt, innovamus, necnon prædictum decretum ipſius Cameræ ad effectum præſentium literarum in Civitate Bononienſi, ac Provincia Romandiolæ tantum, ac alia omnia, & ſingula contraria præfatis noſtris literis hactenus a quibuſcumque Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, & quibuſvis aliis perſonis emanata, & inde ſequuta quæcumque, etiamſi illorum hic expreſſa, ſpecifica, ac de verbo ad verbum mentio, aut inſertio eſſet de neceſſitate facienda, revocamus, caſſamus, & annullamus.

Conceſſio, de qua in rubr.

§.3. Et inſuper quo facilius Fratres Ordinis Sancti Dominici, qui officiis S. Inquiſitionis hæreticæ pravitatis ad contagioſa hæreſum paſſim pullulantium zizania ſalubriter amputanda, hactenus diligenter incubuerunt, & adhuc ſolicitis ſtudiis incumbunt, onera hujuſmodi ſuſtentare valeant, illos, illorumque utriuſque ſexus perſonas, & a ſubſidio triennali, & quaterni carnis, tam pro portionibus hactenus decurſis, quam in poſterum decurrendis, modo, & forma præmiſſis perpetuo eximimus, & liberamus, reliquos vero Fratres Ordinum Mendicantium a contributione ſubſidii triennalis, quoad portiones uſque in hunc diem decurſas exemptos, quoad vero in poſterum decurrendas ab hujuſmodi ſubſidio, donec aliter a Nobis ordinatum fuerit, minime exemptos eſſe volumus, portiones autem reliquas, dictos Fratres Ordinum Mendicantium tangentes præteritas, & nondum uſque ad hunc diem ſolutas, illis gratioſe, & liberaliter donamus, reliqua omnia in dictis noſtris literis privilegiorum, & exemptionum contenta, quoad omnes dictorum Ordinum Mendicantium Fratres, & perſonas, volumus inviolabiliter, & perpetuo obſervari.

Præſentium literarum firmitas.

§.4. Ac præſentes literas, nullo umquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari nullatenus poſſe, minuſve ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, modificationibus, limitationibus, reſtitutionibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, tam per Nos quam etiam Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, quomodolibet, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, factis, & faciendis, quorumcumque tenorum exiſtant, in-

includi, ſed illis non obſtantibus, quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, etiam ſub data per eos eligenda, de novo conceſſas eſſe, & ita incommutabilis voluntatis, & intentionis noſtræ eſſe, & ad hoc ut perpetua firmitate ſubſiſtant, vim validi, & efficacis contractus inter Nos, & Sedem Apoſtolicam, & prædictorum Ordinum Fratres haberi debere, ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Exequutores deputati.

§.5. Mandantes propterea dilectis filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus Cameræ Apoſtolicæ Camerario, Præſidentibus, & Clericis, ac Commiſſariis, & Officialibus quibuſcumque in virtute Sanctæ Obedientiæ, quatenus præſentes literas ac omnia, & ſingula in eis contenta recipiant, & admittant, regiſtrent, & permittant, & faciant cum effectu dictos Fratres, Religioſos, Moniales, Sorores, & alias perſonas prædictas dictorum Ordinum, præmiſſis, ac literis, & in eis contentis quibuſcumque libere, & pacifice uti, frui, & gaudere. Quocirca dilectis filiis Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori hujuſmodi, necnon quarumcumque tam Cathedralium, quam Collegiatarum Eccleſiarum Decanis, Præpoſitis, Archipresbyteris, Archidiaconis, Theſaurariis, & quibuſvis aliis in eiſdem Eccleſiis dignitates obtinentibus, ubilibet, & in quibuſcumque regionibus, terris, & Civitatibus exiſtentibus, motu ſimili per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, aut alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, vel quando opus fuerit, faciant firmiter obſervari, non permittentes eos, vel eorum aliquem deſuper per Camerarium, Præſidentem, Clericos, & Commiſſarios Cameræ hujuſmodi, necnon Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Collectores, Gabellarios, & Exactores, Univerſitates, Communitates, & quoſcumque alios, ad aliquam ſolutionem, contributionem, vel præſtationem præmiſſorum occaſione quomodolibet facienda, cogi, & compelli, aut aliter contra præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, aut eis gravamina, injurias, atque damna inferri, ſeu quomodolibet irrogari, ac etiam ſummarie, & de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, contra quoſcumque, cujuſcumque qualitatis, aut conditionis exiſtant, & quacumque Eccleſiaſtica, etiam Cardinalatus, & Archiepiſcopali, Patriarchali, vel Epiſcopali, aut mundana forent dignitate, & exemptione munitis, in quibuſcumque cauſis per eos movendis, quacumque ratione, vel cauſa, quæ excogitari poſſit, eis miniſtrent juſtitiæ complementum, exequendo quod per eos fuerit ordinatum, contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas etiam Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, & legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas hujuſmodi incurriſſe declarando, & eas etiam iteratis vicibus aggravando, interdictum Eccleſiaſticum apponendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus ſit, auxilio brachii ſæcularis.

Obſtantium derogatio.

§.6. Non obſtantibus fel. rec. Bonifatii Papæ VIII., Prædeceſſoris noſtri, de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præſentium ad judicium non trahatur, necnon quibuſvis aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis, editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, etiam contra exemptos quomodolibet editis, & edendis, ac etiam dictæ Cameræ, & quarumcumque Civitatum, Provinciarum, & locorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, & in ſpecie, etiam motu, & ſcientia paribus, ac alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe, pari motu derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides tranſumptorum.

§.7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, aut alicujus Prælati, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 27. Junii 1570. An.V.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 27. Junii, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, Pontificatus noſtri Anno V.

De-

CXLVI.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Declarat Privilegia, & Exemptiones Ordinum Mendicantium aliis Ordinibus communicata, his non ſuffragare in iis, quæ temporalitatem reſpiciunt.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam

Exordium.

Romani Pontificis æqua, & circumſpecta providentia, ne gratiæ aliorſum, atque ab eo emanatæ ſunt, trahantur, declarationibus, & aliis opportunis conſuevit providere remediis.

Pius aliis Ordinibus Mendicantibus nõ nullas conceſſerat exemptiones, quas certis aliis Ordinibus, & Inſtitutis communes reddiderat.

§.1. Sane licet alias Nos cupientes Mendicantium Ordines, qui ſedulum in vinea Domini exhibent famulatum, gratioſe favore proſequi, ac ex certis aliis inde expreſſis cauſis, diverſa Concilii Tridentini decreta, quæ ipſis contraria videbantur eſſe, declaraverimus, variaque Privilegia, & indulta, tam ſpiritualia quam temporalia conceſſerimus, deinde vero illa omnia ad dilectos Filios Canonicos Regulares, Ordinis S. Auguſtini, Congregationis Lateranen., & S. Salvatoris, ac S. Crucis Colimbrien., ac etiam Monachos S. Benedicti Congregationis, & Ordinum Caſſinen. Montis oliveti, Vallis umbroſæ, necnon Congregationis Ciſtercien., & Chartuſien. ac S. Hieronymi Hiſpaniarum, & Camaldulen., ac Fratrum Militiæ Jeſu Chriſti Reformatorum nuncupatorum, & forſan alios Ordines non Mendicantes perpetuo extenderimus, & ampliaverimus, ita tamen, ut ipſi a contributione ratione Seminariorum Pauperum Clericorum juxta Ordinem Concilii Tridentini erigendorum, & inſtituendorum, necnon ſubſidiorum Apoſtolica auctoritate impoſitorum, ac quæſtuatione eleemoſynarum dumtaxat minime excepti eſſent, prout in diverſis Apoſtolicis iteratis, & forſan pluribus vicibus, etiam in fundatione, etiam Clericis Societatis de Jeſu, ut omnibus privilegiis Mendicantibus conceſſis, & concedendis, gaudeant conceſſis, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent præſentibus, haberi volumus pro expreſſis, de verbo ad verbum inſertis plenius continetur.

Sed cum hujuſmodi communicationẽ Eccleſiis, earumque Rectoribus noxiam eſſe animadverterit.

§.2. Attendentes nihilominus, tam ex communicatione, & conceſſione hujuſmodi, locorum Ordinariis, Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, aliiſque Beneficiatis, & perſonis diverſa inferri præjudicia, ac propterea intentionis noſtræ numquam extitiſſe, nec eſſe quatuor Ordinum Mendicantium privilegia, quæ temporalitatem concernunt, eis communicare, nec vigore privilegiorum eorumdem communicata eſſe, cum abſurdum ſit, eos, qui Mendicantes ex quatuor Ordinibus non ſunt, ſub Mendicantium hujuſmodi colore a ſolutionibus eximi, ac propterea, tam præmiſſis ea, quæ convenit remedia adhibere, quod mentem noſtram declarare ſatagentes, necnon dictarum literarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes.

Omnes exemptiones, quæ temporalitatẽ reſpiciunt, revocat.

§.3. Motu Proprio, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula privilegia, exemptiones, & alia præmiſſa, quæ temporalitatem, etiamſi ſic ſolutio decimarum, Primitiarum, quartæ medietatis, vel alia funerum, & oblationum partis concernunt, præter, & contra mentem noſtram emanaſſe declaramus, & atteſtamur, illaque tamquam talia, necnon alia quæcumque illis, ſub quibuſcumque verborum formis conceſſa, communicata, & ampliata, illorumque confirmationes, exemptiones, & indulta ſimilia concernentia privilegia hujuſmodi, quorum omnium tenores ſimiliter haberi volumus pro expreſſis, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, viribuſque evacuamus, illaſque nullatenus ſuffragari, nec eis aliquam tam in Judicio, quam extra fidem haberi volumus.

Omnibuſque Judicibus prohibet, quominus ſuper his Ordinibus non Mendicantibus faveant.

§.4. Quinimo omnibus, & ſingulis, tam ſæcularibus, quam Eccleſiaſticis, & aliis quibuſcumque Judicibus, etiamſi cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac San. Rom. Ec. Cardinales exiſtant, diſtricte præcipiendo mandamus, ne deinceps Canonicos, vel Monachos, aut Clericos de Jeſu prædictos, privilegiorum hujuſmodi communicationem prætendentes niſi ſuper iis, quæ Spiritualia nulla prorſus temporalitate admixta ſunt, & Spiritualitatem tantum concernunt, audeant, illiſve aliquod ſubſidium, vel auxilium exhibeatur, ſed perpetuum ſuper illis ſilentium imponant. Nos enim ab ipſis, quoad ea, quæ temporalitatem concernunt, procedendi, auctoritatem, & facultatem adimimus.

Præſentium literarum firmitas.

§.5. Decernentes præſentes literas ullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci non poſſe, minuſque cauſarum, vel cauſas, propter quam, vel quas præmiſſa a Nobis emanarunt, coram quocumque Judice verificari bere, aut ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi nullatenus poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas eſſe, & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam Cardinales, & Auditores prædictos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio Executorum.

§.6. Quocirca Venerabili Fratri Archiepiſcopo Cæſarauguſtan., & Epiſcopo Conchen, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, per præſentes Motu ſimili mandamus, quatenos ipſi, vel duo, aut unus eorum in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, præſentes literas, ac in eis contenta

quæcumque ab omnibus, ad quos ſpectat, obſervari faciant, ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis eorum arbitrio moderandis, & applicandis, contradictores quoslibet, & rebelles, ac eis non parentes, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas hujuſmodi auctoritate noſtra compeſcendo, oecnon illos, legitimis ſuper his ſubeundis, ſervatis Proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe declarando, ac illas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato, etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§.7. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis ultra tres dietas vigore præſentium ad Judicium non trahatur, ac literis noſtris prædictis, quas ad hoc extendi minime debere volumus, & declaramus, eaſque nullas decernimus, ac noſtra de non tollendo jure quæſito, & quibuſvis Apoſtolicis aliis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, & etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis pro illorum ſufficienti derogatione ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 30. Junii 1570. An. V.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die ultima Junii, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, Pontificatus noſtri Anno V.

CXLVII.

Miſſalis Romani, ad rite Miſſas celebrandas ex Concilii Tridentini decreto reformati approbatio, & aliorum abolitio.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

QUo primum tempore ad Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, ad ea libenter animum, vireſque noſtras intendimus, & cogitationes omnes direximus, quæ ad Eccleſiaſticum purum retinendum cultum pertinerent, eaque parare, & Deo ipſo adjuvante omni adhibito ſtudio efficere contendimus.

Ex decreto Concil. Trid. Catechiſmus Miſſale & Breviarium emendanda erant, & Breviarium jam fuit emendatum, & ab iſto Pontifice confirmatum.

§.1. Cumque inter alia ſacri Tridentini Concilii decreta, Nobis ſtatuendum eſſet de ſacris libris, Catechiſmo, Miſſali, & Breviario, edendis, atque emendandis, edito jam, Deo ipſo annuente, ad populi eruditionem Catechiſmo, & ad debitas Deo perſolvendas laudes Breviario caſtigato, omnino ut Breviario Miſſale reſponderet, uti congruum eſt, & conveniens (cum unum in Eccleſia Dei pſallendi modum, unum Miſſæ celebrandæ ritum maxime deceat) neceſſe jam videbatur, ut quod reliquum in hac parte eſſet, de ipſo nempe Miſſali edendo quam primum cogitaremus.

Et mox emendari fecit Miſſale, quod uſus confirmat, ac recipi, & juxta illud ubique celebrari jubet, niſi alia inſtitutio, a Sede Apoſtolica approbata, vel conſuetudo ſupra ducentum annos obſervata ſit.

§.2. Quare eruditis delectis viris onus hoc mandandum duximus, qui quidem diligenter collatis omnibus cum vetuſtiſſimis noſtræ Vaticanæ Bibliothecæ, aliiſque undique conquiſitis, emendatis, atque incorruptis codicibus necnon veterum conſultis ac probatorum auctorum ſcripris, qui de ſacro eorumdem rituum inſtituto monumenta Nobis reliquerunt, ad priſtinam Miſſale Sanctorum Patrum normam, ac ritum reſtituerunt. Quod recognitum jam, & caſtigatum matura adhibita conſideratione, ut ex hoc inſtituto, cœptoque labore fructus omnes percipiant, Romæ quamprimum imprimi, atque impreſſum edi mandavimus, nempe ut Sacerdotes intelligant, quibus precibus uti, quos ritus, quaſve cæremonias in Miſſarum celebratione retinere poſthac debeant. Ut autem a Sacroſancta Romana Eccleſia ceterarum Eccleſiarum matre & magiſtra, tradita ubique amplectantur omnes, & obſervent, ne in poſterum perpetuis futuris temporibus, in omnibus Chriſtiani Orbis provinciarum Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, ſæcularibus, & quorumvis Ordinum Monaſteriorum, tam virorum, quam mulierum, etiam Militiarum regularibus, ac ſine cura, Eccleſiis, vel Capellis, in quibus Miſſa Conventualis alta voce in Choro, aut demiſſa celebrari juxta Romanæ Eccleſiæ ritum conſuevit, vel debet, alias, quam juxta Miſſalis a Nobis editi formulam, decantetur, aut recitetur, etiamſi eædem Eccleſiæ quovis modo exemptæ Apoſtolicæ Sedis indulto, conſuetudine, privilegio, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel aliis quibuſvis facultatibus munitæ ſint, niſi ab ipſa prima inſtitutione a Sede Apoſtolica approbata, vel conſuetudine, quæ vel ipſa inſtitutio ſuper ducentos annos Miſſarum celebrandarum in eiſdem Eccleſiis aſſidue obſervata ſit, a quibus, ut præfatam celebrandi conſtitutionem, vel conſuetudinem nequaquam auferimus, ſic ſi Miſſale hoc, quod nunc in lucem edi curavimus, iiſdem magis placeret, de Epiſcopi, vel Prælati, Capitulique univerſi conſenſu, ut quibuſvis non obſtantibus, juxta illud Miſſas celebrare poſſint permittimus, ex aliis vero omnibus Eccleſiis præfatis eorumdem Miſſalium uſum tollendo, illaque penitus & omnino reiiciendo.

§.3. Ac

Illudque immutari prohibet.

§.3. Ac huic Miſſali noſtro nuper edito, nihil umquam addendum, detrahendum, aut immutandum eſſe decernendo, ſub indignationis noſtræ pœna, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus. Mandantes, ac diſtricte omnibus & ſingulis Eccleſiarum prædictarum Patriarchis, Adminiſtratoribus, aliiſque perſonis quacumque Eccleſiaſtica dignitate fulgentibus, etiam ſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, aut cujuſvis alterius gradus, & præeminentiæ fuerint, illis in virtute ſanctæ obedientiæ præcipientes, ut ceteris omnibus rationibus, & ritibus ex aliis Miſſalibus quantumvis vetuſtis hactenus obſervari conſuetis, in poſterum penitus omiſſis, ac plane rejectis, Miſſam juxta modum, ac normam, quæ per Miſſale hoc a Nobis nunc traditur, decantent ac legant, neque in Miſſæ celebratione alias cæremonias vel preces, quam quæ hoc Miſſali continentur, addere vel recitare præſumant. Atque ut hoc ipſum Miſſale in Miſſa decantanda aut recitanda in quibuſvis Eccleſiis abſque ullo conſcientiæ ſcrupulo, aut aliquarum pœnarum, ſententiarum, & cenſurarum incurſu poſthac omnino ſequantur, eoque libere, & licite uti poſſint, & valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, etiam perpetuo concedimus & indulgemus. Neve Præſules, Adminiſtratores, Canonici, Capellani, & alii quocumque nomine nuncupati Presbyteri ſæculares, aut cujuſvis Ordinis regulares, ad Miſſam, aliter quam a Nobis ſtatutum eſt, celebrandum teneantur, neque ad Miſſale hoc immutandum a quolibet cogi, & compelli.

Clauſulæ præſervativæ.

§.4. Præſenteſve literæ ullo umquam tempore revocari, aut moderari poſſint, ſed firmæ ſemper & validæ in ſuo exiſtant robore, ſimiliter ſtatuimus & declaramus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Eccleſiarum prædictarum in uſu longiſſima, & immemorabili præſcriptione, non tamen ſupra ducentos annos roborata, ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque.

Hæc Conſtitutio quando incipiat ligare.

§.6. Volumus autem, & eadem auctoritate decernimus, ut poſt hujus noſtræ Conſtitutionis, ac Miſſalis editionem, qui in Romana adſunt Curia Presbyteri, poſt menſem, qui vero intra montes, poſt tres; & qui ultra montes incolunt poſt ſex menſes, aut cum primum illis Miſſale hoc venale propoſitum fuerit, juxta illud Miſſam decantare, vel legere teneantur.

Impreſſores non imprimant Miſſale abſque licentia.

§.7. Quod ut ubique terrarum incorruptum, ac mendis, & erroribus purgatum præſervetur, omnibus in noſtro & S. R. E. dominio, mediate, vel immediate ſubiecto commorantibus Impreſſoribus, ſub amiſſionis librorum ac centum ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ ipſo facto applicandorum, aliis vero in quacumque Orbis parte conſiſtentibus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & aliis arbitrii noſtri pœnis, ne ſine noſtra, vel ſpecialis ad id Apoſtolici Commiſſarii in eiſdem partibus a Nobis conſtituendi, ac niſi per eumdem Commiſſarium eidem impreſſori Miſſalis exemplum, ex quo aliorum imprimendorum ab ipſo impreſſore erit accipienda norma, cum Miſſali in Urbe ſecundum magnam impreſſionem impreſſo collatum fuiſſe, & concordare, nec in nullo penitus diſcrepare, prius plena fides facta fuerit, imprimere, vel proponere, vel recipere ullo modo audeant, vel præſumant, auctoritate Apoſtolica, & tenore præſentium ſimilibus inhibemus.

Juſſio publicandi & fides exemplorum.

§.8. Verum quia difficile eſſet præſentes literas ad quæque Chriſtiani Orbis loca deferri, ac primu quoque tempore in omnium notitiam perferri, illas ad Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, de more publicari & affigi, ac earumdem literarum exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus publici tabellionis ſubſcriptis, necnon ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem prorſus indubitatam fidem ubique gentium & locorum haberi præcipimus, quæ præſentibus haberetur, ſi oſtenderentur, vel exhiberentur.

Nulli ergo &c.

D. P. An.V. 14. Julii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, pridie idus Julii, Pontificatus noſtri Anno V.

CXLVIII.

Ex Bullar. Ord. Præd. T.V. pag. 241.

Magiſter Sacri Palatii creatur Canonicus Theologalis Baſilicæ S. Petri de Urbe, ut S. Thomæ Doctrinam, quam ab Eccleſia Catholica receptam, & aliis magis tutam, & ſecuram dicit, doceat.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN eminenti militantis Eccleſiæ ſpecula, meritis licet imparibus, divina diſponente clementia conſtituti, licet Eccleſiarum quarumlibet decori, & venuſtati, ac perſonarum in illis divinis laudibus inſiſtentium, animarum ſaluti, conſulere debeamus, ad Baſilicam præſertim Beati Petri Principis Apoſtolorum de Urbe, tanquam Nobis peculiarem, & domeſticam, noſtræ conſiderationis aciem extendere Nos convenit, ut circa illius ſtatum, & decorem, providamque Canonicatuum, & Præbendarum inibi inſtitutorum directionem, & ad ea, per quæ eadem Baſilica perſonarum utilium ad Divini nominis gloriam, & animarum ſalutem opportunis fulciatur præſidiis, Officii noſtri partes, prout rerum, & temporum neceſſitas exigit, propenſius impartiamur.

Diplomatis cauſa.

§.1. Cum itaque juxta antiquam, & laudabilem conſuetudinem, ac etiam ſecundum

Digitized by Google

dum ſacri Concilii Tridentini diſpoſitionem in qualibet Cathedrali Eccleſia una præbenda Theologalis inſtituenda ſit, Nos, qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, attendentes, D. Thomæ, qui Theologiæ, & Ordinis Prædicatorum profeſſor fuit, doctrinam Theologicam ab Eccleſia Catholica receptam, aliis magis tutam, & ſecuram exiſtere ad Præbendam Theologalem hujuſmodi in dicta Baſilica alicui alteri, quam Magiſtris Sacri Palatii Apoſtolici, qui doctrinam prædictam profitentur, quique ex Ordine Prædicatorum hujuſmodi ſemper eligi ſolent ſecurius & commodius conferri, & aſſignari non poſſit: idcirco Baſilicæ prædictæ, illiuſque perſonis, percommodius, valdeque utile, & neceſſarium eſſe cenſentes, ut unam Theologalem præbendam in dicta Baſilica inſtituamus, illamque Officio Magiſtri Palatii hujuſmodi adſcribamus, quo facilius Magiſter dicti Palatii pro tempore exiſtens perſonis Baſilicæ, & Palatii hujuſmodi Doctrina, & opera ſua, ac ſacrarum literarum, & doctrinæ ejuſdem D. Thomæ interpretatione, & lectura prodeſſe, ac onera Officii hujuſmodi, ſibi pro tempore incumbentia facilius perferre, commodiuſque ſuſtentari poſſit.

Mandatum.

§. 2. Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatæ inſtantiam petitionis, ſed de mera liberalitate, ac ex certa ſcientia noſtris, Canonicatum, & Præbendam dictæ Baſilicæ, quorum & illis forſan annexorum fructus, redditus, & proventus centum ducatorum auri de Camera ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, ut accepimus, non excedunt, ſi vacant ad præſens, aut cum primum per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamvis amiſſionem alicujus ex Canonicis ejuſdem Baſilicæ, aut alias quovis modo, & ex cujuſcumque perſona, etiam apud Sedem Apoſtolicam, etiam Commenda illorum ceſſante, ſi commendati, aut unione diſſoluta, ſi uniti fuerint, ac commenda, ſeu unio hujuſmodi de illis, apud Sedem prædictam vacantibus, aut alias facta exiſterit, ac etiam hujuſmodi Canonicatuum, & Præbendarum reſervatione, per Conſtitutionem noſtram ſuper hoc editam facta; aut alias ceſſante, non tamen per reſignationem, ſeu ceſſionem vacare contigerit, etiamſi illi diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias, ratione familiaritatis continuæ commenſalitatis noſtræ, aut Prædeceſſorum, vel Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, ſeu S. R. E. Cardinalium, ac per Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas, & alias Conſtitutiones Apoſtolicas editas, & edendas, aut alias ex quavis cauſa, qualiſcumque ſit, & undecunque reſultet, generaliter reſervari, ſeu ex generali reſervatione Apoſtolica effecti, ac Sacerdotales, Diaconales, vel Subdiaconales exiſtant, & ſuper eis inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, cum annexis hujuſmodi, & plenitudine juris canonicati, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis Officio Magiſtri Palatii hujuſmodi, ex nunc prout ex tunc, & e contra, cum oneribus in Decretis Concilii Tridentini hujuſmodi expreſſis auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus.

Primus Canonicus Theologalis Thoma, Manrique.

§. 3. Ita quod liceat dilecto filio Thomæ Manrique dicti Ordinis profeſſori, & Magiſtro in Theologia, moderno, & pro tempore exiſtenti Magiſtro Palatii hujuſmodi corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem Canonicatus, & Præbendæ prædictorum, ſi vacant, aut cum vacaverint, ut præfertur, ac annexorum, juriumque, ac pertinentiarum prædictarum, per ſe, vel alium, ſeu alios, ejus nomine, propria auctoritate, libere apprehendere, & in eadem Baſilica uti illius Canonicus reſidere, ac ſtallum in Choro, ac locum, & vocem activam, & paſſivam in Capitulo, Proceſſionibus, ac ceteris locis, & actibus publicis, & privatis ipſius Baſilicæ habere, dictorumque Canonicatus, & Præbendæ fructus, redditus, proventus, obventiones, diſtributiones, emolumenta, ac juria omnia, ordinaria, & extraordinaria percipere, exigere, & levare: ac in ſuos uſus, & utilitatem, ac ſuſtentationem convertere, ceteraque omnia, quæ ad Canonicum dictæ Baſilicæ pertinent, facere, gerere, & exercere, cujuſvis licentia, aut conſenſu deſuper minime requiſito.

Prohibitio Archipresbytero & Canonicis eum impediendi &c.

§. 4. Diſtrictius inhibentes dilecto filio Archipresbytero, & Capitulo, ac pro tempore exiſtenti hebdomadario Canonico ejuſdem Baſilicæ, ac alii, vel aliis, ad quos, hujuſmodi reſervationibus ceſſantibus, collatio, proviſio, & quæcumque alia diſpoſitio eorumdem Canonicatus, & Præbendæ communiter, vel diviſim pertinet, & pertinebit quomodolibet in futurum, ne in Canonicatu, & præbenda præfatis, vacantibus, vel vacaturis ſeſe intromittere, vel interponere audeant, ſeu præſumant, aut alias dictum Thomam Manrique, & pro tempore exiſtentem Palatii hujuſmodi Magiſtrum, deſuper quomodolibet impedire, moleſtare, vel perturbare, decernentes quoque ex nunc plenum jus ipſis, Officio, & Magiſtro in vacantibus, vel vacaturis Canonicatu, & Præbenda hujuſmodi acquiſitum eſſe; ipſumque Thomam, & pro tempore exiſtentem Palatii Magiſtrum hujuſmodi ſolam illorum fructuum perceptionem ſpectare, de Regulis juris, de non tollendo cuiquam jure quæſito, ac de annali, & triennali poſſeſſore, omnibuſque earum partibus, ceteriſque juribus, & beneficiis, quibus diutini poſſeſſores pacifici utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſent, & deberent, pariter uti, potiri, & gaudere poſſe, & debere, ac præſentes literas etiam temporibus Succeſſorum omnium dicti Thomæ Manrique, donec plenarium effectum ſortitæ ſint, valere. Et ſi in primo effectum ſortiri nequiverint, illas in ſecundo loco, & deinceps quocumque tempore in vacantibus Canonicatu, & præbenda ejuſdem Baſilicæ conſe-

ſequi debere, ac quaſcumque co lationes, proviſiones, præſentationes, ſeu alias diſpoſitiones de vacantibus ſeu vacaturis Canonicatu, & Præbenda Baſilicæ hujuſmodi etiam per Nos, & dictam Sedem, aut Archipresbyterum, Capitulum, & Hebdomadarium, ſeu alium, vel alios præfatos pro tempore factas, viribus, & effectu omnino carere, ac nullas, & invalidas exiſtere, nullumque per eos unquam jus acquiri, ſeu etiam coloratum poſſidendi titulum tribui poſſe.

Præſentium literarum firmitas.

§.5. Ipſaſque præſentes ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam ſpecificam, & ſpecialem earumdem præſentium mentionem facientibus, minime comprehendi; ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum etiam ſub quacunque data, per Thomam Manrique, & pro tempore exiſtentem Magiſtrum Palatii hujuſmodi eligenda, reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo conceſſas, ſicque noſtræ incommutabilis voluntatis eſſe, ipſaſque unionem, annexionem, & incorporationem, præſenteſque literas nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, ſeu impugnari poſſe, minuſque cauſam, ſeu cauſas, propter quas factæ ſint, coram aliquo verificari debere; nec propterea, aut etiam ex eo, quod intereſſe putantes vocati non fuerint, vel in id non conſenſerint, aut ipſa Baſilica Cathedralis non ſit, per ſub eptionem obtentas præſumi, aut viribus propterea carere; ſicque per quoſcumque judices, etiam cauſarum dicti Palatii Auditores, vel S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, in quavis cauſa, & inſtantia, judicari, & diffiniri debere.

Executores deputati.

§.6. Quocirca venerabilibus Fratribus noſtris Amerin., & Maceraten. Epiſcopis, ac dilecto filio Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditori Generali, per Apoſtolica ſcripta, motu ſimili, mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Thomæ Manrique, & pro tempore exiſtentis Magiſtri Palatii hujuſmodi fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra Thomam Manrique, & pro tempore exiſtentem Magiſtrum Palatii hujuſmodi, præmiſſis omnibus, & ſingulis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eum deſuper quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Et nihilominus legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Obſtantium derogatio.

§.7. Non obſtantibus priori voluntate noſtra præfata, ac Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis, fieri prohibentis, necnon felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac dictæ Baſilicæ, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Baſilicæ, & Archipresbytero, ac Capitulo, & Hebdomadario præfatis, necnon dilectis filiis Populo Romano, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis; necnon irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, etiam iteratis vicibus, etiam per Nos conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus inter alia caveri dicitur expreſſe, quod Canonicatus, & Præbendæ, aliaque beneficia Eccleſiaſtica dictæ Urbis aliis, quam Civibus Romanis, & originariorum Civium Romanorum filiis, & forſan aliis certo modo qualificatis, conferri non poſſint, & aliter etiam de illis per Sedem præfatam factæ collationes, & aliæ diſpoſitiones nullæ ſint. Quodque iiſdem privilegiis, & indultis, nullatenus, aut non niſi modo, & forma in illis expreſſis derogari poſſit, & ſi illis aliter derogari contingat, derogationes hujuſmodi nemini ſuffragentur. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Quodque Thomas Manrique, qui nunc eſt, & pro tempore exiſtens Magiſter Palatii hujuſmodi non erit forſan Civis Romanus, ac originarii Civis Romani filius, & alias juxta privilegia, & indulta præfata qualificatus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqui Apoſtolica præfata, vel alia quavis auctoritate in dicta Baſilica in Canonicos ſunt recepti, vel ut recipiantur, inſiſtunt, ſeu ſi ſuper promiſſionibus ſibi faciendis de Canonicatibus, & Præbendis ipſius Baſilicæ ſpeciales, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in dicta Urbe generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem literas, & proceſſus habitos, per eaſdem, & inde ſecuta quæcunque, necnon omnes, & ſingulas gratias expectativas, ſpeciales, vel generales, etiam menſales, reſervationes, ſimiles, vel diſſimiles uniones, annexiones, incorporationes, coadjutorias, non tamen de conſenſu, præventiones, ac providendi, reſervandi, uniendi, annectendi, & incorporandi, præveniendi, & alias, non tamen regrediendi, & accedendi facultates, & mandata, ac alia privilegia,

legia, indulta, & literas Apoſtolicas, in favorem quarumcunque perſonarum, etiam familiarium noſtrorum continuorum commenſalium, etiam antiquorum, & deſcriptorum, ac dictæ Curiæ Officialium, & aliorum cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ, etiam Cardinalatus honore fulgentium, ſub quibuſvis verborum formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribus, efficacioribus, & inſolitis, irritantibuſque, & aliis Decretis, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, per Nos, vel Sedem præfatam, aut alias quomodolibet conceſſa hactenus, & in poſterum concedenda, quorum omnium vim, & effectum, tenores eorum præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, quoad hoc omnino eiſdem motu, & ſcientia, & auctoritate ſuſpendimus, & in hujuſmodi vacatione effectum ſortiri non poſſe, neque debere decernimus: illis quoque ſpecialiter, & expreſſe derogamus, donec præſentes ſuum plenarium, & omnimodum conſequutæ fuerint, & conſequentur effectum, ad dictos Canonicatum, & Præbendam, vel munus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſequutionem Canonicatuum, & Præbendarum, ſeu beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuſvis aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, ſpecialibus, vel generalibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus, non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, proviſo quod propter unionem, annexionem, & incorporationem præfatas dicti Canonicatus, & Præbenda debitis non fraudentur obſequiis, ſed eorum congrue ſupportentur onera conſueta, ſeu ſi idem Thomas, & pro tempore exiſtens Palatii Magiſter non fuerit præſens ad præſtandum de obſervandis ſtatutis, & conſuetudinibus dictæ Baſilicæ ſolitum juramentum; dummodo in abſentia ſua per procuratorem idoneum, & cum ad Baſilicam ipſam acceſſerit corporaliter, illud præſtet. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſula. §.8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ unionis, annexionis, incorporationis, inhibitionis, mandati, ſuſpenſionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem &c.

Dat. die 29. Julii 1570. An.V. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, quarto Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno V.

CXLIX.

Contra Diſputantes, ſeu alias quæſtiones facientes, aut male ſentientes de Conſtitutione Sixti IV. ſuper Conceptione Beatæ Mariæ Virginis edita. *Ex Regeſt. in Archiv. Vat.*

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſæ ferendæ hujuſce Cõſtitutionis. §.1. SI ſcandala vitare, & culpam temeritatis effugere ſatis curarent illi, quibus graviſſimum munus prædicandi ad Populum Dei committitur, deberent quoties ſermo de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis incideret, ſervare id, quod ſuper ea re a Piæ Memoriæ Sixto Papa IV. Prædeceſſore noſtro conſtitutum, & ſancitum fuit. Verum ſicut non ſine dolore accepimus, reperiuntur nonnulli diverſorum Ordinum Regulares, & Clerici Sæculares, ac etiam laici, qui, & ſi ſciunt eum, ut ſcandalis occurreret, ex nimia quorumdam pertinacia, & pugnantibus inter ſe diſputationibus oriri, ſolitis laudabili temperamento uſum prohibuiſſe, ne quis controverſia nondum ab Apoſtolica Sede dijudicata, vel eos damnaret, qui Glorioſam Dei Genitricem, ab originalis peccati macula in Conceptione ſua fuiſſe crederent præſervatam, vel illos reprehenderet, quibus contraria ſententia probabilior videretur, quas ejus Conſtitutiones nuper a Sacro quoque generali Concilio Tridentino approbatas fuiſſe non ignorant; uſque eo tamen vel huic, vel illi ſententiæ addicti ſunt, tantumque ſenſui, & judicio ſuo tribuunt, ut hujus Sanctæ Sedis, & ipſius Concilii auctoritate neglecta, non ſolum in privatis ſermonibus, ſed in publicis etiam diſputationibus, & concionibus omnes alios in ſuam ipſorum ſententiam adducere, atque attrahere conentur, præ nimio tuendæ ſententiæ ſuæ ſtudio, ne jurgiis quidem, & maledictis abſtinentes non ſine gravi omnium, qui adſint, offenſione.

Sanctio, de qua in rubr. §.2. Cum igitur huic rei providere, & quæ ex hac eorum pervicacia oriri in Eccleſia Dei ſolent ſcandala removere pro commiſſo Nobis Officio cupiamus, ipſius Sixti Quarti Conſtitutiones de hac re ſicut a Concilio quoque Tridentino renovatæ fuerunt, perinde ac ſi huic Conſtitutioni noſtræ ad verbum inſertæ eſſent confirmare, & innovare, interdicimus, & prohibemus, ne quis poſt hac vel in Concionibus ad Populum, vel in publicis, aut privatis diſputationibus, vel quovis alio modo quæſtionem hanc tractando verbum ullum adverſus eas Conſtitutiones facere, nec rationes, argumenta, auctoritateſve Sacræ Scripturæ, aut Sanctorum Patrum ex utraque, vel altera parte confirmandi, refellendive cauſa proferre, neve aliquem de ipſius Beatiſſimæ Mariæ Conceptione a ſe diſſentientem palam, vel occulte reprehendere, irridere, aut lædere audeat, ſed vel hac de re omnino ſi-

Digitized by Google

ſileat, id quod ſane rectius, & tutius fuerit, aut certe quod ſibi probabilius videbitur, ea qua decet modeſtia, exponat, contrariam non improbando ſententiam, & dignis ipſam Sanctiſſimam Virginem laudibus proſequendo; quamquam ejus meritis, & laudibus nulla par haberi poteſt oratio.

Pœnæ contra inobedientes.

§.3. Quiſquis autem adverſus hanc noſtram, & ipſius Prædeceſſoris noſtri, ac prædicti Sacri Concilii Conſtitutiones fecerit, ultra pœnas in prædictis Conſtitutionibus, contentas mandamus, ac diſtricte precipimus omnibus locorum Ordinariis ſub pœna ſuſpenſionis a Divinis, in quam ſine alia declaratione ſtatim incidant, ut cum hæc ſciverint, eum, quiſvis fuerit, in carcerem coniiciendum, & cuſtodiendum curent, deinde Sedem Apoſtolicam de ejus culpa faciant certiorem, reſponſum ab ea etiam de alia pœna, quam is afficiendus fuerit, expectantes.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque, etiam ſi quis ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali, vel ſpeciali, cuiuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis.

Præſentium literarum publicatio.

§.5. Volumus autem, quod præſentes literæ, in valvis Baſilicarum Sancti Joannis Lateranen., & Principis Apoſtolorum de Urbe publicentur.

Tranſumptorum fides.

§.6. Et quia difficile foret, eaſdem præſentes ad ſingula quæque loca deferri &c.

Clauſulæ.

§.7. Nulli ergo omnino hominum liceat &c.

Dat. die 7. Auguſti 1570 An. V.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, ſeptimo Idus Auguſti, Pontificatus noſtri Anno V.

CL.

Quod Gubernatori Almæ Urbis, quicquam de mandato Papæ dicere, vel facere aſſerenti plene credatur.

Alias Gubernatoris juriſdictiones vide in Leone X. Conſt. IX. Et ſi pro *T. III. P. III. fol.* 401.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Exordium.

CUM Apoſtolica Sedes quaſi lucerna ſuper candelabrum ſit conſtituta, ne civitas, quæ ſupra montem poſita eſt, abſcondi poſſit, Nos, qui ei licet immeriti præſidemus, diligenti debemus cura ſatagere, ut non ſolum ita luceat lux noſtra coram hominibus, ut videntes opera noſtra glorificent patrem luminum, a quo bona cuncta procedunt, verum etiam ceteri Chriſtifideles curæ noſtræ divinitus commiſſi, ubique locorum, ſed præcipue in Alma Urbe noſtra exiſtentes, quos Domini timor ad virtutes non allicit, juris rigore perterriti greſſus ſuos, in ejuſdem Domini mandatorum via dirigendos, impellantur.

Cauſa hujus concesſionis.

§.1. Quod ut magis votive Nobis succedat, cum conditionis humanæ defectu omnia per Nos ipſos exequi nequeamus, vices noſtras aliis committimus, qui ſciant, velint, & valeant mandata noſtra fideliter, & prudenter exequi, quod profecto in dilecto filio Magiſtro Monte de Valentibus, Urbis prædictæ Gubernatore, Notario, & familiari noſtro, Nos comperiſſe fateri audemus. Hac ſane ratione allecti, & adducti, facere nullo modo poſſumus, quin continue ei graviſſima peragenda imponamus negocia, ad quorum executionem ipſi procedenti, ſi prout negociorum gravitas exigit, pro illorum ſingulis peculiare eſſet aſſignandum voluntatis noſtræ teſtimonium, facile foret, ut voluntas noſtra non ea, qua volumus, celeritate executioni demandaretur. Volentes itaque præmiſſis ea adhibere remedia, ne ullo umquam tempore ipſius Montis Gubernatoris auctoritati, & juriſdictioni iniquorum calumniis derogari contingat, aut ipſe Montes Gubernator voluntati noſtræ exequendæ anhelans illius occaſione moleſtetur, ſalubriter providere.

Gubernatori aliquid dicenti vel facienti de ordine Papæ plene credatur.

§.2. Motu ſimili &c., & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, volumus, & declaramus, omnes, & ſingulas ſententias, decreta, bannimenta, proclamationes, aliaque ipſius hactenus geſta, & in poſterum gerenda, & tam in ſcriptis quam alias, etiam ex ſui officii mera auctoritate, in quibus ipſe Montes Gubernator ex ordine noſtro hactenus proceſſiſſe atteſtatus fuerit, vel in poſterum procedere atteſtabitur, eam prorſus vim, & efficaciam, idemque robur obtinere, & ab omnibus inviolabiliter obſervari, omneſque, quos illa concernunt, ita, & perinde afficere, ac ſi ea omnia, de ſpeciali, & expreſſa commiſſione noſtra, de qua etiam per cedulam manu noſtra, etiam Motu proprio ſignatam conſtaret, emanaſſent, ipſiuſque Montis Gubernatoris aſſertioni abſque aliqua per ipſum exhibenda probatione ſtari, eumque merum mentis, & voluntatis noſtræ executorem ſuper ſic per eum, ut præmittitur, geſtis, tam in judicio, quam extra, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, ſeu de eorum mandato per quoſcumque moleſtari, inquietari, aut perturbari ex quavis cauſa non poſſe.

Præceptum quod deſuper moleſtari non poſſit.

§.3. Interdicentes quibuſvis perſonis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis, ac ordinis exiſtentibus, & quacumque dignitate, facultate, & auctoritate fungentibus, & in præmiſſis, tam de noſtro, quam Succeſſorum prædictorum mandato proceden. eumdem Montem Gubernatorem ſuper præmiſſis, vel eorum ali-

quo moleſtandi, inquietandi, aut perturbandi facultatem.

Clauſulæ præſervativæ.

§.4. Decernentes quoque prædictas, & deſuper conficiendas literas nullo unquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, ad terminos juris deduci, in jus, vel controverſiam vocari nullatenus poſſe, minuſque, ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi nullatenus poſſe, ſed ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie, etiam ſub quacumque data per ipſum Montem eligenda reintegratas eſſe, vimq. validi, & efficacis contractus inter Nos, & Sedem Apoſtolicam, ac eumdem Montem Gubernatorem initi ſortiri.

Clauſula ſublata &c.

§.5. Sicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices &c., etiam cauſarum Palatii Apoſtolici, ac S. R. E. Cardinales, ſublata &c. judicari debere, irritum quoque &c. decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.6. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, necnon Synodalibus, & Provincialibus editis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac legibus, etiam municipalibus, & imperialibus, etiam in corpore juris clauſis, ac dictæ Urbis, & quibuſvis aliis, etiam juramento &c. quibus omnibus &c., etiamſi de illis &c. illorum tenores &c. hac vice latiſſime derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis, & conſuetis,

Papa ſubſcr.

Fiat Motu proprio M.

Clauſularum repetitio.

§.7. Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum, &c. & de declaratione, ſtatuto, mandato, decreto, reductione, atteſtatione, interdicto, & aliis præmiſſis, quæ hic pro repetitis habentur, & ad partem in forma gratioſa latiſſime exten., & cum opportuna, ſi videbitur, Judicum, & executorum deputatione, qui aſſiſtant, & præmiſſa obſervari faciant ſub cenſuris, &c. cum poteſtate citandi, &c. aggravandi, &c. invocato, &c. ſæcularis, &c. & cum derogatione Bonifacianæ latiſſime exten.

Sola ſignatura ſufficit.

§.8. Et quod prædicti Motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra, regula quacumque contraria non obſtan. ſeu ſi videbitur, literæ deſuper cum majori præmiſſorum expreſſione expediri poſſint.

Fiat M.

D. P. An. V. die 9. Aug.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1570. 5. Id. Auguſ. Pont. noſtri Anno V.

CLI.

Prohibitio a Pio IV. edita contra frumenta de Statu Eccleſiaſtico extrahentes, extenditur ad extrahentes quodcumque genus Graſciæ.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Exordium.

Romani Pontificis providentia circumſpecta Prædeceſſorum ſuorum geſta, quæ præcipue pro annona, & ad uſum vivendi neceſſaria facta ſunt, penſatis opportunis occaſionibus confirmat, innovat, atque extendit, prout conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Pius IV. edidit Bullā 117. fol. 241.

§.1. Dudum ſiquidem a fel. rec. Pio Papa IV. Prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis, videlicet, Pius Papa IV. Motu proprio, &c. Inter multiplices curas, &c. *Omittitur tenor hujus Conſtitutionis, quia habes in Tom. IV. Par. II. fol. 241.*

Hic Pontifex approbat.

§.2. Nos præmiſſa firmiter obſervari, perpetuaque roboris firmitate ſubſiſtere ſinceris deſiderantes affectibus, revocationem, caſſationem, annullationem, decretum, declarationem, innovationem, voluntatem, & inhibitionem præfata, ex certa noſtra ſcientia, ac de ejuſdem poteſtatis plenitudine, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, dictamque Motus proprii cedulam innovamus.

Extenditque ad omne genus Graſciæ.

§.3. Ac illam ad licentias, & facultates quodcumque genus Graſciæ, etiam in carnibus, ovibus, agnis, & aliis animalibus, necnon oleo, ac rebus aliis quibuſcumque conſiſtentis quomodocumque, & qualitercumque nuncupatis concedentes, quibuſcumque (præterquam ex cauſa oneroſa a præfata) quomodocumque conceſſas ita ut illæ ſimiliter revocatæ caſſæ, & irritæ ſint, & eſſe cenſeantur, auctoritate, poteſtatis plenitudine, & Motu ſimilibus extendimus, & ampliamus.

Executorem deputat.

§.4. Necnon eidem Vitellotio Cardinali præter ordinariam ſui facultatem quoad extenſionem, & ampliationem hujuſmodi, eamdem exequendi, publicandi, & notificandi, ac declarandi poteſtatem, facultatem, & auctoritatem, quæ illi quoad contenta in præinſerta Motus proprii cedula ab eodem Prædeceſſore conceſſa, data, & attributa extitit, damus, concedimus, & impartimur.

Quibuſcumque non obſtantibus.

§.5. Non obſtantibus omnibus, quæ dictus Prædeceſſor voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Prohibitio utendi licentiis vel indultis abſque potentibus Cameratis.

§.6. Volumus autem, ut deinceps perpetuis futuris temporibus nulli quarumcumque licentiarum, etiam ex cauſa oneroſa, etiam ſi propria auctoritate exactio illis permiſſa ſit, conceſſarum, & concedendarum vigore exactiones granorum, bladorum, & leguminum, necnon carnium, olei, & aliorum, ut ſupra ſpecificatorum, etiam

cujuſ-

Digitized by Google

cujuſcumque alterius generis, etiam ut præfertur, ſpecificatæ Graſciæ hujuſmodi abſque ejuſdem Camerarii Cardinalis patentibus deſuper concedendis literis, aliquo pacto in toto Statu Eccleſiaſtico facere poſſint, aut valeant, Necnon quoſcumque contrafacientes in præfatas pœnas incidiſſe, & incurriſſe declaramus, & ab eodem Cardinali Camerario declarandos eſſe decernimus &c.

Signatura ſola ſufficit. §.7. Quodque ſola præſentis Motus proprii ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra, quacumque regula, ſeu Conſtitutione Apoſtolica contraria non obſtante.

Papæ ſubſcr. Placet Motu proprio M.

CLII.

Moniales Ordinis S. Dominici in articulo mortis conſtitutæ profeſſionem emittere poſſunt ante annum probationis expletum, dummodo ſint legitimæ ætatis.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio, &c.

Exordium. SUmmi Sacerdotii cura, meritis licet imparibus, Nobis ex alto commiſſa, requirit, ut votis illius, per quæ animarum Chriſti fidelium, præſertim Sanctimonialium virtutum Domino ſub ſuavi Religionis jugo, virgineaque perpetuæ caſtitatis laureola famulantium, ſaluti, ſpiritualique conſolationi conſulitur, libenter annuamus, illaque favoribus proſequamur opportunis.

Cauſa Conſtitutionis. §.1. Sane exhibita Nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Monialium Novitiarum nuncupatarum, ad Regulam profitendam S. Dominici Fratrum Prædicatorum petitio continebat. Quod quoniam aliquando accidit, ut illæ durante tempore probationis illarum ad emittendum profeſſionem Regularem, & ante illius emiſſionem, ab hac vita migrant, & in dicto tempore probationis obſtantibus Conſtitutionibus, ſive ſtatutis, & Ordinationibus dicti Ordinis, non valentes dictam profeſſionem emittere, carent Cœleſti merito, quo ex dono, benignitate Sedis Apoſtolicæ ceteræ dicti Ordinis Moniales profeſſæ in dicta profeſſione, & Regula decedentes, gaudent. Quare Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in præmiſſis opportune providere ex benignitate Apoſtolica dignaremur.

Declaratio de qua in rubrica. §.2. Nos igitur (qui ſalutem animarum dictarum Monialium Novitiarum, ſic ante profeſſionis emiſſionem, & durante tempore probationis earumdem decedentium ſincero deſideramus affectu) ipſaſque Moniales Novitias, & earum ſingulas, a quibuſvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiſdem Monialibus Novitiis, nunc, & pro tempore exiſtentibus & earum ſingulis, ut quando, & quoties aliqua ex eis nondum profeſſa de alicujus Medici conſilio, ab hoc ſæculo tranſitura conſpicitur, ipſa pro conſolatione animæ ſuæ, profeſſionem prædictam ante tempus requiſitum (quatenus tamen ætate legitima conſtituta ſit) ad illam emittendam, in manibus Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ, vel alterius Superioris Novitiarum ipſius Monaſterii, ſeu domus, ita tamen, quod ipſæ Moniales Novitiæ ſic decedentes, Indulgentiam, & alias gratias, quas Moniales vere profeſſæ decedentes conſequuntur, conſequi poſſint, emittere in articulo mortis libere, & licite valeant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo concedimus, & indulgemus. Necnon eiſdem Monialibus Novitiis ita tunc profeſſis decedentibus, plenariam peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem in forma Jubilæi miſericorditer in Domino eiſdem auctoritate, & tenore largimur.

Clauſulæ præſervativæ. §.3. Ac conceſſionem, indultum, & elargitionem hujuſmodi, ac præſentes literas ſub quibuſvis ſimilium vel diſſimilium Indulgentiarum, & gratiarum ſuſpenſionibus, revocationibus, & limitationibus etiam in favorem quorumcumque factis, & faciendis, nullatenus comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & de novo conceſſas exiſtere, ipſiſque Monialibus, & profeſſionem emittentibus ſuffragari poſſe.

Clauſula ſublata. §.4. Et ſic per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac quicquid ſecus ſuper his, a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ. §.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterii, ſeu Domus, & Ordinis hujuſmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & ex-

D. P. An.V. die 23. Aug.

& expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 23. Auguſti, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, Pontificatus noſtri Anno V.

CLIII.

Facultas Collegio Fabricæ S. Petri cognoſcendi cauſas pendentes ſuper alienationibus bonorum Eccleſiaſticorum factis abſque licentia Sedis Apoſtolicæ.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EXigit incumbentis Nobis Apoſtolicæ ſervitutis Officium, ut Fabricam Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, tanquam peculiari noſtræ curæ commiſſam, ſpecialiori cura complectentes, non modo ea, quæ illi conceſſa reperimus, conſervemus, verum etiam novis ſemper conceſſionibus decoremus, ut exinde majoribus ſuffulta præſidiis celerius ad finem debitum perducatur.

Hic Pontifex facultatem dat Collegio Fabricæ S. Petri revidendi, & reſcindendi alienationes bonorum eccleſiaſ factas abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, aut non ſervatis ſolemnitatibus, vel in damnum Eccleſiarum.

§. 1. Sane licet alias Nos ex certis tunc expreſſis cauſis per alias noſtras Motu proprio confectas literas, dilectis filiis Collegio, & Fabricæ præfatæ deputatis, eorumque pro tempore Auditoribus, & Miniſtris, ut omnes & ſingulas alienationes, in emphiteuſim, ſeu cenſum perpetuum, aut tertiam, vel aliam generationem, ſeu hominis vitam, vel aliud tempus, ultra triennium locationes, vel conceſſiones, ſeu permutationes, aut occupationes, de quibuſvis Terris, poſſeſſionibus, aut aliis bonis immobilibus, ſeu rebus & juribus, tam ſpiritualibus, quam temporalibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, & domorum, Hoſpitalium, & aliorum piorum locorum quorumlibet ſine Sedis Apoſtolicæ licentia, aut illius forma non ſervata, vel in damnum Eccleſiarum, ſeu ſolemnitatibus a jure requiſitis, aut conſtitutionibus ipſorum Monaſteriorum, ſeu domorum minime ſervatis, aut alias nulliter eatenus factas revidere, & conſtito ſibi quantum ſufficere videretur, de aliquo ex præmiſſis, illas & contractus ſuperinde, ſub quibuſvis formis, & verborum expreſſionibus factos, & celebratos, etiam ſi juramento, & confirmatione Apoſtolica vallati exiſterent, ac alias ſub certis modo & forma, Apoſtolica auctoritate, ad ſolius ipſius Fabricæ procuratoris inſtantiam, etiam parte invita, & contradicente, facta ſibi prius intimatione per tres menſes, reſcindere, irritare, caſſare, & annullare; ipſoſque detentores, & occupatores ad terras, poſſeſſiones, & bona, necnon res & jura præfata, ut præfertur, detenta & occupata, relaxandum & de fructibus tam eatenus perceptis, & qui percipi potuiſſent, quam in poſterum percipiendis realiter ſatisfaciendum cogere, & compellere, bonorumque, & fructuum hujuſmodi tertiam partem ipſi Fabricæ, reliquis duabus partibus Eccleſiis, Monaſteriis, beneficiis, domibus, Hoſpitalibus, & piis lociis, ad quæ bona ipſa ſpectarent, cum effectu conſignatis, vendicare, & applicare poſſent & valerent, facultatem, & auctoritatem conceſſerimus, prout in dictis literis plenius continetur.

Quia tamen multæ cauſæ coram diverſis Judicibus pendebant ſuper præmiſſis, & non expediebatur, ideo Pontifex dat facultatē collegi illas ad ſe avocandi, & cognoſcendi.

§. 2. Nuper tamen, ſicut Nos accepimus, in proſecutione literarum hujuſmodi in hac Alma Urbe, & multis aliis Civitatibus, & locis Collegium præfatum, & ejus Miniſtri invenerint nonnullas cauſas ſuper recuperatione hujuſmodi terrarum, poſſeſſionum, & aliorum bonorum immobilium, rerum & juriſdictionum diverſis judicibus, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus, commiſſas & delegatas, vel ordinaria auctoritate agitatas, in quibus a multo tempore citra Abbatum, Priorum, & Commendatariorum, Rectorum, Adminiſtratorum, Canonicorum, Capitulorum, & aliorum beneficiorum negligentia, ſeu impotentia, aut alia ex cauſa, aliquis judiciarius actus relevans ſervatus non extitit, & interim Monaſteria, Eccleſiæ, domus, Hoſpitalia, & alia loca præfata detrimentum non modicum ſuſtineant. Nos ſingularum cauſarum præfatarum ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina Judicum & collitigantium præſentibus pro expreſſis habentes, Motu proprio non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ea certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eiſdem deputatis & Collegio, eorumque Commiſſariis, Auditoribus, & Miniſtris, ut omnes, & ſingulas cauſas hujuſmodi, in quibus ſaltem per biennium aliquis judiciarius relevans actus ultra fatalium prorogationes ſervatus non fuerit, in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus reperiuntur, a quibuſcumque Judicibus, tam ordinariis, quam delegatis, etiam ſi cauſarum Palatii hujuſmodi Auditores fuerint, ad ſolius præfatæ Fabricæ Procuratoris inſtantiam, etiam Abbatibus, Prioribus, Commendatariis, Adminiſtratoribus, Rectoribus, Capellanis, Hoſpitalariis, & aliis beneneficiatis invitis, reaſſumere, & avocare, illaſque poſtquam, ut præfertur, reaſſumptæ, & avocatæ fuerint, juxta privilegia, & facultates eidem Collegio conceſſas, & indultas, & prout procedere poſſunt contra ejuſdem Fabricæ debitores, & in cauſis relictorum ad pias cauſas cognoſcere, decidere, ac fine debito terminare, facultatem concedimus.

Item, quia Epiſc. Bononien., & Ravennaten. in cauſis alienationum hujuſmodi in ſua Diœceſi procedebat, & ideo facultates Fabricæ impediebātur.

§. 3. Inſuper cum ſicut etiam accepimus, licet in civitate noſtra Bononien. venerabilis frater noſter Epiſcopus Bononien. vigore Concilii Tridentini, & Ravennaten. nonnullos ex Clero ad locationes bonorum Eccleſiaſticorum, revidendas, & reſcindendas deputaſſet, & ipſi admodum paucas ſine debito terminaſſent, tamen poſt emanatas dictarum facultatum noſtrarum in dictæ Fabricæ favorem literas, ſub nomine ipſorum deputatorum certum edictum publicatum

tum fuerit, per quod inter cetera omnes, & ſingulæ perſonæ Eccleſiaſticæ, necnon Rectores & Adminiſtratores Eccleſiarum, Monaſteriorum, & piorum locorum moniti fuerunt, ut pro adimplimento ſacrorum Canonum, & Conſtitutionum factarum, tam a Nobis, quam Prædeceſſoribus noſtris omni adhibita diligentia curarent recuperationem bonorum Eccleſiaſticorum per triginta annos ante Concilium Tridentinum quocumque titulo male alienatorum, eiſdem jubendo, ut omni ſtudio & diligentia in Officio præfatorum deputatorum, & poſſe eorum Notarii infra certum ſtatutum terminum omnium bonorum a triginta annis, ut præfertur, computandis occupatorum, eorumque occupatorum cum ipſorum nominibus, & cognominibus & ipſorum bonorum deſcriptionibus, & confinibus notitiam dare, ac quæcumque inſtrumenta, & ſcripturas tales cauſas concernentia exhibere deberent, ad hoc ut ipſi facilius in hujuſmodi cauſis procedere poſſent, & ſucceſſive poſtquam Commiſſarius præfatæ Fabricæ ſuum edictum juxta tenorem præfatarum noſtrarum literarum publicari fecerat, idem Epiſcopus a Nobis quaſdam literas in formaBrevis obtinuerit, per quas eiſdem & pro tempore exiſtenti Epiſcopo, præſuli, ſeu Adminiſtratori, aut ejus, vel illius Vicario in ſpiritualibus generali, necnon dilectis filiis Judicibus, & Reviſoribus, ac Syndicis ad id ab eodem Epiſcopo in SynoduDiœceſana, deputatis, & pro tempore deputandis conceſſimus & indulſimus, ut omnes & ſingulas, ac quaſcumque alienationes, & conceſſiones quorumcumque bonorum Eccleſiaſticorum, factas & faciendas, Civitatis & Diœceſis Bononien., & illarum cauſam & cauſas reviderent & cognoſcerent ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſola facti veritate inſpecta, & in illis quæ Conſtitutiones fel. record. Symachi Secundi, & Pauli etiam Secundi Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, & in damnum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & piorum locorum facta fuiſſe comperiſſent, præhabita ſuper inde congrua reviſione, adhibitiſque legitimis probationibus procederent, & prout juris foret, decerent, & alia facerent, prout in edicto & literis præfatis plenius continetur, quarum literarum vigore aliud edictum ſuper ſimilibus publicatum extitit, quibus ipſæ perſonæ Eccleſiaſticæ, ut decet, obtemperantes dictas denunciationes in eorum Officio detulerunt, & ut Commiſſarium præfatum deluderent, præfati deputati ab edicto per eumdem Commiſſarium facto appellarunt, & ipſum fere in omnibus cauſis præfatis prævenerunt.

Propterea Pontifex declarat Fabricę deputatos cognoſcere poſſe omnes cauſas Eccleſiarū & locorum exemptorum a juriſdictione Ordinariorū, & etiam omnes alias cauſas ordinariis non inſtituendis.

§.4. Nos attendentes præmiſſa, prout in Civitate Bononien. hactenus occurrerunt, etiam in multis aliis Civitatibus, & Diœceſibus ſimili vel alio modo occurrere poſſe, & ſi præfata Fabrica ſic impediretur, hoc non ſine gravi ipſius detrimento ſuccedere poſſe, volenteſque propterea ejuſdem Fabricæ utilitati conſulere, ac edictorum, & literarum noſtrarum præfatarum tenores ſimiliter præſentibus pro expreſſis habentes, Motu & ſcientia ſimilibus Collegio, Deputatis, Auditoribus, Commiſſariis & Miniſtris Fabricæ præfatæ, ut ipſi in omnibus & ſingulis cauſis Monaſteriorum, Abbatiarum, Prioratuum, domorum, & aliorum exemptorum, ſub juriſdictione ordinaria non comprehenſorum, necnon aliis, in quibus proceſſus nondum eſt inſtructus, etiam ſi in eis Ordinarius virtute literarum noſtrarum, vel ipſa ordinaria auctoritate prævenerit, modo & forma, quibus per præfatas literas, vel alias conceſſum extitit, procedendi, eaſque cognoſcendi, & fine debito terminandi, liberam & amplam facultatem concedimus per præſentes.

Facultatemque eidem Collegio concedit bona ſic pro locis piis recuperata, de novo in evidentem illorum utilitatē dare in emphyteuſim, vel ad tertiam generationem aut aliter, & ſuper fructibus componere.

§.5. Præterea cum per literas noſtras præfatas eiſdem Collegio & deputatis conceſſerimus facultatem cogendi quaslibet perſonas ad reſtituendum bona, proprietates, & redditus Monaſteriorum, Eccleſiarum, beneficiorum, domorum, & piorum locorum, ut præmittitur, alienata, ſive detenta, & occupata, una cum eorum fructibus per poſſeſſores & alios perceptis, & de facili evenire poſſet, ut plurimæ perſonæ, quæ per multos annos ipſa bona poſſederunt, & in eis plurima melioramenta fecerunt, ne bonis ipſis priventur, canones, cenſus, redditus, quæ pro bonis ipſis ſolvunt, cuperent augere, ita ut cederent in evidentem utilitatem ipſorum Monaſteriorum, Eccleſiarum, beneficiorum, domorum, hoſpitalium, & locorum piorum. Aliique tanta premerentur neceſſitate, ut ipſis, de fructibus per eos, & eorum anteceſſores, & alias perſonas perceptis, integre ſatisfaciendi nulla ſufficiat facultas, oneroſumque eis omnino videatur, cum ipſi forſan bonæ fidei poſſeſſores fuerint, talem ſummam ſolvere. Nos ſuper præmiſſis paterna pietate providere cupientes: Volumus Collegium, & deputatos præfatos, ejuſque Commiſſarios, Auditores, & Miniſtros, poſtquam bonorum partem debitam hujuſmodi juxta formam literarum noſtrarum Monaſteriis, Eccleſiis, Domibus, Capitulis, Cappellanis, Beneficiatis, & piis Locis, ad Jus, & proprietatem Monaſteriorum, Eccleſiarum, Domorum, Capitulorum, Rectorum, Capellanorum, Beneficiorum, & piorum Locorum, quorum antea erant, reduxerint, poſſe, & valere eiſdem poſſeſſoribus, aut aliis perſonis, de conſenſu eorum, quorum intererit, ſub honeſto canone, ſive cenſu, aut alias prout juſtum eis videbitur, in evidentem tamen utilitatem ipſorum Monaſteriorum, Eccleſiarum, Domorum, Capitulorum, Parochialium Eccleſiarum, Cappellaniarum, & Beneficiorum, ac Locorum piorum, de novo in emphyteuſim, ſeu cenſum perpetuum, aut ad tertiam, vel aliam generationem, ſeu hominis vitam, aut aliud tempus eorum arbitrio locare, & concedere, ac ſuper fructibus male perceptis hujuſmodi, ſi beneficiatorum eorumdem ad id acceſſerit aſſenſus, componere. Deque tertia parte bonorum, & fructuum hujuſmodi ipſi Fabricæ, per dictas noſtras literas aſſignata

ſignata arbitrio ſuo, etiam ſine pro tempore exiſtentium Abbatum, Priorum, Commendatariorum, Adminiſtratorum, Canonicorum, Capitulorum, Rectorum, & Beneficiatorum eorumdem conſenſu, & eis etiam invitis, diſponere, & componere, ipſoſque poſſeſſores, & alias perſonas cum eis contrahentes quietare, & abſolvere poſſe.

Poſſeſſoreſque bonorum in utilitatem Eccleſiæ, ſed non ſervatis ſolemnitatibus alienatorum pœnis pecuniariis Fabricæ applicand. punire pro tali exceſſu, & fructibus perceptis, & certum terminũ præfigere ad obtinendum cõfirmationem a Sede Apoſtolica &c.

§.6. Cumque ut ſimiliter accepimus, inveniantur multa bona in evidentem utilitatem Monaſteriorum, Eccleſiarum, & piorum Locorum hujuſmodi, ſed conſuetis ſolemnitatibus, vel aliis, de jure, vel ex forma Ordinum, & Conſtitutionum Monaſteriorum, Capitulorum, Eccleſiarum, Domorum, Hoſpitalium, & piorum Locorum requiſitis non obſervatis, ac ſine licentia, vel confirmatione Apoſtolica alienata, Collegium, & Deputatos, & eorum Commiſſarios, ac Miniſtros præfatos, poſſeſſores ipſos, pro exceſſibus, & temerario auſu, ac fructibus perceptis indebite hujuſmodi, eorumdem Collegii Deputatorum, Commiſſariorum, & Miniſtrorum arbitrio, pœnis pecuniariis, omni & quacumque appellatione remota, in ipſius Fabricæ utilitatem convertendis punire, & mulctare, eiſdemque poſſeſſoribus, & detentoribus competentem terminum ſub præfatis pœnis ad obtinendum debitam confirmationem a Nobis, & Sede Apoſtolica præfigere, quod ſi neglexerint ipſo termino elapſo, ad incurſus pœnarum hujuſmodi, & ipſorum bonorum privationem, omni appellatione poſtpoſita, procedere, etiam poſſe volumus, & declaramus.

Poſſidentes quoque monere, ut inſtrumenta cõceſſionum hujuſmodi, ac pacificam poſſeſſionem, & canonis ſolutionem oſtendant, alioquin eos bonis ipſis privare &c.

§.7. Ulterius quoque cum plurima reperiantur Monaſteria, Eccleſiæ, Beneficia, Hoſpitalia, & pia Loca, quæ inſtrumenta alienationum bonorum ſuorum penes ſe non retineant, ſed ſolum eis canones, ſeu cenſus illarum ratione perſolvuntur, licetque qui ea poſſideot, forſan penes ſe talia inſtrumenta habeant, illa tamen oſtendere minime volunt, ſeque tuentur, quod per multum temporis ſpatium in bonorum eorumdem ſolutionis poſſeſſione exiſtunt, eiſdem Collegio, Deputatis, Commiſſariis, & Miniſtris, ut omnes, & ſingulas perſonas bona Eccleſiaſtica, ut præfertur, detinentes, poſſidentes, vel detinentes, niſi legitimam cauſam habuerint ſe excuſandi, ad exhibendum per documenta, & inſtrumenta publica titulos ſuos, quorum vigore bona hujuſmodi poſſident, intra terminum eis præfigendum, ſub pœnis, & cenſuris ſibi benevíſis monere, quod facere recuſantibus, aut non curantibus, iidem Collegium, & deputati, in iis in quibus dicti poſſidentes a quadraginta annis circa non oſtenderint dicta inſtrumenta, & ab inde pacifice poſſediſſe, & ſolviſſe, ac de canone ſolito ipſis beneficiatis reſpondiſſe, ad pœnarum, & cenſurarum hujuſmodi incurſum, ac ipſorum bonorum privationem, fructuumque eorumdem ſolutionem procedere poſſint, concedimus, & indulgemus.

§.8. Et quoniam indignum videtur, quod Monaſteria, Eccleſiæ, Loca pia, ac Fabrica ipſa, dum per litium anfractus circumduci contingit, fructibus bonorum, pro quibus primam ſententiam in eorum favorem obtinuerint, priventur, Volumus, quod Collegium, & Deputati præfati, necnon eorum Commiſſarii, Auditores, & Miniſtri, poſt primam latam ſententiam, ſi ab ea appellari, & cauſam proſequi contingat, fructus bonorum ſuper quibus lis verti contigerit, ſub arcto ſequeſtro, aut penes idoneum Depoſitarium per ipſum Collegium, & eorum Miniſtros eligendum uſque ad ejus cognitum in ſecunda ſententia, deductis tamen his, quæ alias ex forma locationum præcedentium Rectoribus, Adminiſtratoribus, Monaſteriis, & piis Locis fuerint perſolvenda, quæ minime retardari debeant, & ſine litis, ac jurium Monaſteriorum, Eccleſiarum, & piorum Locorum, ac partium præjudicio ponant, dent, & deponant.

Fructus bonorum pro quibus prima ſententia pro Fabrica lata fuerit, deponi faciendi penes idoneum depoſitarium uſque ad finẽ litis.

§.9. At quoniam Eccleſiarum bona, confinia, canones, cenſus, redditus, & proventus, jura, inſtrumenta, ſcripturæ a diverſis avaritia obcęcatis occultantur, adeo quod a multis Abbatibus, Prioribus, Commendatariis, Capitulis, Canonicis, Rectoribus, Cappellanis, Guardianis, & aliis Beneficiatis, beneficiorum ſuorum bona, & illorum confinia, & inſtrumenta ignorentur, eiſdem Collegio, & deputatis, eorumque Commiſſariis, Auditoribus, ac ſubdelegatis, ſubſtitutis, & Miniſtris, ut ſub pecuniariis, & in illarum ſubſidium Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, ac aliis juris, & facti remediis opportunis, omnes & ſingulos utriuſque ſexus Chriſtifideles, de præmiſſis informatos, ac Notarios, & Tabelliones, ac alios quoſcumque de inſtrumentis, & ſcripturis, ac documentis in præmiſſis, & circa ea neceſſariis rogatos, in Eccleſiis dum divina celebrantur, vel alias, etiam per edictum publicum, vel ſimplicem citationem, ut ea omnia ipſis Monaſteriis, Eccleſiis, Beneficiatis, & piis Locis denuncient, propalent, notificent, exhibeant, & conſignent, citare, & monere, ac contra contumaces, & inobedientes ad incurſus pœnarum, & cenſurarum hujuſmodi declarationem uſque ad illam effectualem obedientiam, omnibus, & ſingulis juris, & facti remediis opportunis procedere poſſint, & valeant, concedimus, & indulgemus.

Notarios etiam rogatos de ſcripturis bonorum eccleſiaſticorum & alios informatos cogere ad illas notificandum.

§.10. Et quoniam juſtum eſſe cenſemus, ut cauſæ, quæ per ipſos Collegium, deputatos, eorumque Auditores, Commiſſarios, & Miniſtros cognoſcuntur, tractantur, & deciduntur, celerem, & optatum finem accipiant; Volumus quod Collegium, & deputati, eorumque Auditores, Commiſſarii, & Miniſtri, in omnibus cauſis, quas ipſos, & eorum quemlibet pro tempore avocare, agere, cognoſcere, decidere, & ſine debito terminare contigerit, illas juxta privilegia, & facultates eidem Collegio conceſſas, & indultas, ac prout procedere poſſint contra ejuſdem Fabricæ debitores, & in

Cauſaſque hujuſmodi cognoſcere, & terminare, & procedere, ſicut in cauſis debitorum Fabricæ.

& in cauſis legatorum piorum una cum illarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, procedere, cognoſcere, decidere, & ſimiliter fine debito terminare, necnon partes in illis intereſſe habentes citare, & ſi abſentes, aut ſui copiam non facientes, aut alias non reperibiles fuerint, dummodo prima vice perſonaliter citati fuerint, facta prius diligentia de eos reperiendo per unum ex Curſoribus noſtris, vel Mandatariis præfatæ Fabricæ, Domi, ubi alias reſederint, dimiſſa copia, vel per edictum in valvis Baſilicæ S. Petri hujuſmodi, & in acie Campi Floræ affigen. vel alias, prout in obligationibus in forma Cameræ fieri ſolet, arbitrio ſuo ſimili modo citare, necnon viduis, pupillis, & aliis perſonis de jure curatore indigentibus, curatores ipſos ex officio deputare, ac quibuſvis, tam Apoſtolica, quam ordinaria auctoritate deputatis, etiam S. R. E. Cardinalibus, vel cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus, aliiſque Judicibus, necnon quibus, & quoties opus fuerit, ſub pœnis pecuniariis arbitrio ſuo imponendis, ac cenſuris Eccleſiaſticis inhibere, aliaque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & opportuna facere poſſint, & valeant.

Inhibitio contra moleſtantes Fabricam & ejus deputatos ſuper præmiſſis, aut illorum executionem impedientes.

§.11. Diſtrictius inhibentes quibuſvis locorum Ordinariis, etiam S. R. E. Cardinalibus, & aliis perſonis, quavis auctoritate etiam Apoſtolica fungentibus, etiam cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub ſuſpenſionis a divinis, & excommunicationis latæ ſententiæ, aliiſque noſtro arbitrio moderandis, infligendis pœnis, ne eoſdem Collegium, & deputatos moleſtare, aut præmiſſorum executionem quoquomodo impedire, vel in eis ſe directe, vel per indirectum ingerere, vel intromittere poſſint, ſeu audeant, vel præſumant. Decernentes quoque præſentes literas ullo umquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo quod intereſſe habentes vocati non fuerint, notari, in jus, vel controverſiam, ſeu alias revocari non poſſe, nec per ſubreptionem, vel obreptionem obtentas præſumi, & ob id viribus carere, minuſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, quantumvis generalibus, ac fortiſſimis clauſulis, & decretis irritantibus roboratis comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, ſtatum, etiam ſub data per Collegium, & deputatos hujuſmodi eligenda plenarie reſtitutas eſſe.

Decretum irritans.

§.12. Sicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam Auditores, & Cardinales præfatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate, judicari debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.13. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtra de non tollendo jure quæſito, & quibuſvis Apoſtolicis, etiam per Nos, necnon in provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuſvis etiam Collegii Cardinalium, & Auditorum, eorumdem, ac aliorum Tribunalium, necnon quorumcumque Monaſteriorum, Eccleſiarum, Domorum, Beneficiorum, Ordinum, Capitulorum, & piorum Locorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis, etiam ipſis Auditoribus, & aliis Judicibus, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu ſimili, & ex certa ſcientia conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis; quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus, communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Duæ partes bonorum recuperandorũ conſignentur Eccleſiis, ad quas ſpectant.

§.14. Volumus autem, quod dicti Deputati retenta tertia parte bonorum, per eos pro tempore recuperatorum hujuſmodi, reliquas duas partes ſuis quibuſvis Eccleſiis pro rata conſignare debeant, & teneantur.

Fides tranſumptorum.

§.15. Quodque præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Secretarii Fabricæ hujuſmodi ſubſcriptis, & ſigillo ejuſdem Fabricæ ſigillatis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo &c.

D. P. An. V. 11. Septemb.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, tertio Idus Septembris, Pontificatus noſtri Anno V.

Sequitur facultas Fabricæ circa applicationem fructuum.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam

Exordium.

EX debito Paſtoralis officii, cui diſponente Domino præſidemus, ad ea libenter

benter Intendimus, per quæ quarumlibet Eccleſiarum, Fabricæ præſertim Baſilicæ noſtræ Principis Apoſtolorum de Urbe, cujus cura Nobix peculiaris eſt attributa, congruam ſuſcipiant ſuſtentationem, utque id felicius ſubſequatur, nonnumquam ea quæ per Nos ad ipſarum favorem ordinata ſunt, quæque non ita felicem ſucceſſum habitura credimus, ad aliam formam reducimus, prout locorum, & temporum qualitate penſata conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Omittitur relatio Conſtit. præced.

§.1. Sane licet alias, &c. ut ſupra.

Modo autem idem Pontifex cauſis hic expreſſis, loco dictæ tertiæ partis bonorum recuperandorum applicat Fabricæ omnes fructus ex illis bonis, a conductorib. vel ab aliis occupatoribus indebite perceptos, ſive fructus unius anni percipiendos.

§.2. Verum quia, ut accepimus, dictæ Fabricæ difficile foret tertiam partem proprietatis bonorum eidem Fabricæ, ut præfertur, aſſignatam vendere, & in uſum dictæ Fabricæ convertere, cum non de facili emptores reperirentur, & plurima bona non ita commodam diviſionem patiantur, ut tertia ab ipſis pars ſine duarum partium detrimento diſmembrari, & ſeparari poſſit. Cupientes indemnitati dictæ Fabricæ conſulere, arbitranteſque, quod ſi loco dictæ tertiæ partis proprietatis bonorum recuperandorum, ut præfertur, dictæ Fabricæ aſſignatæ, omnes fructus contra leges, & Canones, ac Conſtitutiones Antoceſſorum noſtrorum per quoſvis conductores, & ſucceſſores univerſales, vel ſingulares, quomodolibet indebite ex dictis bonis percepti, & qui percipi potuerunt, & non ſine animæ eorum periculo retineri poſſunt, quatenus exigibiles ſint, & in alienationibus, in quibus pauci, aut nulli fructus indebite percepti fuerunt, vel ex inopia debitorum, vel ex quavis cauſa, vel occaſione per ipſos deputatox arbitranda, nullum, vel modicum emolumentum reportare poſſet (cum non ſit conveniens, quod ex ejus bono opere detrimentum ſentiat) omnes fructus, redditus, & provcotus integros unius anni ex hujuſmodi bonix recuperatis exigendi, & percipiendi dictæ Fabricæ aſſignarentur, & appropriarentur, celeriorem utilitatem, tam dictæ Fabricæ, quam Eccleſiæ ipſæ conſequerentur. Eoſdem itaque Collegium, & deputatos, ac Auditores, & Miniſtros, eorumque quoslibet a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiix, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventex, & abſolutos fore cenſentes, necnon literarum præſatarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, Motu pruprio, non ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulos fructux, redditus, proventus, canones, cenſus, affictа, & ſeu alias reſponſiones, quocumque nomine nuncupentur, quomodolibet, tam per conductorex bonorum eccleſiaſticorum, quam eorum ſucceſſores quoſcumque univerſales, vel ſingulares, aut particulares, ac alios detentores, occupatores, & debitores, ſub quovis prætextu, & invalido contractu, contra leges, Canones, extravagantes, & Conſtitutiones Anteceſſorum noſtrorum, aut alias, indebite, nulliter, & invalide perceptos, & ob infectam radicem primi contractus invalidi, aut alias nulliter cum Eccleſia celebrati, vel occupationis, detentionis, & uſurpationis factæ indebite dictorum bonorum. Si vero, vel quia modici, aut nulli admodum fructus ſint exacti, vel ex debitorum inopia, vel quavis alia cauſa per ipſos deputatos arbitranda, fructus prædicti non eſſent exigibiles, tunc fructus, redditus, proventus, cenſus, & Canones integros unius ex dictis bonis recuperatix percipiendos, loco dictæ tertiæ partis, plenarie, & integre dictæ Fabricæ aſſignamux, & applicari mandamus. Ita quod eiſdem Collegio, & pro tempore exiſteotibux deputatis, Auditoribus, & Miniſtris prædictis liceat illos propria auctoritate recuperare, exigere, & levare, illoſque locare, vendere, & alienare, ac in uſum, & utilitatem dictæ Fabricæ convertere, Sedis Apoſtolicæ, vel Superiorum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum eorumdem, vel Ordinarii, aut cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita.

Fabricæque deputatis facultatem concedit componendi, & tranſigendi in caſibus dubiis, ita ut qui ſe tranſegerint, amplius moleſtari nequeant

§.3. Et ut facilius integram proprietatem, & Fabrica fructus, ut præmittitur, ſibi aſſignatos conſequi poſſit ſine litium curſu, eiſdem Collegio, & deputatis concedimus, & elargimur, ut quoties eis videbitur opportunum, per ſeipſos tantum in cauſis prædictarum alienationum, ſive detentionum bonorum eccleſiaſticorum, in quibus jus Eccleſiarum, Monaſteriorum, domorum, Hoſpitalium, beneficiorum, & piorum locorum præfatorum non adeo clarum exiſtit, ut de facili bona, & fructus, pro Eccleſiis, Monaſteriis, domibus, beneficiis præfatis, & Fabricæ vendicari poſſint, jus ipſum debitum ſit cum dictis detentoribus, poſſeſſoribus, & ſucceſſoribus, Univerſalibus, vel particularibus, ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ tranſigere, & componere de conſcoſu Rectorum eorumdem arbitrio, poſſint, & valeant. Quodque acta, & ſoluta parte, in qua convenerint, ſeu pro qua compoſuerint, occupatores, poſſeſſores, vel ſucceſſores prædictos, abſolvere, & liberare, ita ut de cetero a nemine ſub prætextu quarumcumque Conſtitutionum, canonum, legum, extravagantium, ac bullarum per Anteceſſores noſtros prædictos, & per Nos ſuper reſciſſione, & recuperatione bonorum, & fructum eccleſiaſticorum editarum quomodolibet moleſtari, inquietari, vel perturbari poſſint, & valeant, ſed facta ſolutione prædicta, ſint, & eſſe intelligantur, etiam liberati, tam ab omni periculo, quam ab omnibus pœnis, & mulctis, quas occaſione dictorum fructuum indebite perceptorum incurriſſent, & contractus neceſſarios conficere, qui poſtquam celebrati fuerint, idem robur obtineant, ac ſi a Sede Apoſtolica con-

confirmati fuiſſent, & ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis perpetuum ſilentium impoſitum ſit, & eſſe cenſeatur.

Inhibitio contra moleſtantes Fabricæ Miniſtros ſuper præmiſſis.

§.4. Diſtrictius inhibentes quibuſvis cujuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentibus, & quacumque auctoritate fungentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis, aliiſque noſtro arbitrio moderandis, & imponendis pœnis, ne eoſdem Collegium, & deputatos, eorumque Auditores, & Miniſtros præfatos in præmiſſis moleſtare, perturbare, vel inquietare audeant, vel præſumant.

Clauſulę præſervativæ.

§.5. Ac decernentes præſentes literas nullo umquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis, vel intentionis noſtræ, aut quopiam alio defectu notari, impugnari, aut invalidari, etiam ex eo capite, quod intereſſe habentes vocati non fuerint, aut ad juris terminos reduci, minuſque in jus, vel controverſiam vocari quovis modo poſſe, ſed ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, nec ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, & derogationibus comprehendi nullatenus poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum, etiam ſub quacumque data per ipſos eligenda reſtitutas eſſe, & cenſeri.

Decretum irritans.

§.6. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum deputatio, & facultates.

§.7. Et nihilominus venerabilibus fratribus noſtris Amerin. & Maceraten. ac Aquinaten. Epiſcopis, Motu ſimili per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Collegii deputatorum, Auditorum, & Miniſtrorum præfatorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ſibique in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ab omnibus, quos illa concernunt, inviolabiliter obſervari, non permittentes eos, vel eorum aliquem deſuper quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper iis habendis ſervatis proceſſibus ſententias, cenſuraa, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando: invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.8. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis dummodo ultra tres dictas quis vigore præſentium ad judicium non extrahatur, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, noſtris de non tollendo jure quæſito, ac unionibus committendis ad partes vocatis quorum intereſt, & exprimendo valore, necnon Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, & quibuſvis aliis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio & ſcientia ſimilibus, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis, ac totis eorum tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Per præſentes autem literas derogatum non eſſe, nec intelligi volumus, in parte vel toto, primis, & ſecundis cedulis, Motu proprio confectis, & in favorem dictæ Fabricæ, ſuper bonis Eccleſiæ alienatis, niſi tantum quoad dictos integros fructus, etiam facultatem percipiendi fructus unius anni, ut præfertur, in omnibus vero aliis & ſingulis in dictis cedulis, & literis conceſſis omnia ſtent, & eſſe intelligantur firma & in ſuo robore valida, ac ſi præſentes a Nobis non eſſent emanatæ.

In aliis autem firma remaneant, Confl. hac inferta.

§.6. Inſuper quoque ſtatuimus, ut earumdem præſentium tranſumptis manu Secretarii, & ſigillo dictæ Fabricæ ſubſcriptis, & munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo, &c.

D. P. An.VI. 1. Februarii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo. Kalendis Februarii, Pontificatus noſtri Anno VI.

CLIV.

Confirmatio privilegiorum, & gratiarum Societatis Cruce Signatorum, pro Sanctæ Inquiſitionis contra hæreticos præſidio, antiquitus inſtitutæ.

Hujuſmodi gratias, & indulta, vide in Conſtit. XXXVIII. Innoc. IV. Ut nihil. *Tom. III. Par. I. fol.* 343. *& Conſt. XLI.* Malitia. *Ibid. fol.* 346. *& Conſt. Urb. IV.* §. 13. *Ibid. fol.* 404. *& Clem. VII. Conſt. XXXIII.* Cum ſicut. *Tom. IV. Par. I. fol.* 87.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SAcroſanctæ Romanæ, & univerſali Eccleſiæ Divina diſponente Clementia, meritis licet inſufficientibus præſidentes, omnem Paſtoralis noſtri Officii curam, atque vigilantiam in id potiſſimum adhibere debemus, ut Fides Catholica ubique Terrarum, quantum in Nobis eſt, integra inviolataque conſervetur, & impii ac deteſtandi Hæreticorum conatus, ipſam unam fidem violare ſatageotium, omoibus rationibus comprimantur. Unde ſi quæ ad juvandum hujuſmodi noſtrum propoſitum, ac debitum, alias pie ioſtituta, ac conceſſa fuiſſe a Prædeceſſoribus noſtris comperimus libenter approbamus, & alias deſuper diſponimus, prout in Domioo conſpicimus ſalubriter expedire.

Societas CruceSignatorum inſtituta fuit pro Inquiſitorum præſidio, & a Prædeceſſoribus varia privilegia ei conceſſa fuerunt.

§. 1. Cum itaque inter ceteras, quæ in Eccleſia Dei hactenus inſtitutæ ſuot Chriſtifidelium Societates, illa ſatis uberes, Chriſtianæ Religionis fructus afferre videatur, quæ ſub Cruce Signatorum vocabulo ad aſſiſtendum Hæreticæ pravitatis Inqniſitoribus, auxiliumque, quando, & quoties opus ſit, in Catholicæ Fidei negociis adverſus Hæreticos, etiam vita ipſa præſtandum, inſtituta exiſtit, ut non immerito a diverſis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris ſpecialibus gratiis, & privilegiis fuerit decorata.

Et hic Pontifex dictam inſtituit, ac privilegia, quæ ſunt in uſu, & Concilio Trident. non repugnantia confirmat.

§. 2. Nos attendentes, quod ea majorem obtioent roboris firmitatem, quæ pluries Apoſtolicæ confirmationis præſidio ſint communita, utque paternum noſtrum erga ipſam Societatem caritatis affectum oſtendamur, ejuſdem Societatis Cruce ſignatorum creationem, & inſtitutionem, ac privilegia, quæ ſunt in uſu, necnon Indulgentias, prærogativas, facultates, gratias, & indulta quæcumque eidem Societati, & illius utriuſque ſexus Confratribus Cruce Signatis pro tempore exiſtentes, tam per Innocentium IV. Innocentium VIII. Julium II. Leonem X. Clementem VII. quam quoſcumque alios Romanos Pootifices Prædeceſſores noſtros ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis hactenus quomodolibet conceſſa, & confirmata, decretis tamen Concilii Tridentini non repugnantia, necnon literas deſuper emanatas, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, approbamus, & innovamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, omneſque, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 3. Noo obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque cootrariis qnibuſcumque.

Exemplorum fides.

§. 4. Volumus autem quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem ubique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi foreot exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An. V die 13. Oct.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 13. Octobris milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo Pontificatus noſtri Anno V.

CLV.

Tonſores monetæ tam aureæ quam argenteæ in Urbe aliiſque locis S. R. E. mediate, & immediate ſubiectis, ultimo ſupplicio plectuntur.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio, &c.

Procemium.

CUm nil magis humanæ vitæ commercio ſit neceſſarium, quam pecuniarum uſus, quæ hominibus cuncta humano victui neceſſaria præbent, decet Romanum Pontificem ad ea libenter inteodere, per quæ pecuniæ ipſæ noo ſolum non adulterentur, verum etiam in primævo illarum ſtatu ab omnibus illæſæ conſerventur. Quod, & ſi cunctis io locis, præcipue tamen in hac Alma Urbe noſtra, quam glorioſi Apoſtolorum Principes martyrio ſuo conſecrarunt & ad quam veluti communem omnium matrem gentes undequaque concurrunt, ſioguliſque aliis dominiis, Terris, & locis, Nobis, & Sedi Apoſtolicæ mediate vel immediate ſubiectis, curandum eſt, ut, & ad illam venientibus vitiorum exempla non proponantur; & quibuſvis id peccandi materies ſuccidatur.

Cauſa Conſtitutionis ex l. quicumque DD. de Falſ.

§. 1. Attendentes itaque, quod licet monetarum aurearum tonſoribus ultimi ſupplicii de jure ſit ioflicta pœna, argenteas tamen monetas tondentibus, ſatis minor pœna impoſita ſit. Ac animo revolventes, quam par ſit utriuſque delictum, cum ii qui argenteas minuunt, nulla alia de cauſa ab aurearum mutilatione, niſi ob earum defectum ſubſiſtant, ac propterea eodem juris rigore, in utroque ſæviendum eſſe æquum reputantes.

Sanctio de qua in rubr.

§. 2. Motu ſimili, &c. hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuimus, eos, qui argenteas tondent monetas, ultimi

ſup-

ſupplicii, & ea qua aureorum tonſores hactenus puniti ſunt, & de jure puniri debent, pœna puniendos eſſe, & ita ab omnibus; quibus Judicis Officium tam in Urbe noſtra quam alibi in toto Statu Eccleſiaſtico commiſſum eſt, quovis nomine cenſeantur, & quavis auctoritate præſulgeant, iniunctum eſt, puniri volumus, & mandamus.

Barones non impediant Judices in hoc.

§.3. Diſtrictius inhibentes ſingulis Terrarum, locorum, & Civitatum Dominis in temporalibus, ne Judices præfatos in præmiſſis hoc modo ſævientes, ſub excommunicationis &c. impedire, moleſtare, vel inquietare audeant, vel præſumant.

Clauſula ſublata.

§.4. Decernentes quoque, ſic, & non aliter, per præfatos, & quoſcumque alios Judices, &c. etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata &c. judicari debere: irritum quoq. &c.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac legibus etiam Imperialibus, etiam in corpore juris clauſis, ac tam municipalibus, & particularibus, quam quibuſvis aliis etiam juramento &c. roboratis ſtatutis, &c. privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Motu ſimili &c. etiam conſiſtorialiter &c. conceſſis &c. quibus omnibus illorum tenores &c. hac vice latiſſime derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Fiat Motu proprio M.

Clauſularum repetitio.

§.6. Et quod quorumcumque privilegiorum, ſtabilimentorum, pœnarum, ſtatutorum, legum, & aliorum neceſſariorum tenores habeantur pro expreſſis, ſeu in toto vel in parte exprimi, ac de verbo ad verbum inſeri poſſint. Et de declaratione, ſanctione, mandato, inhibitione, decreto, & aliis præmiſſis, quæ hic pro repetitis habeantur. & ad partem perpetuo in forma gratioſa. Et cum deputatione, quatenus opus ſit, judicum, qui aſſiſtant &c. invocato &c. ſæcularis, cum derogatione dictarum latiſſime extenden.

Juſſio publicandi.

§.7. Et cum decreto opportuno, quod ut præſentes ad omnium, quorum intereſt, notitiam deducantur, nulluſque deinceps adverſus eas aliquam excuſationem prætendere, aut ignorantiam allegare queat, quod illæ imprimantur, & in valvis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & S. Joanois Lateranenſis, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon acie Campi Floræ affigantur, & inibi earum copiæ dimittantur, quodque affixio bujuſmodi omnes perinde afficiat, ac ſi fuiſſent perſonaliter exhibitæ, intimatæ, & oſtenſæ.

Exemplorum fides.

§.8. Quodqoe earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati, aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Signatura ſola ſufficit.

§.9. Et quod præſentis Motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra, regula quacumque contraria non obſtante, ſeu literæ ſuper illis cum majori præmiſſorum expreſſione, per Breve expediri poſſint.

Fiat M.

Datum Romæ apud S. Petrum, octavo Kal. Novembris Anno V.

D. P. An.V. 25. Octobris.

CLVI.

Contra fraudolentos, & doloſos decoctores, capitali pœna plectendos.

De materia autem Ceſſionis bonorum, & dilationum, vide Conſt. XLVII. Pii IV. Cupientes. *Tom. IV. Par. II. fol.* 91. *ubi notavi.*

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Cauſa Conſtitutionis.

POſtquam couſque humana proceſſit intemperantia, ut Chriſtifideles, qui in Sacri Baptiſmatis ſuſceptione, Diabolo, ac omnibus vanitatibus ejus, ſponte ac ſolemniter renunciarunt, diabolica fraude ſeducti, ita Mundi hujus illecebras expetant, ut pro illis aſſequendis, non modo filii prodigi in Evangelio per Dominum demoſtrat. exempla ſequentes, ſua luxurioſe vivendo profundant, verum etiam illis abſumptis, aliena appetant, grande æs alienum a proximis ſuis, qui id eis, prout mutuum fert hominum commercium, ſub variis inſtrumentorum obligationibus liberaliter mutuant, extorquendo, ac deinde dum id eis ſub paupertatis ſpecie reſtituere negligunt, proximos ſuos una cum tota familia aliquando mendicare cogunt, facere nullo modo poſſumus, quin, & Paſtoralis Officii noſtri debito, cui diſponente Domino præſidemus, moniti, & ea qua Chriſtus prior dilexit Nos caritate impulſi, clementiæ, & miſericordiæ rejectis viis, juſtitiam, & judicium in tales acriter inſurgendo aſſumamus, juriſque rigorem acriorem reddamus, ut ſaltem per hoc eos, quos timor Domini a malo non retrahit, ultimi ſupplicii pœna exterreat, ſicque univerſas Dominici gregis oves ad ovile, ad quod, dante Domino, omnes dirigi cupimus, ſalubre perducamus.

Paulus IV. ſtatuit debitores obtinentes alternativas, vel dilationes, teneri deferre birretum viride.

§.1. Sane licet alias fel. rec. Paulus Papa Quartus Prædeceſſor noſter inter cetera dilectis filiis Populo Romano conceſſa privilegia per quaſdam ſuas literas voluerat, quod dilationes quæcumque, niſi juxta diſpoſitionem juris, ac formam ſtatutorum Almæ Urbis concedi nullatenus poſſent, & qui illas obtinerent, ſemper birettum viride portare tenerentur, ac alias prout in dictis literis plenius continetur.

Multi autem eorum bona, prodigalitate, & luxu, dilapidabant, & tandem ceſſione bonorû, creditores doloſe deludebant.

§.2. Nihilominus diverſi iniquitatis filii præmiſſis non attentis, propriaque temeritate conſiſi, poſtquam propriis eorum bonis, non adverſa fortuna, aut fortuitis caſibus, ſive hoſtium incurſu, vel ventorum, mariſque violentia, atque iniuria (quod quidem

dem vel certe ferendum eſſet, cum ab iis facile caveri nequeat humana providentia) ſed ſua ipſorummet incuria, negligentia, prodigalitate, atque luxu in explendis propriis voluptatibus, penitus dilapidatis, proximos ſuos ad varia eorum bona ſibi mutuanda ſub ſpe reſtitutionis compulerunt illis ſimiliter profuſis, creditores ſuos, ceſſione bonorum deludentes, ac tam literas præfatas, quam alia per Nos contra hujuſmodi decoctores, fallitos nuncupatos, edita ſtatuta deridere audent, in grave Apoſtolicæ auctoritatis vilipendium, proximorum ſuorum detrimentum, & gravamen, ac animæ ſuæ periculum non modicum.

Hic igitur Pōtif.x decernit hujuſmodi perſonas, nedum ad ceſſionem bonorum non eſſe admittendas, ſed ultimo ſupplicio plecti debere.

§.3. Nos præmiſſa conniventibus oculis pertranſire nequeuntes, & attente conſiderantes nulla alia de cauſa in fures ultimi ſupplicii pœnam eſſe impoſitam, niſi ut talia perpetrandi hominibus via intercluſa, liberum eſſet unicuique ſua abſque periculo poſſidere, & uti, hos autem adeo furibus, & latronibus ſimiles eſſe, ut ab illis in nihilo differant, niſi ut quod eis, niſi cum vitæ ſuæ periculo agitur, hoc decoctoribus impune liceat, volenteſque propterea, ut par, immo gravius delictum, parem etiam ſortiatur pœnam, juriſque rigorem in hos graviorem reddere, ac genus hoc hominum tamquam humano generi infeſtum e ceterorum cœtu ſegregandum merito eſſe dijudicantes, omnium, & ſingularum legum, & Conſtitutionum, tam Imperialium, quam Apoſtolicarum, etiam in corpore juris deſcriptarum, tenores, & formas, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent præſentibus, pro expreſſis habentes, ſine illarum aliquo præjudicio, quinimmo illas revalidantes, & confirmantes. Motu proprio hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſancimus, ſtatuimus, & declaramus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus quæcumque perſona, tam ſæcularis, quam Eccleſiaſtica, etiam ſi Clericali, & Eccleſiaſtico foro gaudeat, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtat, & quacumque dignitate, tam mundana, etiam ſi Domicellus, Comes, aut aliter Nobilis aliquando fuerit, quam Eccleſiaſtica, non tamen Epiſcopali, præfulgeat, qui omnem eorum ſubſtantiam non præmiſſis de caſibus fortuitis, ſed incuria, negligentia, prodigalitate, & luxu ſuis, proprias voluntates explendo, & cupiditatibus non mediocri intemperantia ſervientes ſubverterint, & dilapidaverint, necnon qui ſe bona ſua decoxiſſe ſimulantes, illa in fraudem creditorum ſuorum occultant, & eorum pecuniam totam in eorum utilitatem forſan converteriot, ut eorum creditores ad ſecum componendum facilius alliciant, ultimi ſupplicii, & ea qua fures ipſi, de jure, vel conſuetudine, aut particulari, vel municipali ſtatuto plecti ſolent, puniri debeant.

Executorum deputatio.

§.4. Mandantes, tam Urbis præfatæ Gubernatori, & Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, quam omnibus, & ſingulis noſtris, & Sedis Apoſtolicæ in quibuſcumque Provinciis Legatis, & Vicelegatis, necnon quarumcumque Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Locorum, Nobis, & eidem Sedi, tam mediate, quam immediate ſubjectarum Gubernatoribus, Prætoribus, Capitaneis, Commiſſariis, & aliis quibuſcumque judicibus, quavis etiam ſubdelegata poteſtate fulgentibus, ut præſentes noſtras inviolabiliter in eorum judiciis obſervent, nec contra tales, niſi illarum forma ſervata, procedere audeant, vel præſumant.

Inhibitio contra impedientes eos, qui ita ſuper præmiſſis judicaverint.

§.5. Diſtrictius quoque inhibentes quibuſcumque Terrarum, Oppidorum, & Locorum Dominis in temporalibus in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis &c. pœnis, ne ſic in præmiſſis judicantes, eorum ſæculari auctoritate moleſtare, inquietare, perturbare, vel impedire audeant, vel præſumant.

Clauſulæ præſervativæ.

§.6. Decernentes poſtremo præſentes, & deſuper conficiendas literas nullo umquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ defectu notari, minuſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus comprehendi, vel illis derogari nullo modo tacite, vel expreſſe poſſe, niſi de illis, eorumque totis tenoribus, ac eorum Datum de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, & expreſſio facta fuerit, aliterque factas derogationes, nullius roboris, vel momenti fore, & tamquam tales a nemine attendi, nec ulli ſuffragari poſſe.

Decretum irritans.

§.7. Sicque per quoſcumque Judices &c. etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, eorumque Collegium, ſublata &c. irritum quoque &c.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.8. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus, Conſtitutionibus, ac legibus, etiam imperialibus, etiam in corpore juris, ut præfertur, clauſis, ac quibuſvis etiam municipalibus, & particularibus, etiam juramento &c. roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis &c. ſub quibuſcumque tenoribus &c. etiam Motu ſimili &c. etiam conſiſtorialiter &c. ac ſub quibuſvis verborum formis conceſſis, &c. Quibus omnibus, etiam ſi de illis &c. illorum tenores &c. illis alias &c. latiſſime, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Fiat Motu proprio. M.

Forma & effectus publicandi.

§.9. Et quod quorumcumque ſtatutorum, Conſtitutionum, & legum, &c. tenores habeantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel in parte exprimi, ac de verbo ad verbum inſeri poſſint. Et de ſanctione, ſtatuto, declaratione, decreto, inhibitione, mandato, & aliis præmiſſis quæ hic pro repetitis habeantur, & ad partem perpetuo in forma gratioſa, & cum opportuna, ſi videbitur, judicum deputatione, qui aſſiſtant. &c. invocato &c. ſæcularis, & cum opportuno decreto, quod ut præſentes ad omnium, quo-

rum

rum intereſt notitiam deducantur, nulluſqoe deinceps adverſus eas aliquam eacuſationem prætendere, aut ignorantiam allegare queat, quod illæ imprimantur, & in valvis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & S. Joannis Lateranenſis, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, necnoo io acie Campi Floræ affigantur, & inibi earum copiæ dimittantur. Quodque affixio hujuſmodi omnes perinde afficiat, ac ſi fuiſſent perſonaliter eahibitæ, intimatæ, & oſtenſæ. Quodque earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati, aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeator, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sola ſignatura ſufficit.

§.10. Et quod præſentis Motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & ubique ſidem faciat in judicio, & extra, regula quacumque contraria non obſtaote, ſeu literæ ſuper illis cum majori præmiſſurum expreſſione per Breve expediri poſſint.

Fiat. M.

D. P. An.V. 1. Novemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, Kal. Novembris Anno V.

CLVII.

Reformatio Tribunalis Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditoris, una cum taxa expeditionum.

Aliam ejuſdem Tribunalis reformationem præfinivit Pius IV. in Conſt. LXVI. Inter multiplices *Tom. IV. Part. II. fol.* 125.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Procemium.

INter illa, quæ in ſingulis in Urbe Curiis, & officiis emendanda, ſeu rectius diſponenda decrevimus, hæc de Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditoris officio, ac Tribunali ſeorſum ab univerſali reformatiooe, Apoſtolica auctoritate perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, quæ & ab Auditore, & ab eis Locumteneotibus, Curiæque ipſius Judicibus, & Notariis exactiſſime ſervari præcipimus.

Debitor ex confeſſione Procuratoris non condemnetur.

§.1. In primis, ne quiſquam ex confeſſione debita procuratore ſuo ad id in ipſamet obligatione in poſterum conſtituto, in judicio, vel alibi facta, condemnetur, niſi idem etiam procurator ad defendendum io judicio fuerit conſtitutus, & ipſe cum conſtitueretur, defendendi onus hujuſmodi ſponte præſens acceptaverit.

Neque excõmunicetur.

§.2. Neve quiſquam ratione ſui conſenſus in contractu, ſeu quaſi contractu, aut alias in judicio, vel extra judicium, per ſe vel alium quocumque modo, etiam in ſuſceptione, quam vocant, cenſurarum, de cetero præſtiti, pure, aut ſub conditione, aut in diem, cenſuris Eccleſiaſticis innodetur, aut innodatus declaretur.

Procuratoris conſtitutio, aut cenſurarũ ſuſceptio, in oblig. non apponatur.

§.3. Quinimmo nec procuratoris, ad confitendum debitum, conſtitutio, in ipſa debiti obligatione, niſi, & ad defendendum una conſtituatur, & ipſe defendendi onus acceptet, ut præfertur, nec cenſurarum conſenſus, aut ſuſceptio hujuſmodi uſquam recipiatur, vel admittatur, ſive etiam deſcribatur, neque de his quiſquam rogetur, etiam in Cameralis obligationis formula, ſive priocipaliter, ſive incidenter, oeque judicium ullum, aut ulla executio inde fiat, aut decernatur.

Niſi de reb. Cameræ agatur.

§.4. Excipimus autem ab his, quæ de confeſſione debiti, & procuratoris ad id Conſtitutione, ſupra ſtatuimus, obligationes, quæ de rebus, ac juribus ad Cameram Apoſtolicam pertinentibus factæ jam ſunt, aut in poſterum fieri oportuerit, io quibus quoad hujuſmodi confeſſionem, & Conſtitutionem, liceat illud idem fieri, quod hactenus eſt obſervatum.

Forma ſtrictioris obligationis hic traditur.

§.5. Quod ſi quando aliqui ſeipſos in Urbe efficacius obligare voluerint, ut io exactionibus laborandum non ſit, quas pro commodiori hominum commercio faciles eſſe expedit, poterit Judea parti præſenti, & ſe obligaoti præcipere, ut die certa tunc ſtatuenda ſolvat; monens, quod ſi ea die ſponte non ſolverit, nulla exinde facta perſonali citatione, ſed prævia tantum unica dilatione, quæ per affixionem locis conſuetis intimabitur, ad executionem coo-tra ipſum procedet, & in ſubſidium, ubi executio realis, perſonaliſve facile fieri non poterit; in ipſum tamquam contumacem, contemptoremque ſui præcepti, excommunicationem decernet. Hæc tamen, quoad excommunicatinnem monitio, ubicumque facilis futura eſſet executio, non adhibeatur.

Obligati in Curia quomodo citandi.

§.6. Cum autem præſcripta dies ceſſerit, ea diſtinctio ſervetur, ut ſi obligatio, vel in Urbe erit contracta, vel in Urbe ſit ſolvenda, ſola intimationis affixio prædicta ſufficiat.

Obligati extra Curiam ut citandi.

§.7. Si vero extra Urbem, & obligatio contracta, & ſolutio deſtinata fuerit, non aliter ad executionem procedatur, niſi facta legitime debitori intimatione dilationis hujuſmodi. Rurſus, ubi in obligatione eatra Urbem facta, pariter ſolutio extra Urbem deſtinata fuerit, preter dictam dilationem, detur etiam alia, pro loci diſtantia, intra quam docere poſſit, & debeat debitor ſe ſolviſſe.

Confitentes debitum quã dilationẽ habere poſſint.

§.8. Quod ſi parti petenti, ac debitum agnoſcenti, danda videbitur aliquando longior aliqua dilatio ad ſolvendum (intra quam oollum omoino mandatum, aliudque executionis genus relaxari poterit) ea erit diorum triginta, aut ſaltem viginti, arbitrio Judicis, qui pro debitoris qualitate, & debiti ſumma, utrum voluerit de prædictis terminis eliget.

Dilatione finita, mandatum antea relaxatũ ſufficiat.

§.9. Qua in re illud obſervetur, ut ſi forte poſt decretum, & relaxatum, atque etiam actori a Notario traditum mandatum executivum, viſum fuerit Judici dilationem haoc concedere, non alio poſtea judicio, aut etiam mandato opus ſit actori, ſi reus intra

intra dilationem ipſam non ſolverit, ſed eodem illo quod antea traditum, aut relaxatum, ſive decretum fuerat, executionem ſuam proſequatur.

Excommunicatio quando ſit danda contra obligatos.

§.10. Sed & in omnibus, quæ aliter quam cum ſupradictis præcepto, & monitione ubicumque locorum factæ fuerint obligationibus, & alias ſemper, illud omnino ſervetur, ut ad excommunicationem cujuſquam non deveniatur, niſi cujus fuerit erga Judicem contumacia, ipſo etiam, nec tantum procuratore ſuo, quamvis ſpecialiter conſtituto, prius legitime citato.

Cauſæ obligationis Cameralis ſint A.C. tantum, niſi contra Romanos laicos in Capitolio.

§.11. Verum ſicuti antea, earum quæ in forma Cameræ erant obligationum, ita & harum quæ futuræ ſont, pro illis judicium ſive cognitio, & executio in Urbe ad Auditorem Cameræ ſolum ſpectet in univerſum, juxta ſuas facultates. Romanos tamen debitores laicos, liceat creditoribus, etiam in Curia Capitolii convenire, juxta privilegia Populo Romano conceſſa.

Vel contra Clericos in Curia Vicarii.

§.12. Quo vero ad Clericos, ratione originis, vel beneficii Romanos, locus ſit præventioni inter ipſum Auditorem, & noſtrum in Urbe Vicarium.

Appellationes a ſententiis extra Curiam latis quando, & quomodo recipi debeãt.

§.13. Ceterum idem Auditor appellationes non aliter audiat, ſive admittat, quam ſi exhibita fuerit Notario in actis ab appellante fides publica, ſeu publicum Inſtrumentum ſententiæ, a qua extitit appellatum, eaque ſit definitiva, vel vim habeat definitivæ, neque aliter earum ratione inhibeat, quam inſerto in literis inhibitionis toto fidei, ſeu Inſtrumenti hujuſmodi tenore. Quare Judices, a quibus appellari continget, eorumque Notarii, fidem, ſeu Inſtrumentum hujuſmodi partibus petentibus, & debitam Notariis mercedem ſolventibus tradent in tempore, alioquin Judices Officio judicandi, Notarii exercitio Notariatus tamdiu ſuſpenſi ſint, donec appellanti omnia damna, & intereſſe propterea paſſa, ab ipſo Auditore extrajudicialiter æſtimanda, reſarſerint. Et nihilominus facta ab appellante fide de ſua petitione, & Judicis ſive Notarii derogatione, idem Auditor inhibere, & in cauſa procedere poſſit.

Literas Apoſtolicas quando & quomodo exequi poſſit A.C.

§.14. Literas Apoſtolicas, quibus certus, qui per ſeipſum procedat, executor præſcriptus eſt, nullo modo exequatur, ſed & omnes præterea, in quarum executione pars vocanda fuerit, non aliter exeqoatur, quam ſervatis, pro rerum contingentia, Conſtitutionibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, niſi ipſius Conſtitutionibus derogatum fuerit expreſſe in literis, quæ fuerint exequendæ, ſed & tunc, ne quemquam extra Diœceſim ultra tot dietas evocet, quot in ipſis literis expreſſum erit, neve alii vices ſuas committat, vel ſubdeleget, quam conſtitutis in dignitate Eccleſiaſtica, aut Cathedralium Eccleſiarum Canonicis, exceptis literis penſionum, quarum ſolutio in Romana Curia deſtinatur, & his omnibus, quibus ipſe nominatim executor præſcriptus fuerit; his enim caſibus poſſit ad ſe undecumq., & quotcumq. partes evocare.

Monitoria generalia non dentur.

§.15. Monitoria generalia, vulgo *Significavit* appellata, quæ ſcilicet, ut aliquid reveletur, ſeu reſtituatur, vel probetur, cum cenſuris eccleſiaſticis publicari ſolent, nullo modo decernat, ſive expediat.

Epiſcopi & alii non impediantur in executionem Concilii Tridentini.

§.16. Similiter nihil ſine ſpeciali noſtra commiſſione decernat, aut faciat, aut mandet, quod Epiſcopos, aut alios locorum Ordinarios impedire poſſit, ne ad executionem decretorum Sacri Concilii Tridentini, correctionemque morum libere procedant.

Expeditiones non dentur in his quæ non pertinent ad juriſdictionem

§.17. Ab omnibus autem, & ſingulis iis, quæ ad jus juriſdictionem ſecundum præmiſſa pertinere volumus, uſque adeo abſtineant, ut neque monitoria, neque citationes, neque inhibitiones, neque ſequeſtra, neque mandata de manutenendo, neque aliud quicquam quocumque ſub prætextu, ſuper iis aut ipſe decernat, aut ab aliis decreta revocet, & pariter ejus Notarii nihil omnino expediant, aut etiam ſcribant, ſub pœna amiſſionis officii.

Nihil in contumaciam expediatur in cauſis civilibus.

§.18. In cauſis vero ſui fori civilibus, etiam in quibus ſummarie, & ad inſtar beneficialium procedendi ei conceſſa eſt facultas, numquam omnino ad pœnas contumaciales deveniat; ſed potius receptis probationibus ad negocium principale ſpectantibus, datoque competenti termino parti abſenti, demum ſuper his ſervatis ſervandis definitive pronunciet, etiam ſine litis conteſtatione.

Mandata de manutenendo non dentur parte non citata.

§.19. Mandata de manutenendo, numquam niſi parte legitime citata, & compendioſa, ac ſummaria cauſæ cognitione adhibita, decernat.

Sequeſtra etiam.

§.20. Idem, & in ſequeſtris ſervetur, niſi aliqua ratione timendum ſit, Judicis arbitrio, de ſuſpicione fugæ, vel bonorum dilapidatione.

Abſentes extra Italiam non citentur ad comparendum inſcio Papa.

§.21. Ne autem contingat, ut abſentes, & in remotiſſimis ab Urbe partibus degentes, ſi ob prætenſum aliquod crimen moneantur ad perſonaliter comparendum, deinde inculpabiles reperti, maxima itineris incommoda, & diſpendia nulla ſua culpa paſſi ſint, neminem poſthac extra Italiam exiſtentem ad comparendum perſonaliter moneat, niſi facto verbo Nobiſcum, de quo verbo habito fiat mentio in literis monitoriis.

Expeditiones extra Curiam ſubſcribantur ab A.C.

§.22. Poſtremo Notarii nihil umquam cujuſvis generis ſcripturæ ad judicium pertinentis, quod extra curiam mittendum ſit, expediant, & parti tradant, niſi cum ſubſcriptione Auditoris, vel ejus Locumtenentis.

Reformatio circa expenſas.

§.23. Circa impenſas autem, quæ a partibus pro ſcripturis, & expeditionibus faciendæ ſunt, ultra ea, quæ in univerſum in omnibus curiis obſervari volumus, infraſcripta ſpecialiter in eadem Curia Auditoris, etiam in cauſis pendentibus obſerventur.

Cauſæ ordinariæ, non efficiuntur cõmiſſariæ per ſupervenientẽ commiſſionũ.

§.24. In cauſis, quæ ordinarie ſecundum Auditoris facultates in ejus Tribunali introductæ fuerint, vel introduci potuerint, ſive poſt cœptam cauſam ſuperveniat commiſſio, ſive ante impetrata ſit, ſive in pri-

ma

Digitized by Google

ma. ſive in ulteriori inſtantia, nulla in re augeat impenſam, ſed quoad hoc habeatur ſemper cauſa per ordinaria, ita ut etiam ratione ſententiæ, neque Notarii, neque Judices quicquam propterea accipiant, ultra id, quod accipere potuiſſent, ſi commiſſio non adeſſet.

Sive igitur adſit commiſſio, ſive non, in cauſis ordinarie ad hunc forum pertinentibus exigatur, ut infra, & non amplius.

Sit itaque pretium perfectæ expeditionis taxæ, & aliis omnibus comprehenſis.

Taxa expeditionum in cauſis civilibus Tribunalis A. C.

§.25. PRO monitorio ſpeciali ad partes jul. novem.

Pro monitorio ſpeciali per edictum jul. duodecim.

Pro monitorio in vim Bullæ Eugenianæ jul. duodecim.

Pro Eugeniana per edictum jul. quindecim.

Pro monitorio in vim Bullæ Cœnæ Domini jul. duodecim.

Pro citatione cum inhibitione, vigore appellationis extra Curiam, cum inſertione inſtrumenti ſententiæ, a qua appellatur jul. decem.

Pro inſtrumento remiſſoriæ jul. novem.

Pro inſtrumento litis pendentiæ extra curiam jul. novem.

Pro tranſumpto ſimplici unius Bullæ, ſeu inſtrumenti, aut cedulæ, vel etiam plurium ſimilium, vel aliorum jurium in eodem tranſumpto deſcriptorum, ſi fuerint in forma probanti jul. duodecim.

Si vero in forma Vidimus, jul. novem, habita tamen ratione exceſſus ſcripturarum arbitrio Judicis, quoad laborem Notarii.

Pro ſequeſtro extra curiam jul. novem.

Pro literis ſuperviventiæ, quæ non taxentur jul. quatuor una cum ſigillo.

Pro fide legalitatis apponendæ in iſtrumentis Notariorum in totum una cum ſigillo jul. duos.

Pro mandato de exequendo jul. novem.

Pro nota ſententiæ nihil exigatur.

Pro ſportulis etiam nihil.

Taxa expeditionum in cauſis Commiſſariis Curiæ A. C.

§.26. At in cauſis quæ per commiſſionem introducuntur, & ab initio ſunt commiſſariæ, neque alias ad hujus fori cognitionem ſpectant ſolvantur ut ſequitur.

Pro citatione vigore commiſſionis abſque inhibitione extra curiam jul. novem.

Pro citatione cum inhibitione ſimplici jul. undecim.

Pro citatione cum inhibitione ſub cenſuris jul. quatuordecim.

Pro citatione cum inhibitione ſub cenſuris per edictum, etiam pro neceſſario examine jul. decem, & octo.

Pro inhibitione ſimplici extra curiam. jul. novem.

Pro inhibitione extra curiam ſub cenſuris, jul. duodecim.

Pro inhibitione in curia jul. tres cum dimid.

Pro monitorio ſpeciali jul. quindecim.

Pro notis ſententiarum definitivarum, quæ in ſcriptis proferuntur, in prima inſtantia jul. quadraginta, in ſecunda jul. triginta, in tertia jul. viginti.

Pro nota abſolutoria ab obſervatione judicii jul. quindecim.

Pro nota interlocutoriæ jul. quindecim.

Pro nota declaratoriæ jul. octo.

Pro mandato de exequendo jul. quindecim.

Pro ſequeſtro jul. quindecim.

Pro ſportulis Judicum pro ſententiis definitivis ex ſcripto proferendis, non ultra id quod in aliis curiæ Tribunalibus ordinariis a ſel. record. Pio Papa Quarto præſcriptum eſt.

Taxa expeditionum, actorum, ac ſcripturarum in cauſis Ordinariis & Cōmiſſariis Curiæ A. C.

§.27. De ceteris vero actis, ſcripturis, & expeditionibus infraſcriptis, ſive cauſæ ſint ordinariæ, ſive commiſſariæ, ſolvatur tantummodo infraſcriptum pretium, videlicet.

Pro compulſorialibus generalibus, ſive ſpecialibus jul. duodecim.

Pro palmo rotuli remiſſoriæ jul. tres. Sit autem palmus linearum triginta, & linea ſyllabarum decem & octo.

Pro inſtrumento remiſſoriæ jul. duodecim.

Pro inſtrumento litis pendentiæ in curia jul. quatuor cum dimid.

Pro interdicto ſpeciali jul. quindecim.

Pro inſtrumento relaxationis interdicti jul. quindecim.

Pro executorialibus jul. triginta ſex.

Pro mandato de immittendo in poſſeſſionem vigore literarum Apoſtolicarum, ſeu in forma brevis jul. decem.

Pro abſolutione, ſive abſolutionis commiſſione, p. uno jul. novem.

Pro duobus litis conſortibus jul. quatuordecim.

Pro tribus litis conſortibus jul. decem, & octo.

Pro quatuor litis conſortibus jul. viginti tres.

Ultra quatuor quotcumque addantur perſonæ litis conſortes, nihil augeatur pretium expeditionis.

Pro Capitulo, Collegio, Confraternitate, aut univerſitate jul. quinquaginta.

Pro inſtrumento abſolutionis jul. duodecim.

Pro decretis a Judice prolatis non ex ſcripto, etiam vim definitivæ habentibus, eorumve nota & ſportulis, nihil.

Pro ſimplici fide etiam plurium actorum jul. duos.

Pro examine teſtium, cum articulis & interogatoriis in cauſa. quæ ſit æſtimationis a quinquaginta ſcutis ſupra uſque ad quamcumque ſummam, ſi articuli non excedant numerum viginti quinque: interrogatoria numerum trigintaquinque, in domo, vel Officio Notarii, jul. quatuor, extra vero Officium, non ultra duplum.

In cauſa æſtimationis a quinquaginta ſcutis infra ſolvatur tantum pro dimidia. Quod ſi articuli excedant numerum vigintiquinque, & interrogatoria trigintaquinque ſolvatur merces Notarii arbitrio Judicis.

Pro inſtrumento ſententiæ, ſi extrahatur jul. quindecim.

Pro

Pro inſtrumento declaratoriæ, non tamen vigore obligationis, in forma Cameræ jul. duodecim.

Pro brachio ſæculari ob non paritionem monitorii, aut literarum Apoſtolicarum, vel executorialium jul. triginta.

Pro mandato ſuſpicionis fugæ, uſque ad quamcumque ſummam, etiam in vim obligationis Cameralis decreto jul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de conſignando vigore ſequeſtri, etiam ubi pro illius verificatione debitor prios fuiſſet conveotus via executiva, vigore obligationis Cameralis jul. quatuor eum dimidio.

Pro mandato de conſignandis pignoribus ſubhaſtandis, aut deliberandis jul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de relaxando pro debito civili jul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato io cauſis civilibus loco literarum, pro parva ſumma jul. quatuor cum dimidio.

Computato in his omnibus mandatis, julio ſigilli.

Diviſio precii dictarum expeditionum

§.28. De pretio autem ſic præſcripto, in omnibus ſupradictis expeditionibus, ſive ordinariis, ſive commiſſariis, dentur Auditori & Maſſæ Notariorum, item (quoad ordinarias) Camerario eædem portiones, quæ, & prout antea pro eiſdem expeditionibos dabantur, nulla ex parte diminutæ. Reliquum quod iis portionibus detractis ſupererit, ſit Notarii expeditionis, præterquam in expeditione abſolutionis, ſive commiſſionis abſolvendi, in qua ſingulis detrahatur pro rata, ita ut non tantum portio Notarii, ſed cujuſque aliorum minuatur ad eam rationem, ut tantum unicuique portioni pro ejus modo decreſcat, quantum omnibus in univerſum detraximus.

Taxa mandatorum executivorum.

§.29. Pro mandato executivo, ſive brachio, ubi invocatione opus fuerit ſæculari, per omnia expedito, omnibuſque comprehenſis, pretium ſit ut infra, videlicet.

Ab uno ſcuto uſque ad quindecim jol. quatuor eum dimidio.

A ſcutis quindecim uſque ad vigintiquinque jul. viginti duo.

A ſcutis vigintiquinque uſque ad quingentos jul. triginta tres.

A ſcutis quingentis uſque ad mille jul. ſexaginta ſex.

A ſcutis mille uſque ad quamcumque ſummam jul. centum & decem.

Diviſio precii mandatorum executivorum.

§.30. Hoc aotem pretium ita dividatur, ot ex juliis viginti duobus, Auditor habeat julios ſex, Camerarius pro ſigillo habeat julios quatuor cum dimidio, Maſſa Notariorium habeat jul. quatuor cum dimidio, Reliquum habeat Notarius expeditionis.

Ex juliis triginta tribus, Auditor habeat julius octo & bajochos duos cum dimidio. Sigillum julios quinque cum dimidio, Maſſa habeat jul. octo. & bajochos duos cum dimidio, reſiduum Notarius.

Ex juliis ſexaginta ſex, Auditor habeat julios ſexdecim eum dimidio, ſigillum julios undecim, Maſſa julios ſexdecim cum dimidio, Notarius quod ſupereſt.

Ex juliis centum & decem, Auditor habeat julios vigintiquatuor, & bajochos ſeptem eum dimidio, Sigillum julios ſexdecim cum dimidio, Maſſa julios vigioti duos. Notarius reliqnum.

Ad conſtitoendas autem ſupradictas ſummas, computentur julii undecim pro ſingulo ſcuto, quilibet vero julius ſit decem bajochorum.

Taxa expeditionum cenſurarum eccleſiaſticarum

§.31. Cenſurarum Eccleſiaſticarum nomine, oihil accipiatur, vel in expeditione mandati executivi ſeu brachii ſæcularis, vel deorſum ab eo, neque uſquam alias, niſi ubi ad illas rite proceſſum fuerit re ipſa.

Cum vero ad illas procedi contigerit, tunc pro declaratoria, aggravatoria, & reaggravatoria ſimul junctis, & totali earum omnium expeditione, tantundem exigatur, quantum pro brachio ſæculari, habita ratione prædictæ diſtinctionis ſummarum; ita ut omnis impenſa utriuſque expeditionis, mandati ſcilicet, vel brachii ſæcularis, & cenſurarum ſimul collecta, duplum non excedat ejos pretii, quod mandato, ſeu brachio ſæculari ſupra taxatum eſt, pro qualibet ſupradictarum ſummarum. Excepta ultima majori ſumma, videlicet a mille ſupra. In ea enim ſumma etiam ſi contingat ultra, vel poſt mandatum executivum, ſeu brachium ſæculare, cenſuras quoque relaxari, nihil tamen earum nomine exigatur: ſed tantum præter id pretium, quo pro ſolo mandato ſeu brachio ſæculari ſupra taxatum eſt, accipi poſſit juſta merces pro ſcriptura.

Numquam tamen cogantur partes invitæ, una cum mandato executivo, ſeu brachio ſæculari, cenſurarum quoque expeditionem accipere, aut earum expeditionis pretium ſolvere, etiam ſi ad cenſuras ipſas in ſubſidium contra contumacem Judex comminando rite proceſſerit, & extra loca temporali dominio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubjecta, vel etiam extra Italiam expeditio mittenda foret.

Quod ſi foret quiſquam legitime ſervatis proceſſibus utramque expeditionem, mandati ſcilicet, ſeu brachii ſæcularis, & cenſurarum eodem tempore habere voluerit, tunc apponantur verbis expreſſis in ipſa expeditione, quoad cenſuras, ne is pretium qood illarum ratione expendit, ullo modo repetere poſſit ab iis, contra quos decretæ, & prolatæ fuerunt, niſi adverſus eoſdem, vigore mandati executivi, ſeu brachii ſæcularis non ſatisfacientes, aut alias non parentes, cenſuris ipſis neceſſe fuerit oti.

Diviſio precii expeditionum.

§.32. Ipſius vero expeditionis cenſurarum pretium prædictum eadem ratione, & eiſdem portionibus dividator, quibus pretium mandati executivi, ſeu brachii ſæcularis, ut ſupra dictum eſt.

Duplicata dentur ſoluta mercede ſcripturæ.

§.33. Pro duplicatis etiam poſt quodcumque tempus expeditis, nihil exigatur præter ſcripturæ mercedem.

Sigilli jul. 1.

§.34. Pro ſigillo parvo appenſo in qualibet expeditione ſolvatur julius unus tantum, ubi non adeſt minor taxa.

Mandata non expedita non ſolvantur.

§.35. Pro mandatis executivis, vel aliis qoibuſcumqne expeditinnibus. Notarii nihil

Digitized by Google

hil recipiant, niſi illis effectualiter partibus conſignatis.

Nemó cogatur accipere expeditionem

§.36. Nec partes ipſæ cogantur accipere aliquam expeditionem, niſi eam quam voluerint.

Pauperes & miſerabiles habeant, ut hic.

§.37. Pauperibus item expeditiones in forma paoperum, miſerabilibus vero gratis omnino tradant etiam ſcripturæ mercedem, diſtinctio vero iſtarum perſonarum Judicis arbitrio remittitur.

Gratis hic indicata fiant.

§.38. Pro terminis coram Judiee ſervandis, Judicibus informaudis, ſcripturis ad eos deferendis, ſeu etiam in Officio perquirendis, regeſtis, ſeu extractibus trauſportandis, & aliis hujuſmodi, Notarii vel eorum ſubſtituti, & in eorum Officiis ſcribæ, & copiſtæ, etiam nomine regalium, ſeu bibaliorum, nihil prorſus, etiam a ſponte dantibus accipiant.

Taxa in cauſis criminalibus ſit tertiæ partis ultra, ut prædictis, & in aliis ſervetur taxa Pii Quarti.

§.39. In cauſis criminalibus expeditionum, quæ erunt ejuſdem generis, ſeu nominis, cujus ſunt ſupraſcriptæ, prætium augeri non poſſit ultra tertiam partem ejus, quod ſupra in eivilibus præſeripium eſt, in regeſtis, extractibus, copiis judiciorum, & alterius quam ſupradicti generis, ſeu nominis, expeditionibus eriminalibus ſervetur taxa ab eodem Pio Prædeceſſore aliis Tribunalibus ordinariis Urbis præſcripta.

Expenſa notetur in calce expeditionis.

§.40. In omnibus expeditionibus immo earum parte Notarius apponat integram ſummam ejus, quod vere expoſitum fuit ſub his verbis, videlicet. Expoſuit in totum tantum, idemque etiam in libro expeditionum ipſius Notarii deſcribatur.

Tabella retineatur.

§.41. Ei ut præmiſſa omnibus pateant, ſciatque quilibet quid, & quantum in præmiſſis exponere debeat, quilibet Notarius Auditoris teneatur poſthac tabulam ſupradictorum prætiorum expeditionum literis majuſculis, ordinate & diſtincte ſcriptam, in ejus Officio palam locu eminenti, & cognito proponere, & ſemper retinere.

Aliæ reformationes noſtris contrariæ cōfirmantur.

§.42. Conſtitutiones irem, quæ tam a Nobis, quam ab aliis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, ad reformationem hujusCuriæ pertinentes emanarunt, & in futurum emanabunt, modo bis contrariæ non ſint, omnino in eadem Curia obſerventur.

Pœnæ contravenientiū.

§.43. Diſtrictius inhibentes Auditori ſub indignationis noſtræ, & Locumtenentibus, ſive Judicibus, ae Notariis prædictis, ſub privationis Officiurom ſuorum, hujuſmodi, & aliis etiam gravioribus, noſtro & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrio infligendis & applicandis pœnis, ne de expeditionibus, & aliis ſibi per præſentem interdictis, ac contra præſentis formam, & tenorem, etiam quorumvis privilegiorum & indultorum, ac literarum eis quomodolibet conceſſarum, aut conſuetudinis, & ſtyli immemorabiliter obſervari, vel alio quovis prætextu ſe intromittere quoquomodo audeant, ſeu præſumant.

Annullatio in contrarium geſtorum.

§.44. Decernentes quæcumque decreta, & acta, ab eiſdem Auditore, Judicibus, Notariis pro tempore contra præſentis formam & tenorem emanata & facta, nulla & invalida, ac extorta, ſubreptitia, nulliuſque roboris vel momenti fore & cenſeri, nemini que propterea ſuffragari poſſe, vel debere.

Decretum irritans.

§.45. Et ita per quoſeumque Judices & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & cauſatum Palatii Apoſtolici Auditores, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.46. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtylo, conſuetudine, ac quocumque temporis curſu, etiam immemorabili roboratis, privilegiis quoque, indultis, eidem Tribunali, ac illius Auditoriatus Officio, & Auditori etiam in ejuſdem Officii erectione & inſtitutione, ae Judicibus, & Notariis ipſis, illorumque Collegio, etiam ſimili Motu, etiam conſiſtorialiter &c. ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, in genere, vel in ſpecie, & alias quomodolibet, etiam per Nos conceſſis, approhatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad huc ſervanda foret, teuores hujuſmodi præſentibos, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, & quibuslibet aliis privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſenti non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus præſentis impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus ſpecifica, & individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum habenda eſſet mentio ſpecialis.

Forma publicandi.

§.47. Ut autem præſens Motus proprius ad omnium notitiam deducator, ac omnes, quorum intereſt, vel intereſſe poterit, afficiat, volumus & mandamus, illius copiam in Palatii noſtri Apoſtolici, ae domus, ſeu Curiæ prædicti Anditoris valvis, necnon in acie Campi Floræ affigi, & ibidem relicta ejus copia aliquandiu detineri.

Sola ſignatura ſufficit.

§.48. Volumus item, quod præſentis noſtri Motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat, in judicio & extra, regula contraria non obſtante.

Fides exemplorum.

§.49. Quodque ejus tranſumptis Notarii publici manu ſubſcriptis, & perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ ſigillo ſignatis, plena & indubia fides, eaque prorſus adhibeatur, ſi foret exhibitus & oſtenſus,

Papæ ſubſcr.

Placet, & ita Motu proprio ſtatuimus & mandamus. M.

D. P. An. V. 20. Novemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, duodecimo Kalend. Decembris, Anno V.

LVIII.

Prohibitio diſputandi in publicis Prædicationibus de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, aut de ea vulgari ſemone ſcribendi, vel dictandi.

De Prædicatorum autem Officio, & approbatione, vide Conſt. XXII. in Leon. X. Superius. *Tom. III. Par. III. fol. 444. ubi notat. De ConceptioneB. Mariæ habes in Conc. Trid. ſeſſ. 3. De peccato originali, in fin. & Conſtit. hujus Pontif. num. 149.*

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa hujus Cõſtitutionis.

SUper ſpeculam Domini, viribus licet exiguis, conſtitnti, prophetæ ſolicitudinem imitantes, die noctuque ad diverſos Eccleſiæ ſtatus noſtræ mentis aciem intendimus, ſtudioſe providentes, ut communi Domino ab omnibus gradibus fideliter ſerviatur, ac illis maxime, quibus diguiora miniſteria divini Spiritus favore credita ſunt, inter quos divini verbi prædicatores adnumerandos eſſe nemo dubitare poterit, qui eorum munus ab ipſo Domino conſecratum, Apoſtolis præcipue injunctum fuiſſe animadvertet, qui ſi adepto gradu digne fungerentur, evangelizantes pacem, annunciantes bona, prædicantes ſalutem, non ſolum vox eorum dulcis, verum & ſpecioſi pedes viderentur, & fraternæ ſalutis uberes fructus referentes, multam fiduciam haberent in die Domini. Verum quod neque ſine animi dolore accepimus, nec referre poſſumus, quidam diverſorum Ordinum Regulares, Clericique ſæculares, omiſſis, quæ Divinæ majeſtatis gloriam, & Sanctiſſimæ Dei Genitricis, aliorumque divinorum revelationem, atque fidelium pietatem promovere poterant, quod Apoſtolus in quibuſdam arguit, languent circa quæſtiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, & contentiones, ceteraque vitiorum monſtra, potiſſimum vero cum de Glorioſæ Virginis Mariæ Conceptione ſermo inciderit, tam pertinaciter pro alterutra parte contendunt, ac ſi de illis dogmatibus eſſet, quæ corde credere ad juſtitiam, ore confiteri ad ſalutem neceſſarium eſt. Quibus illud Prophetæ convenire videtur, dicunt, ait Dominus, cum ego non ſim locutus, cum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ omnium Eccleſiarum magiſtra, & doctrix diſciplinæ de ea re hucuſque non definierit, nemo abſque temeritate præjudicare, vel alterius partis ſententiam damnare poteſt, & quaſi deſint præclariſſima inventricis gratiæ merita, quæ nec Angelica quidem lingua ſatis digne referri poſſunt, & cum ex illo uberrimo fonte, puteoque aquarum viventium non poſſint ſaluberrimas haurire aquas, quibus fidelis populus magna cum utilitate, atque dulcedine reficeretur, ad diſſipatas ciſternas occurrunt, ſtultas ſcilicet, & ſine diſciplina quæſtiones, quæ generant lites, quas nec frequens multitudo intelligere, nec viri ſapientes, qui capiunt, utiliter percipere valeant, præſertim quoniam, ut experimenro didicimus, ipſorum coucionatorum, qui ad quæſtiones hujuſmodi proponendas facilius erumpere ſolent, major numerus materiæ difficultatem prorſus ignorantes, neque intelligentes, quæ loquuntur, aut de quibus affirmant, ſimplicium animos, indiſcretæ devotionis obtentu, vel potius loquacitatis, & oſtentationis effectu, ad tumultus & ſimultates concitant, quos tumultuantes atque diffidentes, componere ſedareque potius oportebat. Cumque parvulis in Chriſto lac infundere, provectis ſolidum cibum apponere deberent, dum in hujuſmodi controverſiis interminatis verſantur, omnibus ubera proferunt arentia, quod non abſque maledictionis nota legimus in Propheta.

Confirmatio decreti Sixti IV. approbati a Conc. Trid. Seſſ. 5. de peccato orig. in fin.

§. 1. Nos igitur qui Prædeceſſorum noſtrorum ſaluberrima decreta pro viribus ſalva eſſe cupimus, potiſſimum illa, quæ a Sacroſancta Synodo Tridentina denuo ſunt confirmata, liberam cuique facultatem relinquentes opinandi hujus controverſiæ quamlibet partem, prout vel magis pium, vel magis probabilem eſſe judicaverit. Prædictorum igitur concionatorum, aliorumque contentioni, atque temeritati populorumque ſcandalis occurrere ſtudentes, Motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſtatutum fel. rec. Sixti Quarti Prædeceſſoris noſtri, ſuper ea re, quod a præfata Synodo innovatum eſt (illud præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum eſſet inſertum, pro plene & ſufficienter expreſſo & inſerto habentes) Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus & approbamus.

Prohibitio diſputandi in popularibus concionibus, de Conceptione B. Mariæ Virginis, aut de ea vulgari ſermone ſcribendi, vel dictandi.

§. 2. Atque ut deinceps efficacius a cunctis obſervetur perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, ac per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus nemo cujuſcumque ordinis, gradus, conditionis, vel dignitatis exiſtat, in popularibus concionibus, vel ubicumque promiſcua virorum & mulierum multitudo convenire ſolet, de hujus controverſiæ alterutra parte diſputare, rationibus, vel doctorum auctoritate afferendo propriam ſententiam, & contrariam refellendo aut impugnando, vel de hac ipſa quæſtione, cujuſvis pietatis, aut neceſſitatis prætextu vulgari ſermone ſcribere vel dictare præſumant. Qui contrafecerit ſuſpenſionis pœnam a divinis abſque nova declaratione ipſo facto incurrat, ſi modo fuerit in ſacris conſtitutus, & quocumque præterea gradu, ſive dignitate, vel adminiſtratione fungatur, illis omnibus ſit pro jure privatus, & ad eadem, vel ſimilia munera obtinenda vel obeunda perpetuæ inhabilitatis cenſuræ ipſo etiam facto ſit obnoxius, ſuper quibus niſi a Romano Pontifice pro tempore exiſtente diſpenſari, ſive abſolvi non poſſit, & nihilominus aliis pœnis, ſi opus fuerit, a proprio Prælato pro delicti menſura infligendis ſubiiciatur, prout ſubiicimus.

§. 3. Ce-

Permiſſio diſſerendi de Côceptione, in diſputationibus, ceſſante occaſione ſcandali.

§.3. Ceterum quandiu per Apoſtolicam Sedem altera pars definita fuerit, oppoſitaque ſententia condemnata, liceat viris doctis, in publicis Academiæ diſputationibus, ſive generalium, aut Provincialium Capitulorum, vel ubi alias interſint, qui rem capere poſſunt, nec ſcandali ulla ſubeſt occaſio, de illa quæſtione diſſerere, & argumentis utramlibet partem, vel aſſerere, vel impugnare, dum tamen neutra, veluti erronea prædicetur, ſerventurque illa omnia, quæ a dicto Sixto Prædeceſſore noſtro ſtatuta ſunt, quorum ſingula, ut præfertur, etiam quantum ad alias pœnas, duximus innovanda, & innovamus per præſentes.

Juſſio publicandi hanc Bullam ubique.

§.4. Ut autem hæc noſtra Conſtitutio, & præmiſſa omnia, ad eorum omnium, quorum intereſt, notitiam congruentius pervenire poſſint, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna privationis ab ingreſſu Eccleſiæ, etiam eo ipſo incurrenda, ſi in his quæ mandamus exequendis ſe negligentes exhibuerint, præcipimus & mandamus omnibus, & ſingulis locorum Ordinariis, ac eorumdem Vicariis ſuffraganeis, & Officialibus quibuſcumque, & aliis ſingulis, ad quos quomodolibet ſpectat, & pertinet, quatenus hujuſmodi noſtram Conſtitutionem ſingulis ſuæ Diœceſis, vel diſtrictius Prædicatoribus, & aliis, quibus expedire judicaverint, opportune inſinuent, & publicent, ac inſinuari & publicari faciant. Et ne quis in poſterum quoquomodo ignorantiam de præmiſſis poſſit prætendere, aut ſe contra præmiſſa valeat excuſare.

Forma & effectus publicationis in Urbe.

§.5. Volumus, & ſimiliter eadem auctoritate decernimus & mandamus, quod præſentes literæ per aliquos ex noſtris Curſoribus in Baſilicarum S. Joannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ valvis, ac in acie Campi Floræ de Urbe de more publicentur, & affigantur, & illis inde amotis remaneant in eiſdem locis earumdem exempla affixa: quæ publicatio & affixio ita omnes, ad quos ſpectat, afficiat, & arctet, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuſvis indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis perſonis, etiam quantumcumque qualificatis, & in quacumque etiam Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, & quavis alia dignitate & honore conſtitutis, etiam quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nequeant quomodolibet conceſſis, quæ eis contra præmiſſa in aliquo ſuffragari non poſſe decernimus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Sanctio pœnalis.

§.7. Volumus inſuper & decernimus, quod præſentes vim perpetuæ, & irrefragabilis Conſtitutionis obtineant, & quod illarum tranſumptis, etiam impreſſis &c.

§.8. Nulli ergo omnino hominum &c.

D. P. An V. 30. Novemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, prid. Kal. Decemb. Pontificatus noſtri Anno V.

Bull. Rom. Tom. IV. Par. III.

CLIX.

Facultas Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. Ordinis S. Auguſtini, feſtum illius celebrandi, etiam in die Dominico, ſi in ea illud, vel illius octava occurrerit, & celebrandi, etiam feſta nonnullorum Sanctorum ſui Ordinis juxta antiquum ritum.

De materia autem hujus Congregationis vide in Con. XXIX. Paſchal. II. Quanto *Tom. II. fol.* 134.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Procemium.

Licet Eccleſia Dei ſponſa tunc veræ jubilationis ſuæ fructum reportet, cum Chriſtifideles omnes ad precum effundendarum exercitium excitat, eumdemque orandi, pſallendique ritum, & morem omnibus proponit, alienum tamen a ratione minime cenſendum erit, ſi aliquos Sanctorum quorumdam patrocinio ſpecialius ſuffultos, ad eorumdem particularem venerationem, etiam per crebras illorum commemorationes ſeſe excitare permiſerit, ut peculiare ipſorum meritum agnoſcentes, eorum quoque veſtigia ſequi quam maxime ſtudeant.

Hic Pontifex Breviarium edidit, & juxta illud ſacra celebrari juſſit.

§.1. Hinc eſt, quod Nos licet alias ex certis tunc expreſſis cauſis omni alio Breviarii uſu interdicto, Breviarium, quod imprimi curavimus, ac pſallendi, precandique formulam in omnibus univerſi Orbis Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, & locis, etiam exemptis, in quibus juxta ritum Romanę Eccleſiæ dici debet, aut conſuevit, ſub certis modo, & forma ſervari mandaverimus, ſtatuentes Breviarium ipſum nullo umquam tempore, in toto, vel in parte mutandum, aut ei aliquid detrahendum, ac alia fecerimus, prout in ipſis literis, quas in cujuslibet Breviarii prædicti principio imprimi voluimus, plenius continentur.

Nunc autem dat licentiam Congregationi Feſta de quibus hic, celebrãdi juxta Ordinis ritum &c.

§.2. Attendentes tamen dilectos filios Canonicos Regulares Congregationis Lateranen. Ordinis S. Auguſtini, eorum Patrem ac primum Apoſtolici illius Ordinis Reformatorem S. Auguſtinum prædictum, ac præterea inſigniores ejuſdem Ordinis Sanctos Martyres, ac Confeſſores, quorum meritis eadem Congregatio per Orbem propagata, & illuſtrata extitit, & in dies ejuſdem Congregationis perſonæ adiuvantur, atque proteguntur, debita, ut par eſt, veneratione cupere, in eorum præſertim diebus, quibus in Domino obdormire eiſdem obtigit, celebrare. Nos propterea pium eorum deſiderium plurimum in Domino commendantes, Motu proprio, ad dictorum Canonicorum, ſeu alicujus eorum ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, Congregationi dictorum Canonicorum concedimus primum, quod ultra conſuetas Salvatoris Lateranenſis, & S. Auguſtini prædicti eorum Patris, ad Veſperas, & Laudes commemorationes, ejuſdem S. Auguſtini feſtum,

ſtum, die vigeſima octava Auguſti occurrens, & per totam illius octavam, tam in Canonicis horis, quam in Miſſæ celebratione, prout hactenus, celebrare poſſint, videlicet in ipſa quidem die, & octava, ſub duplici, infra octavas autem ſub ſemiduplici, cum commemoratione feſtorum ſimplicium occurrentium. De Decollatione autem Sancti Joannis Baptiſtæ fiat ſuo die cum commemoratione octavæ. De Dominica autem ſi occurrat infra octavas, fiat de ea cum commemoratione octavæ, ſin autem in ipſa die, vel octava Dominica occurrerit, fiat de Sancto cum Dominicæ commemoratione, cum Antiphonis videlicet, Hymnis, Reſponſoriis, ac reliquis ipſorum Canonicorum propriis, ordinatis a Divo Thoma Aquinate, juxta eorum antiquum morem, ſeu, & prout, melius, ac congruentius videbitur, ab ipſis reformandis, dum tamen tres primæ lectiones ſint de Scriptura, intra octavas quidem de occurrente, in ipſo autem die, & octava de ſcriptura aſſignata ab ipſis Canonicis, atque congruentius eidem feſto aptata. Mediæ tres, partim de vita ejuſdem Patris, collecta e dictis ejuſdem, in libris præcipuæ confeſſionum, necnon, & Poſſidonii ejus contemporanei, ac ſocii, qui cum per annos quadraginta cum eo familiariſſime vixiſſet, vitam etiam ejus veriori, & integriori modo deſcripſit, partim de ſermonibus ejuſdem Patris de communi vita Clericorum. Tres vero poſtremæ lectiones de Homilia S. Joannis Chryſoſtomi ſuper Evangelium Matthæi: Vos eſtis ſal terræ; pariter, & ejus converſionem die quinta Maii, cum lectionibus ut ſupra authenticis ex ipſo S. Auguſtino, & Poſſidonio, necnon, & cum lectionibus in ultimo nocturno Divi Gregorii Papæ, ſuper Evangelio Lucæ: Erant appropinquantes ad Jeſum publicani, & peccatores. Primam quoque ejus, quæ undecima Octobris, & ſecundam, quæ ultima die Februarii occurrit, traslationes, necnon, & quolibet menſe ſemel ipſius commemorationis feſtum, die in quo feſtum alicujus Sancti non occurrerit, ſub duplici poſſint celebrare. Et ſimiliter Sanctorum Amani Epiſcopi die Decembris ſecunda, S. Thomæ Cantuarien. Epiſcopi, & Martyris, vigeſimanona Decembris. Aquilini Martyris, Januarii vigeſimanona, Guarini Epiſcopi, Februarii ſexta die. Theotoni Confeſſoris, decima octava die Februarii. Albini Epiſcopi, prima Martii. Herculani Epiſcopi, & Martyris, Martii ſecunda. Patritii Epiſcopi, Martii decimaſexta. Monicæ Viduæ, Maii quarta. Ubaldi Epiſcopi, Maii decimaſexta. Juonis Epiſcopi, Maii vigeſima. Bernardi Confeſſoris, Junii decimaquinta. Joannis, Octobris decima. Fridiani Epiſcopi, Novembris decimanona. Gelaſii Papæ, Novembris vigeſima prima. Proſperi Epiſcopi, Novembris vigeſimaquarta. Omnium quoque aliorum d. Congregationis, & Ordinis Sanctorum feſta, etiam ſub duplici officio celebrare, atque iis omnibus, & ſingulis, proprias eorum, atque authenticas lectiones, ſeu & orationes, ſervata prædicta Breviarii forma accommodare valeant, officiaque prædicta recitantes, debito ſuo perinde cenſeantur ſatisfeciſſe, ac ſi ea, quæ in Breviario aſſignantur, recitaſſent, nec ad aliam ulterius recitationem ullo umquam tempore poſſint compelli; prædictaque eorum particularia officia ſeorſum, & ſeparatim a Breviario, ubicumque illis placuerit, abſque alia noſtra, vel Commiſſarii noſtri in illis partibus licentia imprimi facere, libere, & licite valeant.

Inhibitio contra moleſtantes Canonicos ſuper præmiſſis.

§.3. Diſtrictius inhibentes, tam locorum Ordinariis quam quibuſvis librorum impreſſoribus, ceteriſque quavis auctoritate fungentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis majoris, necnon indignationis noſtræ pœnis, ne eoſdem Canonicos ſuper recitatione horarum, aut impreſſione officiorum hujuſmodi impedire, moleſtare, vel inquietare, audeant, vel præſumant.

Clauſulæ præſervativæ hujus conceſſionis.

§.4. Ac decernentes præſentes literas nullo umquam tempore ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari nullatenus poſſe, minuſque, ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi ullateous poſſe, ſed quoties illa emanabunt, toties in priſtinum ſtatum, etiam ſub quacumque Data per ipſos eligenda reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas eſſe, ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum hujus Bullæ deputatio.

§.5. Quocirca dilectis filiis noſtris Flavio Urſino, & Paulo ab Eccleſia, S.R.E. præſbyteris Cardinalibus, & cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, per præſentes Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Canonicorum, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta quæcumque firmiter obſervari, non permittentes eos, ſeu eorum aliquem deſuper contra earumdem præſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, Necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

§.6. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ

Clauſulæ cõtrariorum derogatoriæ.

Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ultra tres dietas ad judicium non trahatur, ac literis noſtris prædictis, quas eoſdem Canonicos ligare nullatenus poſſe volumus, ac quibuſvis aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamſi de eis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent eiſdem præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus, communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Tranſumptorum fides.

§.7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis &c.

D. P. An. V. 18. Decemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 18. Decemb. milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, Pontificatus noſtri Anno V.

CLX.

Privilegium præcedentiæ Canonicorum regularium Congregationis Lateranenſis, Ordinis S. Auguſtini, ante alios quoſcumque Regulares, poſt Clerum ſæcularem.

Quæ hanc reſpiciunt Congregationem vide in Conſt. XXIX. Paſchal. II. Quanto *Tom. II. fol.* 134. *Et de præcedentia cum Monacis S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis extat declaratio Pii IV. in ejus C.LXXXIX.* Sedis *Tom. IV. Part. II. fol.* 171.

P I U S E P I S C O P U S

S E R V U S S E R V O R U M D E I

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

CUM ex Ordinum univerſitate, qui in Dei Eccleſia reperiuntur, illa caſtrorum aciei comparetur, illius autem gubernium Rom. Pontif. Beati Petri vero ſucceſſori ſit demandatum, mirum nemini videri debet, ſi ille curæ ſibi divinitus commiſſæ invigilans, cuilibet quod ſuum eſt, benigne concedendo, & quæ clara etiam ſui ipſorum natura ſunt, ne in recidivæ contentionis ſcrupulum relabantur, opportunæ declarationis, ac novæ conceſſionis remedio conſolidat, ut quibuſvis ſublatis obſtaculis, quilibet pacis amœnitate frui libere poſſit, ac ſcandalorum occaſio penitus tollatur.

Canonici regulares ab Apoſtolis originem traxerunt.

§.1. Cum itaque ſicut accepimus, dilecti filii univerſi Canonici Regulares Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis, qui ab Apoſtolis originem traxerunt, quique ab eodem S. Auguſtino eorum reformatore, iterum per reformationis viam mundo geniti, merito prætendere poſſunt, ſe, omnes alias perſonas Eccleſiaſticas, tam ſæculares, quam regulares, in proceſſionibus, & aliis actibus publicis præcedere debere.

Præcedentia itaque eis datur immediate poſt Clerũ ſæcularem.

§.2. Cum tamen non liceat membra a capite ſeparare; ſed tamen eis locum debitum aſſignare, ipſorumque indemnitati, ut ſine populi ſcandalo in publicum prodire, exemploque potius cæteris Chriſtifidelibus eſſe poſſint, conſulere volentes, ac omnium, & ſingularum litium, quæ forſan ſuper præmiſſis exortæ ſint, aut exoriri quoquomodo poſſint, ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & collitigantium, præſentibus pro expreſſis habentes, Motu proprio, non ad dictorum Canonicorum, vel alicujus alterius pro eis ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia noſtra, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulos Canonicos prædictos, ubicumque locorum exiſtentes, quos deinceps proceſſionibus, & aliis actibus, publicis, vel privatis, intereſſe contigerit, ſtatim ipſum clerum ſæcularem, non exemptum ſubſequi, dum ipſi ſubſequendo præcedunt, dum vero præcedendo præcedunt, illum immediate ſequi debere, auctoritate Apoſtolica per præſentes declaramus. Ac inſuper in omnibus locis, in quibus talis viget conſuetudo in proceſſionibus, ut dicti Clerici non exempti, præcipue quando Canonici alicujus Eccleſiæ Cathedralis, paramenta Eccleſiaſtica induunt, ut cultus divinus magis vigeat, ac ut Sanctiſſimum Corpus Chriſti, ſeu aliæ reliquiæ, quæ proceſſionaliter deferuntur, decentius, & honorificentius aſſocientur, aut quando hoc ipſius Ordinarii mandato contingat, ipſi Canonici ſimiliter, ac illi, Pluvialia, Planetas, Tunicellas, & alia paramenta ſuper eorum Clericalem habitum deferre, necnon pro cruce aſſocianda quæcumque luminaria deferre, libere, & licite poſſint, ſtatuimus, & ordinamus.

Inhibitio in perturbatores.

§.3. Diſtrictius inhibentes quibuſvis locorum Ordinariis, etiamſi Patriarchali, Provinciali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, aut alia dignitate perfulgeant, ſub excommunicationis majoris, & indignationis noſtræ pœna, ne eoſdem Canonicos, ſeu aliquem eorum moleſtare, aut præmiſſa quovis modo declarare, vel interpretari audeant.

§. 4. De-

Clauſulæ hujus privilegii præſervativæ.

§.4. Decernentes præſentes literas nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo quod locorum Ordinarii, aut alii forſan intereſſe habentes, vocati non fuerint, aut nullitate notari, imputari, invalidari, ad terminos juris deduci, in jus, vel controverſiam vocari, cauſamque, vel cauſas quare præmiſſa a Nobis emanaverint, verificandum nullatenus teneri, nec ob id viribus carere; minuſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſtentationibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi; ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, ac plenarie reintegratas, etiam ſub Data per ipſos Canonicos eligenda eſſe; ſicque ab omnibus cenſeri. Et ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & ipſoſmet Ordinarios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quocumque quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum deputatio.

§.5. Quocirca dilectis filiis dictæ Congregationis Protectori, ſeu ejus Viceprotectori, & cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac Vicario Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Laudeſi in ſpiritualibus generali per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Canonicorum prædictorum, vel alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eoſdem Canonicos, illorumque ſingulos, præmiſſis omnibus, & ſingulis vi præſentium continentia, & tenore pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos, ſeu eorum aliquem deſuper per quoſcumque indebite moleſtari, perturbari, & inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe declarando, necnon eas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.6. Non obſtantibus fel. record. Papæ Bonifacii Prædeceſſoris noſtri, etiam qua caveatur, ne quis extra Civitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & illis ultra unam dictam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices a Sede Apoſtolica deput. extra Civitatem, vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere præſumant, ac de duabus dietis in Concilio generali edita dummodo ultra tres dietas quis vigore præſentium ad judicium non trahatur; ac aliis Apoſtolicis in Provincialibus, ac Synodalibus Conciliis editis, ſpecialiter, vel generaliter, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apoſtolicis, quibuſvis Eccleſiis, Congregationibus, Capitulis, Collegiis, Monaſteriis, & aliis locis, eorumque ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſvis tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis decretis, motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus, etiam conſiſtorialiter conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut alia aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nil penitus omiſſo, ac forma in illis tradita obſervata inſerti forent, eiſdem præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Nulli ergo &c.

Si quis autem &c.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, X. Kal. Januarii, Pontificatus noſtri Anno V. D. P. An. V. 23. Decemb.

CLXI.

Revocatio facultatum teſtandi, & quovis alio modo diſponendi de acquiſitis ex bonis Eccleſiaſticis, ac de aliis rebus, etiam proprio labore partis, aut patrimonialibus, ad commodum illegitimorum, etiam legitimatorum, non tamen Hoſpitalibus expoſitorum, & Orphanorum. Et abrogatio habilitationum eorumdem illegitimorum ſuccedendi in dictis bonis, aut rebus feudalibus, & emphyteuticis a piis locis profectis.

De facultate legitimandi, vide in Julii II. Conſt. XIX. Sicut *Tom. III. Par. III. fol.* 529. *Ac Pii IV. Conſt. LIII.* Quamvis *Tom. IV. Part. II. fol.* 100.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

QUÆ Ordini Eccleſiaſtico noxia eſſe, & ſcandala obiicere perhibentur, neceſſe eſt e medio ſubmovere.

§.1. Quod

Revocatio indultorũ teſtandi, & diſponendi de acquiſitis, ex bonis eccleſiaſticis, ac de aliis rebus in favore illegitimorum etiã legitimatorũ non tamẽ Hoſpitalibus expoſitorum, & Orphanorum.

§.1. Quod Nos pro noſtri muneris officio, inter alia incommoda, quæ in oculos noſtros incurrunt, de Chriſti peculio, ne ab indignis, & rejectis ignominioſe conſumatur, neve illorum cauſa, Eccleſiis, & pauperibus præripiatur, curam præcipuam habere volentes, de Nobis attributæ poteſtatis plenitudine, revocamus, & abolemus omnia, & quæcumque privilegia, licentias, diſpenſationes, & indulta faciendi teſtamenta, donationes, ſive inter vivos, ſive cauſa mortis, legata, & quaſcumque alias diſpoſitiones, de Dominiis, Terris, Caſtris, Domibus, & quibuslibet aliis bonis, & rebus, immobilibus, mobilibus, & ſemoventibus, necnon pecuniis, juribus, & actionibus, ex beneficiis, fructibus, penſionibus, & aliis rebus Eccleſiaſticis qualibuſcumque confectis, acquiſitis, & alias quomodocumque provenientibus, necnon de peculio, & aliis etiam ſola induſtria, labore, muneribus, aut quocumque alio modo partis, cujuſcumque qualitatis, quantitatis, ſpeciei, naturæ, & valoris exiſtentibus, in quoſcumque illegitimos, ſive ſuos, ſive extraneos, etiam legitimatos, eoſdemque ex toto, vel in parte hæredes inſtituendi, & ſubſtituendi, ſeu quod ipſi in prædictis ab inteſtato ſuccedant, ceteraſque hujuſmodi facultates, & permiſſiones, ac etiam habilitationes, & capacitates ſuccedendi in bonis, & rebus feudalibus, & emphyteuticis, ab Eccleſiis, Monaſteriis, & piis locis profectis, quibuſcumque perſonis ſæcularibus, & quorumcumque Ordinum, necnon Militiarum, & Hoſpitalium regularibus, ac Romanæ Curiæ Officialibus, & aliis Curialibus, Curiamque ipſam ſequentibus, & etiam Urbis Romæ Civibus, ac Palatia, ædes, cenſus, aliaque bona, in ea, ejuſque diſtrictu habentibus, noſtris quoque, & aliorum Romanorum Pontificum familiaribus, Eccleſiarum Prælatis, etiam S. R. E. Cardinalibus, & aliis cujuſcumque dignitatis, ordinis, & conditionis exiſtentibus, illorumque, & aliis Eccleſiis, Capitulis, Conventibus, Ordinibus, Militiis, Hoſpitalibus, Collegiis, officiis, & locis, ac prædictæ Urbi, aliiſque Civitatibus, Provinciis, & Dominiis, eorumque Dominis, Populis, Civibus, & Incolis, tam per felicis record. Sixtum IV, Innocentium VIII., Alexandrum VI., Julium II., Leonem X., Clementem VII., Paulum III., Julium III., Paulum IV., Pium IV., & qui ante illos fuerunt, alios quoſcumque Romanos Pontifices, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, ejuſque Legatos, etiam de latere, Nuncios, Notarios, Comites, Collegia, officia, & loca, etiam per modum ſtatuti perpetui, generalis legis, initi & ſtipulati contractus, ſeu quaſi, & alias ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis reſtitutivis, præſervativis, mentis atteſtativis, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque ſimili poteſtatis plenitudine, ac prædictorum Cardinalium conſilio, & matura deliberatione in Conſiſtorio habita, necnon conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, etiam ob remunerationem laborum, & obſequiorum, in Nobis, & dictæ Sedi impenſorum, refectionem damnorum, compenſationem jurium ceſſorum, vel ablatorum, navatæ Militiæ contra Hæreticos, & infideles, ſeu pro prædictæ Urbis ornatu, & frequentatione, ac quibuſcumque aliis uſibus, ac etiam neceſſariis, & piis cauſis conceſſa, & multiplicatis vicibus confirmata, innovata, extenſa, & moderata, & quantocumque tempore pacifice obſervata, quoad eam partem, quæ illegitimos prædictos tangit dumtaxat, etiam ſi illa contineant, quod omnes Curiales Curiam ſequentes, & alii, ſive Eccleſiaſtici, etiam Cardinales, ſive mundani, qui Palatia, domos, & prædia, urbana vel ruſtica, edificaverint, aut cenſus, aliave bona acquiſiverint, aut alias acquiſita habuerint in d. Urbe, & circum eam ad milliaria decem, ex bonis, ſeu fructibus Eccleſiaſticis, hi tales de illis, necnon juribus, & juriſdictionibus omnibus, in favorem illegitimorum, ac quomodolibet inhabilium, & incapacium, ſive inter vivos ſive cauſa mortis diſponere, eoſque hæredes, & ſucceſſores univerſales, vel particulares inſtituere, & ſuſtinere, & ſi inteſtati deceſſerint, ipſi illegitimi, & incapaces in illis ſuccedere poſſint, quodque per quaſcumque revocationes, derogationes, aut alias contrarias diſpoſitiones illis, quorum intereſt, præjudicari nequeat, & ſi ullo umquam tempore præjudicatum, aut derogatum quoquomodo apparuerit, jus quæſitum ablatum, & literæ revocationum, & derogationum hujuſmodi, juris quæſiti ablata cenſeantur. Sicque per quoſcumque Judices judicari debeat, & etiam definiri.

Revocatio facultatum legatorum Nũciorum & aliorum ſimilia concedendi.

§.2. Ac pariter tollimus, & abrogamus omnes, & quaſcumque facultates ſimilia concedendi, Legatis, Nunciis, Notariis, Comitibus, Collegiis, Officiis, & aliis ſupradictis, quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, habemus præſentibus pro expreſſis. Ita ut privilegiorum, diſpenſationum, facultatum, habilitationum, capacitatum, indultorum, & aliorum ſupradictorum ſic revocatorum, aut etiam literarum, legitimationis prætextu, nullus omnino de hujuſmodi bonis, rebus, pecuniis, juribus, juriſdictionibus, & actionibus, in commodum, & favorem illegitimorum utriuſvis ſexus, ſive eorum filiorum, ſive conſanguineorum, affiniumve, ſive extraneorum etiam in ſtatu ſæculari procreatorum, ac legitimati quacumque auctoritate donatorum, & ad hujuſmodi res, & bona, ejuſque ſucceſſionem, teſtato, vel inteſtato, idoneorum, & capacium effectorum, ſive teſtamento, ſive donatione, ſive legato, ſive eleemoſyna, ſive alio quocumque titulo, & pio opere (exceptis in communi, ac omni

omni fraude, conventione, ſeu compoſitione ceſſante, Hoſpitalibus expoſitorum, & Orphanorum) diſponere, nec illegitimi ipſi in eis ab inteſtato, ſive protinus ſive per interpoſitas perſonas, ac quomodocumque ſuccedere, aut illa alias ad eos, etiam per quemcumque circuitum multiplicatarum in alios capaces ſucceſſionum, ullo tempore devenire poſſint.

Annullatio contrariarum diſpoſitionum quæ non ſunt ſortitæ effectum.

§.3. Ac etiam nulla eſſe, & pro infectis habere volumus, omnia, & quæcumque facta hucuſque teſtamenta, legata, donationes, & alia diſpoſita hujuſmodi, quæ viventibus adhuc teſtatoribus, aut alias locum non habuerunt, ac pariter ab inteſtato ſucceſſiones, non tamen litigioſas, quæ plenarium non ſunt effectum ſortitæ.

Prohibitio diſponendi, ut aliquid ipſis illegitimis concedatur.

§.4. Dehic vero diſtrictius prohibemus ne talia ſive in prædictos illegitimos utriuſlibet ſexus, ſive in illorum coniuges, ſive ipſorum parentes, filios, deſcendentes, aſcendentes, vel alios cognatos, ſive viventibus, ſive defunctis illegitimis, etiam paupertatis, dotis, aut alterius cujuſcumque pii operis intuitu fiant, neve ipſis umquam in rebus, bonis, pecuniis, juribus, juriſdictionibus, & actionibus prædictis, ſive totis, ſive in parte ſuccedant, aut illa ad ipſos, quavis diſpenſatione ſuffultos, etiam per prædictum circuitum deveniant, neve de eis ulla in alium ſeu alios conceſſio, donatio, translatio, aliave diſpoſitio fiat, ut alia bona ſimilia, vel diſſimilia, illegitimis, aut aliis ſupradictis concedantur.

Annullatio diſpoſitionum alius fien. & pœna diſponentium.

§.5. Quod ſi prædictorum quiſquam fuerit præſentium violator, teſtamentum, donatio, legatum, & diſpoſitio omnino non teneat, nec etiam quoad alios capaces & res alias valeat, ſicque diſponens privilegio, diſpenſatione, facultate, & indulto prædicto, ejuſque uſu, & commodo, etiam in ceteris omnibus ipſo jure ſit privatus. Nemo quantumvis capax illius prætextu, fructus, res, pecunias, aut prorſus alia bona ſua faciat, nec illa detinens præſcriptione, aut ullo alio juris præſidio adjuvetur, ſed ad integram illorum reſtitutionem quocumque temporis lapſu non obſtante, debeat coerceri.

Succeſſores in beneficiis, bona de quibus aliter proviſum eſſet, recuperare poſſint, & eis non inſiſtentibus idem faciant Locorũ Ordinarii pro Sede Apoſt.

§.6. Ita ut omnes in Eccleſiis, Monaſteriis, & beneficiis ſucceſſores, tam coniunctim quam diviſim, quiſque videlicet pro rata parte ſua, illa omni tempore recuperare poſſint, & qui primus ceteris ab eo monitis, & negligentibus, judicium intenderit, ei ſoli res tota merito vendicetur. Nullis vero hujuſmodi ſucceſſoribus, pro prædictis inſiſtentibus, ac etiam de peculio alias quam ex rebus Eccleſiaſticis confecto, locorum Ordinarii, tam conceſſorum, & relictorum illegitimis, eorumve cauſa, quam quorumcumque aliorum bonorum immobilium, mobilium, & ſemoventium, necnon pecuniarum, fructuum, rerum, & jurium, alias ſub dictis teſtamentis, donationibus, & diſpoſitionibus comprehenſorum, corporalem poſſeſſionem, amotis inde, & expulſis quibuſcumque detentoribus, ſive incapacibus ſive capacibus, per ſe, vel alium, ſeu alios, libere apprehendant, & apprehenſam hujus Sedis nomine cuſtodiant, donec ipſa Sedes de illis, uti tum tulerit piorum operum neceſſitas, duxerit providendum.

Bona eccleſiaſtica feudalia non exiſtẽtibus legitimis ad Eccleſ. devolvuntur.

§.7. Bona vero, res, & jura, feudalia vel emphyteutica (aliis legitimis ad ea forte vocatis non exiſtentibus) eo ipſo devoluta, & juri, ac proprietati ſuarum Eccleſiarum, & locorum reſtituta, & cum reliquis eorum bonis conſolidata eſſe declaramus.

Decretum irritans.

§.8. Decernentes irritum, & inane, quicquid ſecus per quoſcumque, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.19. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiarum, Capitulorum, Conventuum, Ordinum, Militiarum, Hoſpitalium, Urbium, Provinciarum, Collegiorum, etiam Cardinalium, & officiorum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia communitis, & in Conſiſtorio prædicto, ſeu Conclavi habitis: aliiſque privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus, illis, eorumque, & aliis quibuſcumque perſonis, cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam ſupradictis fortioribus, ac etiam diſponentibus, quod prædicta per quaſcumque literas numquam, aut ſine conſenſu illorum, quorum intereſt, revocata, aut ſublata intelligantur, & alias cujuſcumque tenoris exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, aut omnino non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, ad verbum habenda eſſet in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia, quatenus prædictis adverſentur, illorumve executionem diſturbare poſſint, viribus prorſus, & effectu carere decernimus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Quia vero difficile nimis eſſet præſentes quocumque illis opus erit, perferre.

D. P. An. VI. 27. Januarii.

§.10. Volumus, ut earum exempla, etiam impreſſa &c. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1571. 6. Kal. Februarii, Pont. noſtri Anno V.

Sequitur extenſio dictæ Conſtitutionis, etiam ad bona patrimonialia.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

AD Roman. ſpectat Pontif. ſua ſolicitudine indefeſſa diligenter providere, ut ea, quæ ab eo emanata ſunt, ita ſuæ declarationis adminiculo dilucidentur, quod nulla deſuper dubitandi occaſio ei relinquatur.

Pius IV. edidit Conſt. de qua hic.

§.1. Licet etenim &c. *Omittitur hic relatio Bullæ Pii IV. quia ipſam totam habes in Tom. IV. Part. II. fol.* 100. Quamvis.

Hic autem Pontifex edidit præſentem hanc Bullam.

§.2. Nos deinde per quaſdam noſtras ſub dat. ſexto Kalend. Februarii, Pontificatus noſtri Anno VI., confectas in forma Motus proprii literas, &c. *ut ſupra in Bulla, quæ præcedit.*

§.3. Quia

Dubitatum eſt an Conſtitutio intelligatur etiam quo ad bona patrimonialia.

§.3. Quia tamen ſicut poſtea accepimus, lite & cauſa in partibus coram dilecto filio Guber. Civitatis noſtræ Faventinæ inter dilectum filium Bartholomæum de Lanzonibus laicum Faventinum ex una, & quemdam Sanctum filium, ſpuriumq. Barnabæ etiam de Lanzonibus Presbyteri, ipſius Bartholomæi proximioris, de & ſuper hæreditate, & bonis dicti Barnabæ Presbyteri defuncti, quam, & quæ Bartholomæus tamquam proximior, ſeu alias quomodolibet de jure, Sanctus vero præfatus tamquam aſſertus hæres teſtamentarius, & prius legitimatus ejuſdem Barnabæ, ad ſe ſpectare reſpective contendunt, ac dictus Sanctus de eodem Barnaba tunc Presbytero illegitime natus fuit, & defectum natalium patitur, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi deductis, & illorum occaſione deducendis in Romana Curia pendentibus, partibus ex altera, contingit dubitari, an contra tales illegitimos dictæ noſtræ literæ editæ loquantur, & intelligantur etiam de bonis patrimonialibus, ipſeque Bartholomæus ſit pauper, ejus facultates ad ſuſtinendum litem non ſuppetant, ac propterea dictus Bartholomæus cupiat mentem, & intentionem noſtram ſuper præmiſſis expreſſe declarari.

Declarat modo idem Pontifex eandem Conſtitutioně procedere etiam quoad bona patrimonalia.

§.4. Nos hujuſmodi dubium elucidare, & voluntatem noſtram patefacere volentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenores præſentium declaramus, dictas literas noſtras loqui, & intelligi etiam de quibuſcumque bonis patrimonialibus, tam mobilibus quam immobilibus, & ſe moventibus, juribus, & actionibus quibuſcumque, ſicque etiam ab initio intentionis, & incommutabilis mentis noſtræ fuiſſe, & eſſe, atteſtamur.

Decretum irritans.

§.5. Ac ita in præmiſſis ab omnibus cenſeri, ac per præfatos, & quoſcumque alios Judices, etiam Curiæ, & Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, de latere Legatos, ſublata ipſis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, & ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, & quacumque alia litis pendentia, necnon Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac regula noſtra de non tollendo jure quæſito in Cancellaria Apoſtolica edita, ac legibus, & ſtatutis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, necnon omnibus aliis, quæ in dictis literis noſtris volumus non obſtare, ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

D.P.An.VII. 5.Martii.

Datum Romæ apud S.Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die quinta Martii, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Pontificatus noſtri Anno VII.

CLXII.

Cambiorum illicitorum declaratio, & prohibitio.

De pœnis ejuſmodi cambiorum, attende Pii IV. Conſtitut.I. Cum ſicut. *Tom.IV. Par.II. fol.1. Sed prætextu uſurariæ pravitatis non retardatur exactio creditorum ad inſtantiam Fiſci coram A.C. ut in ejuſdem Pii IV. Conſtit.LXVI.* Inter multiplices, *ibidem fol.125.*

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN eam pro noſtro paſtorali officio curam diligenter incumbimus, ut Domini noſtri ovibus opportuna pro animarum ſalute remedia adhibere minime differamus.

Cauſa Conſtitutionis.

§.1. Cum itaque ad aures noſtras pervenerint, legitimum cambiorum uſum, quem neceſſitas, publicaque utilitas induxit, ſæpenumero ob illiciti quæſtus cupiditatem depravari, ut ſub illius prætextu uſuraria pravitas a nonnullis exerceatur. Nos petitionibus, quæ ſuper his Nobis nuper factæ ſunt, hac perpetuo valitura decretali reſpondendum eſſe duximus, ut neque doloſis ſua fraus ſuffragetur, neque ignaros perdat inſcitia: ſic enim Paſtoris officium exequimur, dum gregem Nobis commiſſum ab æternæ damnationis periculo eripere modis omnibus ſtudemus.

Cambiorũ illicitorum declaratio, & prohibitio.

§.3. Primum igitur damnamus ea omnia cambia, quæ ſicca nominantur, & ita confinguntur, ut contrahentes ad certas nundinas, ſeu ad alia loca cambia celebrare ſimulant, ad quæ loca ii, qui pecuniam recipiunt, literas quidem ſuas cambii tradunt, ſed non mittuntur, vel ita mittuntur, ut tranſacto tempore unde proceſſerant, inanes referantur, aut etiam nullis hujuſmodi literis traditis pecunia ibi denique cum intereſſe repoſcitur, ubi contractus fuerat celebratus, nam inter dantes, & recipientes, uſque a principio ita convenerat, vel certe talis intentio erat, neque quiſquam eſt, qui in nundinis, aut locis ſupradictis hujuſmodi literis receptis ſolutionem faciat. Cui malo ſimile, etiam illud eſt, cum pecuniæ, ſive depoſiti, ſine alio nomine ficti cambii traduntur, ut poſtea eodem in loco, vel alibi cum lucro reſtituantur. Sed, & in ipſis cambiis, quæ realia appellantur, interdum, ut ad Nos perfertur, campſores præſtitutum ſolutionis terminum, lucro ex tacita, vel expreſſa conventione recepto, ſeu etiam tantummodo promiſſo, differunt. Quæ omnia Nos uſuraria eſſe declaramus, & ne fiant diſtrictius prohibemus. Porro ad tollendas quoque in cambiis, quantum cum Deo poſſumus, occaſiones peccandi, fraudeſque fœneratorum ſtatuimus, ne deinceps quiſquam audeat, ſive a principio ſive alias, certum, & determinatum intereſſe, etiam in caſum non ſo-

lutionis paciſci, neque realia cambia aliter quam pro primis nundinis, ubi illæ celebrantur, ubi vero non celebrantur pro primis terminis juxta receptum locorum uſum exercere, abuſu illo prorſus rejecto, cambia pro ſecundis, & deinceps nundinis, ſive terminis exercendi. Curandum autem erit in terminis, ut ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus ſolutio deſtinatur, ne, dum longiores præfiguntur, quam loca deſtinatæ ſolutionis deſiderant, fœnerandi detur occaſio.

Contravenientium pœnæ.

§.3. Quicumque contra hanc noſtram Conſtitutionem commiſerit, pœnis a ſacris Canonibus contra uſurarios inflictis, ſe noverit ſubjacere. Eos vero, qui conſpirationes fecerint, vel congeſtam undique pecuniam ita ad ſe redegerint, ut quaſi monopolium pecuniæ facere videantur, pœnis quæ a jure contra exercentes monopolia conſtitutæ ſunt, retineri ſancimus.

Forma publicandi.

§.4. Volumus autem quod præſentes literæ in Camera Apoſtolica, & ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & Cancellariæ, etiam Apoſtolicæ publicentur, & in ipſa Camera reſcribantur.

Tranſumptorum fides.

§.5. Et quia difficile foret eas ad ſingula quæque loca deferri, quod earum tranſumptis &c.

Nulli ergo &c.

D. P. An VI. 28. Januarii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, 5. Kal. Februarii, Pon. noſtri Anno VI.

CLXIII.

Extinctio Ordinis Fratrum Humiliatorum, cum reſervatione Sedi Apoſtolicæ beneficiorum, & bonorum propterea vacantium.

Alia de exinde ſecutis vide in Conſt. ſubſequenti.

PIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa hujus extinctionis.

QUemadmodum ſolicitus pater, qui unice carum educavit filium via ſalutis egreſſum revocare cupiens primum hortatur, indulget, prætermittit, increpat, alia præterea atque alia tentare non deſinit, dum quod capetit, modo aliquo conſequatur, omnia denique expertus, cum nihil jam proficere intelligit, deſperata prorſus ſalute, omnem de illo parentis animum eiicit, domo expellit, indignum exiſtimans qui parta hæreditate fruatur. Sic Romanus Pontifex, quem divina Majeſtas Patrem, & Paſtorem omnium Eccleſiæ ſuæ Ordinum conſtituit, ſicubi quampiam Sacrarum Congregationum a Regula, & vitæ præſcripto aberrare percipit, modo admonendo, modo concedendo, modo corripiendo, connititur, eam vel primis inſtitutis reſtituere, vel certe quo pacto emendatam, in aliquo ſtatu illis magis cohærenti continere, omnibus tandem ad illius ſanitatem conquiſitis, ubi ſalutaria remedia faſtidire, & viam iniquitatis obſtinatius procedere, atque adeo in pravum indureſcere animadvertit, ut potius confringi, quam corrigi poſſit, omni curatione rejecta, de ipſa removenda decernit, ne inveterati atque indomiti mali vis in alias inſurgat, eiſque exitio ſit futura. Quod (ut noſtrum hac in re ſtudium flagrat) cum in plurimis, tum maxime in Fratrum Humiliatorum familia enixe curavimus, nihil inexpertum relinquentes, quin illa multis jampridem modis affecta, etſi non protinus, certe accommoda rerum moderatione directa, ad priſtinum inſtitutum paulatim regrederetur.

Cardinalis Borrhomæus multa ſtatuit pro emendatione Fratrum Humiliatorũ. Iſte Card. in Sanctorũ numerum relatus eſt a S. D. N. Paulo V.

§.1. Etenim poſtquam dilectus filius noſter Carolus Tit. S. Praxedis presbyter Cardinalis Borromæus hujus Ordinis Protector, & Apoſtolicæ Sedis delegatus, animadvertens dictos Fratres in luxum jampridem effuſos eſſe, multa de ratione cultus divini, de obedientia, & vita, ut antea communi, deque modo recipiendorum, & educandorum Religioſorum providenter ſtatuerat, cum intelligeremus, eos illa, ceteraque omnia Regulæ ſuæ inſtituta omnino aſpernari, vitamque omnium voluptatum confertam ducere, ac Præpoſitos, & qui ex eo Ordine rerum adminiſtrationem habebant, bonam magnamque fructuum partem veluti propriam in vanitatibus mundanis, turpitudinibuſque flagitioſe profundere, innumeraque ſcelera committere.

Et hic Pontifex alia decrevit pro eorumdem reformatione.

§.2. Nos vias omnes, quæ illos in aperta hujuſmodi pericula atque incommoda conjecerant, excludere conati, pleraque alia de ipſorum vita, moribus, & proprietate Regulæ inimica, deque modo, & tempore gubernandæ cujuſque Præpoſituræ, necnon ratione adminiſtrationis bonorum, & diſpenſatione proventuum, aliiſque muneribus, & officiis, ad prolapſi hujus ſtatus, & diſciplinæ regularis reparationem maxime conferentibus edidimus, ſperantes illa proſperos tandem ſucceſſus dicto Ordini allatura.

Sed tamen iidem Fratres flagitioſam vitam retinuerunt, & multos exceſſus commiſerunt, necnon Hieronymus Lignana, & quidam alii Fratres necem Card. Borrhomæi Protectoris procurarunt.

§.3. Sed obſiſtente bonarum rerum perturbatore, plerique omnes (quoniam otio, & deſidia nimium aſſueverant) regulæ inſtituta, & emendationem abhorrentes, etſi ſtatuta, & præcepta noſtra communi conſenſu palam acceptarunt, clam tamen quibus illa modis ſupprimerent comminiſcentes, nefarias proteſtationes in occulto fecerunt, neceſſarios ſuos, & alios potentiores laicos ad inteſtinas ſeditiones concitarunt, ſuaſores præterea, & impulſores ad intimos Summorum Principum Miniſtros dimiſerunt, qui magnis præmiis, & pollicitationibus eos pellicerent, in animos prædictorum Principum inducere, ut Nos ad illam reſcindendam inclinarent, multaque alia de ea tollenda pravis artibus ſunt conati, ut turpem illam, & flagitioſam vitam ſuam retinerent, lætaleſque mundi voluptates

ptates ſequerentur. Inter quos non defuit, qui altius præcipitatus, etiam a Catholica fide ad Hæreticos, & impia illorum dogmata declinarit. Quibus cognitis, omnium graviſſimum impœnitentiæ peccatum in eis animadvertimus, qui toties fruſtra correpti, in eadem obſtinatione perdurare contenduot, non ſatis habentes talia attentare, niſi, & iis, qui inter ipſos, qui poſſe putant, illis in primis, qui ſaluti eorum ſedulo invigilant, exitium machinentur, illius ſtimulis coocitati, qui ſceleſtum Judam iu funeſtum avaritiæ morbum inieciſſe non coutentus, etiam ad prodendum Dominum ſuum pecunia impulit. Hujus nimirum ſpiritus nequiſſimi ductu, quondam Hieronymus Lignana Præpoſitus præpoſituræ S.Chriſtophori Vercellen., & plures alii conſceleratі hujus Ordinis in necem dicti Caroli Cardinalis propitiatoris ſui conſpirantes, ut pecuniam ad tantum neſas expetitam conficerent, de trucidando in primis dilecto filio Fabio Simoneta Fratre dicti Ordinis, proventuum præpoſituræ Bredæ Mediolanenſis depoſitario, apud quem oummos invenire credebant, ſecreto convenerunt, inde ad Eccleſiam dictæ Præpoſituræ, in qua ipſum orantem laqueo ſuffocare decreverant, profecti, ſed inter ſe de modo aggrediendi miſericordia Salvatoris noſtri, diſcordes, hoc conatu deſtiterunt, mutatoque conſilio ſacra aurea, & argentea furati ſunt. Quibus clam venditis, ſeu pignori datis, prædictus Hietonymus quondam Donatum Farinam comprofeſſorem ſuum apoſtatam pacta pecunia induxit, ut ipſum Carolum Cardinalem occideret; qui nacta loci, & temporis opportunitate, in eum veſperi de more in ſacello cum ſamilia precantem, ut tranſverberaret, ſclopum glandibus confertum, igne admoto esoneravit, ſed telorum parte ad veſtes orantis esinanita, aliis utrimque in proximo violentia ictus defiſis, innocentem divina pietas, ſalvum, & incolumem conſervavit. Quare ambo, & quidam alii hujus neſandi criminis participes, poſtea capti pœnas debitas perſolverunt.

Ideo hic Pontifex Ordinis Fratrum Humiliatorũ extinguit.

§.4. Quando igitur familiam prædictam nulli ſtudio ad Eccleſiæ Dei utilitatem proficienti incumbentem nulli diſciplinæ eccleſiaſticæ deditam, nullum omnino futuræ virtutis ſpecimen oſtendentem, tam deteſtandis facinoribus infectam, tam atroci ſacrilegio contaminatam, & præterea impœnitentem, atque incorrigibilem agnoſcimus, omni de illa ſpe prorſus eſcluſa, ipſam tandem tollere conſtituimus, tamquam malam arborem fructus peſſimos proferentem. Habita itaque cum Fratribus noſtris deliberatione matura, de illorum conſilio, & Nobis attributæ poteſtatis plenitudine, extinguimus, & abolemus Ordinem prædictorum Fratrum Humiliatorum, & Officium Præpoſiti Generalis, ac Provincialium, & quæcumque alia miniſteria Ordiois ſic ſuppreſſi, necnon omnia, & quæcunque ſtatuta, conſuetudines, & decreta ejuſdem, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quacumque firmitate munita, & pariter privilegia, & indulta generalia, & ſpecialia, quorum omnium tenores, ac ſi ad verbum inſererentur præſentibus, habemus pro expreſſis, quibuſcumque illa concepta ſint formulis, necnon irritantibus aliis decretis, & vinculis roborata.

Generalem & alios omnibus officiis, & beneficiis, & Conventibus, & bonis privat.

§.5. Privamus Generalem, ac ceteros omnes Præpoſitos, & Fratres omnibus Præpoſituris, dignitatibus, adminiſtrationibus, Officiis & beneficiis Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, necnon domibus, Conventibus, & locis immobilibus, mobilibus, & ſemoventibus, in Italia, & ubicumque geotium conſtitutis, ſacra quoque, & communi ſuppellectile, ac ipſorum omnium uſu, uſufructu, adminiſtratione ac poſſeſſione, ſpirituali, & temporali, ac etiam jure, & actione, ſive per ſtatuta noſtra, ſive alias quomodolibet pertinente. Ac tollimus cis omnimodam facultatem, uſum, & auctoritatem, generalia, provincialia, & alia capitula de cetero celebrandi.

Et profeſſo in locis eis aſſignandis, regularem vitã ducere, aut ad pares, vel ſtrictiores Ordines tranſire præcipit.

§.6. Volumus tamen, ut omnes fratres, qui nunc ſunt, qui profeſſionem regularem emiſerunt, deinceps in domibus, & locis, quos eis cum victu, & aliis neceſſariis proxime aſſignandos curabimus, omnino redigantur, ut ibi vitam ducant regularem, ſuæ profeſſioni conformem, ſub cura, & viſitatione Ordinariorum locorum, aut alterius, vel aliorum, quos eis duserimus delegandos, vel justa juris communis diſpoſitionem tranſeant, ad pares vel ſtrictiores Ordines approbatos.

Novitioſque & non profeſſos expelli mandat.

§.7. Novitii vero, & alii quicumque non profeſſi, detracto Religionis habitu, ex profeſſorum conſortio, & domibus expellantur.

Alioſque ad hunc Ordinẽ recipi, & alia loca acquiri prohibet.

§.8 Quibus profeſſoribus nominatim præcipimus, atque interdicimus, ne poſthac quemquam expulſorum, aut omnino alium, etiam voventem, ad profeſſionem, vel habitum admittant, nec novas domus vel loca recipiant, vel acquirant; quod ſi ſecus fiat, profeſſio ſit inanis, neminemque obliget, neque in ſpecie, neque in genere ſic profeſſum. Novarum domorum, ſeu locorum receptiooes, vel acquiſitiones, viribus & effectu careant, & contraſacientes excommunicationis ſint ſententia eo Ipſo innodati, a qua nullus, niſi in mortis articulo conſtitutus abſolvi poſſit, abſque Romani Pontificis licentia ſpeciali.

Reſervatque Sedi Apoſt. beneficia ſæcularia ob hujuſmodi privationem vacantia & loca, & bona hujus Ordinis

§.9. Ceterum intendentes, & cultui divino, & Eccleſiæ miniſtris quamprimum proſpicere, omnes Præpoſituras, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, Officia, ceteraque beneficia Eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, quæ deinceps ſæcularia ſint, per privationem prædictam, apud Sedem Apoſtolicam vacantia, necnon domus, Conventus, loca, ſuppellectilem, bona, res, actiones, & jura ſupradicta, eorumque proprietatem & dominium, noſtræ & dictæ Sedis liberæ diſpoſitioni, ſpecialiter & expreſſe reſervamus. Decernentes irritum & inane, quicquid ſecus per prædictos, aut quoſcumque alios, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Fides exemplorum.

§.16. Volumus autem ut præſentium exempla.

Nulli ergo &c.

D. P. An.VI. 7. Februarii.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, ſeptimo Idus Februarii Pontificatus noſtri Anno VI.

Papæ ſubſcr.

✠ Ego Pius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Sequuntur ſubſcriptiones Cardinalium & publicatio.

CLXIV.

Præpoſiturarum nuper extincti Ord. Fratrum Humiliatorum diſtributio, & applicatio, ipſorumque Fratrum diviſio cum locorum & alimentorum aſſignatione. Et cum earumdem dignitatum & beneficiorum ſæcularium d. Ordinis, reſervatione diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Conſtitutionis præced. ſummam refert.

QUoniam per extinctionem Ordinis Fratrum Humiliatorum, & privationem Generalis, ac ceterorum omnium Præpoſitorum, & Fratrum illius, omnibus Præpoſituris, dignitatibus, Officiis, & beneficiis Eccleſiaſticis, cum cura & ſine cura nuper a Nobis de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine factas, intendentes, & cultui divino, & miniſtris Eccleſiaſticis quamprimum proſpicere, præpoſituras, dignitates, Officia, & beneficia prædicta, quæ deinceps ſæcularia eſſent, necnon bona, domos, redditus, res, actiones, & jura Ordinis ſic ſuppreſſi, noſtræ & Apoſtolicæ Sedis diſpoſitioni ſpecialiter, & expreſſe reſervavimus. Præterea voluimus, ut omnes Fratres, qui profeſſionem emiſerant regularem, deinceps in domibus & locis, quæ eis cum victu, & aliis neceſſariis aſſignandos curaremus, omnino redigerentur, ut ibi vitam ducerent regularem ſuæ profeſſioni conformem, ſub cura & viſitatione Ordinariorum locorum, aut alterius vel aliorum, quo eis delegaremus, vel juxta juris communis diſpoſitionem tranſirent ad pares, vel arctiores approbatos.

Et modo diſſolvit uniones Præpoſiturarũ d. Ordinis.

§.1. Nunc autem ad inducendum novum in dictis præpoſituris & locis ſtatum, cuique quantum poteſt convenientem, & item ſubveniendum aliis Eccleſiis, Conventibus, piis locis, Officiis, & miniſtris ad Religionis cultum, & fidei Catholicæ propagationem, & tutelam utilibus & neceſſariis, ſimulque ad prædictorum Fratrum diſtributionem, & divini Officii celebrationem paterna caritate intenti, ut ea quæ facere inſtituimus, omni impedimento ſoluta plenarium conſequantur effectum, De ſimili poteſtatis plenitudine, diſſolvimus omnes & quaſcumque uniones, annexiones, & incorporationes, perpetuas & temporales, præpoſiturarum S. Mariæ Eliſabeth de Buſto parvo Mediolanenſis Diœceſis, S. Catharinæ Cremonenſis, ac forſan aliarum, quæ nominatim præſentibus exprimuntur, ſive ut aliæ aliis, ſive ut invicem, aut alias quacumque cauſa ante hac factas, reſtituentes eas in liberum & ſolutum ſtatum quantocumque ipſæ tempore ut unitæ pacifice ſint poſſeſſæ.

Quorum aliquas diſtribuit & applicat.

§.2. Rurſus, verum annuum valorem fructuum, reddituum, & Proventuum ſingularum præpoſiturarum, necnon Eccleſiarum, Capitulorum, domorum, Conventuum, Collegiorum, Hoſpitalium, & aliorum locorum, omnium præſentibus comprehenſorum, ſecundum communem illorum æſtimationem, & quantumcumque ſint, necnon fructuum reſervationes, & penſionum aſſignationes, quos & quas perpetuo, vel ad tempus ſeorſum facere intendimus, præſentibus pro expreſſis habentes, perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus præpoſituram S. Petri Bergomenſis cum omnibus rebus & juribus ſuis, & quæ ei competunt actionibus, præpoſituræ SS. Simonis & Judæ: Ac ſimili modo præpoſituram S. Mariæ Ticini Novarienſis diverſis, præpoſituræ S. Crucis Novarienſis, & præpoſituram S. Jacobi Moncalerii, præpoſituræ SS. Trinitatis Avilliani Taurinenſis Diœceſis; Et præpoſituram S. Joannis Baptiſtæ de Damaſo, præpoſituræ S. Urſulæ de Surrigo; Et præpoſituras S. Michaelis de Paganica, & S. Corpetis præpoſituræ S. Mariæ Cigoli; Et præpoſituram S. Bartholomæi Aquenſis, menſæ Epiſcopali Aquenſi; Et præpoſituram S. Georgi Canturii, menſæ Capitulari Eccleſiæ S. Vincentii plebis Galliani ad Canturium; Et præpoſituram S. Syri Alexandrin. cui cura Parochianorum imminet animarum, Hoſpitali pauperum SS. Blaſii & Antonii, cura & Parochianis omnibus ad viciniorem parochialem Eccleſiam, quam Ordinarius loci aptiorem commodioremque viderit translatis: Et præpoſituram S. Bartholomæi Veronenſis, Officio Inquiſitionis hæreticæ pravitatis, Apoſtolica auctoritate ibi ſtatuto. Ad hæc in ſingulis domibus, de Canonica, & S. Joannis Evangeliſtæ, & Sanctiſ. Trinitatis Mediolanenſis, & S. Bartholomæi Bergomenſis, & S. Franciſci Paduan. & S. Marci Terdonæ, & S. Odorici, & omnium Sanctorum Papien., & etiam omnium Sanctorum Modoetiæ ſupprimimus perpetuo & extinguimus nomen, titulum dignitatem, & eſſentiam præpoſituræ, omniaque inſignia veteris inſtituti dividimus & ſeparamus, omnia harum ſic ſuppreſſarum præpoſiturarum bona, res, actiones, & jura a ſua quaque Eccleſia & domo, necnon hortis, viridariis, & pertinentiis intra clauſuram cujuſque domus conſiſtentibus, in hos, qui ſequuntur uſus, perpetuo aſſignatis. Siquidem concedimus Eccleſias, ædes, hortos, viridaria, & pertinentias intra prædictam clau-

clauſuram exiſtentes ipſarum ſuppreſſaru n præpoſiturarum, videlicet de canonica Sancti Joannis Evangeliſtæ, & Sanctiſſimæ Trinitatis Mediolanen. ad uſum Seminarii, ſeu aliorum Collegiorum, Congregationum, & Hoſpitalium, prout dilecto filio Carolo Cardinali Borrhomæo Eccleſiæ Mediolanen. præſuli videbitur utilius expedire. Sancti Franciſci vero Paduan. ad eumdem uſum Seminarii arbitrio Epiſcopi ſtatuendi; & omnium Sanctorum Papien. Ordini, & Fratribus Carthuſien. necnon S. Odorici Collegio Ghisleriorum, quod in univerſitate Studii generalis Papien. nuper inſtituimus; & Sancti Bartholomæi Bergomenſis, tam cum hortis, viridariis, & pertinentiis intra ſuam clauſuram exiſtentibus, quam etiam ei contiguis terrenis, pratis, & vineis ſuis, Fratribus Ordinis Prædicatorum regularis Obſervantiæ provinciæ Lombardiæ, juxta morem ejus Ordinis, qui illam ad mores ſuos reſorment: & S. Marci Terdonen. fratribus domus S. Franciſci Ordiuis Minorum, qui hac ſua domo, & ejus Eccleſia Epiſcopo, & Capitulo Terdonen. pro illorum futura loco occupatæ Cathedrali relicta in dictam Eccleſiam S. Marci debeant demigrare; ac etiam concedimus Congregationi regularium Sancti Pauli decollati Barnabitorum nuncupatæ, Eccleſiam & domum præpoſituræ ſuppreſſæ omnium Sanctorum Modoetiæ, cum omnibus bonis, rebus, juribus & actionibus ſuis ubicumque conſtitutis, ut illas habeant & inſtituant quemadmodum aliæ ſuæ Congregationis diriguntur.

Aliarum diſtributionem committit Card. Borrhomæo.

§.3. De præpoſituris autem Lugani, Lucarni, & S. Laurentii de Canobio, & S. Catharinæ de Pallenza, earumque bonis, rebus, juribus, & actionibus hac vice diſponendis prædicto Carolo Cardinali, qui in ipſarum Lugani, & Lucarni erectione & reſtitutione qualicumque laborioſam operam præſtitit, delegamus vices noſtras, ut vel ipſas Societati Jeſu, vel alteri Congregationi, aut Ordini approbato, vel Seminario ad uſum Collegiorum, ſeu etiam Hoſpitalium, aut aliorum piorum operum tribuat, ſive illas uniat, appropriet, & applicet, vel alias de illis, eorumque bonis, & proprietatibus prædictis, aliiſve modis libere diſponat, uti temporis, rerum & temporum qualitate, conditione, & neceſſitate perſpecta noverit commodius convenire.

Aliis ipſe Pont. applicat bona dicti Ordinis.

§.4. Poſtremo applicamus & appropriamus perpetuo omnia & quæcumque alia bona, res, actiones, & jura, diviſa & ſeparata prædictarum præpoſiturarum ſuppreſſarum, videlicet de Canonica S. Joannis Evangeliſtæ & Sanctiſſimæ Trinitatis, præpoſituræ Sanctorum Bredæ Mediolanen., & alia S. Bartholomæi Bergomenſis, præpoſituræ Sanctorum Simonis & Judæ; & alia Sancti Franciſci, domui & Fratribus Beatæ Mariæ Paduan. dicti Ordinis Prædicatorum; & alia Sancti Odorici, & omnium Sanctorum, etiam domui, & Fratribus S. Thomæ Papien. ſuper quibus, videlicet S. Odorici, & omnium Sanctorum, penſionem annuam, omnino liberam, & exemptam, centum ducatorum auri in auro de Camera infirmariæ domus a Nobis conſtitutæ Sanctæ Crucis, & omnium Sanctorum ad Oppidum Boſchi ipſius Ordinis annis ſingulis integre perſolvendam, ſeu per Priorem, & Fratres dictæ Domus ad Boſchum, ſi & quoties maluerint, ſuper pinguioribus & liquidioribus proventibus illorum propria auctoritate exigendam, & in prædictæ infirmariæ uſus penitus convertendam perpetuo reſervamus: & alia S. Marci pro dimidia in dotem unius Archidiaconatus, & unius Cantoriæ dignitatum prædictæ Eccleſiæ Terdonen., & pro alia dimidia parte Domui S. Martini Terdonæ, conſtitutæ ad uſum Fratrum dicti Ordinis Prædicatorum in ea ſuperioribus annis introductorum. Ita ut liceat tam futuris omnibus principalium præpoſiturarum Præpoſitis, necnon Aquenſi Capitulo Eccleſiæ Canturii, Rectoribus Hoſpitalis Sanctorum Blaſii, & Antonii, ac miniſtris officii Inquiſitionis Veronen. unitarum præpoſiturarum, prout cuique tangit, quam etiam aliis omnibus, quibus Eccleſiæ, & Domus aliarum ſuppreſſarum præpoſiturarum conceduntur, quorumque præpoſituris, Domibus, Collegiis, & Locis, bona, res, & proprietas, actiones, & jura prædicta appropriantur, per ſe, vel alium, ſeu alios, corporalem poſſeſſionem illorum, necnon jurium, & pertinentiarum ſuorum omnium, propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, ac fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta omnia eorumdem in ſuos, necnon præpoſiturarum, Domorum, menſarum, Collegiorum, Hoſpitalium, officii, & Locorum prædictorum uſus, & utilitatem convertere, Diœceſanorum locorum, aut quorumvis aliorum licentia ſuper his minime requiſita.

Fratreſque diſtribuit cum alimentorum, & locorum aſſignatione.

§.5. Hanc autem de diſtributione, & alimentis fratrum extincti Ordinis prædicti rationem futuram eſſe volentes, ſtatuimus, ut de iis, qui nunc ſunt Eccleſia Bredæ viginti octo Presbyteros, & ſeptem ſervientes, aliæ vero ſequentes Eccleſiæ, videlicet Sancti Abundii Cremonenſis, ſexdecim Presbyteros, & quatuor ſervientes; B. Mariæ de Glarea Veronen. octo Presbyteros, & duos ſervientes; S. Catarinæ Cremonen. tres Presbyteros, & unum ſervientem; S. Mariæ de Ronderario, cum Eccleſia Sancti Martini in ſuburbiis Comen. alios tres, & unum ſervientem; Sanctorum Petri, & Pauli cum Eccleſia S. Mariæ Caravagii, quatuor Presbyteros, & unum ſervientem; S. Agathæ de Urbe, duos Presbyteros, & & unum ſervientem; Sanctorum Simonis, & Judæ Bergomen. tres Presbyteros: Sanctiſſimæ Trinitatis Avillianæ alios tres: Sanctæ Crucis Novarien. duos; S. Urſulæ de Surrigo cum illi unita prædicta duos; ſingulæ Eccleſiæ S. Mariæ Veteris Varenſii, Sanctorum Jacobi, & Philippi Brixienſis, S. Nicolai Ballani, S. Joannis Evangeliſtæ Appiani, S. Eliſabeth de Buſto, S. Pauli Conilliani, S. Pauli Soncini, S. Marini Cremæ, S. Mariæ Cigoli, & S. Thomæ Senen.

ſingu-

ſingulos Presbyteros recipiant, & retineant ad deſerviendum ibidem in divinis; quibus, ut ibi plures aſſignantur, in commune vivant, pro ſuis alimentis prædictis reſervamus, conſtituimus, & aſſignamus penſiones annuas prorſus liberas, & exemptas, videlicet trigintaquinque perſonis Eccleſiæ Bredæ mille, & quadrigentorum ſcutorum auri, & viginti; S. Abundii, octingentorum, & decem, B. Mariæ de Glarea, quadringeutorum, & quinque, Sanctorum Petri, & Pauli, ac S. Mariæ Caravagii ducentorum; & nbi quatuor perſonæ, centum ſexaginta, ubi tres, centum viginti, ubi duo, octoginta; & denique nbi ſinguli deſtinati ſunt, quadraginta ſcutorum ſimilium ſuper earum præpoſiturarum, & ipſarum annexorum fructibus, redditibus, & proventibus, etiam ſi ſuper illis aliæ penſioues annuæ aliis aſſignatæ, aut illorum reſervationes factæ ſint, eorumque dimidiam partem longe excedant, per omnes deinceps præpoſitos ſuos, quos & etiam ſuarum præpoſiturarum fructus, & bona omnia ad id efficaciter obligamus, annis ſingulis pro nna, videlicet in B. Jo: Baptiſtæ a proxime futura incipiendo pro rata temporis, & altera medietatibus ſingularum penſionum hujuſmodi in D. N. Jeſu Chriſti Nativitatem feſtivitatibus integre perſolvendas; ita tamen, ut dictis trigintaquinque perſonis Eccleſiæ Bredæ, ſive ſingulis, ſive ſimul pluribus decedentibus, aut ad alios Ordines tranſeuntibus, pariter rata dictæ penſionis mille, & quadringentorum ſcutorum eo ipſo extincta ſit, Præpoſitoque accreſcat, donec hi omnes ad numerum viginti, & iuter eos omues ſexdecim Sacerdotes deveniant: ac tunc demum eis octingenta dumtaxat ſcuta ſimilia quotannis modo prædicto perſolvantur; quibus ad dictum numerum redactis, poſtea diminucutibus, ac etiam aliis aliarum Eccleſiarum prædictarum dehinc quandocumque deficientibus, ſtatim alius, vel alii, ejuſve, vel eorum uſque ad præſcriptum in quaque Eccleſia numerum, ac totidem Sacerdotes, ſive ſæculares ſubrogentur, donec omnibus de medio ſublatis, vel alio translatis, Eccleſiæ ipſæ de aliis ad eumdem numerum Presbyteris hujuſmodi regularibus, vel ibi perpetuis beneficiatis ſæcularibus idoneis, a ſuo quoque Præpoſito libere aſſumendis, & inſtituendis illico reformentur; qui cum ſuis ubi ſtatuuntur ſervientibus deinceps loco ſuæ penſionis annuum ejuſdem quantitatis redditnum de bonis præpoſituræ pro menſa communi, ubi quantitas, & numerus perſonarum id poſtulaverit, conficiendum, ſin autem in ſingulos ſtatuendum, ſuturis deinceps temporibus perpetuis habeant; & ex eo foveantur. Volentes ſupradicta omnia omni tempore iuviolata fore, & ab omnibus firmiter cuſtodiri.

Executorum deputat.

§.6. Quocirca omnibus locorum Ordinariis, præſertim in quorum Civitatibus, & Diœceſibus præpoſituræ diſtributos fratres prædictos habentes conſiſtuit, per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut quiſquis per ſe, vel alium ſeu alios, ubi, & quandocumque opus fuerit, prædictis omnibus efficaeis defenſionis præſidio aſſiſtentes, ſaciant, auctoritate noſtra numerum præfinitum Presbyterorum, & aliorum prædictorum in ſingulis Eccleſiis, & locis, in quibus fie a Nobis diſponuntur, integrum conſervari, omnes penſiones ſupradictas omnibus illis, quibus aſſignantur integre perſolvi, res, quibus Eccleſiæ, domus, ædes, bona, res, jura, actiones, & alia prædicta conceduntur, ac prorſus univerſos, & ſingulos alios, quos præſentes literæ concernunt, illis, & earum effectu pacifice frui, & gaudere, menſas, & redditus annuos inſtitui, & aſſignari, ceteraque omnia eiſdem præſentibus contenta, ſemper, & ubique obſervari, non permittentes quemquam contra ipſarum tenorem per quoſcumque moleſtari, vel alias quomodolibet impediri. Contradictores quoſlibet, ac prædictis non parentes, per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, ceteraque juris, & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, cenſuraſque, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad boc auxilio brachii ſæcularis.

Contrariis derogat.

§.7. Non obſtantibus noſtris de unionibus ad partes committendis, & valore fructuum utrimque exprimendo, ac etiam de fructibus beneficiorum in omnibus gratiis, etiam Motu proprio factis, ſecundum verum annuum valorem exprimendis, alioquin gratiæ ipſæ non valeant, & de non tollendo jure quæſito, necnon Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentes, ac etiam de unionibus beneficiorum in diverſis Diœceſibus conſiſtentium non ſaciendis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, Ordinum, & locorum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac quod cauſæ propter quas prædictas uniones, & applicationes ſacimus, prius coram locorum Ordinariis examinatæ, & approbatæ non fuerint, quæ propterea per ſubreptionem obtentæ numquam intelligantur, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non espreſſa, vel omnino non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia, & quæcumque alia prædictis impedimentum præſtantia, ant præſtare valentia omnino tollimus, & abrogamus, ac nemini contra ipſas præſentes, & earum executionem atque effectum ſuffragari poſſe decernimus; ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Concedit Fabricæ Eccleſ. Terdonenſis jus redimendi nonnulla bona dictorum Præpoſitorum

§.8. Cum autem alias pro neceſſitatibus hujus Sedis quædam bona, ſeu cenſus, vel livelli nonnullarum præpoſiturarum prædictarum uſque ad valorem decem millium ſcutorum auri in auro diverſis perſonis, cum

pacto

vendita uſque ad valorem decem millium ſcutorū pro neceſſitatibus Sedis Apoſtolicæ.

pacto illos relevandi intra certum tempus tunc expreſſum, & nondum elapſum, auctoritate noſtra venditi fuerint, Nos novæ Fabricæ Eccleſiæ prædictæ Terdonen. ſuadente jampridem illius Civitatis tutela occupatæ, quantum in Nobis eſt ſubvenire cupientes, jus relevandi, ſive redimendi, omnia bona, ſeu cenſus, aut livellos prædictos, omnemque actionem olim dicto extincto Ordini, & illius Præpoſitis competentia, pro uſu, & commodo dictæ Fabricæ, uti poſtea ſtatuemus, & declarabimus, Nobis, & dictæ Sedis retinemus.

Reſervatque Sedi Apoſtolicæ beneficia d. Ordinis vacantia & vacatum.

§.9. Demum pio ſtudio inducti, ut ſancta, & ſalubris hojus novi ſtatus ratio per peculiarem ſolicitudinem omni tempore capiatur, tam prædictas, quam omnes alias præpoſituras, ac cetera beneficia eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura ſuppreſſi Ordinis prædicti, extra Romanam Curiam quibuſvis modis, & ex quorumcumque perſonis vacantia, & deinceps quandocumque, & quotieſcumque vacatura, noſtræ, & Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, ac dictæ Sedis dumtaxat collationi, & diſpoſitioni, ſpecialiter, & expreſſe in perpetuum reſervamos. Decernentes irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his, ac aliis ſupradictis per quoſcumque, etiam S. R. E Cardinales, & de latere Legatos, etiam prætextu facultatum, privilegiorum, & indultorum, ac alias quomodocumque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Fides exemplorum.

§.10. Quia vero difficile nimis eſſet &c.

Nulli ergo &c.

D. P. An.VI. 2. Februarii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, 6. Idus Feb. Pontificatus noſtri Anno VI.

CLXV.

Epiſcopi Regni Siciliæ quotannis inventarium actorum criminalium conficere, & cuſtodire tenentur.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa hujus Cōſtitutionis.

MUneris noſtri eſt, aditum prohibere, per quem ſalubris delictorum animadverſio perperam diſturbatur. Nefarium etenim facinus in pleriſque Epiſcopatibus Regni Siciliæ citra, & ultra Farum audivimus exoriri, quod Cathedralibus Eccleſiis præſule viduatis, Vicarii a Capitulis conſtituti, gratia, timore, odio, vel ſordibus, quas volunt inquiſitiones, & teſtimonia rerum, & cauſarum Criminalium violant, ſubripiunt, & lacerant, ne delictorum cognitio, vel vindicta uſpiam conſequatur.

Præceptum quod Epiſcopi conficiant inventarium actorum criminaliū quolibet anno, & confectum cuſtodiant.

§.1. Nos ad hoc malum, qua poteſt induſtria, coercendum, pro noſtro officio intenti, præcipimus omnibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis dicti Regni, præſentibus, & futuris, ut deinceps inventarium authenticum omnium, & quarumcumque ſuæ Curiæ querelarum, accuſationum, Inquiſitionom, denunciationum, teſtificationom, inſtrumentorum, proceſſuum, ceterorumque actorum, cauſarum, & negociorum criminalium, etiam mixtorum, quæ apud Curiæ ſuæ Notarium fuerint, quotannis in perpetuum conficiant: confectum, & dicti Notarii manu ſubſcriptum, penes ſe cuſtodiant, donec ſuper iis fuerit judicatum. Et ſi eos de vita decedere interim contigerit, illud univerſum ſigillo ſuo obſignatum, fidei Sacerdotis, cui peccata confitentur, morte impendente committant, qui ea ſecuta protinus ipſum Prælato, ac domui, ſeu Conventui digniori regularium illius Civitatis, debeat reſignare, ut ab eis tute, & fideliter aſſervetur, donec futurus advenerit Præſul, cui illud itidem clauſum, & integrum tribuatur: quod ipſimet per ſe faciant, ſi quando neceſſe habuerint peregre proficiſci, ita ut illud ipſum ſtatim cum præſentes redierint, recipiant ab eiſdem.

Pœnarum impoſitio contra ſubtrahentes, aut corrumpentes ipſa acta, & ſcripturas.

§.2. Quicumque autem teſtimonia, proceſſus, ſcripturas, & inſtrumenta hujuſmodi quocumque modo violaverit, corruperit, ſubtraxerit, combuſſerit, ſuppreſſerit, ac juſſerit id fieri, ſeu auxilium, conſilium, vel favorem præſtiterit, omni ſit dignitate, officio, & beneficio præſentium auctoritate privatus, & ad futura inhabilis eo ipſo. Idem quoque, & pariter Notarius, cui quid prædictorum defuerit, aut alias deliquerit in prædictis, tamquam falſi reus declaretur, pœnaſque omnes ſubeat, quæ ſunt in hujuſmodi rerum falſarios per ſanctiones canonicas, & Conſtitutiones legitimas irrogatæ.

Nulli ergo omnino &c.

D. P. An.VI. 1. Martii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno VI.

CLXVI.

Ex Regeſt. in Archiv. Vat.

Clericorum Cameræ Apoſtolicæ Collegium ad duodenarium numerum adaugetur, cum emolumentorum ipſis de cetero exhibendorum præfinitione.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Prœmium.

ROmanus Pontifex tamquam providus Pater familias operarios, & Miniſtros quandoqoe diminuit, & quandoque auget prout eorum Miniſterio Sedem Apoſtolicam, quæ eſt vinea Domini, indigere, & pro ejus conſervatione expedire proſpicit.

Ob erectionem Collegii Militiæ Sancti Georgii diminutus nu-

§.1. Sane cum Collegium dilectorum filiorum militum Sancti Georgii pro centum quinquaginta Militibus pridem a felicis record. Paulo Papa III. Prædeceſſore noſtro inſti-

Digitized by Google

merus Clericorum R. C. A. cum æquali præjudicio ejuſdem Cameræ.

inſtitutum non admodum noſtræ Reipublicæ neceſſarium, Collegium vero Cameræ Apoſtolicæ Clericorum, quod cum ſoleat egregiis Viris refertum exiſtere, decreto tamen piæ mem. Eugenii Pontificis IV. etiam Prædeceſſoris noſtri ab eodem Paulo Prædeceſſore, etiam interveniente pecunia approbato, quoniam ad ſeptenarium numerum reductum extitit, Nobis nimis arctatum, & anguſtatum viſum fuit, itaut, ſi aliqui ipſorum Clericorum, vel adverſa valetudine, vel quia ad alia dictæ Sedis graviora negocia diſtrahantur, aut alio quovis modo impediantur, ipſius Cameræ munia, prout eorum exigit magnitudo, ab his, qui ſuperſunt, tractari, & perfici omnino nequeant, illud igitur diſſolvere, & extinguere, hoc vero adaugere deliberavimus.

Sublatis itaque literis hujuſmodi erectionis;

§.2. Quamobrem literas erectionis Collegii Militum, reductionis Collegii Clericorum ad hujuſmodi ſeptenarium numerum, privilegiorumqoe, & indultorum eiſdem Collegiis, Militibus, & Clericis quomodolibet conceſſorum, innovatorum, & approbatorum præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum inſerereutur, pro expreſſis habentes, ac reductionem, & decretum de ſeptenario numero hujuſmodi, Statutumque ejuſdem Pauli Prædeceſſoris deſuper quomodolibet factum, & quæcumque alia quovis modo effectum præſentium impedientia penitus abrogantes.

Diſſolutiſque officiis dictæ Militiæ.

§.3. De fratrum noſtrorum conſilio, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Collegium Militum S. Georgii præfatum, ejuſque eſſentiam, uſum, & exercitium, ac ipſius officia tenore præſentium penitus diſſolvimus, extinguimus, & abolemus.

Necnon reſtituta ſingulis Militibus pecunia;

§.4. Ne autem dicti Collegii extincti nuper Milites ea extinctione prædicta nimium diſpendium patiantur, dilecto filio Theſaurario Generali noſtro per præſentes injungimus, & mandamus, quatenus in Kalendis Aprilis ſummam ſeptuaginta quinque millium ſcutorum, quibus in occurrentibus tunc neceſſitatibus eandem Sedem tempore inſtitutionis ipſorum Collegii ſubvenerunt, ſingulis pro rata, nuper exiſtentibus Militibus juxta præſati Pauli Prædeceſſoris in literis ipſius Collegii Inſtitutionis appoſitum decretum, quo inter alia cavetur, quod ſi aliqua ratione, vel cauſa per Romanum Pontificem Collegium præfatum extingueretur, ſumma integra præfata reſtitueretur: hic Romæ realiter perſolvat, & reſtituat, interimque ipſis Militibus de fructibus, redditibus, & proventibus ſolitis, & conſuetis pro rata reſpondeat, & reſponderi faciat: ita quod dicto termino elapſo nulli Militum aliquid amplius de fructibus, redditibus, proventibus, & emolumentis hujuſmodi ſolvi debeat.

De novo erigitur Collegium Clericorum R. C. cum auctione numeri ad duodenarium.

§.5. Collegium vero Clericorum, qui nunc ſex viventium tantum exiſtunt, uno ex ejus officiis per obitum bonæ memoriæ Julii Saulii, olim dum viveret, præfatæ Cameræ Clerici, apud Sedem eandem defuncti vacante, quod ad effectum præſentium extinguimus, & abolemus, adeo ut amplius diſcerni, aut cognoſci non poſſit, ſed cum actione, ac numero duodecim Clericorum infraſcripto incorporatum, atque confuſum intelligatur dictis de cauſis, & aliis animum noſtrum moventibus, ad duodenarium numerum perpetuo augemus, illudque pro duodecim Clericis de cetero inſtituimus, itaque deinceps, ſex alii viri per Nos, & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem, eidem Collegio Clericorum aſcribendi, & deputandi, una cum nunc exiſtentibus dictæ Cameræ Clericis, unum corpus, & Collegium integrum, & indiſtinctum conſtituant, & efficiant, & duodecim officia, pro duodecim Cameræ Clericis, & Sedis præfatarum Cappellanis omni prorſus ſublata inter eos differentia omnino ſimilia, & parilia, & æqualia in omnibus, & per omnia, ejuſdemque juris, poteſtatis, juriſdictionis, & auctoritatis exiſtant.

Cui Collegio vetera omnia communicantur Privilegia ab unoquoque Clerico in ſuo gradu obtinenda.

§.6. Ipſumque Collegium, ſic auctum, & inſtitutum, & in unum corpus prorſus redactum, & duodecim Clerici præfati, pro tempore exiſtentes, eiſdem privilegiis, exemptionibus, facultatibus, prærogativis, & gratiis quibuſcumque indifferenter potiantur, utantur, & gaudeant, quibus antea ipſum Collegium, & ſeptem illius Clerici, quovis modo conjunctim, vel ſeparatim potiebantur, utebantur, & gaudebant, necnon redditus, proventus, & emolumenta, jocalia, & omnia alia, & ſingula, tam ex communi Maſſa, quam alibi quocumque tempore debita, & debenda ordinaria, & extraordinaria æqualiter percipiant, ac munera, functiones, & officia, tam publica, quam privata, etiam Caſtrorum, Civitatum, locorum, & Provinciarum ſemper ſortiantur, obtineant, & exerceant, & exæquantur, pro ut prius ante auctionem, ad duodennarium numerum hujuſmodi Collegium ipſum, & illius ſeptem Clerici habebant, percipiebant, & obtinebant perinde, ac ſi principio Collegium præfatum, ſic autem, & cum antiquo confuſum, & unitum, & incorporatum, & illius Officia pro duodecim Clericis inſtituta fuiſſent, & reductio, ac decretum præfata de numero ſeptenario minime emanaſſent, ſtatuentes quod perpetuis futuris temporibus Camera præfata duodecim Clericatuum Officia habeat, inter ſe promiſcua, & confuſa, ita quod ſex Clerici eidem Collegio aſcribendi cum aliis ſex nunc exiſtentibus omnino pares, & æquales exiſtant, & nullum inter eos diſcrimen prioritatis, potioritatis, aut antiquitatis adſit, quo poſteriores a prioribus, vel alter ab altero, quovis modo diſcernantur, & ſic adveniente vacatione, ſive antiquorum, ſive augmentatorum ſemper in ſupplicatione, aut Motu proprio, mentio fiat quod unus ex duodecim vacat, alioquin Clerici admittere nequaquam teneantur, neque ad hoc quovis modo cogi poſſint.

Eis aſſignata emolumenta æqualiter dividenda.

§.7. Et inſuper ut præſati duodecim Clerici onera ſibi incumbentia ſupportare, & juxta ipſorum qualitatem, & dignitatem decentius ſe ſubſtentare valeant, providere volentes, de eorumdem Fratrum conſilio, & autho-

Digitized by Google

authoritate, & poteſtate ſimilibus redditum annuum novem millium ſcutorum auri in auro, ex pecuniis Theſaurariæ Provinciæ noſtræ Romandiolæ, ejuſque Cancellariæ, necnon proventuum maleficiorum, tractarum frumenti, rata ſubſidii trecentorum millium ſcutorum, ſive augmenti precii ſalis, & quorumcumque aliorum ſubſidiorum, & reddituum Ordinariorum dictæ Provinciæ exigendum, & alias per eumdem Paulum, Prædeceſſorem eidem Collegin militum extincto, inter alia, pro dote aſſignatum, ac omnia, & quæcumque alia jura, obventiones, & emolumenta dicti Collegii extincti, & quæ Collegium, & milites quovis modo hucuſque percipiebant, & aſſequebantur, Maſſæ communi duodecim Clericorum præfatorum, & ipſi Collegio Clericorum in omnibus, & per omnia, prout Collegio hujuſmodi extincto conceſſa fuerant, itaut liceat eidem Collegio Clericorum, & duodecim illius Clericis conjunctim, vel ſeparatim, poſt hac una, cum aliis ipſius Collegii duodecim Clericorum redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, ſibi hucuſque aſſignatis, ſeu in futurum aſſignandis, aut quovis modo proveniendis illa percipere, levare, diſtribuere, & dividere, perpetuo applicamus, illaque cum omnibus aliis ipſius Collegii Clericorum, redditibus, & emolumentis confundimus.

Præſentis Cōſtitutionis firmitas, & obſervantia, cum clauſula ſublata &c.

§.8. Decernentes prædicta omnia, & ſingula omnino ab omnibus adimpleri, & obſervari debere, & præſentes literas, vim validi, & efficacis contractus inter Sedem, & Cameram præfatas, ac Nos ipſos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, ex una, & Collegium Clericorum, & ſingulos duodecim Clericos, & ipſius Collegii Clericorum Officia obtinentes, & in futurum habituros, illorumque ſucceſſores, vel cauſam ab eis habentes, ex altera partibus ſolemniter, & legitime initi perpetuo obtinere, dictamque Cameram ad eoſdem Clericos omnes & ſingulos in juribus prædictis tuendos, & ab omni incommodo, damno, læſione, lite, cauſa, & controverſia immunes, indemnes, & exemptos conſervandos teneri, & obligatam eſſe, & ſic per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores in quacumque cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cautio pro pecunia a Clericis ſolvenda, ab eiſque percipienda.

§.9. Et pro præfatis omnibus, & ſingulis firmiter obſervandis, & adimplendis, ac pro potiori Collegii, & duodecim Clericorum prædictorum, tam pro pecuniis, quam pro Cameræ, & Sedis præfatorum occurrentibus neceſſitatibus, jam ſolverunt, & impoſterum ſolvent, quam pro fructibus, redditibus, & proventibus ſibi aſſignandis, aſſignatiſq; numquam in ſortem principalem computari volumus, ac damnis expenſis, & intereſſe paſſis, factis, patiendis, & faciendis omnia, & ſingula d. Cameræ bona mobilia, & immobilia, jura, actiones, & emolumenta, ac redditus, & proventus præſentia, & futura. Ita quod liceat propria ipſius Collegii auctoritate nullo alio a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente deſuper ex mandato, licentia, ſeu decreto dictorum bonorum, reddituum, ſeu proventuum, pro dictis pecuniis, damnis, expenſis, & intereſſe poſſeſſionem capere, & retinere harum ſerie obligamus, & perpetuo hypothecamus.

Obſtantium derogatio.

§.10. Non obſtantibus eorumdem Eugenii, & Pauli, aliorumque Romanorum Pontificum decretis, ſtatutis, Conſtitutionibus, Ordinationibus Apoſtolicis, ac Regulis Cancellariæ etiam de non tollendo jure quæſito, ac extincti Collegii Militum, & Cameræ, ac Collegii præfatorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus præfato Collegio, & illius Clericis etiam ex cauſa oneroſa, & interveniente quarumque pecuniarum quantitate etiam notabili ac per modum ſtatuti perpetui, & ſolemniter initi, & ſtipulati contractus, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis conceſſis, confirmatis, & approbatis, extenſis, & moderatis, cujuſcumque tenoris exiſtant, per quę pręſentibus non expreſſa, aut omnino non inſerta effectus earum impediri valeant quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumcumque totis tenoribus de verbo ad verbum in noſtris literis habenda eſſet mentio ſpecialis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Clauſulæ pœnales.

§.11. Nulli ergo omnino hominum &c.

Dat. die 5. Martii 1572. An. VI.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio, Nonis Martii Pontificatus noſtri Anno VI.

CLXVII.

Officii B. Mariæ nuper reformati approbatio, cum indulgentiarum elargitione pro illud recitantibus, & aliorum ſimilium Officiorum abolitione.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Concil. Trid. emendari juſſit Catheciſmum, Breviarium & Miſſale, & emendata fuerunt.

Superni Omnipotentis Dei providentiæ, ac benignitatis exemplo excitati, qui ut humanum genus ab errorum tenebris vendicaret, & in veritatis ſemitam perduceret, ſuæ gloriæ ſplendorem e Coelis in Terram demittere, luciſque æternæ radiis bonos pariter, & malos perfundere dignatus eſt, meditatio cordis noſtri ad id potiſſimum tendit, ut Fides Catholica non ſo-

lum ubique augeatur, & floreat, ſed etiam ne errorum tenebræ, atque ſuperſtitionum abuſus piis Chriſtifidelium mentibus inducantur, & ſi quæ irrepſerunt, protinus evellantur.

Hic Pontifex emendari poſtea fecit officium B. Mariæ, ut hic.

§.2. Cum itaque in executionem decretorum Sacri Concilii Tridentini, gratia divina aſſiſtente, Catechiſmo ad populi eruditionem edito. Breviario ad ſacras preces, laudes, & gratias Deo Optimo Maximo ab utriuſque ſexus Eccleſiaſticis perſolvendas reformato, atque Miſſali, ut Sacerdotes intelligerent, quibus precibus uti, qui ritus, quæve cæremoniæ in Miſſarum celebratione obſervandæ ſint, ad priſtinam Sanctorum Patrum normam reſtituto, eamdem curam, & operam adhiberi mandaverimus, in emendando, ac corrigendo glorioſiſſimæ Dei Genitricis B. Mariæ Virginis Officio: cujus recitatio ſicut puſillis, & rudibus Chriſtifidelibus peculiaris eſſe dignoſcitur, ita multis ſuperfluis non ſine legentium etiam ſcandalo, & quæ ad varias ſuperſtitiones facile rudes ipſos inducere poſſunt, avaritia impreſſorum fuit refertum, qui ut Chriſtifideles ad emendum ejuſdem Officii libros a ſe impreſſos facile allicerent, multa ſub colore pietatis & animarum ſpiritualis conſolationis, ex eorum capite addiderunt, jamque ad antedicti Breviarii uniformitatem ejuſdem Dei Genitricis, ut credimus, interceſſione, eruditorum, & piorum virorum, quos ad hoc delegimus, ſtudio Officium ipſum, reſecatis, quæ aliena, & incerta erant, correctum fuerit, & a Nobis probatum, Romæ imprimi, & impreſſum divolgari juſſerimus, ut inde ſpiritualibus, quam optamus, Chriſtifidelium animabus proveniat conſolatio.

Et modo illud obſervari præcipit.

§.8. Motu proprio &c. & ex certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Officia quæcumque in primis Italico, ſeu quovis alio vulgari idiomate, & ſermone quomodolibet compoſita, atque Officium anno proxime præterito milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo Venetiis apud Junctas impreſſum his verbis, licet falſo, inſcriptum, Officium B. Mariæ Virginis per Concilium Tridentinum Pio V. Pontifice Maximo reformatum, denique omnia, & ſingula alia Officia hujuſmodi, etiam Latino ſermone ſub Hortuli animæ, ſeu Theſauri ſpiritualis compendii, aut quovis alio titulo, & nomine quomodolibet pervulgata, omnemque illorum uſum approbatione Apoſtolica, ac conſuetudine, & inſtitutione (inveteratis infra dicendis ſemper ſalvis) harum noſtrarum ſerie perpetuo, ab omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, ſæcularibus vel Eccleſiaſticis, etiam quorumvis Ordinum regularium, & militiarum religioſis qui de jure, conſuetudine, uſu, ſtatuto, inſtitutione, ac Conſtitutionibus etiam eorumdem, Ordinum militiarum, & regulæ, ſeu alias quomodolibet ad recitationem Officii B. Mariæ tenentur, & obligati ſunt, tollimus, & abolemus.

Aliaque officia tollit, & abolet niſi in primæva inſtitutione, vel a conſuetudine ſupra 200. annos approbata fuerint, & nō hoc vulgari ſermone compoſita.

§.4. Ipſiſque in virtute Sanctæ Obedientiæ interdicimus, ne aliud, quam hoc de mandato noſtro emendatum B. Mariæ Virginis Officium, & in impreſſoria officina Populi Romani pro fideliter, & incorrupte imprimendis libris ſacris in Alma Urbe noſtra erecta impreſſum, quovis prætextu dicere, recitare, legere, ſeu tenere quoquo modo audeant, vel præſumant; omni vero alio uſu ipſis (ut uniformiter ab omnibus ſic adſtrictis, & obligatis recitetur, nec inter eos diverſitas illud recitandi ullo umquam tempore oriatur) interdicto, præfatum hoc noſtrum Officium, ac precandi, pſallendique formulam per univerſum Orbem in privatis domibus, ac Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, Cappellis, Oratoriis, Ordinibus, Militiis, & locis etiam exemptis tam virorum quam mulierum, in quibus Officium ipſum Beatæ Mariæ Virginis recitari, ut præmittitur, quomodolibet debet præcipimus legi, dici, & obſervari; illis tamen Officiis exceptis (dummodo vulgari ſermone, ut præfertur, non ſint compoſita) quæ ab ipſa prima eorum inſtitutione a Sede Apoſtolica expreſſe approbata fuerunt, vel quorum officiorum certum uſum conſuetudine, aut ipſa inſtitutione, ſupra tamen ducentos annos, aſſidue in Eccleſiis, monaſteriis domibus, & locis utriuſque ſexus Eccleſiaſticorum obſervatum fuiſſe conſtiterit. Quibus ſic adſtrictis, & obligatis, ut inveteratum illum ritum dicendi, & pſallendi ſuum Officium (dummodo ut præmittitur, vulgari ſermone non ſit compoſitum) non adimimus, ſic eiſdem ſi forte hoc noſtrum, quod modo pervulgatum eſt, magis placet (dummodo Epiſcopus, vel Prælatus, & univerſum capitulum in eo conſentiant) ut illud etiam in choro dicere, & pſallere poſſint permittimus.

Hortatur omnes alios non obligatos recitare officiū B. Mariæ, ut officio ipſo reformato uti velint.

§.5. Ab eis vero, qui ad ejuſdem Officii B. Mariæ Virginis recitationem non aliqua obligatione tenentur, omnem eorumdem Officiorum vulgari ſermone quomodolibet compoſitorum, atque ſimilis idiomatis vulgaris orationum, etiam aliis Officiis Latini ſermonis inſertarum, uſum penitus etiam auferimus, illos nihilominus, ne vanis involvantur ſuperſtitionum erroribus, quibus alia fere omnia Latino ſermone referta eſſe deprehenſum fuit, in Domino hortantes, ut ab aliorum B. Mariæ quam hujus noſtri Officii lectione, ac uſu abſtineant, firmiterque credant eiſdem aliis Officiis multas ſuo falſis, & confictis Sanctorum nominibus confictas orationes fuiſſe inſertas, de quibus, ſicut de indulgentiis, peccatorumque remiſſionibus, quæ recitantibus pleraſque ex orationibus aliis officiis hujuſmodi inſertis prout rubricis ibidem appoſitis deſignatur, conceduntur, nullam certam extare apud Eccleſiam rationem: propterea ritui, & ordinationi hujus Officii recitatione ſic a Nobis in univerſali Eccleſia inſtituti ſe conformantes, aliud ejuſdem B. Mariæ, quam hoc noſtrum Officium non perlegant, vel recitent.

§.6. Ac ut ipſorum officiorum vulgaris idio-

Digitized by Google

Officiaque antiqua Inquiſitoribus conſignari mãdat.

idiomatis, & ſermonis abuſus re ipſa penitus aboleatur, eadem omnia per omnes, & ſingulos ſæculares, vel Eccleſiaſticos, etiam ad recitationem antedictam nequaquam adſtrictos, Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis abſque ſpe illorum umquam recuperationis, alia vero Latino ſermone, & aliis libris inſerta, ad effectum emendandi, & a maculis, ſeu erroribus expurgandi, ſibi poſtmodum, cum ſic per eoſdem Inquiſitores expurgata fuerint, reſtituenda, conſignari quam primum jubemus.

Officium vero reformatum, immutari non poſſe ſtatuit.

§.7. Statuentes huic noſtro Officio nuper edito nihil ullo umquam tempore per quemcumque quavis auctoritate fungentem, quovis prætextu addi, detrahi, vel immutari debere. Ac omnes, & ſingulos, qui ipſum B. Mariæ Officium, ut præfertur, dicere, pſallere, & recitare tenentur, ex hujus noſtri Romani Officii præſcripto, & ratione ad id omnino obligatos eſſe, & neminem muneri ſuo niſi hac forma ſatisfacere poſſe.

Indulgentias illud recitantibus concedit.

§.8. Ac ut fidelium omnium voluntas, & ſtudium magis ad ſalutarem hujus noſtri Officii B. Mariæ Virginis, & orationum in eo reductarum lectionem, & uſum invitetur, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis, qui ad recitationem hujuſmodi non tenentur, quoties iſtud ſic de mandato noſtro reformatum, quinquaginta dies, qui vero Defunctorum officium eodem volumine inſertum, alios quinquaginta, qui ſeptem Pſalmos, aut Graduales, etiam eodem volumine inſertos, alios quinquaginta, qui aliquam ex orationibus ibidem pariter inſertis devote recitaverint, alios quindecim dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, obligatis vero, eas dumtaxat indulgentias concedimus, quæ literis noſtris ſuper reformatione novi Breviarii editis deſignantur, & hujuſmodi Beatæ Mariæ Virginis, aut Defunctorum Officium, vel ſeptem Pſalmos, aut Graduales recitantibus conceduntur.

Prælatis etiã præcipit, ut illud introducant.

§.9. Mandantes omnibus, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & ceteris Eccleſiarum Prælatis, ut reliqua omnia B. Mariæ Virginis, etiam per Nos privatim conſtituta, ab omnibus ad recitationem hujuſmodi quomodolibet adſtrictis, ipſa vero vulgaris idiomatis, & ſermonis Officia etiam ab his qui nullo pacto ad id adſtricti ſunt, penitus omitti, reiici, atque vulgari: ſic & pariter alia etiam latino ſermone compoſita, etiam aliis libris inſerta, Inquiſitoribus prædictis ad effectum antedictum tradi, & conſignari juris opportunis remediis curent. Officium vero iſtud noſtrum B. Mariæ Virginis in omnibus, & ſingulis ſuarum Civitatum, & Diœceſum Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, Ordinibus, Militiis, Oratoriis, Domibus, & Locis, etiam Laicorum Introducant, & tam ipſis, quam ceteris omnibus Presbyteris, Clericis, & aliis utriuſque ſexus ſæcularibus, & regularibus perſonis Eccleſiaſticis, necnon militibus, etiam exemptis, quibus dicendi, recitandi, pſallendique Officium hujuſmodi quomodolibet, ut præfertur, injunctum eſt, ut ex hujuſmodi formula ubique illud recitare, & pſallere procurent; prædicta inſtitutione, vel conſuetudine ducentos annos ſuperante (non tamen quod ad vulgaris ſermonis Officia) ſemper ſalva.

Concionatoribus & Confeſſoribus idẽ præcipit.

§.10. Concionatoribus quoque verbi Dei, atque Confeſſoribus, ut in eorum prædicationis, atque confeſſinnibus omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus prohibitionem, & abolitionem dictorum officiorum vulgari idiomate, & ſermone compoſitorum, quodque Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis quamprimum conſignari debeant, inſuper alterius, quam hujus noſtri Officii uſum, & lectionem periculo ſuperſtitiouum non carere, ac illud, & alia eo inſerta, ut præfertur, recitantibus ſupradictam de injunctis ſibi pœnitentiis relaxationem noſtram ſignificare, & eos ad conformandum ſe in hoc prompta devotione, ritui, & ordinationi a Nobis inſtitutis excitare, ad uſumque, & recitationem hujuſmodi noſtri Officii pietatis zelo hortari ſtudeant. Ceterum hæreticæ pravitatis Inquiſitorum, quibus Officia hæc, & libros, tradi, & conſignari continget, munus, & officium præcipuum erit, omnia, ſuperſtitiones, & errores in fide Catholica redolentia, omnino delere.

Illudque Romæ tantum imprimi poſſe declarat.

§.11. Quod noſtrum B. Mariæ Virginis Officium, ut ubique terrarum incorruptum, ac mendis, & erroribus purgatum præſervetur, omnibus in noſtro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ dominio, mediate, vel immediate ſubjecto commorantibus, vel ad illud quovis prætextu advenientibus impreſſoribus, & aliis quibuſcumque, ſub amiſſionis librorum, ac quingentorum ducatorum auri de Camera ipſo facto quoties contravenerint Officio Sanctiſs. Inquiſitionis applican. reliquis vero in quacumque Orbis parte conſiſten. ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & aliis arbitrii noſtri pœnia inhibemus, ne illud infra ſex annos proximos ſeparatim, vel aliis libris inſertim, ſub prædictis Hortuli animæ, Theſauri ſpiritualis, compendii, vel aliis quibuſvis nominibus, & titulis imprimere, aut alibi, quam in Alma Urbe noſtra, & amedicta Pontificis Romani officina impreſſum tenere, recipere, donare, aut venundare publice, vel occulte audeant, vel præſumant. Dictis vero ſex annis elapſis, id etiam aliter non liceat, niſi cum noſtra, & Romani Pontificis pro tempore, vel ſpecialis ad id Commiſſarii Apoſtolici in ſingulis Chriſtiani orbis Regnis, & Provinciis deputandi, expreſſa licentia.

Clauſulæ præſervativæ.

§.12. Quas quidem noſtra perpetua roboris firmitate ſubſiſtere, & nullo umquam tempore revocari, alterari, ſuſpendi, limitari, aut moderari poſſe.

Forma publicandi hanc Conſtitutionẽ

§.13. In valviſque Principis Apoſtolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ,

licæ, & in acie Campi Floræ de more publicari, & affigi, per hujuſmodique publicationem, & affixionem, omnes, & ſingulos in eis comprehenſos, videlicet qui in Romana Curia adſunt lapſo menſe, qui vero alia loca intra montes, poſt tres, qui ultra incolunt, poſt ſex menſes, aut cum primum ſibi Officium hoc noſtrum venale propoſitum fuerit, ita volumus obligatos eſſe, & adſtrictos, ac ſi ipſiſmet illæ coram lectæ, & intimatæ eſſent: ipſarum quoque exempla manu Notarii publici, & ſigillo Prælati Eccleſiaſtici, aut illius curiæ obſignata, vel etiam dicti Officii noſtri B. Mariæ Virginis voluminibus abſque prædicto, vel alio quopiam adminiculo, Romæ tamen, & in Officina antedicta impreſſa, eamdem prorſus ubique fidem facere, quæ præſentibus adhiberetur, ſi eſſent oſtenſæ, vel exhibitæ.

Decretum irritans.

§. 14. Et ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam S. R. E. Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & interpretari debere, necnon irritum, & inane decernimus, quicquid ſecus ſuper iis a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 15. Non obſtantibus præmiſſis, ac in quibuſvis Synodalibus, Provincialibus, vel generalibus, ac univerſalibus Conciliis editis, aliiſque etiam Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Eccleſiarum, Militiarum, & Ordinum quorumcumque ſtatutis, uſibus, naturis, & conſuetudinibus, etiam juramento roboratis, quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, expreſſa, & individua mentio habenda eſſet, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſſe derogamus: ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Sanctio pœnalis.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum &c.

D. P. An. VI. 11. Martii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, quinto Idus Martii, Pontificatus noſtri anno VI.

CLXVIII.

Juriſdictio S. R. E. Cardinalis Protectoris, & Judicis cauſarum Archiconfraternitatis Trinitatis nuncupatæ ad pauperes Peregrinos, atque Convaleſcentes recipiendos, pieque alendos in Urbe inſtitutæ.

Inſtitutionem habet in Conſtit. XLII. Pii IV. Illius *Tom. IV. Part. II. fol.* 87.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Cauſa hujus Conſtitutionis.

CUM ſicut accepimus, Archiconfraternitas, ſeu Societas ſub invocatione Sanctiſſimæ Trinitatis Convaleſcentium, & Peregrinorum Regionis Arenulæ de Urbe, ejuſque Cuſtodes, & Confratres, ob lites, quæſtiones, controverſias civiles, criminales, profanas, ſpirituales, meras, & annexas, inter Archiconfraternitatem, ſeu Societatem, ejuſque Adminiſtratores, & Gubernatores, & Deputatos hujuſmodi, per diverſa Urbis Tribunalia litigan. occaſione locationum, cenſuum, donationum, hæreditatum, legatorum, domorum, & diverſarum aliarum rerum, tam agendo, quam defendendo, pro ipſius Archiconfraternitatis, ſeu Societatis juribus defenden., & conſequen. jugiter implicita exiſtat, ex quo ſæpiſſime quamplurima damna, & intereſſe patiatur, ac impenſa litis valorem rei, de qua ex tempore agitur, ſæpenumero exuperet.

Commendatio Confraternitatis Sanctiſſimæ Trinitatis.

§. 1. Nos Archiconfraternitatem, ſeu Societatem prædictam, in qua piiſſima caritatis, & miſericordiæ opera, tam pauperes, & alias quaſvis perſonas utriuſque ſexus Chriſtifideles, ex quibuſvis mundi partibus ad Urbem peregrinantes ad Hoſpitale hujuſmodi devotionis cauſa confluentes recipiendo, & eos tribus, ac quandocumque pluribus diebus hoſpitando, & nutriendo, ac caritative tractando, quam pauperes convaleſcentes, qui dum ab infirmitate liberi, ſed debiles, ex aliis Hoſpitalibus emiſſi, quo ſe recipiant non habentes, in eodem ſuo Hoſpitali ſimiliter excipiendo, ac eos non ſolum corporaliter, donec robuſtiores evadant, pie alendo, verum etiam rudes, & ignaros interim dum ibidem morantur, in mandatis Domini audiendo, in divini nominis obſequium, & S. R. E. exaltationem exercere noſcuntur, quantum cum Deo poſſumus, ſublevare volentes.

Facultas Protectoris, & Judicis Archiconfraternitatis cognoſcendi quaſcumque cauſas illius intereſſe concernente, & ab aliis judicibus reaſſumendi.

§. 2. Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine; Venerabili fratri noſtro Othoni S.R.E. Cardinali Auguſtano nuncupato, nunc, & pro tempore Archiconfraternitatis, ſeu Societatis hujuſmodi exiſtenti, & ab eadem Confraternitate eligendo Protectori, omnes, & ſingulas cauſas, quæſtiones, lites, & controverſias inter dictam Archiconfraternitatem, ſeu Societatem, ſeu ejuſdem dilectos filios Cuſtodes, Officiales, & Miniſtros, & quaſcumque alias perſonas, Laicas, ſeu Eccleſiaſticas cujuſcumque gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtentes, etiam Cardinalatus dignitate fulgentes, Univerſitates, Societates, Congregationes, Monaſteria, & alia Loca pia hujuſmodi, etiam ſi coram S. R. E. Camerario, Clericis, & Præſidentibus Cameræ Apoſtolicæ, & ejuſdem Cameræ cauſarum Auditori generali, necnon Vicario, Gubernatore, ac Senatore Urbis prædictæ, eorumque Locumtenentibus, Collateralibus, & Judicibus, ac dictæ Urbis cauſarum appellationum Capitaneo, & Sacri Palatii, etiam cauſarum Auditoribus, & ejuſdem S. R. E. Cardinalibus, aliiſque Judicibus ordinariis, ſeu delegatis, hucuſque motas penden. & quomodolibet movendas, de, & ſuper quibuſcumque locationibus, venditionibus,

nibus, legatis, fideicommiſſis, teſtamentis, hæreditatibus, ac illarum diſtributionibus, ac quorumcumque jurium, & actionum ecrtioribus, aliiſque quibuſcumque, inter vivos, & cauſa mortis, & quaſi contractibus, etiam vigore obligationis in forma Cameræ executionibus, revocationibus, bonis, rebuſque, juribus, & actionibus ad Archiconfraternitatem, ſeu Societatem prædictam ejuſque Cuſtodes, Gubernatores, Adminiſtratores, Officiales, & Deputatos Miniſtros, eorumque litis conſortes, tam conjunctim, quam diviſim, ac tam active, quam paſſive, tam ſecundario, quam principaliter intereſſe concernentes ſpectantibus, & pertinentibus ad Archiconfraternitatem, ſeu Societatem ipſam in quacumque inſtantia (quorum omnium, & ſingulorum ſtatum, & merita, necnon Judicum, & collitigantium nomina, & cognomina, & qualitates, ceteraque etiam de neceſſitate exprimenda pro expreſſis habentes) in ſtatu & terminis, in quibus reperiuntur, nunc harum ſerie ad Nos avocantes, illaſque omnes, & ſingulas, motas, & penden., ac quam, & quas Archiconfraternitas, ſeu Societas, Gubernatores, Officiales, Adminiſtratores, & Deputati, necnon pauperes ibi degentes, habere velint contra eaſdem perſonas, Univerſitates, Monaſteria, & alia hujuſmodi pia Loca, pro rebus, bonis, hæreditatibus, juribus, actionibus hujuſmodi, nunc & pro tempore Archiconfraternitatis, ſeu Societatis prædictæ exiſtenti Protectori, una cum illarum dependen., emergen., inciden. annexis.

Summarieque &c. procedendi.

§.3. Summarie, ſimpliciter, & de plano, & ſola facti veritate inſpecta, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, per ſeipſum, ſeu alios a ſe deputan. in quacumque inſtantia, uſque ad finem audien., cognoſcen., & fine debito terminan., ac etiam alibi introducen., ſeu committen. reaſſumen. auctoritate Apoſtolica tenore præſentium committimus, & mandamus. Ipſumque Protectorem nunc, & pro tempore exiſtentem in dictis cauſis motis penden., ac in futurum movendis, in Judicem ordinarium cum facultate eaſdem cauſas in quacumque inſtantia, uſque ad finem, & per ſeipſum, ſeu alium, vel alios ejus Auditores deciden., & terminan., & aliis facultatibus prædictis, facimus, conſtituimus, & deputamus.

In Curia & extra inhibendi.

§.4. Necnon cum poteſtate citan., & inhiben. quos, quibus, & quoties opus fuerit, in Curia, & extra eam, etiam per edictum publicum, conſtito ſummarie, & extrajudicialiter de non tuto acceſſu: eidemque, ac quibuſvis aliis ejuſdem Urbis Judicibus, ac perſonis, tam eccleſiaſticis, quam ſæcularibus, quibus, & quoties opus fuerit, etiam ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, & pecuniariis, quibus ſibi, ſeu ab eo pro tempore deputando Auditori videbitur inhiben., & in eventum non paritionis contra inobedientes, contumaces, & rebelles ad declarationem incurſus pœnarum, & cenſurarum hujuſmodi exactionem, illarumque aggravationes, & reaggravationes, & alias juxta morem, & ſtylum Curiarum Urbis in ſimilibus ſervari ſolitum, & prout ſibi videbitur procedendi, ſententiaſque ſuas debitæ executioni demandandi, ſive demandari faciendi, auxiliumque brachii ſæcularis ad hoc, ſi opus fuerit, invocan. omniaque alia, & ſingula, in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna facien., geren., & exequen.

Et ſingulis diebus, & horis præterquam in honorem Dei feriatis procedendi.

§.5. Ac in omnibus, & ſingulis cauſis prædictis ſingulis diebus, & locis, feriatis, & non feriatis, præterquam in honorem Dei, etiam tempore feriarum ob neceſſitatem hominum indictarum, & indicendarum procedendi.

Notarioſque deputandi.

§.6. Ac quemcumque Notarium ſibi bene viſum in cauſis hujuſmodi deputandi.

Mandatarii huic Judici ſerviant omnes.

§.7. Volumus etiam, quod citationes, monitiones, & intimationes, quæ in dictis cauſis fieri oportuerit, etiam per Curiæ Almæ Urbis Vicarii, & quoſcumque alios mandatarios fieri poſſint.

Executoreſque omnium Curiarum.

§.8. Et quicumque executores Urbis poſſint, & debeant effectualiter executioni demandare omnes, & ſingulas ſententias, decreta, & mandata prædicti Cardinalis Protectoris, ſive ab eo deputatorum, quique non obſtante regula Cancellariæ, ſub ejus parvo ſigillo expediri poſſint,

Sententiæ aliorum Judicum nullæ ſunt.

§.9. Et inſuper Archiconfraternitatem, ſeu Societatem prædictam ejuſque Priores, Adminiſtratores, & Gubernatores, ac Deputatos hujuſmodi ex nunc deinceps occaſione præmiſſorum, principaliter, ſeu ſecundario alibi quam coram prædicto Cardinali Protectore convenire, aut ad alios convenien. conſtringi non poſſe: ac proceſſus, ſententias, & decreta per alium, ſeu alios, tam ordinarios, quam delegatos Judices in cauſis prædictis quomodolibet pro tempore formata, lata, & facta, cum inde ſecutis quibuſcumque, nulla, irrita, & inania, nulliuſque roboris, vel momenti fore.

Clauſulæ præſervativæ.

§.10. Præſentemque cedulam, ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, & exemptionibus, limitationibus, ſeu renovationibus, ſimilium, vel diſſimilium conceſſorum, & gratiarum, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, & Sedem prædictam, vel ejus Legatos, etiam per regulas Cancellariæ Apoſtolicæ pro tempore factas, nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis penitus, & omnino exceptas, ac quoties illæ emanabunt præſentem cedulam in priſtinum robur reſtitutam eſſe, & cenſeri debere, nec eidem cedulæ per quaſcumque literas, etiam quaſvis regulas generales, & ſpeciales, etiam derogatoriarum derogatorias, irritantiaque, & alia decreta, ſub quacumque verborum expreſſione continentes poſſe, & ſi illis ullo umquam tempore, ex aliqua etiam quantumvis neceſſaria, & urgenti cauſa derogari contingat, niſi tenor cedulæ de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſertus, & hujuſmodi derogatio per trinas diſtinctas literas eumdem tenorem continentes tribus ſimilibus diſtinctis vicibus, Adminiſtratoribus, Gubernatoribus, Deputatis, & Confratribus

Digitized by Google

bus hujuſmodi, omnibus, & ſingulis legitime intimata, & iuſinuata fuerit, eorumque ad id acceſſerit aſſenſus, derogationem hujuſmodi nemini ſuffragari, & nullius eſſe roboris, vel valoris.

Clauſula ſublata.

§.11. Et ſic per quoſcumque Judices, quavis auctoritate fungen. etiam S.R.E.Cardinales, ac cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ſublata, ac irritum judicari, & definiri debere.

Clauſula derogatoriæ.

§.12. Non obſtantibus fel.rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres dies aliquis vigore præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Hoſpitalium, Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum quorumcumque piorum locorum, & Ordinum juramento corroboratis ſtatutis, & conſuetudinibus: privilegiis quoque, indultis Conſervatorique, exemptionibus, & literis Apoſtolicis eiſdem, ac dilectis filiis Populo Romano, eorum Judicibus, Notariis, & Tribunalibus, eorumque perſonis, per quoſcumque, etiam Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Nos, ac dictam Sedem, etiam Motu, & ſcientia ſimilibus conceſſ., approbat., & innovat., etiam diſponen., quod cauſæ hujuſmodi ad forum, ſeu Curiam Capitolii reaſſumi debeant. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, alias de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata, inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis haben. illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, etiam in vim contractus conceſſi, & concedendi, vel ſi prædictis, aut quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra, vel ultra certa loca, Curias, & Tribunalia, ad judicium trahi non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indultis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, proque præſentibus non expreſſa, aut totaliter non inſerta, juriſdictionis ipſius Protectoria, explicatio impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per regulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expeditio habenda ſit, in præſentibus literis mentio ſpecialis.

Fides exemplorum.

§.13. Volumus autem præſentium ſolam ſignaturam ſufficere, & ubique fidem facere in judicio, & extra, regula contraria non obſtante, & earumdem tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Protectoris, ſeu Archiconfraternitatis, ſeu Societatis hujuſmodi munitis, eamdem prorſus fidem adhiberi, quæ adhiberetur præſentibus manu noſtra ſubſcriptis, ac etiam literas ad partem expediri poſſe.

Placet Motu proprio M.

Datum Romæ apud S.Petrum, 12,Kal. Aprilis Anno VI. D. P. An.VI. 21. Martii.

CLXIX.

Facultas Magiſtri Generalis, & Prælatorum Ordinum Fratrum Prædicatorum S. Dominici, creandi, & deputandi Fratres ipſius Ordinis in Notarios pro executione mandatorum Apoſtolicorum.

De hoc Ordine vide in Conſt.II. Honor.III. Religioſam *Tom.III. Par.I.fol.*178.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam

Exordium.

DEbitum Paſtoralis Officii Nobis, meritis licet imparibus, ex alto commiſſi, Nos admonet, & inducit, ut circa Religionum quarumlibet, præſertim Ordinis Fratrum Prædicatorum S. Dominici, ad quem patrio quodam jure peculiarem gerimus paternæ caritatis affectum, ſtatum proſpere dirigendum, & reſcripta Apoſt. quæcumque publicam, ac alias privatam dicti Ordinis, & Fratrum, ſive Monialium ejuſdem utilitatem concernentia, per probos, & idoneos ejuſdem Ord. Religioſos, perſonis, quibus opus fuerit, intimanda, & inſinuanda, ac debite exequenda, ſtudiis invigilemus aſſiduis, ac alias omnibus illorum incommodis, & neceſſitatibus conſulamus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Cauſa hujus Conſtitutionis.

§.1. Cum itaque ſicut Nobis dum in minoribus conſtituti eſſemus, ſatis comprobatum fuit, quod Fratres Religioſi, & Moniales d.Ord. Fratrum Prædicatorum S.Dominici, ſive Ordinem ipſum, vel illius Regulam profitentes, quem quidem Ordinem expreſſe profeſſi fuimus, tam univerſaliter, quam particulariter quamplura damna, incommoda, & detrimenta patiuntur, & impenſas ſuſtinent ex eo, quod Notarii tam clerici, quam laici ſæculares, etiam Apoſtolica, Imperiali, Regali, aut alia auctoritate creati, & conſtituti, in pleriſque mundi partibus, regionibus, Regnis, Provinciis, Dominiis, & locis exiſtentes, & eis oriundi, ſive alias inibi commorantes, mandata, conceſſiones, gratias, privilegia, & indulta, aliaque reſcripta Apoſt. tam ad publicam, quam privatam utilitatem emanata, ſive conceſſa, & bonum, ſive commodum publicum, ſive privatum concernentia, dominis temporalibus, ſive Poteſtatibus, Regibus, Ducibus, Principibus, Marchionibus, ac aliis dominis, & perſonis, quibus intimanda, ſive inſinuan-

Digitized by Google

nuanda veniunt, ac intimare, & inſinuare oportet, intimare, notificare, ſive inſinuare variis confictis reſpectibus recuſant, ſive non audent contra eorumdem officii liberum, & publicum exercitium, debitamque Sedis Apoſtolicæ obedientiam, ac in non modicum publicæ, & privatæ utilitatis, & commodi præjudicium, & detrimentum.

Privilegium de quo in rub.

§.2. Nos igitur cupientes, quantum cum Deo poſſumus, in præmiſſis Ordini, & Fratribus præfatis, ac etiam Monialibus ipſis de opportuno remedio providere, & incommodis, detrimentis, expenſis, & damnis eorum obviare, neque mandata, privilegia, gratias, conceſſiones, indulta, & reſcripta Apoſtolica, in genere, vel in ſpecie dicto Ordini, ſeu ipſius Ordinis Magiſtro generali, Provincialibus, aliiſque Superioribus, Prioribus, & Fratribus, & eorum ſingulis, dictiſque Monialibus, ſive earumdem Abbatiſſis, Prioriſſis, & earumdem etiam ſingulis ejuſdem Ordinis, ſive dictum Ordinem, & illius regulam profitentibus, quomodolibet, in genere, vel in ſpecie conceſſa, aliaque mandata & reſcripta Apoſtolica, publicam, vel privatam ipſius Ordinis utilitatem quomodolibet concernentia, & emanata, ob id debito careant effectu, & vacua remaneant, providere volentes, ipſoſque Ordinem, ac illius Magiſtrum generalem, Vicarium, Procuratorem, & Fratres, ac Abbatiſſas, Prioriſſas, & Moniales, eorumque ſingulos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon nomina, cognomina, Magiſtri generalis, Provincialium, Vicariorum, Procuratorum, & aliorum Superiorum, ac dictarum Abbatiſſarum, Prioriſſarum, & Monialium, invocationeſque, denominationes, & dependentias Monaſteriorum, Domorum, Conventuum, & aliorum Regularium locorum, tam virorum, quam mulierum dicti Ordinis, ac etiam mandatorum, conceſſionum, indultorum, & reſcriptorum, aliarumque gratiarum tenores, præſentibus, pro expreſſis habentes, Motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, modernis, & pro tempore exiſtentibus dicti Ordinis Magiſtro generali, Vicariis, & Provincialibus, tam citra, quam ultra, ac alias ubilibet conſtitutis. Quod in unaquaque eorum Provincia, unum, duos, tres, quatuor, vel quinque, aut plures eis bene viſos dicti Ordinis Religioſos, ſeu Fratres, probatos tamen, ac fide & doctrina idoneos, & ab ipſis approbatos, in Notarios creare, conſtituere, & deputare. Qui ſic creati, conſtituti, & deputati, ſine aliquo reſpectu, & omni ceſſante recuſatione, libere, quoties requiſiti fuerint, omnia & ſingula mandata, privilegia, conceſſiones, gratias, & indulta Apoſtolica, aliaque tam univerſalia, quam particularia dicti Ordinis, ac quibuſvis aliis, quæ de obſervantia ſunt tantum locis, domibus, Conventibus, Monaſteriis, & Eccleſiis, tam virorum, quam mulierum, & ſeu ejuſdem Ordinis Magiſtro generali, Provincialibus, Vicariis, Prioribus, & aliis ſuperioribus Fratribus, ac Abbatiſſis, Prioriſſis, Monialibus, & aliis perſonis ſub Regula dictorum Fratrum degentibus, & quæ ſunt obſervantiæ tantum, in genere, vel in ſpecie, ut ad univerſam ſive privatam utilitatem conceſſa, & emanata reſcripta Apoſtolica ejuſdem Regibus, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Dominis, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis, & ſæcularibus quibuſcumque, ubi, & quoties opus fuerit, ac ad id requiſiti fuerint, notificare, & intimare. Ac eoſdem juxta mandatorum, conceſſionum, indultorum, privilegiorum, & reſcriptorum hujuſmodi formam, continentiam, & tenorem monere, & requirere, aliaque omnia ſingula circa ea requiſita, & opportuna facere, agere, exercere, & exequi, ac de eiſdem omnibus, & ſingulis, publicos, & publica, actus & inſtrumenta coram teſtibus ad hoc requiſitis conficere, & ſtipulari, ac in notam redigere, & exinde ſemel vel pluries, prout ad id requiſiti fuerint, unum, vel plures, ac plura, publicos & publica, actus, & inſtrumenta quibus eadem prorſus fides adhibeatur in judicio & extra, ac ubique, ac ſi per alios quoſcumque publicos, & authenticos rogatos Notarios ſtipulata, confecta & publicata, & authenticata fuiſſent, conficere, & debitis ſignis, & characteribus ſubſcribere, publicare, & authenticare, libere & licite poſſint, & valeant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium licentiam, & facultatem impartimur, concedimus, & indulgemus: eiſdemque actis, notis, inſtrumentis, & ſcripturis per dictos Religioſos, ut præfertur, Notarios deputatos, ſtipulatis, confectis, & ut præfertur, authenticatis, & indubitatam fidem ubique, tam in judicio, quam extra adhibere, ac eoſdem ſic intimatos, monitos, & requiſitos eis affici & arctari debere volumus, ſtatuimus, & ordinamus.

Juſſio quod prædict. Notarii non impediantur.

§.3. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, & indignationis noſtræ, ac ſuſpenſionis a divinis, quo ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos, quo ad alios vero inferiores, ſub majoris excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, locorum Ordinariis, & & aliis quibuſvis perſonis, cujuſcumque ſtatus, gradus, Ordinis, & conditionis exiſtentibus, & quacumque etiam dictæ Sedis auctoritate, facultate, ſeu poteſtate, etiam Legati de latere, ac Cardinalatus honore fungentibus, ne ipſos Notarios, ut præfertur, deputatos, & electos, ſive eorum aliquem in executione ſupradictorum omnium quovis modo impediant, ſeu impedire, aut perturbare audeant, vel præſumant.

§.4. Ac

Clauſulæ præſervativæ hujus privilegii.

§.4. Ac decernentes præſentes literas nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, ſeu intentionis noſtræ vitio, ſeu defectu, notari, ſeu impugnari, ac ſub quibuſvis revocationibus, derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, a Nobis, vel Succeſſoribus noſtris emanandis comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas exiſtere, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum, & validiſſimum, etiam ſub data per eoſdem Magiſtrum generalem, Provinciales, & alios ſupra nominatos eligendam, conceſſas, reſtitutas, & plenarie reintegratas exiſtere. Et ſic per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum deputatio.

§.5. Quocirca dilectis filiis Jacobo tituli S. Mariæ in Coſinedin. presb. Card. de Sabellis nuncupato, noſtro in Alma Urbe Vicario, & curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori & Cancellariæ Apoſtolicæ Regenti, nunc, & pro tempore exiſtentibus, per præſentes motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Magiſtri Generalis, Procuratorum, Provincialium, & aliorum prædictorum, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra illos, & eorum ſingulos, indulto, conceſſione, voluntate, ſtatuto, ordinatione, mandato, & decreto noſtris hujuſmodi, juxta eorumdem præſentium tenorem pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac alia juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus ſententiam, cenſuras, & pœnas prædictas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum.

§.6. Non obſtan. fel. rec. Bonif. PP. VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilio generali de duabus dietis, dummodo quis auctoritate præſentium ultra tres dietas ad judicium non trahatur, aliiſque quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon in provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam dictæ Sedis de latere Legatis, Nunciis, locorum Ordinariis, & aliis quibuſvis perſonis in præjudicium præmiſſorum, per quemcumque Romanorum Pontificum, etiam Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem præfatam, tam ſub plumbo, quam in forma brevis, & etiam motu, & ſcientia ſimilibus conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita & obſervata, inſerti forent præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem.

§.7. Volumus autem, quod tranſumptis præſentium &c. — Fides tranſumptorum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 21. Martii 1571. Pontificatus noſtri Anno VI. — D. P. An. VI. 21. Martii.

CLXX.

Quod Fratres Eremitæ S. Hieronymi Congregationis B. Petri de Piſis, regulam S. Auguſtini dudum profeſſi, ultra gratias d. Congregationis, perfruantur privilegiis omnibus ab iſto Pontifice Mendicantium Ordinibus elargitis.

De his Fratribus vide in Conſtit. XVI. Eugenii IV. Tom. III. Par. III. Provenit *fol.* 19.

PIUS PAPA QUINTUS

Dilectis filiis Congregationis Fratrum Eremitarum Beati Petri de Piſis Ordinis Sancti Hieronymi.

Exordium.

Religionis zelus, eximiumque regularis obſervantiæ deſiderium, ac illibatus ſinceræ devotionis erga Nos, & Sedem Apoſtolicam affectus, quibus in Domino flagrare comprobamini, promerentur ut noſtram quoque, & Sedis prædictæ paternam ſentiatis benignitatem, & clementiam.

Confirmatio omnium gratiarum Ordinis, cum clauſula, quatenus &c.

§.1. Hinc eſt quod Nos Congregationem veſtram fratrum Eremitarum B. Petri de Piſis Ordinis S. Hieronymi, dictoſque fratres, & alias ejuſdem Congregationis perſonas, aliqua noſtra, & dictæ Sedis benevolentia amplecti, ac ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, Motu proprio, non ad veſtram, aut alicujus veſtrum, ſeu alterius pro vobis ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera liberalitate, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula

gula privilegia, facultates, libertates, immunitates, exemptiones, prærogativas, indulta, & alias gratias univerſas, ſpirituales, & temporales, vobis, & dictæ veſtræ Congregationi, illiuſque capitulo, & perſonis, ac Monaſteriis, & locis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & etiam forſan Nos, ac Sedem prædictam, & etiam illius Legatos, necnon etiam locorum Ordinarios quorumlibet hactenus, & in præſentem uſque diem, ac etiam a quantumvis antiquo tempore conceſſa (quatenus ſacri Tridentini Concilii decretis, & regulari obſervantiæ contraria non ſint, & quoad ea, quæ decretis Concilii, & regulari obſervantiæ hujuſmodi non contrariantur) necnon deſuper confectas literas, inſtrumenta, documenta, & ſcripturas quaſcumque in eis contenta, ac inde ſecuta, & ſequenda quæcumque, illarum, & illurum, ac præmiſſorum omnium, & aliorum neceſſariorum tenores, & etiam datas cum inde ſecutis, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, & haberi decernentes, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac innovamus, & etiam de novo perpetuo concedimus, necnon illis plenariæ, inviolabilis, & perpetuæ firmitatis Apoſtolicæ robur adiicimus, omneſque & ſingulos, tam juris quam facti, & quoſcumque alios defectus, ſi qui forſan intervenerint quomodulibet in eiſdem, ſupplemus, illaque valida, & efficacia fuiſſe, eſſe, & perpetuo fore, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, necnon vobis, & Congregationi veſtræ prædictæ, illiuſque fratribus, perſonis, Monaſteriis, & locis ſuffragari, ac ab omnibus, & ſingulis, quos ea quomodolibet concernunt, & pro tempore concernent, inviolabiliter perpetuo obſervari debere, voſque & Congregationem veſtram, ac illius fratres, perſonas, Monaſteria, & loca ſuper præmiſſis, & infraſcriptis, per quoſcumque quavis auctoritate quumodolibet moleſtari, vel impediri non poſſe, decernimus & declaramus.

Inhibitio contra perturbatores.

§.2. Diſtrictius etiam inhibentes omnibus, & ſingulis perſonis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis ubilibet exiſtentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, ac aliis arbitrii noſtri pœnis, ne vos, aut aliquem veſtrum ſuper præmiſſis, per ſe, vel alium, ſeu alios, publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis quæſito colore, vel ingenio quomodolibet moleſtare, inquietare, impedire, vel perturbare audeant, ſeu præſumant.

Indulgentia pro Congregatione.

§.3. Ac inſuper de Omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, vobis, & dictæ veſtræ Congregationi, illiuſque Fratribus, & perſonis, ac veſtrum, & eorum ſingulis plenariam omnium peccatorum veſtrorum indulgentiam, & remiſſionem a culpa, & pœna in forma Jubilæi ampliſſima, quarto die Dominico cujuslibet quadrageſimæ, in perpetuam rei memoriam profeſſionis trium votorum, quam vos Fratres dictæ Congregationis, præeunte dilecto filio Fratre Joanne Baptiſta de Monſelice, veſtro, & hujus Congregationis generali, prompto, & libenti animo in manibus noſtris ſolemniter ſub regula S. Auguſtini, & ſub Conſtitutionibus dictæ Congregationis, Romæ in Eccleſia Monaſterii Sancti Honuphrii die decima octava menſis Martii, Anni Domini milleſimi quingenteſimi ſexageſimi noni emiſiſtis, eiſdem auctoritate, & tenore miſericorditer in Domino perpetuo concedimus, & impartimur.

Cõmunicatio omnium gratiarum ab iſto Pont. Ordinibus Mendicantium conceſſarum.

§.4. Et prætere a vos, & eamdem Congregationem veſtram, illiuſque Fratres, & perſonas, ac Monaſteria, & loca, bullæ confirmationis, novæque conceſſionis privilegiorum: omnium Ordinum Mendicantium per Nos nuper, ſeu dudum editæ, illius etiam tenores, & datam cum inde ſecutis præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, in omnibus & per omnia, ac ad inſtar dictorum Ordinum, & æque principaliter, ex nunc, & perpetuo, auctoritate, & tenore prædictis aggregamus, ac pro aggregatis haberi, cenſeri, & teneri in judicio, & extra judicium ubilibet, volumus, declaramus, & mandamus.

Clauſulæ præſervativæ.

§.5. Præſentes quoque de ſubreptionis vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, ſeu alias quomodolibet infringi, vel retractari, ſuſpendi vel revocari, ſeu eis in aliquo derogari nullatenus umquam poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, necnon ab omnibus, & ſingulis, quos ea quomodolibet concernunt, & pro tempore concernent, inviolabiliter, ut præfertur, obſervari, ſicque etiam in præmiſſis, & ſupradictis omnibus, & ſingulis ab omnibus cenſeri.

Clauſulã ſublata &c.

§.6. Ac ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam locorum Ordinarios, etiam tam quam a Sede Apoſtolica delegatos, necnon etiam Rotæ Auditores, ſeu Locatenentes, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ſeu Nuncios, eorumque Vicelegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter Judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis cauſa, & inſtantia, judicari, ſententiari, & definiri debere, necnon quicquid ſuper his a quocumque quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus.

Executorum deputat.

§.7. Quocirca dilectis filiis Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, ac Sedis Apoſtolicæ Legatis etiam de latere, & Nunciis ubilibet, nunc, & pro tempore exiſtentibus, præſentibus, & futuris, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, ſi, & poſtquam præſentes noſtræ

literæ eis præſentatæ fuerint, per ſe, vel alium, ſeu alios literas ipſas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties ſuper hoc pro parte veſtra, aut alicujus veſtrum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, vobiſque, & cuilibet veſtrum in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi, firmiter obſervari, voſque, & quemlibet veſtrum illis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes vos, aut veſtrum quempiam per quoſcumque contra earumdem præſentium tenorem deſuper quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac alia opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.8. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne judices, a Sede Apoſtolica deputati, extra Civitatem vel Diœceſim in quibus deputati fuerint, contra quoſcumqoe procedere, ſeu alii, vel aliis vices ſuas committere præſumant, ac in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, & quibuſvis aliis Apoſtolicis, ac univerſalibus. Provincialibuſque, & Synodalibus, ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam quibuſvis perſonis, & locis, in genere vel in ſpecie ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, ac etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & etiam conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, alias de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Aut ſi aliquibus communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die trigeſima Martii, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, Pontificatus noſtri Anno VI.

D. P. An. VI 30. Martii.

CLXXI.

Reductio ad terminos juris communis, Conſtitutionum a Sixto IV., Leone X., & Pio IV., ac aliis Pontificibus editarum, ſuper Jure congrui, & ſuper novis (exceptis tamen Sacris aut publicis) ædificiis conſtruendis, aut ampliandis in Urbe.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio, &c.

Procemium.

AD hoc Nos Deus militanti Eccleſiæ præficere dignatus eſt, ut ſingulorum Prædeceſſorum noſtrorum geſta (eo inſpirante qui dat ſpiritum bonum petentibus ſe) revolventes, ea quæ certis tunc ſuadentibus rationabilibus cauſis emanarunt, ex aliis non minus attendendis rationibus ad rationis tramitem reducamus, prout rerum, & temporum qualitate digeſta ſalubriter in Domino conſpicimus expedire.

Sixtus IV. citatus in rubr. juſſit vicinos domos vendere vicinis ad ornatum Urbis.

§.1. Sane licet alias fel. rec. Sixtus Papa IV. Motu proprio, & ex ejus certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuerit, & ordinaverit, quod tunc & pro tempore exiſtentes Romanæ Eccleſiæ Camerarius, & Magiſtri ædificiorum, & ſtratarum dictæ Urbis, ad requiſitionem dominorum quorumcumque domorum & aliorum bonorum, tenerentur in certis expreſſis caſibus compellere vicinos ad domos, & alia bona expreſſa vendendum, pro precio per peritos extimando, quodque vicini vendere volentes nonniſi vicinis emere volentibus vendere poſſent, & alias ac latius, prout in dicti Prædeceſſosis literis continetur ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, prid. Kalen. Julii, Pontificatus ſui Anno IX.

Leo etiam X. ut in rubr.

§.2. Et ſucceſſive Leo Decimus ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis prædictæ milleſimo quinquageſimo decimo ſexto quarto nonas Novembris Pontificatus ſui Anno IV.

Pius IV. eorum Conſtit. ampliavit, ut in Bulla indicata in rubr.

§.3. Ac Pius IV. ſub datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis prædictæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto, decimo Kal. Septemb. Pontificatus ſui Anno VI., & alii Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri literas prædictas Sixti confirmaverint, declaraverint, ampliaverint, & extenderint, & alias prout latius in dictis literis continetur.

§.4. Cum

Digitized by Google

Hic modo Pontifex ad tollerandum lites deſuper ortas.

§.4. Cum autem ſicut accepimus, occaſione literarum prædictarum diverſæ lites, quæſtiones, & controverſiæ ortæ, ac diverſa gravamina, & læſiones, perturbationes, & incommoda diverſis perſonis generata, illata, ac literæ hujuſmodi, quæ correctoriæ juris communis exiſtunt, ſecundum propriam ſignificationem ſtricte interpretari deberent, rigoroſæ executioni, etiam in caſibus illis forſan non expreſſis demandatæ fuerint, & in dies demandentur, in earumdem perſonarum animorum moleſtiam non modicam, ac propterea plurimorum ad Nos querelæ delatæ fuerint, & in dies deferantur, conquerentium potiſſimum de rigore, vel potius injuſtitia literarum prædictarum.

Eas reducit ad terminos juris communis.

§.5. Nos attendentes quod ea, quæ juri communi, & ſacris Canonibus contrariantur, & ex certis neceſſitatibus imminentibus, & ita forſan requirentibus, ſtatuta, & admiſſa ſunt, perpetua eſſe non debent, & quod ſi legi civili multa rigoroſa admittenti gravis viſa eſt injuria, quæ inani honeſtatis colore velatur, ut homines de rebus ſuis facere aliquid cogantur inviti, neque ſuo arbitratu vendenda diſtrahere poſſint, & propterea Conſtitutiones caſſaverit, quæ liberum arbitrium diſtrahendi res proprias impedirent, multo gravior Nobis eſſe videtur, qui Sanctorum Patrum decretis inhærentes, nitimur, ut nonniſi ea, quæ ad pietatem, & æquitatem, ac liberam diſponendi de rebus ſuis facultatem, & ad quietem, & tranquillitatem ſubditorum noſtrorum, & querelarum, ac litium præfatarum amputationem tendunt, admittamus. Literarum omnium præfatarum veriores, necnon proceſſuum deſuper formatorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, necnon quarumcumque litium deſuper forſan motarum, & in quacumque inſtantia, etiam ſuper juſtitiæ, vel injuſtitiæ reviſione penden. ſtatus, merita, ac nomina, & cognomina Judicum, & collitigantium præſentibus pro expreſſis haben. illaſque ad Nos harum ſerie advocantes, & extinguentes, perpetuumque ſuper præmiſſis ſilentium imponentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, non ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera animi noſtri deliberatione, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine literas, & Conſtitutiones Sixti, Leonis, Pii, & aliorum Prædeceſſorum noſtrorum hujuſmodi, quoad pendentes in quacumque inſtantia, refectis tamen expenſis illis, qui ſub prætextu dictarum Bullarum juſtam hucuſque habuerunt cauſam litigandi, & futuras cauſas, ac ſi numquam emanaſſent, ad jus commune, & terminos, & viam juris communis omnino reducimus, revocamuſque, caſſamus, & annullamus, ac viribus vacuamus. Ita quod in cauſis hujuſmodi ſecundum juris communis diſpoſitionem, poſthabitis literis præfatis, procedi, ſententiari, & definiri debeat.

Præterquam in ſacris, vel publicis ædificiis, ut hic.

§.6. Excipimus tamen a præſenti noſtra reductione, & caſſatione, quod ſi pro una, vel pluribus ædibus ſacris, ædificiis, viis, & plateis publicis conſtruendis, ampliandis, vel dirigendis, aliqua domus, vel alia ædificia, & bona eſſent in totum, vel in parte incorporanda, demolienda, vel reſtringenda, quod in caſibus præfatis, & non in aliis poſſint vicini, & habentes domos, ſedimina, plateolas, & alia quæcumque bona, etiam ſi aliter vendituri non eſſent, compelli ad ea vendendum. Ita tamen quod compulſi præfati ultra æſtimationem domus, ſediminis, plateolæ, & aliorum bonorum prædictorum faciendam per duos peritos communiter eligendos, & in caſu diſcordiæ, per Magiſtros viarum loco tertii, quartam partem pretii ultra valorem, ut ſupra æſtimandum conſequantur.

Juſſio ſic & non aliter judicandi.

§.7. Diſtrictius inhibentes quibuſvis &c. ne aliter quam ut præmittitur, judicare, vel contra præmiſſa ſententiare, aut lites prædictas proſequi quovis quæſito colore, audeant, vel præſumant. Decernentes quoque omnes, & ſingulas aliter, quam ut præfertur, ferendas ſententias nullas, irritas, inanes, nulliuſque roboris vel momenti, & tamquam tales nemini ſuffragari, nec a quoquam exequi quovis prætextu deberi.

Clauſulæ præſervativæ.

§.8. Præſentes vero vim perpetuæ Conſtitutionis, & legis habere, & inter extravagantes Conſtitutiones noſtras regiſtrari, ac publicari debere, nec ullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio notari, impugnari, invalidari, ad terminos juris reduci, in jus vel controverſiam vocari, quacumque occaſione, vel cauſa minime poſſe, minuſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, & limitationibus comprehendi nullatenus poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas eſſe. Sicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices quacumque auctoritate fungentes, etiam cauſarum ſacri Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis aliter judicandi poteſtate, judicari, & definiri debere, irritum quoque & inane, ſi ſecus a quoquam quavis auctoritate contigerit attentari.

Mandamuſq. propterea dilectis filiis &c.

Non obſtantibus literis Sixti, Leonis, & Pii præfatis, & aliis Apoſtolicis, necnon &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, quarto Idus Aprilis, Anno VI. D. P. An.VI. 10. Aprilis.

Placet Motu proprio M.

Sequitur extenſio ſupradictæ reductionis, etiam ad inquilinos.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Exordium.

TAnta eſt præſentis ſæculi depravata malitia, ut dum uni inconvenienti &c. ut ſup.

Cauſa hujus extenſionis.

§.1. Cum tamen nuper ad notitiam noſtram

Digitized by Google

ſtram devenerit, alias in Camera Apoſtolica inter alia decretum fuiſſe, quod exinde in poſterum nullæ venditiones de domibus aliis locatis per earumdem domorum Dominos, ſive illi Romani eſſent, ſive curiales, etiam ſi pupilli, vel vigintiquinque annis juniores, vel mulieres, laici, vel Clerici, ſeu etiam Religioſi, ſeu alias quarumcumque Eccleſiarum Rectores, ſive earumdem domorum jure, quorumvis beneficiorum per eos obtentorum jus, aut dominium habentes, etiam per eorum quavis neceſſitate vel cauſa, etiam ſi cum juramento, & quavis etiam obligatione in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ, ſeu alias quibuſcumque excogitari poſſent cautelis, & modis contractæ eſſent, valerent, ſeu alicujus roboris, vel momenti exiſterent, niſi primitus & ante omnia iiſdem domorum Domini earumdem inquilinis, per authentica inſtrumenta, & in præſentia Notarii publici, & teſtium fide dignorum, bis, cum intervallo decem dierum requiſitis, ſi pro juſtis conditionibus, & eiſdem preciis, pactis, & conventionibus eaſdem domos in eamdem emptionem habere vellent, alias dictæ venditiones exinde nullius eſſent roboris vel momenti, ac alias prout in dicto decreto Camerali plenius dicitur contineri. Quod ſi profecto remaneret, eadem inconvenientia ſequerentur, quæ ex dictis Prædeceſſorum noſtrorum literis orta fuerunt.

Extenſio dictæ reductionis, etiam ad inquilinos.

§.2. Licetque non immerito cenſeri poſſet in dictarum literarum revocatione, etiam decretum Camerale præfatum ſaltem ex identitate rationis, ne quis de rebus ſuis diſponere arbitrio ſuo prohibitus videatur, comprehenſum fuiſſe & eſſe, ut tamen ſcrupuloſis omnibus, qui varia litium ſemina ſubminiſtrare non ceſſant, cavillandi materiam ſuccidamus, decreti præfati tenorem præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſo habentes, Motu ſimili &c. declaramus, atque decernimus, decretum præfatum ſub eadem cedula noſtra comprehenſum fuiſſe, & comprehendi debere quoad liberas domorum venditiones earumdem, inquilinis irrequiſitis per earum Dominos factas (dummodo ſuper earum retractatione lis mota per inquilinos, & plenarie hucuſque finita non fuerit) & in futurum contrahendas, perinde ac ſi de dicto decreto ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio facta fuiſſet. Et nihilominus pro præmiſſorum majori cautela & firmitate, omnia & ſingula, quæ in dicta cedula contra Prædeceſſorum literas præfatas ſtatuimus & ordinamus, & obſervari volumus, eadem omnia, cum omnibus & ſingulis clauſulis, & derogationibus in dicta noſtra cedula contentis, ac ſi de verbo ad verbum hic expreſſa eſſent, quoad hujuſmodi decretum, & liberam vendendi facultatem inquilinis domorum non requiſitis, ſtatuimus, & ordinamus, & obſervari volumus, & mandamus.

Decretum irritans.

§.3. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis &c. judicari debere, irritum quoque &c. decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.4. Non obſtantibus dicto decreto Camerali hujuſmodi, etiam pluries confirmato, ac aliis præmiſſis, ac quatenus opus ſit, noſtra de non tollendo jure quæſito, etiam quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon juramento &c. roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, necnon legibus etiam municipalibus, privilegiis quoque &c. ſub quibuſcumque tenoribus &c. conceſſis &c. ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, ſtatum & merita cauſarum præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes.

Papæ ſubſcr. D. P. An. VI. 9. Julii.

Placet Motu proprio M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Quinto Nonas Julii, Anno VI.

CLXXII.

Confirmatio privilegiorum Collegii Secretariorum Apoſtolicorum.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

ROmani Pontificis, in quo divina diſpoſitione poteſtatis plenitudo conſiſtit, providentia circumſpecta ad ea, quæ proſpero ſtatui dilectorum filiorum Secretariorum noſtrorum, qui Curiæ Romanæ decori, & ornamento, commoditatique eſſe dignoſcuntur, profutura conſpicit, operoſis ſtudiis intendit, & his, quæ per Romanos Pontifices Prædeceſſores ſuos illis gratioſe conceſſa comperiuntur, ut perpetuo firmiori ſubſiſtant robore, ſuum, & Sedis Apoſtolicæ munimen, & patrocinium libenter adiicit, eaque de novo concedit, & alias ſuper his diſponit, prout conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Cauſa conceſſionis.

§.1. Sane cum ſicut accepimus, plurima privilegia, facultates, & indulta per felicis recordationis Innocentium VIII., Alexandrum VI., Leonem X., Clementem VII., ac forſan alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros eiſdem Secretariis, & eorum Collegio per eorumdem Prædeceſſorum literas conceſſa fuerint. Nos quoque eoſdem Secretarios eorumque Collegium ſpecialis gratiæ favore proſequi, & ut eorum privilegia, facultates, & indulta hujuſmodi firmiora perſiſtant, & ſi quæ forſan in uſu non ſint, aut revocata fuerunt in integrum reſtituantur, providere volentes, eoſdem Secretarios, & eorum quemlibet a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, nec non literarum prædictarum, & privilegiorum in eis contentorum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes.

§.2. Mo-

Digitized by Google

Confirmatio Privilegiorum.

§.2. Motu proprio non ad ipſorum Secretariorum, aut alicujus pro eis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſingulas eorumdem Prædeceſſorum literas, omniaque, & ſingula privilegia, facultates, Indulta, gratias, libertates, immunitates, exemptiones, antelationes, honores, quatenus Concilli Tridentini Decretis non adverſentur, etiamſi illa in uſu non ſint, ac forſan per Nos, aut Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros revocata fuerint, nec non ſalaria, ac emolumenta, & alia quæcumque eiſdem Secretariis per dictos Prædeceſſores conceſſa, & aſſignata, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, nec non illis omnibus perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, defectus, ſi qui fuerint, aut intervenerint in eiſdem, ſive ex Jure, ſive ex facto proceſſerint, ſupplentes: Et pro potiori cautela privilegia, facultates, indulta, gratias, libertates, immunitates, exemptiones, antelationes, honores, ſalaria, & emolumenta hujuſmodi iis de modo, & forma, quibus per prædictos Prædeceſſores eiſdem Secretariis, & eorum Collegio conceſſa fuerunt, Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, auctoritate, & tenore prædictis de novo concedimus, & aſſignamus.

Hujuſmodi Privilegia infringi nõ poſſunt niſi reſtitutis prius ſingulis Secretariis pecunia.

§.3. Volentes, & ſtatuentes illa ullo unquam tempore per Nos, aut Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, revocari, reduci, alterari, aut moderari, ſeu Collegium ipſum, vel extingui non poſſe, niſi reſtitutis prius realiter, & cum effectu ſingulis Secretariis, tunc viventibus integre, & abſque ulla diminutione pecuniis, pro quibus eos officia emiſſe, aut habuiſſe conſtiterit, ſicque noſtræ incommutabilis voluntatis fuiſſe, & eſſe atteſtantes.

Præſentes literæ nullo umquam vitio notandæ.

§.4. Ac decernentes præſentes literas, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu, vel per fraudem extortas fuiſſe notari, redargui, vel impugnari poſſe. Et ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter interpretandi, judicandi, & diffiniendi facultate, interpretari, judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Motu ſimili in contrarium quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe, in omnibus, & per omnia quatenus præmiſſis adverſentur, vel repugnent, pari Motu derogamus, nec non omnibus, & ſingulis aliis, quæ dicti Prædeceſſores noſtri in eorum literis voluerunt non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die ſexta Maii 1571., Pontificatus noſtri Anno VI.

Dat. die 6. Maii 1571. An.VI.

CLXXIII.

Declaratio quod Canonici Sæculares Congregationis S. Georgii in Alga Venetiarum, præcedant etiam Canonicis Regularibus Congregationis Lateranenſis, Ordinis S. Auguſtini.

Hoc privilegium præcedentiæ, quo ad alios regulares, conceſſit hic idem Pont. d. Congreg. S. Georgii ut ſup. in Conſt. CXXVII. Ex incumbenti. *fol. 84. Iſtitutionem vero hujus Congregationis vide in Conſt. II. Greg. XII.* Illis. *Tom. III. Par. II. fol.* 405.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio, &c.

Hic Pontifex ſtis Canonicis ſecularibus dedit præcedentiam. Et deinde præcedentiam etiã dedit Canonicis regularibus Lateranen. Ideo dubitari poſſet, an hæc poſterior Bulla prædicta deroget.

CUM alias Nos poſtquam dilecti filii Rector Generalis, & Canonici Congregationis S. Georgii in Alga Venetiarum, mandatis noſtris obtemperando, profeſſionem regularem emiſerant. Noſque propterea ipſos ſub noſtra, & Sedis Apoſt. protectione receperamus, ac inter alia per quaſdam volueramus, quod Rector, & Canonici prædicti in Proceſſionibus, & actionibus publicis, prout antea ſoliti erant, præcederent, ex certis cauſis tunc expreſſis, omnes ac ſingulos Canonicos Regulares Ord. S. Auguſtini Congreg. Lateranen. ubique locorum exiſtentes, quod deinceps proceſſionibus, & aliis actibus publicis vel privatis intereſſe contigiſſet, ſtatim ipſum Clericum ſæcularem non exemptum ſubſequi, dum ipſi ſubſequendo præcedunt, dum vero præcedendo præcedunt, illud immediate ſequi debere per alias noſtras literas declaraverimus, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur, a nonnullis non immerito dubitari poſſet, an per poſteriores literas prædictas prioribus ita derogatum ſit, ut Canonici Regulares prædicti, Canonicos Congregationis S. Georgii prædicti præcedere debeant, quod profecto, ſi ita declaretur, non ſine maximo ipſius Rectoris, & Canonicorum S. Georgii præjudicio, & gravamine eſſe poſſet.

Hic modo Põtifex non derogare declarat, & præcedentiam Canonicorũ ſecularium preſervat.

§.1. Nos præmiſſa declaratione debita dilucidare ſatagentes, nolenteſque literas noſtras, quæ non ſine cauſæ cognitione prodierunt, in alienum ſenſum, ac aliorum præjudicium diſtrahi, literarum noſtrarum ultimo datarum id, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent præſentibus, pro expreſſis haben. ſeu exprimi, & inſeri poſſe decernen. motu ſimili declaramus, & in verbo Rom. Pont. atteſtamur, intentionis noſtræ numquam fuiſſe, nec eſſe, quod ſecundo datas literas prioribus ita præjudicare,

ut

Digitized by Google

ut ipſi Canonici Congreg. S. Georgii locum mutare debere cenſeantur, aut cenſeri poſſint, ſed locum ipſis Canonicis Regularibus aſſignatum, citra ipſorum Canonicorum Congregationis S. Georgii præjudicium, conceſſum fuiſſe ac eſſe intelligatur, ipſique Canonici Congreg. S. Georgii deinceps & perpetuis temporibus ſub nomine cleri ſæcularis venire, & ita ab omnibus cenſeri, nec ſuper eo a quoquam moleſtari poſſe vel debere.

Obſervantiſque hujus Bullæ præcipit.

§.2. Diſtrictius inhibentes omnibus, & ſingulis, tam Eccleſiaſticis quam ſæcularibus judicibus cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, ac conditionis exiſtentibus, & quacumque auctoritate etiam Apoſtolica fungen. & præſertim ſecundo dictis literis deputatis, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub Excommunicationis majoris, aliiſque arbitrio noſtro moderan. & infligen. pœnis, ne contra prædicta quovis quæſito colore venire, aut quominus illa ſuum plenarium ac integrum ſortiantur effectum, impedire audeant, vel præſumant, quinimmo eos, & alios quoſcumque, pœnas in eis appoſitas incurrere minime poſſe volumus.

Clauſulas hujus declarationis præſervativas apponit.

§.3. Decernentes quoque præſentes, & deſuper conficiendas literas, nullo umquam tempore, de ſubreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo quod d. Canonici Regulares, aut alii forſan intereſſe habentes, vocati non fuerint, notari, impugnari, invalidari, aut contra illas de nullitate opponi, ad terminos juris reduci, in jus vel controverſiam vocari, cauſamque vel cauſas, propter quas a Nobis præſentes emanaverint, verificare nullatenus teneri, nec ob id virib. carere, minuſque ſub quibuſvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum, revocationum, ſuſpenſionum, limitationum, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtrictæ, repoſitæ, & plenarie reintegratæ eſſe, etiam ſub quacumque data per ipſos Canonicos d. Congregationis S. Georgii eligenda, vimque validi, & efficacis contractus, inter Nos, & Sedem Apoſtolicam, ac eoſdem Canonicos, etiam cum juramento initi ac ſtipulati, ſortiri, ſicque ab omnibus cenſeri. Et ita per quoſcumque Judices, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis &c. judicari debere, irritum quoque &c.

Contrariis omnibus derogat.

§.4. Non obſtan. literis noſtris præfatis, quas quo ad hujuſmodi effectum, & in ea parte, quæ præſentibus contrariantur, revocamus, & annullamus, ac quibuſcumque litium pendentiis (quas ad Nos harum ſerie avocamus, & extinguimus) perpetuum ſuper illis ſilentium imponimus, illarumque ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, præſentibus pro expreſſis habentes, ac quibuſvis Apoſtolicis, necnon in provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuſvis, etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis dictis Canonicis Regularibus, & quibuſvis aliis, ſub quibuſcumque, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritum, &c. hac vice latiſſime derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Fiat Motu proprio M.

Papa ſubſcr.

Repetitio clauſularum.

§.5. Et cum abſolutione a cenſuris &c., & quod ſingularum literarum præfatarum tenores habeantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel in parte exprimi, ac de verbo ad verbum inſeri poſſint. Et de declaratione, atteſtatione, voluntate, deliberatione, decreto, & aliis prædictis pro repetitis habeantur, & ad partem perpetuo in forma gratioſa &c., & cum deputatione judicum, & executorum, qui aſſiſtant, & præmiſſa obſervari faciant, etiam ſub cenſuris &c. cum poteſtate citandi, inhibendi, & aggravandi, & reaggravandi, ac interdicen. &c., & cum derogatione &c. de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres, ac prædictorum, & ſingulorum præſentibus quomodolibet contrariorum. Quorum &c. latiſſime extenden., & quod præmiſſorum omnium &c., & per Breve literæ expediri poſſint.

Datum Romæ apud S. Petrum, 11. Kal. Junii, Pont. noſtri Anno VI.

D. P. An.VI. 15. Maii.

CLXXIV.

De electione, & officio Miniſtri generalis, & aliorum Superiorum Ord. Minorum S. Franciſci de Obſervantia. Et de modo recipiendi Novitios.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

PAſtoralis Officii Nobis divinitus injuncti aſſidua ſollicitudo Nos admonet, ut omni cura, ac vigilantia ad ea ſemper intendamus, per quæ omnes perſonæ regulares ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantes, in regularium, ac ſalutarium inſtitutorum obſervatione non modo conſerventur, ſed ad alia obſervanda modis, & rationibus congruentibus admoneantur, & impellantur. Conſiderantes autem quam uberes fructus Ordo Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia, qui in humilitate, & patientia potiſſimum fundatus exiſtit hactenus in agro Domini attulerit, & in dies magis cooperante eo, a quo bona cuncta procedunt, afferre non ceſſet, nonnulla ordinanda, & a fratribus prædictis obſervanda cenſuimus, per quæ Deo Omnipotente auctore, dictus Ordo per noſtræ providentiæ miniſterium, felicia in Domino ſuſcipere poſſit incrementa, Motu igitur pro-

proprio non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuo valitura ſanctione ſtatuimus, & ordinamus.

Qui & quomodo eligi poſſint in Superiores hujus Ordinis.

§.1. Quod illi Fratres ejuſdem Ordinis poſthac in generalem miniſtrum, & reliquos ſuperiores ſolum eligantur, qui regulam ipſius Beati Patris Seraphici bene obſervare, & qui in choro, victu, & veſtitu, quantum officii neceſſitas conceſſerit, cum aliis ſe conformare ſoleant, ac debeant, ſuper quo Barchinonenſes Conſtitutiones harum ſerie innovamus, omneſque, tam ſuperiorum quorumcumque, quam Definitorum, Cuſtodum, & Diſcretorum electiones, per vota ſecreta fiant, juxta ſacri Concilii Tridentini decreta, aliter electiones factæ pro tempore nullæ, & penitus irritæ ſint, & inanes, electique pœnas in dictis decretis contentas incurrant eo ipſo.

Et illi quando vocem habeāt in Capit.

§.2. Quodque Miniſter generalis, Commiſſarius, vel Procurator generales, & Provinciales, in eo Capitulo, quo abſolvi debent, definitores non ſint, neque vocem habeant, ſed facta ſucceſſoris electione diſcedant, ut ſi quis eos accuſare velit, libere agat.

Miniſtrorum Provincialiū electio fiat per vota ſecreta.

§.3. Quod Provincialium Miniſtrorum electio libere per vota ſecreta, ut ſupra fiat, ita ut Commiſſarius generalis, vel qui electioni præſederit, ſi formam prædictam transgredi, ſeu electores quo minus libere eligant, quovis modo impedire convictus fuerit, officio privatus exiſtat.

Subornantes, & ſubornati in elect.exem.

§.4. Qui vero in electionibus omnibus, vel ante eas per ſex menſes pro ſe, vel pro alio ſubornaverit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat, a qua niſi a Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo abſolvi non poſſit, ac voce activa, & paſſiva perpetuo careat, ſubornatus, vel alius, etiam pro quo ſubornatio fiet, qui ſubornantem non detulerit, eamdem pœnam incurrere cenſeatur.

Favorem procurantes extra Regulam coerceantur.

§.5. Qui autem ad officium obtinendum quorumvis favorem extra Religionem procuraverit, ultra prædictas pœnas per menſem carceri mancipetur.

Prælatorum officio quando expleatur.

§.6. Quod officium generalis Miniſtri octo annos duret, Commiſſarii, & Procuratores generalis, ac Provincialis, quatuor, ipſique ſemel officio functi, ad idem eligi non poſſint, niſi poſt ſexdecim annos, nec Miniſter generalis in Commiſſarium, vel Procuratorem generales, nec Commiſſarius generalis in Miniſtrum, ſeu Procuratorem generales, nec Procurator generalis in Miniſtrum, vel Commiſſarium generales, niſi poſt dictos ſexdecim annos, ut munus ſibi injunctum cum majori fructu exercere valeant. Poſſit tamen Miniſter Provincialis in alia Provincia Provincialis eſſe. Et Capitulum, quod dicitur intermedium, poſt quatuor annos ab electione Generalis celebrari debeat.

Diſcretorum officium, & præcedentia.

§.7. Quod generalis Miniſter habeat duos diſcretos ſecum, unum ex qualibet familia, quorum conſilio uti debeat in gravioribus, ſintque immediate ſubditi Miniſtro generali, ac in Generali, & Provincialibus Capitulis habeant vocem, & præcedant omnes alios, tam in loco, quam in voce, niſi illos dumtaxat, qui Miniſtri generalis munus obierint; Unaquæque autem familia ſuum eligat poſt electionem Miniſtri generalis, & Definitorum. Si moriantur, aut occupentur a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente occupatione longa, arbitrio Miniſtri generalis, vel ab ipſo Miniſtro generali legitime priventur, alium, ſeu alios eligat Miniſter generalis præcedente voto Provincialium ejuſdem familiæ, eorumque officium cum ipſo Miniſtro generali expiret, tametſi in Capitulis generalibus officio Diſcretorum hujuſmodi functi vocem habere poſſint.

Secretarior ū officium, & numerus.

§.8. Quod generalis Miniſter duos Secretarios habeat, alterum videlicet ex altera familia, quo cum negocia cujuslibet familiæ expediat, eiſque arbitrio ſuo uti poſſit.

Theologiæ lectores quando habeant vocē in Capitulo Provinciali.

§.9. Quod Sacræ Theologiæ lector, qui quatuor curſus abſolverit, activa, & paſſiva voce utatur in Provinciali Capitulo.

Officiales ſervent paupertatem.

§.10. Quod Magiſter generalis, Commiſſarius, Provinciales, & alii Viſitatores, & Domi, & foris ita parce, & modeſte in expenſis ſe gerant, ut ſanctæ paupertatis memores, tam Conventus relevare, quam proximos ædificare procurent. Qui tamen hoc non ſervabit, ſi Generalis fuerit, a Definitoribus Capituli generalis, reliqui a Superioribus condigne puniantur.

Novitiorum recipiendorū forma.

§.11. Poſtremo, quod in Novitiis recipiendis fiat inquiſitio de moribus, & vita eorum juxta Regulam ejuſdem Beati Franciſci, quæ ait, Diligenter examinent eos de fide Catholica, & de Eccleſiaſticis Sacramentis &c. Et fiat inquiſitio de progenitorum ſuorum defectu: volentes, quod iis, qui ex Maumethanorum, vel Judæorum genere deſcendunt, cum poſt ſuſceptum ab eis Sacrum Baptiſma, Græci, & Judæi diſtinctio eſſe non debeat, nullatenus defectus generis hujuſmodi, quo minus in Ordinem prædictum recipiantur, & ad conſequendas in dicto Ordine dignitates, gradus, & officia Religionis, vel cuipiam alteri nocere poſſit, vel debeat. Et quo ad deſcendentes ex hæreticis, videlicet converſis, pariter minime circa præmiſſa quicquam obſtet.

Qui recipiantur deſcendētes ab hæreticis.

§.12. Quo ad vero illos qui ex hæreticis damnatis, & non converſis, vel quorum ſtatuæ combuſtæ fuerint, originem ducunt, per lineam paternam uſque ad ſecundam generationem, per lineam autem maternam uſque ad primam tantum in præmiſſis obeſſe decernimus, & idem ſervetur in fratribus, qui ad ſacros etiam Presbyteratus ordines admittuntur.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.13. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſvis dicti Ordinis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate, alia roboratis,

privi-

privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Ordini, & Superioribus hujuſmodi per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos, & Sedem Apoſtolicam, etiam Motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, & efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie quomodolibet conceſſis, confirmatis, & ſæpius innovatis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, eorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An. VI. 28. Maii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, die 28. Maii, Pontificatus noſtri Anno VI.

Publicatio in generali Congregatione.

Anno Incarnationis Dominicæ 1571. indictione 13. die vero ultima menſis Maii, Pontific. SSmi in Chriſto Patris & D. N. D. Pii divina providentia Papæ V. Anno ſexto, retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ lectæ, & publicatæ fuerunt in generali retroſcriptorum Fratrum Minorum de Obſervantia, videlicet Miniſtrorum generalis, & Provincialium, ac vocalium congregatione, habita in Conventu S. Mariæ de Aracœli de Urbe, per me Robertum Fontanum Archivii Curſorem ſcriptorem Clericum Mutinen. præſentibus Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. Alexandro Card. Cribello Vice-Protectore, & R. P. D. Hieronymo Albernoz electo Tucumanen. Epiſcopo teſtibus &c. In quorum fidem hic me ſubſcripſi.

Robertus Fontanus Arch. Rom. Curſ. Script.

CLXXV.

Facultas Prælatorum Congregationis Caſſinenſis, alias S. Juſtinæ, Monacorum Ordinis S. Benedicti, Monacos a quibuſcumque reatibus, cenſuris, & pœnis abſolvendi, & cum eiſdem diſpenſandi.

Inſtitutionem hujus Congreg., & alia quæ ad eam ſpectant, notari in Julii II. Conſt. II. Super Cathedram *Tom. III. Par. III. fol.* 260. *Et adde, quod circa ejus privilegia extat alia Conſt. LVIII. hujus Pontif.* Et ſi mendicantium *Tom. IV. Par. II. fol.* 373.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

DUM ad Congregationem Caſſinen. in qua dilecti filii illius profeſſores mortui mundo, ſed Chriſto, qui eſt vera vita, ſub Regula, & Ordine S. Benedicti, tranſitoriis, & caducis hujus labilis ſæculi illecebris abdicatis, viventes, pro univerſali ſalute fidelium preces ad Dominum inceſſanter fundunt, oculos noſtræ pietatis dirigimus, dignum, quin potius debitum reputamus, ut illius Monaſteriorum pro tempore exiſtentibus Abbatibus, & Prælatis, ea liberaliter concedamus, quæ pro ejuſdem Congregationis, & aliarum perſonarum illius regularibus inſtitutis ſe conformare volentium, conſcientiarum emundatione, & ſecuritate, & irregularitatis, & quarumcumque aliarum macularum per eaſdem perſonas pro tempore contractarum abolitione, credimus profutura.

Facultas de qua in rubr.

§. 1. Motu itaque proprio, non ad ipſorum Abbatum, & Prælatorum, ſeu alicuius pro eis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & de mera liberalitate noſtris, Apoſtolicæque poteſtatis plenitudine, omnibus, & ſingulis modernis, & pro tempore exiſtentibus Abbatibus, & Prælatis Congregationis hujuſmodi, quoſcumque illius pro tempore exiſtentes Monacos, converſos, commiſſos, & oblatos, & tam profeſſos quam unitos, in ea tamen perſeverantes, a quibuſvis criminibus, reatibus, culpis, cenſuris, & pœnis, per eos, & eorum quemlibet, tam ante, quam poſt illorum in Congregationem hujuſmodi, ac Monaſteria ſub illius obedientia exiſtentia ingreſſum, ſeu profeſſionem regularem ibidem per eos emiſſam, ex quavis cauſa, & ob quemvis exceſſum, & delictum, publicum, vel occultum, caſu, ſeu data opera quomodolibet ab eis, & ſingulis, etiam ſi homicidium voluntarium, ſeu membri mutilatio, non tamen poſt ingreſſum hujuſmodi, pro tempore ſubſecutum, ſeu ſubſecuta fuerit, incurſis, & in futurum incurrendis, etiam ſi de caſibus reſervatis Sedi Apoſtolicæ, vel de comprehenſis in Bulla, quæ die Cœnæ Domini ſingulis annis legi conſuevit, fuerint, plenarie toties quoties opus fuerit, injuncta ſibi pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, quoad reatum homicidii tantum, in foro conſcientiæ tantum abſolvendi, & liberandi, ac in priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, & fuerant, ſtatum reintegrandi, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſive notam inde quomodolibet inſurgen. ab eis, & eorum quolibet prorſus abolen. ſecumque, quod præmiſſis non obſtan. non promoti ad omnes, etiam ſacros, & presbyteratus Ordines promoveri, atque Monaſteriis ejuſdem Congreg. in Abbates, Priores, & Prælatos præfici, necnon ad quaſcumque alias dictæ Congregationis prælaturas eligi, & aſſumi, munuſque benedictionis ſuſcipere, tam illi, quam qui jam ante, vel poſt præmiſſa, ſint, vel fuerint promoti, præfecti, & electi, etiam ſi munus benedictionis hujuſmodi ſcienter ſuſceperint, irregularitatibus, inhabilitatibus, reatibus, cenſuris, & pœnis hujuſmodi, vel aliis quibuſcumque criminibus irretiti, & innodati, ſcienter Miſſas, & alia divina Officia celebraſſent, ſimulve, ſeu alias munere benedictionis hujuſmodi quomodolibet uſi eſſent, in Altaris mini-

miniſterio miniſtrare, & dicto munere uti, necnon omnes, & quaſcumque Prælaturas, obedientias, adminiſtrationes, & Officia Ordinis, & Congregationis hujuſmodi retinere, recipere, gerere, & exercere libere, & licite poſſint, & valeant, nullamque de præmiſſis in quibuſvis privilegiis, facultatibus, diſpenſationibus, & conceſſionibus, etiam gratiam, vel juſtitiam, ſeu mixtim concernentibus, etiam per Sedem Apoſtolicam ſibi pro tempore conceſſis, mentionem facere teneantur, miſericorditer in Domino diſpenſandi, licentiam, & facultatem liberam, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo concedimus, & elargimur.

Declaratio d. conceſſionis.

§.2. Statuentes, abſolutiones, liberationes, reintegrationes, diſpenſationes, necnon omnia alia, & ſingula, quæ harum vigore fient, & inde perpetuo ſequentur, valida, & efficacia fore, omnibuſque, & ſingulis, nunc, & pro tempore exiſtentibus Monacis, converſis, commiſſis, oblatis, donatis, & perſonis Congregationis hujuſmodi, ita demum ſuffragari, ſi dummodo donec vixerint in habitu, & profeſſione regulari ejuſdem Congregationis, virtutum Altiſſimo famulati fuerint, ſub obedientiaque Prælatorum, & Superiorum dictæ Congregationis permanſerint.

Clauſulæ præſervativæ.

§.3. Decernentes quoque præſentes literas perpetua roboris firmitate ſubſiſtere, & nullo umquam tempore ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium facultatum, vel licentiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, prohibitionibus, moderationibus, aliiſve contrariis diſpoſitionibus, & in dicta Bulla Cœnæ Domini pro tempore contentis minime comprehenſas eſſe, aut comprehendi debere, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, & cenſeri, & quoties contraria hujuſmodi emanabunt, toties eaſdem præſentes, & in eis contenta in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtituta, & perpetuo reintegrata eſſe. Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.4. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinatiooibus, ac Congregationis, & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Sanctio pœnalis.

§.5. Nulli ergo omnino hominum.

D. P. An. VI. 13. Junii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, Idibus Julii, Pontificatus noſtri Anno VI.

CLXXVI.

Quod Confraternitates Sanctiſſimi Nominis Dei in Eccleſiis Ordinis Fratrum S. Dominici, ſi extant, ſin autem de licentia Prioris ejuſdem Ordinis, in aliis Eccleſiis inſtituantur.

Ad hæc vide etiam Conſt. XCII. Pii IV. Injunctum *Tom. IV. Par. II. fol.* 175.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

DEcet Romanum Pontificem æqui, & boni ſupremum aſſertorem, ita cuncta provido ſuo judicio diſcutere, ut ſcandalis quibuslibet obvietur, & ea quæ in divini Nominis gloriam ſunt ſtabilita, votivum ſuſcipiant incrementum.

Sodalitas iſta ab Ordine S. Dominici proceſſit.

§.1. Accepimus ſane nuper, quod Societas Nominis Dei, ſive Juramentorum, originem, & ortum habuerit ab Ordine Prædicatorum, eo quod ab ejuſdem Ordinis profeſſoribus fuerit inſtituta, & aucta, necnon interventu dilectorum filiorum Fratrum dicti Ordinis multæ Indulgentiæ, aliaque privilegia, & favores dictæ Societati ab Apoſtolica Sede fuerunt conceſſa, tameo multi Clerici, & Parochi io ſuis Eccleſiis dictam Societatem erigere ſtudent, ita ut aliquando ſint plures in eadem Civitate Societates, ſeu Confraternitates dictæ Invocationis Nominis Dei, ſeu Juramentorum, in diminutionem obſervantiæ, & devotionis, quæ ex frequentia convenientium oriri ſolet, & non ſine aliqua confuſione, quæ ob præfatam cauſam in die Circumciſionis Domini, quaodo feſtum prædictæ Societatis, ſeu Confraternitatis celebrari debet, accedere conſuevit.

Hic ideo Pontifex eam in Eccleſiis Ordinis &c. erigi mandat.

§.2. Nos in præmiſſis pro noſtri Paſtoralis Officii debito opportune providere volentes, Motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtautiam, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod in Civitatibus, oppidis, & locis totius Orbis Chriſtiani, in quibus fuerint

Eccleſiæ Ordinis Prædicatorum, ibi tantum, vel in hujuſmodi Civitatibus, oppidis, & locis, in dictis Eccleſiis Prædicatorum dumtaxat, dicta Societas, ſeu Confraternitas hujuſmodi inſtituatur in Civitatibus, oppidis, aut locis, in quibus non fuerit dicti Ordinis domus, aut in finitimis Eccleſiis, abſque licentia Prioris Provincialis, ſeu Conventualis dicti Ordinis, in cujus diſtrictu ſita fuerit Eccleſia, in qua dicta Confraternitas, ſeu Societas eſt, vel erit erigenda.

Confratres que aliter admiſſi, Indulgentias non conſequi decernit.

§.3. Quod ſi ſecus factum fuerit, Confratres taliter admiſſi, dictæ Confraternitatis, ſeu Societatis indulgentias non conſequantur, nec favoribus, aut privilegiis gaudeant, quæ Confratribus legitime adſcriptis per Sedem præfatam conceduntur, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, ac etiam diſtrictius inhibemus, ſicque volumus, & præcipimus.

Et contravenientes coercari mandat per Conſervatores ejuſdem Ordinis.

§.4. Et nihilominus dilectis filiis Conſervatoribus dicti Ordinis per præſentes Motu ſimili mandamus, ut contradictores, ſeu attentantes auctoritate noſtra prohibeant, ac etiam per cenſuras, aliaſque pœnas, etiam pecuniarias, ac cetera juris, & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, compeſcant, & reprimant, ſuper quibus illis facultatem, poteſtatem, & auctoritatem eiſdem auctoritate, & tenore concedimus, & impartimur.

Clauſulæ præſervativæ.

§.5. Decernentes præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, ſeu alias quomodolibet infringi, vel retractari nullatenus umquam poſſe, ſed eas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & obtinere, necnon ab omnibus, quos illæ concernunt, inviolabiliter perpetuo obſervari.

Decretum irritans.

§.6. Sicque in præmiſſis ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam S.R.E. Cardinales, ac Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres ad judicium vigore præſentium non trahatur, & Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata infererentur præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim a prædicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

§.8. Ceterum quia difficile foret &c.

Fides exemplorum. D. P. An. VI. 21. Junii.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 21. Junii, Pontificatus noſtri Anno VI.

CLXXVII.

Declaratio, quod Religio Clericorum Regularium Societatis Jeſu eſt vere de Ordinibus Mendicantibus, eorumque gratiis, & privilegiis tam conceſſis, quam concedendis perfruitur.

Alia de hac Religione vide in Conſt. XXXI. Pauli III. Regimini Tom. IV. Par. I. fol. 18.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

DUM indefeſſæ conſiderationis intuitu perſcrutamur, quantum Chriſtianæ Reipublicæ utilitatem attulerint Dilecti filii presbyteri Societatis Jeſu, ac plane conſpicimus eos vere mundi hujus relictis illecebris, adeo Servatori ſuo ſe dedicaſſe, ut conculcatis theſauris, quos ærugo, & tinea comedit, lumbiſque paupertate, & humilitate præcinctis, non contenti terrarum finibus, uſque ad Orientales, & Occidentales Indias penetraverint, ac eorum aliquos ita Domini amor perſtrinxerit, ut etiam proprii ſanguinis prodigi, ut verbum Dei inibi efficacius plantarent, martyrio voluntario ſe ſuppoſuerint, perque eorum ſpiritualia exercitia, etiam regna ipſa fidem Chriſti agnoverint, ac tam inibi, quam ubique terrarum caritatis, & miſericordiæ opera exercere ſtudeant, facere nullo modo poſſumus, quin eos tamquam veros palmites in Chriſto per caritatem conjunctos, & benigne amplectamur, & ea ſibi ſpecialiter concedamus, quæ, & paupertatis per eos emiſſæ voto, & eorum inſtituto, ac commoditati credimus profutura.

Cauſa hujus declarationis.

§.1. Hinc eſt quod Nos attendentes, quod licet dilecti filii Præpoſitus generalis, & presbyteri Societatis hujuſmodi, tum quia ipſa Societas mendicans exiſtit, quippe quæ ex ejus inſtituto, & Conſtitutionibus Apoſtolica auctoritate confirmatis, bona ſtabilia

lia poſſidere nequit, ſed incertis eleemoſynis, fideliumque largitionibus, & ſubventionibus vivit; tum quia non minus quam ceteri mendicantes io excolenda vinea Domini aſſidue laborant, fructuſque ingentes, & ſalutiferos producunt, ac propterea eiſdem privilegiis, indultis, & gratiis FratribusMendicantibus hactenus conceſſis uti, frui, potiri, & gaudere merito poſſint, ac debeant. Cum tamen illud aliquando in controverſiam deduci poſſet, & ex eo quod dicta Societas Collegia habeat ſecum adiuncta.

Declaratio quod Societas eſt de Ordinibus Mendicantibus.

§.2. Nos ambiguitatem hujuſmodi omnino amputare volentes, eoſdemque Præpoſitum, & Societatem, eorumque ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes: necnon dictæ Societatis instituti, conſtitutionum, & diſpoſitionum, tam de jure, quam ab homine provenientium, necnon Privilegiorum, immunitatum, indulgentiarum, & gratiarum mendicantibus fratribus hujuſmodi quomodolibet conceſſorum, ac literarum deſuper confectarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes. Motu proprio non ad ipſorum Præpoſiti Generalis, & Societatis, vel alicujus eorum, aut alterius pro eis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, & certa ſcientia noſtris, illam, & illius Præpoſitum, ac ſingulas perſonas Societatis hujuſmodi vere, & non ficte mendicantes fuiſſe, eſſe, & fore; & inter aliorum Fratrum, & Religioſorum Mendicantium ordines, alioſque Fratres, & Religioſos Mendicantes, prout illos Nos connumeramus, & connumerari debere; ac omnes, & ſingulas, tam juris, quam hominum diſpoſitiones, in favorem Religioſorum, ſeu Fratrum Mendicantium nunc & pro tempore emanatas, etiam in Societate, illiuſque Domibus, Collegiis, Præpoſito, & aliis Religioſis locum habere.

Eorumque omnibus gaudet gratiis, & privilegiis.

§.3. Necnon omnia, & ſingula quæcumque, quotcumque, & qualiacumque ſint, etiam ſpeciali nota digna Privilegia, immunitates, exemptiones, facultates, conceſſiones, indulta, indulgentias, peccatorum remiſſiones, & gratias, tam ſpirituales, quam temporales, literaſque Apoſtolicas, etiam juſtitiam, ſive mixtim concernentia, hactenus per Nos, & quoſcumque alios Romanos Pontifices tam Prædeceſſores, quam Succeſſores noſtros, & denique Sedem Apoſtolicam, & illius Legatos de latere, ſive Nuncios, & quavis auctoritate fungentes, etiam Motu, & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter, tam in genere, quam in ſpecie, & tam communiter, & conjunctim, quam particulariter, & diviſim, etiam per modum extenſionis, ſeu communicationis, & alias quomodolibet, quibuſvis Ordinibus Fratrum, & Sororum Mendicantium quocumque nomine nuncupentur, illorumque Congregationibus, Conventibus, & Capitulis, ac utriuſque ſexus perſonis, ac illorum Monaſteriis, Domibus, Eccleſiis, Hoſpitalibus, & aliis piis locis hactenus conceſſa, & in poſterum concedenda; quorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent præſentibus, pro expreſſis, & inſertis haberi volumus, eiſdem Præpoſito, ac Societati, & omnibus illius perſonis, Domibus, ac Collegiis ubique terrarum ſitis, ita quod Societas, Domus, Collegia, Præpoſitus, & perſonæ hujuſmodi omnibus, & ſingulis prædictis Privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, conceſſionibus, indultis, Indulgentiis, remiſſionibus, gratiis, & literis, eiſdem Fratrum, & Sororum Mendicantium Ordinibus, Congregationibus, Conventibus, Capitulis, Perſonis, Monaſteriis, Domibus, Eccleſiis, Hoſpitalibus, & aliis piis locis, ut præfertur, conceſſis, & concedendis, antea potuerint, & nunc, ac in futurum, dummodo inſtituto Societatis, & Præpoſiti, ſeu deputatarum perſonarum hujuſmodi voluntati, & beneplacito non refragentur, poſſint libere, & licite uti, frui, potiri, & gaudere in omnibus, & per omnia, non ſolum ad illorum inſtar, ſed pariformiter, & æque principaliter, abſque ulla prorſus differentia, perinde, ac ſi Societati, Præpoſito, perſonis, Domibus, & Collegiis prædictis nominatim, & ſpecialiter, & generaliter conceſſa fuiſſent, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo ſancimus, volumus, & declaramus, ac pariter concedimus, indulgemus, & elargimur.

Clauſulæ præſervativæ.

§.4. Decernentes præſentes literas nullo umquam tempore per Nos, aut Sedem prædictam revocari, aut limitari, vel illis derogari poſſe, neque ſub ullis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, alterationibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, nunc & pro tempore emanatis, comprehendi, ſed ſemper ab illis excipi, & quoties revocari, alterari, limitari, vel derogari contingat, toties in priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa erant, ſtatum reſtitutas, & de novo, etiam ſub poſteriori data per pro tempore exiſtentem Societatis hujuſmodi Præpoſitum Generalem eligenda, conceſſas eſſe, & fore, ac ita, & non aliter per quoſcumque Judices, tam ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Card. etiam Sedis Apoſtolicæ Legatos de latere, & Nuncios, ac cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate, ubique, & in quavis inſtantia interpretari, cenſeri, judicari, cognoſci, & decidi debere. Irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio executorum.

§.5. Quocirca venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, ac dilectis filiis

liis eorum Vicariis in ſpiritualibus, aut Oſſicialibus generalibus, & curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Geoerali Auditori, oecnon Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac aliis, ad quos id quomodolibet ſpectat, & ſpectabit, per præſentes Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut uous eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quaudo opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Præpoſiti, & perſonarum Societatis hujuſmodi, vel alicujus eorum fueriot requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos præmiſſis omnibus, & ſingulis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari: contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.6. Non obſtantibus noſtra de uon expediendis literis ſuper iodulgentiis ad inſtar, ac felicis recordationis Bonifacii PP. VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus dictis, dummodo ultra tres dictas quis vigore præſentiom ad judicium non trahatur, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, etiam Motu, & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & cum quibuſvis irritativis, annullativis, caſſativis, revocativis, modificativis, præſervativis, exceptivis, declarativis, mentis atteſtativis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet, etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innovatis; qoibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi in eis caveatur expreſſe, quod illis nullatenus derogari poſſit, pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, ſeu aliqua alia forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias io ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibos communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides tranſſumptorum.

§.7. Volomus autem quod præſentium tranſumptis &c.

D. P. An.VI. 7. Julii.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 7. Julii 1571. Pontificatus noſtri Anno VI.

CLXXVIII.

Facultas Prælatorum Ordinis Fratrum Prædicatorum S. Dominici abſolvendi ſuos Fratres, & Moniales, & cum eis diſpenſandi, ſicut Epiſcopi cum Clericis, interdicto eis uſu Cruciatæ, vel alterius Privilegii ad eligen. Confeſſores, & obtioendas ejuſmodi abſolutiones, & diſpenſationes.

Alia de his Fratribus, vide in Conſtitut. II. Honorii III. Religioſam. *Tom. III. Part. I. fol. 178. Et de Sororibus vide itidem in Conſtitut. I. Innocentii VII.* Sedis *Tom. III. Part. II. fol. 400.*

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam

Exordium.

Romani Pontificis circumſpecta beoignitas, honeſtis petentium votis, quæ perſonarum ſub Religionis jugo Altiſſimo famulantium ſtatum, & ſalubrem directionem reſpiciunt, ad exauditionis gratiam libenter admittit, & favoribus proſequitur opportunis.

Petitio Ordinis.

§.1. Exponi Nobis ouper fecit dilectus filius Prior Provioeialis Provinciæ Hiſpaniæ Ordinis Fratrum Prædicatorum, quod cum in Bulla Cruciatæ Sanctæ, & aliis privilegiis, quæ ab Apoſtolica Sede concedi ſolent, detur facultas eligendi Confeſſorem idoneum, ab Ordinario approbatum, qui poſſit Chriſtifideles abſolvere a caſibus Ordinario reſervatis, & a quibuſdam etiam quæ dictæ Sedi reſervata ſunt. Religioſi dicti Ordinis, ſeu eorum nonnulli etiam his facultatibus oti præſumant, & illarum prætextu eligunt Confeſſorem aliquando, præter eos, qoi a ſuis Prælatis, pro audiendis eorum confeſſiooibus deputati ſunt, quod aliquando in ſpeciale eorum vergit detrimentum. Quare prædictus Prior Nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus in præmiſſis opportune providere de benignitate dignaremur.

Declaratio Papæ quod iſti Fratres, & Sorores non utantur Cruciata aut aliis privilegiis, quæ ad electionem Confeſſorum, & abſolutionem a caſibus reſervatis.

§.2. Nos igitur hujuſmodi obviare volentes, ac eumdem Priorem a quibuſvis excommunicationis, ſuſpeoſionis, & interdicti, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati talem conceſſionem Cruciatæ Sanctæ, & aliorum indultorum particularium, quantum ad prædictum articulum eligendi Confeſſorem, &

abſo-

abſolvendi a caſibus reſervatis, cum Fratribus, & Sororibus Monialibus totius Ordinis prædicti, tam Provinciæ Hiſpaniæ hujuſmodi, quam extra eam ubilibet locum minime habere, nec cenſeri, ſed noſtræ intentionis exiſtere, quod iidem Fratres, & Moniales, quantum ad Sacramenti Pœnitentiæ, ſeu Confeſſionis adminiſtrationem, diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubjecti ſint, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo declaramus: eiſdem tamen Prælatis, ut in uſu hujus poteſtatis, ſe cum ſubditis benignos, & faciles exhibeant, præcipientes, & mandantes.

Conceſſio facultatis Prælatis hujus Ordinis abſolvendi Fratres & Sorores, & cum eis diſpenſandi, ſicut Epiſcopi cum Clericis.

§.3. Et inſuper, quia Sacrum Œcumenicum Generale Trident. Concil. conceſſit Epiſcopis, ut abſolvere poſſint in foro animæ, ſeu conſcientiæ ab omnibus peccatis. & diſpenſare in irregularitatibus, prout Seſſ.24. cap.6. habetur, ne Prior Conventualis, & ſuperiores Prælati dicti totius Ordinis, tam in dicta Provincia, quam extra eam ubilibet, in hac parte deterioris conditionis, quam Clerici, aut ſæculares exiſtant, eiſdem Priori Conventuali, & ſuperioribus Prælatis, ut ipſi per ſe ipſos idem omnino poſſint in Fratres, & Moniales dicti Ordinis ſibi ſubditos, quod poſſunt Epiſcopi in Clericos, & Laicos ſibi ſubjectos, tam quo ad abſolvendi, & diſpenſandi hujuſmodi, quam alias quaſcumque facultates, eadem auctoritate, & tenore, etiam perpetuo concedimus, & indulgemus, ac etiam declaramus.

Clauſulæ præſervativæ.

§.4. Decernentes præſentes literas perpetuo durare, & valere, & ſub quibuſvis illarum conſimilium, vel diſſimilium conceſſionum, indulgentiarum, & gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, alterationibus, derogationibus, vel aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, aut Sedem Apoſtolicam, etiam ex quavis cauſa, aut alias quomodolibet, canonice vel de facto, nunc, & pro tempore factis, & faciendis nullatenus comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & de novo conceſſas exiſtere, & fore, ac cenſeri, & ſuffragari debere. Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, & quibuſvis Apoſtolicis, ac Univerſalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus. Necnon quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate, alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenorem ſuum, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in eis tradita obſervata inſererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 21. Julii 1571., Pontificatus noſtri Anno VI.

D. P. An.VI. 21. Julii.

CLXXIX.

Declaratio quarumdam literarum, ſuper reſervatione Beneficiorum, per crimen hæreſis vacantium; quæ a ſolo Romano Pontifice conferri poſſe ſtatuit, non obſtante quocumque Privilegio, ſeu jure.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

DEcet Romanum Pontificem, ea, quæ ab eodem perpetuo conſtituta ſunt: ne in contentionis ſcrupulum cujuſvis curioſa interpretatione trahi poſſint, ita ſuæ declarationis oraculo explanare, quod circa ea nulla impoſterum dubitatio oriatur.

Per alias literas declaraverat Pius quæcumque Beneficia vacare per crimen Hæreſis: eorumque collationem Romano Pontifici reſervaverat.

§.1. Accepimus ſiquidem, quod, poſtquam, Nos, per alias noſtras, ſub datum videlicet ſexto Kalendas Februarii Pontificatus noſtri Anno II. expeditas literas, omnia, & ſingula beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura ſæcularia, & quorumvis Ordinum, etiam S. Joannis Hieroſolymitani, & aliarum quarumcumque militiarum regularia, quæcumque, ac qualiacumque fuerint, etiamſi ſæcularia Canonicatus, & præbendæ, dignitates, adminiſtrationes, vel Officia in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Eccleſiis, hujuſmodi principales: Regularia vero Beneficia hujuſmodi, Monaſteria etiam conſiſtorialia, Prioratus, Præpoſituræ, Præpoſitatus, Dignitates etiam Conventuales, Perſonatus, adminiſtrationes, vel Officia etiam clauſtralia, ac Hoſpitalia, & Præceptoriæ, & alias quomodocumque qualificatæ forent: præſertim vacantia tunc, & in futurum vacatura ordinationi, & diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervaveramus.

Nonnulli tamen prætextu collationis ordinariæ, vel juris nominandi hujuſmodi Beneficia conferant, non obſtantibus literis Apoſtolicis aliorum favore expeditis.

§.2. Nonnullæ perſonæ ordinariam conferendi auctoritatem, ſeu aliam, de Beneficiis Eccleſiaſticis diſponendi de jure, vel conſuetudine facultatem habentes, etiam Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, ac forſan Cardinalatus honore fungentes, aſſerentes ſe prætextu, ſeu vigore facultatum, ſeu Indultorum illis in perpetuum, vel ad tempus, donec Eccleſiis, vel Monaſte-

Digitized by Google

naſteriis præeſſent; vel illos eiſdem præeſſe contingeret, eiſdem perſonis, per Nos, aut Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, de beneficiis Eccleſiaſticis generaliter, vel ſpecialiter, quomodocumque diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatis, ſeu eidem diſpoſitioni quomodolibet affectis, ad quorumvis collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, aut quamvis aliam diſpoſitionem communiter, vel diviſim ſpectantibus libere, & licite diſponendi, per Nos, & Sedem Apoſtolicam conceſſorum, confirmatorum, & forſan ſæpius innovatorum Beneficia, per crimen hæreſis, ut præfertur, vacantia, noſtræ, & Apoſtolicæ diſpoſitioni dumtaxat, per dictam Conſtitutionem reſervata, etiam vigore facultatum, & indultorum, ante dictæ noſtræ Conſtitutionis editionem, ad quam facultatem, & indulta prædicta minime reſpicere poterant, conferre poſſe, de Beneficiis per dictum hæreſis crimen vacantibus diſpoſuiſſe, ac contra mentem, & intentionem noſtram, de eiſdem diſponere temere attentaſſe, & adverſus literas noſtras prædictas alia feciſſe, ſeu facere non erubuiſſe, in grave collationis Apoſtolicæ detrimentum, & noſtræ auctoritatis ſpretum, plurimorumque malum exemplum.

Hujuſmodi Collationes nullas eſſe, & fore declarat. §.3. Nos igitur præmiſſis occurrere volentes, & Conſtitutionis noſtræ prædictæ tenorem, præſentibus pro expreſſo habentes: Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, nullum omnino Ordinarium collatorem, etiam S. R. E. Cardinalem prætextu quarumvis facultatum, & indultorum conferendi Beneficia, eis etiam per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos quomodolibet conceſſorum, confirmatorum, ſeu innovatorum, aliqua Beneficia Eccleſiaſtica, ut præfertur, qualificata, per hæreſim vacantia, per ſupradictas noſtras literas, noſtræ & Apoſtolicæ Sedis diſpoſitioni ſpecialiter reſervata, quovis quæſito colore, quibuſvis perſonis ullatenus conferre, aut alias de aliis diſponere potuiſſe, neque etiam in futurum quoquo modo poſſe, ac quaſcumque collationes, proviſiones, ſeu alias diſpoſitiones de prædictis Beneficiis, ut præfertur, per Nos reſervatis, per dictos Collatores, & Cardinales quomodolibet hactenus factas, & in poſterum faciendas, nullas prorſus, & irritas fuiſſe, & eſſe, ac fore, & nemini ſuffragari, ſeu quæcumque illis, ſe juvare poſſe, ſed pro nullis penitus, & infectis, ab omnibus haberi, & reputari debere, idque noſtræ firmæ, & incommutabilis mentis, ac voluntatis fuiſſe, & eſſe, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium declaramus.

Præſentesque literas nullo unquam vitio notari poſſe. §.4. Necnon præſentes literas, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore, de intentionis noſtræ, aut alio quopiam defectu argui, vel alias impugnari, ſeu notari poſſe.

Sicque a quibuſcumque Judicibus eſſe definiendum. §.5. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, quidquid attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, irritum, & inane auctoritate, & tenore prædictis decernimus.

Derogat contrariis. §.6. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis dictis ordinariis Collatoribus, etiam prædictis S. R. E. Cardinalibus, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi, pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes; illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die ultima Julii 1571. Pontificatus noſtri Anno VI. Dat. die 31. Julii 1571. An. VI.

CLXXX.

Facultas Epiſcopis Indiarum utendi in confectione Sacri Chriſmatis certo liquore, ſeu ſucco in locum balſami. *Ex Regeſt. in Secret. Brev.*

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Digna reddimur attentione ſolliciti, illa ad exauditionis gratiam admittere vota, per quæ in neceſſitatibus, in Sacramentorum confectione occurrit, & conſuli poſſit.

In Indiis non reperitur Balſamum, ſed quidam ſuccus Balſamo ſimillimus. §.1. Expoſitum ſiquidem Nobis nuper fuit, quod in partibus Indiarum, ubi Antiſtites commorantur, non invenitur, nec inveniri poteſt balſamus, vel oleum ex balſamo, ad conficiendum S. Chriſma neceſſarium, reperitur autem quidam liquor, ſeu ſuccus, mira odoris fragrantia, & ad lavanda vulnera admodum conducens, qui communiter habetur pro vero balſamo, præſtat enim effectus, quos Balſamum ab Alexandria allatum præſtitiſſe perhibetur.

Petitio Prælatorum Indiarum. §.2. Quare iidem partium Indiarum Præſules Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis de aliquo opportuno remedio providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Facultas utendi hujuſmodi ſucco in confectione Chriſmatis loco Balſami. §.3. Nos igitur neceſſitatibus hujuſmodi conſulere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tam Archiepiſcopis, quam Epi-

Epiſcopis illarum partium, & pro tempore in ipſis partibus commoraturis Antiſtitibus, ut de cetero perpetuis futuris temporibus, in confectione S. Chriſmatis dicto liquore, ſeu ſucco in locum Balſami, uti libere, & licite poſſint, amplam licentiam, & facultatem, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimus, & deſuper indulgemus, ac dicto Sancto Chriſmati, cum dicto ſucco, rite, tamen confecto, tantam fidem adhibendam eſſe, ac ſi in illo Balſamus intervenilſet.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 2. Auguſti 1571 An.VI.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 2. Auguſti 1571. Pontificatus noſtri Anno VI.

CLXXXI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Alia eiſdem Præſulibus conceſſa facultas abſolvendi ab irregularitate.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

DEcens, & debitum arbitramur, ut in his, quæ animarum ſalutem, tranquillumque ſtatum reſpiciunt, ſimus favorabiles, & benigni.

Facultatem abſolvendi ab Irregularitate cõceſſerat Pius Fratrib. Ord. Mendicantium Miſſionariis in Indiis.

§.1. Hac igitur conſideratione ducti, alias dilectis Filiis Fratribus Ordinum Mendicantium, in Indiarum partibus degentibus, cum perſonis, qui tam ex delicto, quam ex non delicto irregularitatem contraxiſſent, ſuper irregularitate hujuſmodi diſpenſandi in aliquibus caſibus facultatem conceſſimus.

Eamdem facultatem Epiſcopis largitur.

§.2. Nunc vero Venerabilium Fratrum Patriarcharum, & Epiſcoporum illarum partium ſupplicationibus inclinati, eoſdem gratioſo favore proſequi, ac in illis partibus degentium perſonarum commoditati conſulere volentes, modernis, & pro tempore exiſtentibus eiſdem Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis partium illarum quaſcumque perſonas a delictis, per quæ Irregularitas contrahitur (homicidio voluntario extra bellum commiſſo, ac Symoniæ labe dumtaxat excepta] Apoſtolica auctoritate abſolvendi, ac cum eiſdem omnibus, & ſingulis, nunc, & pro tempore in partibus Indiarum exiſtentibus perſonis, quæ irregularitatem ex aliis, quam ex cauſis prædictis contraxerint, ſuper irregularitate hujuſmodi ex quibuſcumque cauſis, præterquam homicidii, & Symoniæ occaſione contracta, ut præfertur, eadem auctoritate Apoſtolica diſpenſandi, & illos ad obtenta, & obtinenda Beneficia Eccleſiaſtica, & officia quæcumque etiam ad Altaris Miniſterium rehabilitandi, reſtituendi, & reponendi, plenam, & amplam licentiam, & facultatem, auctoritate prædicta, perpetuo per præſentes concedimus, & elargimur; Necnon abſolutionibus, & diſpenſationibus per eos, & pro tempore exiſtentes Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos prædictos faciendi ſtari debere, perinde ac ſi a Sede Apoſtolica prædicta emanaſſent, dicta auctoritate etiam ſtatuimus, & declaramus.

Clauſulæ pro firmitate hujuſmodi Privilegii.

§.3. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungen. ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Obſtantia tollit.

§.4. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Abſoluti pœnitentiam a Confeſſario impoſita adimplere debent. ſub pœna nullitatis diſpenſationis.

§.5. Volumus autem, quod iidem, qui abſolutionem obtinuerint, ut præfertur, pœnitentiam per Confeſſores, quos ex approbatis ab Ordinariis illarum partium duxerint eligendos, adimplere omnino teneantur, alioquin abſolutiones, & ſuper irregularitate obtentæ diſpoſitiones quoad forum conſcientiæ nullæ ſint.

Dat. die 4. Auguſti 1571. An.VI.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die quarta Aug., milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, Pontificatus noſtri Anno VI.

CLXXXII.

Ex Bull. Ord. Præd. T.V. pag.284.

Bona Monaſteriorum Ordinis Prædicatorum Monialibus deſtitutorum ſpectant ad Fratres ejuſdem Ordinis, quorum curæ commiſſæ erant.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

DEcet Romanum Pontificem, certiſſimum mentis ſuæ interpretem, ſi quando quidpiam dubietatis in Romanorum Pontificum Prædeceſſorum ſuorum reſcriptis occurrerit, ne ulterius illud hæſitandi materiam præbeat, ſalubri ſuæ declarationis oraculo quamprimum ſubmovere.

Sixtus IV. declaravit bona Monaſteriorũ Ord. Prædicatorum Monialibus deſtitutorum ad Fratres ipſos ſpectare.

§.1. Sane, ſicut accepimus, dudum felicis recordationis Sixtus Papa IV., Prædeceſſor noſter, cum aliquando contingeret Monaſteria Monialium Ordinis Sancti Auguſtini ſub cura, habitu, & Conſtitutione Fratrum Ordinis Prædicatorum Sancti Dominici degentium, Monialibus deſtitui, adeo ut de eorum reformatione ſpes nulla ſupereſſet, convenientiuſque eſſet, quod illorum ſic deſtitutorum Monaſteriorum bona ad ipſos Fratres devenirent, quorum erant curæ commiſſa, quam ad alius, illa, quæ ſic deſtituta exiſtebant, & deſtitui contigeret in futurum, cum omnibus, & ſingulis eorum bonis dicto Ordini, ac Fratrum Ordinis Prædicatorum hujuſmodi, quibus ex

ex forma regiminis ipſius Ordinis competebat, perpetuis uſibus applicavit, itaut Fratres ipſi poſſent de illis, & eorum Monaſteriorum ſtructuris, & ædificiis pro eorum voluntate diſponere, proviſo tamen, quod illorum Eccleſiæ, & Oratoria ad prophanos uſus non redigerentur, ſed in illis quandoque divina celebrarentur officia, prout in ipſius Sixti Pradeceſſoris literis deſuper confectis, plenius continetur.

Orta vero controverſia ſuper Monaſteriis, quæ in hujuſmodi literis comprehenderentur;

§.2. Cum autem, ſicut etiam accepimus, a nonnullis hæſitetur, quænam, & qualia Monaſteria, & quorum Monaſteriorum bona, idem Sixtus Prædeceſſor per præfatas literas dicto Ordini, ſeu Fratribus applicaverit, ſeu applicare voluerit.

Pius Sixti mentem declarat juxta Rubricam.

§.3. Nos, omnem ambiguitatem noſtræ interpretationis remedio circa hoc ſubmovere volentes, ac eoſdem Fratres, & eorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, Motu proprio, non ad ipſorum Fratrum, aut alicujus pro eis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ea mera deliberatione, & certa ſcientia noſtris, mentem, & intentionem ipſius Sixti Prædeceſſoris, dum dictas literas conceſſit, & dictam applicationem fecit, fuiſſe, & eſſe, quod etiamſi Monaſteria Monialium hujuſmodi legitima auctoritate, aut alias quoquomodo Monialibus deſtitui, ſive alias extingui contingeret, tunc quod illorum bona ad ipſos Fratres devenirent Apoſtolica auctoritate tenore præſentium, atteſtamur, & declaramus.

Et hujuſmodi Monaſteria Ordini addicit.

§.4. Ac ex nunc quandocumque dicta Monaſteria, ſive aliquod eorum, legitima auctoritate, & alias quoquomodo Monialibus deſtitui, ſeu alias extingui continget, ac forſan quoquomodo deſtituta, ſive extincta fuerint, illa, & illorum bona eiſdem Ordini, & Fratribus Prædicatoribus, auctoritate, & tenore prædictis applicamus, & applicata eſſe volumus, ſtatuimus, & declaramus, ac ita deinceps perpetuo obſervari, & per quoſcunque, etiam pro tempore Magiſtrum Generalem, & alios Superiores dicti Ordinis Sancti Auguſtini cenſeri, necnon quoſcunque judices, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ac Palatii noſtri Apoſtolici cauſarum Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & interpretari debere, ac quicquid ſecus ſuper his ab eiſdem, ſeu alio quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus.

Locorum Ordinarios, & Auditorem Cameræ Apoſtolicæ deputat exequutores hujus Conſtitutionis.

§.5. Quocirca venerabilibus Fratribus locorum Ordinariis, & dilectis filiis eorum in ſpiritualibus Vicariis, aut Officialibus Generalibus, & Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, necnon Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, ac aliis quarumcumque Eccleſiarum Prælatis, & perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ubilibet, & in quibuſcumque regionibus exiſtentibus, per præſentes, motu ſimili, committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Fratrum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ipſiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, eaſdem præſentes, ac omnia in eis contenta, integre, & inviolabiliter obſervari, non permittentes, eos deſuper per quoſcumque contra earumdem præſentium tenorem quomodolibet moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, & nihilominus legitimis ſuper his habendis ſervatis ſervandis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogat contrariis.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII., etiam Prædeceſſoris noſtri, de una, & Concilii generalis de duabus dietis dummodo ultra tres dietas quis vigore præſentium ad judicium non trahatur, & quibuſvis aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus. & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon omnibus illis, quæ præfatus Sixtus Prædeceſſor in dictis ſuis literis non obſtare voluit, dictorumque Monaſteriorum fundationibus, ac ſtatutis, etiam juramento, vel quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis clauſulis, & alias quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe, pari motu derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſm. mentionem.

Fidem tranſumptis addit.

§.7. Volumus autem quod præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Da-

Digitized by Google

Dat. die 5. Auguſti 1571. An.VI.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 5. Auguſti 1571. Pontificatus noſtri Anno VI.

CLXXXIII.

Regulares cujuſcumque Ordinis, etiam Mendicantes, Lectores, aut in Theologia graduati non poſſint ſæcularium confeſſiones audire, niſi fuerint ab Ordinariis prævio examine approbati.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROmani Pontificis providentia circumſpecta nonnumquam geſta per eum, rationabilibus, & honeſtis ſuadentibus cauſis, moderatur, & commutat in melius, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

Hæ declarationes Concilii, habentur in T.IV. Par.II. Conſtit.58.f.373.

§.1. Nuper ſiquidem quaſdam declarationes, & moderationes circa nonnulla Concilii Tridentini decreta regulares perſonas Ordinum Mendicantium eorumque inſtituta concernentia edidimus, & promulgavimus Et quia, uti accepimus, illarum vigore Sacerdotes regulares prædictorum Ordinum quandoque minus idonei, & inhabiles confeſſionibus ſæcularium audiendis ab eorum ſuperioribus præpoſiti, abſque alia Epiſcoporum, ſed ſola Magiſtri Ordinis Generalis, aut Provincialium miniſtrorum approbatione admittuntur.

Regulares nõ audiant confeſſiones ſæcularium, niſi ab Ordinariis ſint approbati, ut habes etiam in Conc. Trident. Seſſ.23. cap.15.

§.2. Nos ſuper his pro debito Paſtoralis Officii, prout tenemur, ſalubriter providere volentes, tenore præſentium hac noſtra Conſtitutione perpetua ſancimus, decernimus, & declaramus, decretum Concilii Tridentini de approbatione Regularium audiendis confeſſionibus ſæcularium præpoſitorum ab Epiſcopis facienda, obſervari debere etiam in omnibus Regularibus quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, etiam ſub regulari diſciplina viventibus, etiam ſi ſint lectores, aut in Theologia, etiam de ſuperiorum ſuorum licentia, graduati, vel promoti, vel a ſuis Magiſtris Generalibus, vel Provincialibus Miniſtris, ſæcularium confeſſionibus audiendis expoſiti. Volumus tamen eos, qui ſemel ab Epiſcopo in Civitate, & Diœceſibus ſuis prævio examine approbati fuerint, ab eodem Epiſcopo iterum non examinari. Ab Epiſcopo autem ſucceſſore pro majori conſcientiæ ſuæ quiete examinari de novo poterunt.

Inhibitio cõtra inobſervantes.

§.3. Inhibentes quibuſcumque Regularibus quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ut præfertur, ne vigore deputationis, & approbationis ab eiſdem Magiſtris, & Miniſtris provincialibus, etiam quod illarum occaſione ab Ordinariis hucuſque tolerati fuerint, abſque ſpeciali in poſterum licentia, & approbatione ab Ordinariis obtinenda, ſæcularium confeſſiones audire præſumant. Decernentes irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquã quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac noſtris literis prædictis, & aliis poſtea quibuſcumque regularibus conceſſis, & forſan extenſis, quas quo ad ea, quæ præſentibus adverſantur, & contrariantur, penitus, & omnino revocamus, caſſamus, & irritamus, necnon Monaſteriorum, & aliorum Regularium locorum, ac Ordinum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mari magno, ſeu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, quibuſvis Monaſteriis, Regularibus locis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut alias quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque.

Forma publicandi.

§.5. Ut autem præſentes literæ ad omnium, quorum intereſt, notitiam deducantur, nec aliquis earum ignorantiam prætendere, aut contra eas ſe excuſare valeat, dicta auctoritate ſtatuimus, & decernimus, ut ipſæmet literæ, vel earum tranſumptum in Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, S.Joannis Lateranenſis, ac Cancellariæ Apoſtolicæ valvis, ac in acie Campi Floræ per aliquos ex Curſoribus noſtris publicentur, earum exemplo in ſingulis valvis, & acie prædictis affixo, & dimiſſo.

Fides tranſumpti.

§.6. Verum quia difficile foret &c.

Nulli ergo &c.

D. P. An.VI. 6. Auguſti.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, octavo Idus Auguſti, Pontificatus noſtri Anno VI.

CLXXXIV.

Revocatio regreſſuum, acceſſuum, & coadjutoriarum quibuſcumque ab Beneficia Eccleſiaſtica conceſſarum.

Prohibitionem vero de cetero acceſſus, & regreſſus concedendi, extendendi, aut transferendi, habes in Conc. Trident. ſeſſ.25.c.7.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

ROmani Pontificis providentia circumſpecta nonnumquam geſta per Prædeceſſo-

ceſſores ſuos rationabilibus, & honeſtis ſuadentibus cauſis, moderatur, & revocat, prout id Eccleſiarum indemnitati conſpicit in Domino expedire.

Revocatio regreſſuum, & coadjutoriarũ ad beneficia conceſſarum, ſuper quibus literæ Apoſtolicæ integraliter expeditæ non fuerunt.

§.1. Hinc eſt, quod Nos volentes omnem hæreditariam Beneficiorum Eccleſiaſticorum ſucceſſionem de Eccleſia Dei tollere, ac libertati Beneficiorum hujuſmodi providere, & ut de perſona magis utili, & idonea, prout requiritur, facilius providere valeat, omnes & ſingulos regreſſus, acceſſus, & ingreſſus, etiam eventuales, aut pœnales, ac coadjutorias etiam de conſenſu, aut alias quomodolibet ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis efficaciſſimis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, clauſulis irritantibus, & aliis decretis quomodolibet per quoſvis Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros ad Beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & quorumvis Ordinum regularia, etiam ſi ſæcularia, Canonicatus, & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis, aut Collegiatis Eccleſiis, & dignitates ipſæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanas poſt Pontificales majores, ſeu Collegiatis Eccleſiis hujuſmodi principales, Regularia vero Beneficia hujuſmodi, Monaſteria, etiam Conſiſtorialia, prioratus, præpoſituræ, dignitates etiam Conventuales, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia etiam clauſtralia, ac hoſpitalia, & præceptorias, etiam Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, etiam quarumvis aliarum militiarum quibuſvis perſonis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali dignitate, aut Cardinalatus honore pollentibus conceſſos, ſuper quibus literæ Apoſtolicæ integraliter haſtenus expeditæ non fuerunt, etiam ſi in Plumbaria noſtra, aut penes Summatorem noſtrum reperiantur, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium revocamus, caſſamus, & abolemus.

Cancellariæ, & Cameræ Apoſtolicæ officiales, literis deſuper non expediant.

§.2. Mandantes dilectis filiis noſtris Vicecancellario, & dicto Summatori, ceteriſque officialibus, tam Cancellariæ Apoſtolicæ, quam Cameræ noſtræ, ad quos ſpectat, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna, ne in futurum ſuper dictis gratiis regreſſus, acceſſus, & ingreſſus, necnon coadjutoriarum literas expediant, aut relaxent.

Decretum irritans.

§.4. Decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid illorum prætextu contra præmiſſa ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam noſtra de non tollendo jure quæſito regula, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Forma publicandi hanc Conſtitutionẽ.

§.5. Ut autem præſentes literæ ad omnium, quorum intereſt, notitiam deducantur, nec aliquis earum ignorantiam prætendere, aut contra eas ſe excuſare valeat, dicta auctoritate ſtatuimus, & decernimus, ut ipſæmet literæ, vel earum tranſumptum, in Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, S. Joannis Lateranen., ac Cancellariæ Apoſtolicæ valvis, ac acie Campi Floræ per aliquem ex Curſoribus noſtris publicentur, earum exemplo in ſingulis valvis, & acie prædictis affixo, & dimiſſo.

Tranſumptorum fides.

§.6. Verum quia difficile foret.

Nulli ergo &c.

D. P. An. VI. 12. Septemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, prid. Idus Septembris, Pontificatus noſtri Anno VI.

CLXXXV.

Quomodo Rei in contumaciam condemnati, & infra annum capti, admittendi, vel non admittendi ſint ad defenſiones.

Ex edit. Typis Bladi.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Cauſæ edendæ Conſtitutionis.

§.1. DUdum poſtquam fel. rec. Pius Papa IV. Prædeceſſor noſter, cupiens ſubterfugiis delinquentium obviare, per quaſdam ſuas, in forma Motus proprii editas literas, ſub dat. Romæ apud S. Petrum decimoſecundo Kal. Junii Anno VI. inter alia ſtatuiſſet, quod rei in contumaciam condemnati ad ſuas defenſiones faciendas admitti non poſſint, niſi infra ſex menſes quo ad faciendas, videlicet a die condemnationis, quo vero ad jam factas condemnationes a die publicationis earumdem literarum computandos, per alias noſtras etiam in forma Motus proprii emanatas literas, Die vigeſima Menſis Junii Pontificatus noſtri Anno primo publicatas, terminum ſex menſium hujuſmodi ad annum prorogavimus, ac contumacibus hujuſmodi defenſiones non niſi poſt anni elapſi terminum denegari debere decrevimus. Cumque, ſicut accepimus, a nonnullis ordinationem, & diſpoſitionem hujuſmodi, noſtramque, & dicti Prædeceſſoris in illis edendis intentionem variis calumniis eludere, & ſuper earum ſiniſtris interpretationibus agentes pro Fiſco, & Camera Apoſtolica fatigare, & cauſas in longum protrahere, & illas intricare, ſenteotiarumque executionem evitare ſatagentibus, ſæpe in dubium verti contingat, licet ex verborum proprietate res clara ſit, an ſcilicet tam ſponte comparentes, de quibus loquitur Motus proprius præfati Prædeceſſoris, quam etiam capti intra dictum tempus, indiſtincte admitti debeant, ad faciendum ſuas defenſiones, maxime ſtantibus in eodem noſtro Motu proprio appoſitis ſupra relatis verbis videlicet; Ac contumacibus hujuſmodi defenſiones non niſi poſt anni elapſi terminum denegari debere; quæ indiffinite prulata ſunt, & videntur poſſe comprehendere, tam ſponte comparentes quam captos; Nihilominus

conſi-

conſiderantes quod verba ipſa nihil aliud diſponunt quam prorogationem termini iis, quibus ex forma Motus proprii prædicti Prædeceſſoris denegari non poterat.

Declaratio, de qua in rubrica.

§.6. Nos igitur ad tollendum omne dubium, & abſurdum evitandum, quod capti, & ſponte comparentes paris eſſent conditionis, necnon calumniis, & aliis inconvenientibus hujuſmodi, quantum cum Deo poſſumus, obviare, omnemque diſputandi materiam tollere, & in his opportune providere volentes, necnon ſingularum literarum prædictarum, ac inditiorum Inquiſitorum, proceſſuum, condemnationum, & ſententiarum deſuper formatarum, & latarum, ac formandarum, & promulgandarum hujuſmodi, aliorumque forſan latius exprimen. tenores, continentias, formas, & compendia, ac reorum delictorum, criminum, & exceſſuum, ac pœnarum hujuſmodi, & Judicum nomina, cognomina, gradus, & qualitates, ac quantitates, & loca, pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, & decernentes: necnon ſingulas prænarratas literas confirmantes, & innovantes. Motu ſimili &c. Quod banniti, & in contumaciam condemnati in pœnam capitis, & ultimi ſupplicii, ſi capti ad manus Curię devenerint, per Judices ad novas ſive alias defenſiones faciendas, etiam intra dictum tempus non admittantur, niſi habita a Nobis vel ſignatura noſtra deſuper gratia ſpeciali, nec literæ ipſæ, quæ in eorum odium editæ ſunt, eis in aliquo ſuffragentur, aut illis ſe juvare, ſive defendere poſſint. Quinimmo quod Judices præfati ſententias ipſas condemnatorias tam in Urbe quam extra eam latas, & ferendas, ſi tamen legitimis præcedentibus indiciis ad inquirendum promulgatæ fuerint, executioni realiter, & corporaliter ſuis loco, & tempore congruis reſpective, totaliter, & integre contra ſic captos demandent, & demandari faciant, hac noſtra perpetuo valitura declaratione declaramus, & decernimus, & quatenus opus ſit, de novo ſtatuimus, & ordinamus, & ita mentis, & intentionis noſtræ fuiſſe, & eſſe atteſtamur.

Mandatum Judicibus Tribunalium Urbis de exequenda præſenti Conſtitutione.

§.3 Præterea Almæ Urbis noſtræ Generali Gubernatori, ceteriſque Judicibus ordinariis, vel delegatis in Romana Curia, vel extra eam reſidentibus quibuſcumque in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna committimus, & mandamus diſtricte præcipiendo per præſentes, quatenus hujuſmodi noſtram declarationem ſeu novam Conſtitutionem, & Ordinationem, necnon ipſas præſentes, & in eis contenta omnia, & ſingula in cauſis Criminalibus, ſeu mixtis, ac aliis fiſcum, & Cameram Apoſtolicam, illiuſque intereſſe quomodolibet concernen. nunc, & pro tempore pendentibus quibuſcumque, etiam ſi forſan aliqui capti nunc in carceribus detineantur, perpetuo inviolabiliter obſervari mandent, & faciant, & illi obſervent, & ita, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, &c. etiam S. R. E. Cardinales, ac Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores, ſublata, &c. judicari, interpretari, & diffiniri debere, irritum quoque &c. decernimus.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutiſque, ac conſuetudinibus Provinciarum, Civitatum, Oppidorum, & locorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, univerſitatibus, Communitatibus, & hominibus Provinciarum, Civitatum, & Locorum prædictorum, ac etiam ſingulis prænominatis, & aliis quibuſcumque judicibus &c. per Nos, & Prædeceſſores noſtros conceſſis, & etiam iteratis vicibus innovatis. Quibus omnibus &c. illorum tenores &c. hac vice latiſſime derogamus, ac ſtylo Palatii, ceteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque.

Obſervantia hujuſmodi Motus proprii, & tranſumptorū fides.

§.5. Volumus autem quod præſentis Motus proprii, etiam abſque data, & regiſtratura ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio & extra, regula contraria non obſtante: ejuſque tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, ſeu literæ deſuper per Breve noſtrum expediri poſſint, & ſi videbitur, cum omnium, & ſingulorum prænarratorum, & expreſſorum, aliorumque neceſſariorum ſpecificatione, & inſertione, & cum aliis clauſulis opportunis, & conſuetis.

Placet Motu proprio. M.

Datum Romæ apud S. Petrum, Idibus Septembris Anno VI.

Dat. die 13. Septem. 1571. An. VI.

Anno a Nativitate D. N. Jeſu Chriſti milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, Inditione decima quarta, die vero decima ſeptima menſis Septembris, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto patris, & D. N. D. Pii divina providentia Papæ V., Anno ſexto retroſcriptus Motus proprius affixus, & publicatus fuit in acie Campi Floræ, & ad valvas Cancellariæ Apoſtolicæ, dimiſſis copiis affixis per me Joannem Andream Panizzam Præfati Sanctiſſimi Domini Papæ Curſorem.

Jo. Guerardi Magiſter Curſorum.

CLXXXVI.

Contra habentes beneficium Eccleſiaſticum, non recitantes horas Canonicas.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Leo X decrevit non recitantes horas Canonicas,

EX proximo Lateranen. Concilio ea ſalubris ſanctio emanavit, ut quicumque habens beneficium Eccleſiaſticum, cum cura,

Digitized by Google

1571. Smittere fructus beneficiorum pro rata.

ra, & ſine cura, ſi poſt ſex menſes, quam illud obtinuerit, divinum Officium, legitimo ceſſante impedimento, non dixerit, beneficiorum ſuorum fructus, pro rata omiſſionis Officii, & temporis, ſuos non faciat, ſed eos tamquam injuſte perceptus, in Fabricas ipſorum Beneficiorum, vel pauperum eleemoſynas e ogare teneatur. Verumtamen multoram animi ſuſpentione tenentur, cujuſmodi ratæ prædictæ ratio ſit habenda.

Hic modo Pontifex hanc ratam declarat.

§.1. Nos huic rei evidentius atque expreſſius providere volentes ſtatuimus, ut qui horas omnes Canonicas, uno vel pluribus diebus intermiſerint, omnes beneficii, ſeu beneficiorum ſuorum fructus, qui illi, vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie dividerentur, qui vero Matutinum tantum, dimidiam, qui ceteras omnes horas, aliam dimidiam, qui harum ſingulas, ſextam partem fructuum ejuſdem diei amittat; tametſi aliquis choro addictua non recitans omnibus horis Canonicis, cum aliis præſens adſit, fructuſque, & diſtributiones forte aliter aſſignatas, ſola præſentia juxta ſtatuta, conſuetudinem, fundationem, vel alias ſibi lucrifeciſſe prætendat, etiam præter fructuum, & diſtributionum ammiſſionem. Item ille, qui primis ſex menſibus Officium non dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſaverit, grave peccatum intelligat admiſiſſe. Declarantes præſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacumque alia beneficia, etiam nullum omnino ſervitium habentia obtinentes, eum prædictis pariter conveniri. At quicumque penſionem, fructus, aut alias res Eccleſiaſticas, ut Clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum Officium parvum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum, & penſionum, fructuum, rerumque ipſarum amiſſioni obnoxium.

Sanctio pœnalis.

§.2. Nulli ergo omnino hominum &c.

D. P. An. VI. 20. Septemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, duodecimo Kalendas Octubris, Pontificatus ſui Anno VI.

CLXXXVII.

Juriſdictio Epiſcoporum viſitandi parochiales Ecelesias Fratrum Militum S. Joannis Hieroſolymitani, quoad animatum curam, & adminiſtrationem Sacramentorum.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

EXpoſcit paſtoralis Officii debitum, cui diſponente Domino præſidemus, ut ad ea ſollicite intendamus, per quæ diſcordiarum & litium, ac controverſiarum quarumlibet materia tollatur.

Ortæ erant lites inter Epiſcopos, & Militiam iſtā ſuper jure viſitandi.

§.1. Sane cum nonnulli ex venerabilibus Fratribus Epiſcopis dilectos filios Magiſtrum, Balivus, Caſtellanum, Empoſtæ, Priores, Donatos, Capellanos, Fratres, milites, & alias quaſcumque perſonas Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani ratione Eccleſiarum curam animarum habentium, illarumque Rectores, & Miniſtros, ad ipſum Magiſtrum ſpectan. & pertinen. justa Sacri Œcumeniei Concilii Tridentini viſitare, dictus vero Magiſter, & alii prædicti ipſos illorumque Eccleſias, Capellanos, & Miniſtros dictis decretis minime comprehendi, ſed ab illis exemptos eſſe prætenderent, materia quæſtionis orta.

Hic Pontifex eas extinguit.

§.2. Nos igitur eorum paci, & quieti conſulere volentes, omnes lites, & controverſias hujuſmodi, tam in Romana Curia, quam alibi coram quibuſcumque Judicibua, in quacumque inſtantia penden. illarumque ſtatus, & merita, pro ſufficienter expreſſis habentes, ad Nos avocantes, eas caſſamus, extinguimus, & ſuper illis perpetuum ſilentium imponimus, ac omnes dictæ Militiæ perſonas a quibuſvis cenſuris harum controverſiarum occaſione, contra eas, per quoſcumque latis, & incurſis abſolvimus.

Juriſdictio Epiſcoporū, de qua in rubr.

§.3. Et ne in futurum aliqua amplius controverſia oriri poſſit, decernimus, declaramus, ſtatuimus, omnes, & ſingulos locorum Epiſcopos, & alios Superiores, tamquam Apoſtolicæ Sedis delegatos, omnes, & quaſcumque Parochiales Ecelesias, ceteraque Beneficia Eccleſiarum ſuarum Civitatum & Diœceſis, quibus animarum cura imminet, ad dictam Religionem, ejuſque Milites, Capellanos, Miniſtros, Rectores quomodolibet pertinentia, etiam quod in eis Epiſcopalem, & temporalem juriſdictionem Religio, & Milites prædicti haberent, eorumque Eccleſias, Rectores, Vicarios, & Miniſtros quoſcumque (in his tamen dumtaxat, quæ animarum curam, illiuſque exercitium, & Sacramentorum adminiſtrationem reſpiciunt) viſitare, omneſque actus viſitationem concernentes exercere poſſe, & debere, ac Rectores, ceteroſque hujuſmodi Miniſtros, curam animarum exercentes minus idoneos repertos, ſiquidem ad nutum amovibiles ſint, ſtatim amovere, ſin vero titulares ſint, illico ſuſpendere, ac Superiores eorum monere, ut intra aliquem brevem terminum, in locum amoturum ſubrogent alius idoneos, prius tamen per ipſos Epiſcopos, & alios ſuperiores examinatos, & approbatos, titularibus, vero ſuſpenſis deputent alios idoneos pariter examinatos, & approbatos, ut ſupra, in coadiutores, ſeu Vicarios juxta decretum Concilii, ſeſſione vigeſima prima capite ſexto. Interea vero dum hæc ſubrogatio, ſeu deputatio fiat, ipſi Epiſcopi, & alii Superiores, pro neceſſitate curæ animarum provideant arbitrio ſuo, quod ſi Superiores dictorum Rectorum, & Miniſtrorum intra tempus præfixum non ſubrogaverint, aut deputaverint ut ſupra, tunc dicto termino elapſo ipſi Epiſcopi, & alii Superiores alios prævio examine juxta ejuſdem Concilii formam idoneos repertos in locum amotorum ſubrogent. Titularibus vero ſuſpenſis coadjutores deputent juxta dictum Capitulum ſextum,

tum, ſeſſione vigeſima prima, qui tamen in dictis parochialious perinde inſerviant, ac ſi ſubrogati, aut deputati ab ipſis Superioribus Religionis, & Militum prædictorum fuiſſent.

1. Declaratio circa d. juriſdictionem. §.4. Volumus autem, quod Epiſcopi, & alii Superiores prædicti viſitationem hujuſmodi, & prædicta omnia ſolum tamquam delegati Apoſtolicæ Sedis & gratis, & abſque illis dictæ Religionis Rectorum, & Miniſtrorum impenſa, & onere faciant.

2. Declaratio. §.5. In collatione item Ordinum, necnon conſecratione Eccleſiarum, & ſacrorum vaſorum, ac benedictionibus, & aliis actibus ſpiritualitatem concernentibus, ac inſtitutione præſentatorum ab eiſdem Militibus ad beneficia, aut approbatione, ſeu confirmatione, quas ab eiſdem fieri harum præſentium vigore contigerit, gratis omnia faciant, & diligenter attendant, ut oullos admittant, qui qualitates a Concilio requiſitas non habeant, ac prævio examine juxta ejuſdem Concilii decreta idonei non exiſtant.

3. Declaratio. §.6. Nolumus autem Epiſcopos, & alios Superiores locorum ſupraſcripta facultate viſitandi uti, qoi cum eadem Religione, & Militibus ſuper joriſdictione Epiſcopali, in locis viſitan. coram quibuſcumque Judicibus litigant, niſi ipſi Epiſcopi, & alii ſuperiores in quaſi poſſeſſione antiqua exercitii juriſdictionis hujuſmodi exiſterent, ſalvo tunc jure utrique illæſo in petitorio, ſed quod Epiſcopi, & alii Superiores viciniores jus aliquod in juriſdictione hujuſmodi non habentes, nullumque intereſſe prorſus prætendentes, facultate prædicta utantur.

4. Declaratio. §.7. Nolumus item per præſentes ullum afferri præjudicium juri viſitandi dictas parochiales Eccleſias, & alia beneficia curam animarum habentia, quod antea Religioni, & Militibus prædictis competebat.

5. Declaratio. §.8. Inhibemuſque expreſſe dictis Epiſcopis, & aliis Superioribus, ne hac viſitan. facultate, cis per præſentes conceſſa alio utantor modo, quam præſcripto.

Clauſula ſublata &c. §.9. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungen. ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ. §.10. Non obſtantibus, præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, in Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus vel ſpecialibus, necnon quibuſvis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate, alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, & confirmatis, quibus omnibus, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis haben. illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum. §.11. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis.

D. P. An.VI. 22. Septemb. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vigeſimo ſecundo Septembris, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, Pontificatus noſtri Anno ſexto.

CLXXXVIII.

Juſſio inſtituendi ab Ordinariis locorum Confraternitates Doctrinæ Chriſtianæ, ad pueros, alioſque divinæ legis expertes, bonis moribus, ſanaque doctrina inſtruendum. Et indulgentiarum tam pro Confratribus, quam per eos inſtruendis elargitio.

Vide Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 4.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. EX debito paſtoralis Officii, Nobis, meritis licet imparibus, ex alto commiſſi, ad ea libenter intendimus, per quæ divinus cultus, fideliumque devotio ubique ſuſcipiat incrementum, ac ipſos fideles ad id indulgentiis, & remiſſionibus invitamus, ut Chriſtifideles ipſi per temporalia, quæ egerint, conſequi valeant præmia fœlicitatis æternæ.

2 Commendatio operis docendi doctrinam Chriſtianam. §.1. Nos igitur attendentes, quod infantes, & pueri bonis moribus, & exercitiis educati, quaſi ſemper vitam pudicam, honeſtam, & exemplarem, ac aliquando ſanctam agunt, e converſo autem qui parentum carentia, ſeu paupertate, aut incuria, vel ignavia non ſic edocati, perſæpe ducuntur in exitium, & quod pejus eſt, ſecum ducunt plores in interitum, uode ſi diligenter educati, & in doctrina Chriſtiana inſtructi fuerint, a vitiis, & multis aliis erroribus retraherentur. Conſiderantes etiam, prout ex fide dignis relatibos intelleximus, quod nonnulli approbatæ vitæ Chriſtifideles, caritate omnium ſuprema virtute, circa hoc tam pium, tamque Reipublicæ ſaluberrimum opus accerſiti, in ſingulis feſtivitatibus, & Dominicis diebos in diverſis Eccleſiis, & locis, hoc opus ſanctiſſimum amplexi ſunt, & ibi eoſdem infantes, & pueros, ac alias miſerabiles perſonas Chriſtianæ veritatis ignaras congregari faciont, & eos bonis moribus, & ſana doctrina inſtruunt, ac diligenter in via mandatorum Domini dirigunt, ex quo ſalutiferi fructus hactenus provenerunt, & in dies magis auxiliante Domino ſperamos; Et quod ſi ad hoc opus ſanctiſſimum ubique locorum exercendum, præfatos Chriſtifideles paternis favoribus, & indulgentiarum muneribus invitaremus, proculdubio non ſolum eorumdem infantium, & puerorum, ac perſonarum aliarum ſaluti conſuleretur, verum etiam devotio Chriſtifidelium omnium

nium ad præfatum opus amplectendum multo magis augeretur.

Juſſio inſtituendi Confraternitates Doctrinæ Chriſtianæ ab Ordinariis in eorum Diœceſibus.

§.2. Cupientes igitur tam pio tamque laudabili operi viribus totis favere, & animas lucrifacere Creatori, ex certa noſtra ſcientia univerſos, & ſingulos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, ceteroſque Eccleſiarum Prælatos, & locorum quorumcumque ordinarios, ubilibet conſtitutos præſentes, & futuros rogamus, & hortamur attente, eis, ac eorum in ſpiritualibus, & temporalibus Vicariis, ſeu Officialibus generalibus per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus hoc opus ſanctiſſimum toto pectore amplectentes, aliquas Eccleſias in ſuis Civitatibus, & Diœceſibus, reſpective, ſeu loca honeſta, in quibus præfati infantes, & pueri ad audiendum doctrinam Chriſtianam convenire poſſint, deputent, & viros ad id idoneos, vita & moribus approbatos, qui diebus ſaltem Dominicis eoſdem infantes, & pueros, ac alias perſonas divinæ legis expertes, in articulis fidei, & præceptis Sanctæ Matris Eccleſiæ inſtruant, confirment, & eligant, atque tot Societates, ſeu Confraternitates, quot ad hoc tam ſanctiſſimum opus exercendum eis opportune videbuntur, inibi auctoritate noſtra erigant, & inſtituant.

Conceſſio Indulgentiarum pro Confratribus, & etiam pro inſtruendis per eos.

§.3. Nos enim ut promptius, & alacrius ad hanc curam ſubeundam omnes Chriſtifideles alliciantur, & eo libentius curam ipſam ſuſcipiant, quo ex hoc dono Cœleſtis, gratiæ conſpexerint ſe uberius refectos: De Omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, ſeu ſtatutis a jure temporibus firmum confitendi propoſitum habentibus, qui in aliqua dictarum Societatum, ſeu Confraternitatum ubilibet conſtitutarum intraverint, & adſcripti fuerint, illis videlicet tam qui alios docuerint, quam qui ab aliis in articulis fidei, & præceptis Eccleſiæ hujuſmodi inſtructi fuerint, quotieſcumque in præfato ſanctiſſimo exercitio ſe occupaverint, quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Fides tranſumptorum.

§.4. Ceterum quia difficile foret &c.

D. P. An.VI. 6.Octobris.

Datum Romæ apud S.Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 6. Octob. 1571. Pont. noſtri Anno VI.

CLXXXIX.

Appellationum cauſæ, in quibus rei ad favorem Fiſci R. C. A. in pœnam pecuniariam condemnantur, infra ſex menſes expediri debent per appellantem, alioquin Judex a quo ſententiam exequi tenetur.

De materia appellationum vide in Conſt.LXI. Pii IV. Et ſi cuncta *Tom.IV.Par.II.fol.*111.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Exordium.

Licet jori maxime conſentaneum, Nobiſque præcipue cordi ſit, ut delinquentes condignis pœnis afficiantur, tamen re ipſa, experiendoque cognovimus, quamplures ſubterfugiis, & cavillationibus legum diſciplinam vitare,

Cauſa Conſtitutionis.

§.1. Siquidem compertum eſt, eos qui tam in Alma Urbe noſtra, quam in provinciis ditionis Eccleſiæ in pœnis pecuniariis condemnantur, clypeo appellationum ſuffultos, ab aliis Judicibus inhibitiones obtinere. Cumque tam dicti Judices appellationum, quam qui coram eis jura Fiſci, & Cameræ ſunt promoturi, de rei, & cauſæ qualitate minus informati exiſtant, ac ipſi appellantes non modo appellationem ſuam proſequi non curant, quinimmo illius totis viribus ſatagunt retardare, quo fit, ut modo Officialium mutatione, quæ interim contingit, modo alio quovis prætextu, condemnatio oblivioni tradatur, & ſic delictum impunitatem, & exinde ditionis noſtræ tranquillitas perturbationem, ac ipſa, etiam Camera Apoſtolica detrimentum non modicum conſequatur. Quibus malis providere volentes eum remedium appellationis contra Judicum injuriam a legibus introductum minime tollere intendamus, ſaltem eum eo homines abuti, & illud in calumniam verſum proſpiciamus, illius tempus limitandum, & reſtringendum duximus, ut eo magis hominum malitiis occurratur, & bene vivere volentium quieti, & ſecuritati conſulatur.

Appellationum cauſæ in criminalibus infra ſex menſes expediri debeant.

§.2. Hac igitur perpetuo valitura Conſtitutione decernimus, ut lata in cauſis criminalibus ſententia continente pœnam pecuniariam Fiſco noſtro applicandam, appellantes ab ea (in caſibus tamen, quibus alias de jure communi permiſſa eſt appellatio, & ſervatis iis, quæ ex forma Conſtitutionum Apoſtolicarum circa depoſitum facien., ſeu cautionem præſtan. ſunt ſervanda) teneantur infra ſex menſes a die ipſius interpoſitæ appellationis computandos, ita coram Judice appellationis cauſam ſuam proſequi, ut etiam expeditionem reportent, quibus elapſis, & expeditione coram Judice a quo non reproducta, teneatur præfatus Judex a quo, ad quamcumque Fiſci inſtantiam, etiam ſi acta fuerint tranſportata, ſententiam præfatam debitæ executioni omni mora poſtpoſita demandare, ita ut effectualis incameratio ſubſequatur.

Judices tradi faciant acta appellantibus.

§.3. Verum ne malitia Judicis jus litigatorum efficiatur deterius, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, ac privationis officiorum, etiam ſi illa ex cauſa oneroſa obtineant, ac refectionis omnium damnorum, & intereſſe, quibuſcumque Judicibus totius ſtatus noſtri Eccleſiaſtici quacumque dignitate, & præeminentia fulgentibus, etiam ſi Legati, Vicelegati, ac provinciarum Gubernatores exiſtant, committimus, & mandamus, ut appellantibus ſine mora acta, & proceſſus quoſcumque effectualiter tradi curent, & faciant.

Judices ad quos, cauſam appellationis expediant.

§.4. Et ipſi Judices, ad quos reſpective, bona fide, & omni verſutia remota ad cauſarum legitimam expeditionem procedant, ſcituri Nos acriter vindicaturos, ſi per eorum

Digitized by Google

rum quempiam in præmiſſis fuerit appellantibus ipſis præjudieium generatum.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5. Non obſtantibus Conſtitotionibus, & Ordinationibus Apoſtolieis, ac quibuſvis legibus, & ſtatutis, eeteriſque in eontrarium facientibus quibuſcumque.

Papa ſubſcr.

Placet Motu proprio M.

Publicatio Pont. An. VI. die 16. Octobris.

Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1571. indict. 14. die vero 16. menſis Octobris Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pii divina providentia Papæ Quinti, Anno Sexto, ſupraſcriptæ literæ affixæ fuerunt ad valvas Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, per me Joannem de Soya Curſorem.

Antonius Clerici Magiſter Curſorum.

CXC.

Inſtitutio undecim Vicariarum perpetuarum in totidem Baſilieis, & Eccleſiis Almæ Urbis, cum aſſignatione portionum, & obventionum pro ſingulis earum.

Ad hoc omnino vide aliam hujus Pontifici, Conſt. LXVIII. Ad exequendum *Tom. IV. Par. II. fol.* 401.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Exordium.

ET ſi omnibus univerſi Orbis Eccleſiis divina diſpoſitione præſidemus, propius tamen Eccleſiarum Urbis cura Nos tangit, ae de illis potiſſimum, quibus animarum cura imminet, ſolliciti ſumus, utque illa in eis congrue exerceatur, quantum eum Deo poſſumus, ſedulo providemus.

Cauſa hujus inſtitutionis.

§.1. Unde Nos attente conſiderantes, quod Baſilica S. Joannis Lateraneu. & Principis Apoſtolorum de Urbe: Item Sanctæ Mariæ in Via lata, & ejuſdem S. Mariæ Tranſtyberim, & S. Laurentii in Damaſo, & S. Marci, & S. Angeli in foro Piſcium, necnon S. Quirici in Montibus, & S. Nieolai in Carcere Collegiatæ, neenon S. Blaſii della Pagnotta, & S. Catharinæ della Rota nuncupatæ, quæ ejuſdem Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ae S. Pantaleonis, quæ Eccleſiæ S. Euſtachii menſis Capitularibus perpetuo unitæ ſuot, Parochiales Eccleſiæ ejuſdem Urbis curam Animarum, & ſatis amplas Paroebias habent, quodque Animarum cura ab iis, ad quos ea communiter ſpectat, ſæpe negligi ſolet.

Inſtitutio undecim Vicariarum de qua in rubr.

§.2. Idcirco expediens, immo, & neceſſarium fore duximos, ut in ſingulis Baſilicis, & Eccleſiis prædictis ſinguli Vicarii perpetui, congrua fructuum, & proventuum portione, qua honeſte ſubſtentari valeant, eis aſſignata, prout in Sacro Coneilio Tridentino, & alias a Nobis per noſtras literas ſtatutum eſt, ponantur, & deputentur, qui Animarum curam hujuſmodi eo diligentius, ac vigilantius gerant, quo magis eam proprie ad ſe pertinere, & ſibi incumbere noverint. Quapropter, & ejuſdem Concilii, & noſtris hujuſmodi ſtatutis inhærentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcieotia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, in ſingulis ex Baſilieis, & Eccleſiis ſupradictis, ſingulas Vicarias perpetuas pro ſingulis Vicariis perpetuis, qui curam animarum Baſilieis, & Eccleſiis reſpective incumbentem gerere, ae Sacramenta Eeeleſiaſtica ibi miniſtrare, Miſſas celebrare, & alia juxta providam ordinationem pro tempore exiſten. in Urbe Vicarii noſtri in Spiritualibus Generalis, euique aſſignanda onera ſubire debeant, ad nominationem dictorum filiorum Capituli cujuslibet ex eiſdem Baſilicis, & Eccleſiis, quæ nominatio ſit ea numero approbatorum ab eodem Vicario, prævio illorum examine coram examinatoribus ad id in ipſa Urbe deputatis per dictum Vicarium, ſeu Vicarii Vicegerentem, inſtituen., ponen., & deputan. perpetuo erigimus, & conſtitoimus.

Aſſignatio portionum pro Vicariis.

§.3. Singuliſque Vicariis hujuſmodi ſingulas portiones, videlicet in qualibet Baſilicarum prædictarum centum, & viginti, in Sancti Blaſii vero ſeptuaginta, in S. Catharinæ ſexaginta, in S. Pantaleonis aliorum ſexaginta, in S. Mariæ in Via lata, octuagiota, in S. Mariæ Tranſtyberim aliorum octuaginta, in S. Laurentii centum, in S. Aogeli ſexaginta, in S. Quirici quinquaginta, in Sancti Nicolai Eccleſiis prædictis ſimiliter quinquaginta ſcutorum monetæ aonuatim ea fructibus, redditibus, & proventibus earumdem Baſilicarum, & Eccleſiarum, eiſdem Viearii per Capitula Baſilicarum, & Eeeleſiarum, eiſdem Vicariis per Capitula Baſilicarum, & Eccleſiarum, in quibus Vicariæ hujuſmodi conſiſtunt, vel quarum menſis Capitularibus Eccleſiæ ipſæ unitæ ſunt, ut præfertur, quorum Capitulorum ad hæc expreſſus accedit aſſenſus, pro una in Sancti Joannis Baptiſtæ, & altera medietatibus portionum hujuſmodi in Domini Noſtri Jeſu Chriſti Nativitatum Feſtivitatibus integre perſolven. Item omnia, & ſingula emolumenta, & obventiones, quæ ratione exercitii, curæ, & adminiſtrationis Sacramentorum hujuſmodi, ac offieiorum funeralium, quæ ipſa die humationis cadaverum celebrabuntur, non autem ratione anniverſariorum, & ad ipſas Eccleſias, & Baſilicas in poſterum pertinebunt, per ipſos Vicarios propria auctoritate pereipien., caigen., & levandi, ae in ſuos uſus, & uti itaem converten. & convertenda loco penſionum annuarum pro congrua ipſorum Vicariorum ſubſtentatione perpetuo aſſignamus, & applicamus.

Deputatio Vicarii Urbis in executoré.

§.4. Mandantes Motu ſimili tenore præſentium Dilecto Filio noſtro Jacobo tituli Sanctæ Mariæ in Coſmedin, Presbytero Cardinali Sabello nuncupato, noſtro in Alma Urbe Vicario in Spiritualibus Generali, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios, dictos Vicarios ad nominationem, & inſtitutionem hujuſmodi, in Vicariarum prædictarum poſſeſſionem corporalem inducat auctoritate noſtra, & defendat inductos, amotis ab illis quibuslibet illicitis detentoribus, ac faciens ſingulis eiſdem Vicariis de portionibus eis debitis prædictis integre reſponderi, eoſque

eoſque portionum ipſarum, necnon emolumentorum, & obventionum eis ut ſupra aſſignatorum perceptione, & perceptionis pacifica poſſeſſione, ſeu quaſi pacifice frui, & gaudere, non permittens eos deſuper a quoquam quavis occaſione indebite moleſtari, præmiſſaque omnia & ſingula efficaciter adimpleri: & ab omnibus inviolabiliter obſervari curet, Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac alia opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcen.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtante noſtra, qua ſtatuimus, & ordinavimus, & declaravimus, non majorem centum, nec minorem quinquaginta ſcutorum annuorum ſummam computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi ſolitis, Vicariis perpetuis ex præfato Concilio erigen. omnino aſſignari; niſi Vicariis temporariis ſolitum fuiſſet plus aſſignari, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Baſilicarum, & Eccleſiarum præfatarum etiam juramento, &c. privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Baſilicis, & Eccleſiis præfatis, earumque Capitulis, Archipresbyteris, Titularibus, Cardinalibus, & perſonis, ac dilectis filiis Pop. Rom. de non conferen. beneficiis, & dictæ Urbis aliis quam originariis, &c. ac quibuſvis aliis in genere, vel in ſpecie, & alias in contrarium quomodolibet, etiam per Leonem X. & alios Romanos Pontifices, etiam plures conceſſis, &c. Quibus omnibus &c. illorum tenores &c. latiſſime derogantes, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Papa ſubſcr.

Fiat Motu proprio. M.

Clauſularum repetitio.

§.6. Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum, &c. Et de erectione, conſtitutione, aſſignatione, & applicatione, mandato, ac derogatione aliiſque præmiſſis, quæ hic pro ſufficienter repetitis habeantur ad partem etiam ſeparatim, & in una, nulla facta mentione, ac aliis, & quod ſola ſignatura præſentis noſtri Motus proprii ſufficiat, & ubique ſidem faciat, in judicio, & extra illud, non obſtan. quibuſcumque.

Fiat M.

D. P. An. VI. 5. Novemb.

Datum Romæ apud S. Petrum nonis Novembris Anno VI.

CXCI.

Contra ambientes dignitates, & officia juriſdictionis adminiſtrationem habentia, eaque pretio, ſeu promiſſione procurantes, vel aſſequentes, aut aſſecuta manutenentes in Statu Eccleſiaſtico.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Exordium.

ETſi Romani Pontificis continua indefeſſaque meditatio circa ſubditorum ſuorum commodum, & utilitatem continue implicatur, ac quæ iis, quos ut filios tenere diligit, obeſſe poſſe credit, de medio tollit: negociorum tamen multitudine preſſa, ſingula in dies ſingulos conſiderans, illorum executionem, etiam dietim diſponit, ut & negocia ipſa ſalubrius dirigantur, ac ipſi ſubditi paulatim ſui in eos amoris cognoſcant indicia.

§.1. Sane licet alias ne ordo juſtitiæ perverteretur, & ex certis aliis inibi expreſſis cauſis per civiles conſtitutiones ſalubriter fuerit ſtatutum, ut judices, & alii juſtitiæ Adminiſtratores ſine quoquo ſuffragio fieri debeant, graviſſimis etiam injunctis pœnis, qui præmiſſam Conſtitutionem tranſgredi auſi quoquomodo fuiſſent, accepimus tamen nuper, non ſine animi noſtri diſplicentia nonnullos pro conſequendis officiis, & dignitatibus juriſdictionis exercitium habentibus, pecunias & alias res ſolvere, & promittere aliquibus Curialibus, quorum interceſſionibus, & favoribus talia officia, & dignitates obtinent. Licetque Nos pro noſtri Paſtoralis officii debito præmiſſa conniventibus oculis pertranſire nequeuntes omnem adhibuerimus diligentiam, ut tam ambitioſi hujuſmodi, quam pecuniarum hujuſmodi receptores, & ſtipulatores, tam publice, quam ſecrete reperiuntur: nihilominus exinde nihil certi expiſcari hactenus potuimus.

Jure civili cavetur, Judices, & alios Juſtitiæ Miniſtros, ſine quo quam ſuffragio eligi debere, ut in auth. ut Judices, ſive &c.

§.2. Cupientes igitur præmiſſis modum aliquem imponere, ac eos, quos civilium pœnarum timor a ſimilibus non coercet, per Canonicas ſanctiones auctoritate Apoſt. omnino deterreri, & avaritiæ hujuſmodi genus juri, & juſtitiæ hujuſmodi tam obnoxium de medio tollere, conſtitutionis civilis, ac pœnarum per illa ſtatutarum tenorem, & formam præſentibus pro expreſſis habentes, Motu ſimili, &c., & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas leges, Conſtitutiones, ſtatuta, & decreta contra delinquentes hujuſmodi, tam a jure civili, quam a Sacris Canonibus facta, ac in illis contenta, punitiones, & pœnas quaſcumque in tales inflictas, harum ſerie innovamus, eaſque idem robur, eamdemque vim obtinere volumus, atque ſtatuimus, quod & quam habuiſſent, & haberent, ſi hactenus ad unguem obſervatæ fuiſſent, vel a Nobis per præſentes emanarent.

Hic autem Pontifex pœnas omnes in tranſgreſſores inflictas innovat, & confirmat.

§.3. Inſuper quoque, ut earum uſus pœnarum multiplicatione ſtabilior efficiatur, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, quamque vim legis, etiam inviolabilis habere ſancimus, legibus, Conſtitutionibus ſtatutis, & decretis prædictis præjudicium non inferendo, quinimmo illis addendo, decernimus, & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus nemini cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis fuerit, liceat mediante pecunia, vel ſolutione, & traditione, ac promiſſione aliarum rerum, etiam per interpoſitas perſonas, aut alias quovis modo faciendas, aliquas dignitates, & officia, exercitium, & adminiſtrationem juriſdictionis habentia procurare, aſſequi, vel obtinere, ac ſi quis his præſentibus contraveniſſe quoquomodo dici, aut cenſeri potuerint, ipſum con-

Quinimo alias pœnas hic expreſſas imponit procurantibus, vel obtinentibus mediante pecunia, &c. dignitates, & officia.

contravenientem eo ipſo confiſcationis omnium bonorum, degradationis, & amiſſionis tam privilegii doctoratus, quam quorumcumque per eam obtentorum officiorum, tam ſæcularium, quam Eccleſiaſticorum, ac demum ultimi ſupplicii pœnas irremiſſibiliter incurrere volumus.

Et exceptionem ignorantiæ non admitti decernit.

§.4. Ceterum, ut fraudibus, quæ circa præmiſſa exoriri poſſent, facilius occurratur, pari modo ſtatuimus, quod ubicumque, & quandocumque compertum fuerit, per interpoſitam perſonam aliquas pecunias, ſeu alias res traditas, ſeu promiſſas fuiſſe alicui Curiali familiari, vel cuicumque alteri perſonæ pro officiis, & dignitatibus juriſdictionis adminiſtrationem habentibus, is qui officium hujuſmodi obtinuerit, ſe a præmiſſis, attenta interpoſitione perſonæ hujuſmodi nullatenus excuſare queat: quinimmo nulla admiſſa ignorantiæ excuſatione ipſo jure præſumatur ſolutionem, & promiſſionem hujuſmodi de eorum, qui officia, & dignitates ſimilia obtinuerint conſenſu, & mandato, penitus eſſe facta, iiſdemque propterea pœnis ſubjacere omnino intelligatur. Poſtremo ne ii, qui in præteritum talia officia, ſeu dignitates ſolutionibus, ſeu promiſſionibus mediantibus impetraverint, credant ſe per præſentes abſolutos eſſe: eiſdem Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine perpetuo declaramus, eos pœnas in tales a jure communi inflictas incurriſſe, & contra eos ad pœnarum hujuſmodi proſecutionem procedi poſſe.

Solventibuſque aliquid ex cauſa manutentionis officiorum jam obtentorum, eaſdem pœnas infligit.

§.5. Eos vero qui ſimilibus mediis aliqua officia, & dignitates ſimiliter juriſdictionis adminiſtrationem habentia obtinent, ſi in futurum quippiam umquam vigore præcedentium promiſſionum in aſſecutione officii hujuſmodi factarum ſolverit, ipſo jure, & facto pœnas in hac noſtra Conſtitutione contentas incurrere, præſenteſque noſtras, tam eos, qui in futurum officia ſimilia, & dignitates ſolutionibus, & promiſſionibus præcedentibus obtinebunt, quam eos, qui jam obtinuerunt, ſi in futurum aliquid manutentionis in eis, aut alia cauſa ſolverint, ligare volumus.

Promiſſioneſque deſuper factas annullat.

§.6. Decernentes contra præmiſſa quodvis pactum, etiam juramento vallatum, ac inſtrumenta, & alias forſan deſuper editas ſcripturas minime in cauſa eſſe poſſe, quo minus ſolvere habentes, ſi pro præmiſſis ſolverint, pœnas præſentibus contentas incurrant. Nos enim pacta, conventiones, promiſſiones, & ſcripturas, ac alia quæcumque quomodolibet, ut præfertur, inita, exinde caſſamus, irritamus, & annullamus, eoſque a juramentis, & aliis nexibus prædictis abſolvimus.

Clauſulæ præſervativæ.

§.7. Necnon præſentes, & deſuper forſan conficiendas literas perpetuis futuris temporibus durare, ac omnes & ſingulos a data præſentium irremiſſibiliter ligare volumus, illaſque nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiã alio defectu notari, aut ſub quibuſvis revocationibus, & derogationibus comprehendi nullatenus poſſe.

Decretum irritans.

§.8. Sicque per quoſcumque judices, &c. & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata, &c. judicari debere, irritum quoque, &c. decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.9. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis etiam Almæ Urbis, & aliarum Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum, etiam juramento, &c. roboratis, ac Provincialibus, municipalibus, & particularibus ſtatutis, ac legibus, etiam Imperialibus, & in corpore juris ſcriptis, privilegiis quoque, &c. hac vice latiſſime derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Forma publicandi hanc Conſtitutionẽ.

§.10. Ut autem præſentium tenor omnibus innoteſcat, nullaſque earum ignorantiam allegare queat, eas in valvis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac S. Joannis Lateranenſis, & in acie Campi Floræ de Urbe publicari mandamus, ipſaſque ſic publicatas, omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, ita afficere volumus, ac ſi eſſent omnibus perſonaliter intimatæ. Decernentes quoque præſentium earumdem ſolam ſignaturam ſufficere, & ubique ſidem facere in judicio & extra, regula quacumque contraria non obſtante.

Fides exemplorum.

§.11. Ac illarum tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Almæ Urbis Gubernatoris, aut alicujus alterius judicis munitis, eamdem prorſus fidem adhiberi, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Placet Motu proprio M.

D. P. An. VI. 5. Decemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Non. Decembris Anno VI.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

CUM nuper ne ordo juſtitiæ perverteretur, & ex certis aliis cauſis animum noſtrum moventibus fuerunt &c. ut ſup.

Declaratio, quod dicta Conſtitutio ligat, etiam recipientes pecunias, pro impetratura officiorum, ac mediatores.

§.1. Attendenteſque quod forte probabiliter dubitari contingat, an dicta noſtra Conſtitutio comprehendat recipientes hujuſmodi pecunias, ac res, ac promiſſiones ſibi factas, ſtipulantes ut officia prædicta exercitium, ac juriſdictionis adminiſtrationem habentia conferri faciant, ac mediatores, & interpoſitas perſonas: Propterea Nos Motu ſimili, & ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione declaramus, & quatenus opus ſit, addendo prædictæ noſtræ Conſtitutioni, decernimus, quod dicta noſtra Conſtitutio, ac omnes, & ſingulæ pœnæ in ea expreſſæ perinde ligent, & afficiant omnes, & quoſcumque cujuſvis dignitatis, gradus, conditionis, ac præeminentiæ exiſtant, qui pro hujuſmodi officiis juriſdictionis adminiſtrationem habentibus conferendis, ac mediatores, & interpoſitas perſonas quaſcumque pecunias, vel alias res ut ſupra receperint, ac ſi ſupradicti in dicta noſtra Conſtitutione

comprehenſi eſſent, & de illis in ea expreſſa mentio facta eſſet.

Clauſulæ præſervativæ. §.2. Necnon præſentes, & deſuper conficiendas forſan literas perpetuis futuris temporibus durare, ac omnes & ſingulos a data præſentium irremiſſibiliter ligare volumus, illaſque nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, aut ſub quibuſvis revocationibus, & derogationibus comprehendi nullatenus poſſe.

Decretum irritans. §.3. Sicque per quoſcumque Judices, &c. cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Card. ſublata, &c. judicari debere, irritum quoque, &c. decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ. §.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis etiam Almæ Urbis, & aliarum Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum etiam juramento, &c. roboratis, ac provincialibus, municipalibus, ac particularibus ſtatutis, ac legibus, etiam imperialibus, & in corpore juris ſcriptis, privilegiis quoque, &c. etiam Motu ſimili, &c. etiam conſiſtorialiter, &c. quibus omnibus illorum tenores, &c. hac vice latiſſime derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Forma publicandi hanc Conſtitutionē. §.5. Ut autem præſentium tenor omnibus innoteſcat, nulluſque earum ignorantiam allegare queat, eas in valvis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac S. Joannis Lateranen. & in acie Campi Floræ de Urbe publicari mandamus, ipſaſque ſic publicatas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, ita afficere volumus, ac ſi eſſent omnibus perſonaliter intimatæ. Decernentes quoque præſentium earumdem ſolam ſignaturam ſufficere, & ubique fidem facere, in judicio & extra, regula quacumque contraria non obſtante.

Fides exemplorum. §.6. Ac illarum tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Almæ Urbis Gubernatoris, aut alterius alii Judicis ſigillatis, eamdem prorſus fidem adhiberi, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Placet Motu proprio M.

D.P. An.VII. 12.Februarii. Datum Romæ apud S. Petrum pridie Idus Februarii, Anno VII.

CXCII.

De electione Prioris Generalis, & aliorum Prælatorum Congregationis Canonicorum Regularium SS. Salvatoris, Ordinis S. Auguſtini, bonorumque temporalium adminiſtratione.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. INter ceteras Paſtoralis officii noſtri curas, illa Nos præcipue urget, per quam Regularium Congregationum, illarumque perſonarum commoditati, & felici directioni conſulitur, ac Monaſteria, Domos, Eccleſias, & Loca, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus, prudentia, & vigilantia Prælatorum canonice electorum, incrementum ſuſcipere poſſe arbitramur.

§.1. Sane cum Nos nuper per alias noſtras in forma Brevis literas, juſtis de cauſis animum noſtrum moventibus, dilectum filium Stephanum tunc Congregationis Sanctiſſimi Salvatoris Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium Priorem generalem, in Capitulo generali Bononiæ proxime celebrato electum, ab onere ſui Generalatus officii abſolverimus, & liberaverimus, ac in ipſius locum dilectum etiam filium Ambroſium de Lamis Eugubinum ipſius Congregationis Priorem Generalem ſubſtituerimus, & deputaverimus, prout in dictis literis plenius continentur. *Hic Pontifex juſtis de cauſis Priorē generalem Congregationis deputavit.*

§.2. Et arbitrantes pro negocio reformationis Congregationis prædictæ expedire, quod etiam Viſitatores, & Procurator generalis ejuſdem Congregationis a Nobis deputentur, ideirco dilectos filios modernos prædictæ Congregationis Viſitatores, & Procuratorem generalem in prædicto Capitulo Bononiæ electos, ab onere ſuorum officiorum, etiam abſolvimus, & liberamus, & in ipſorum locum, quoad prædicta officia, in Viſitatores videlicet, N. N. N. in Procuratorem vero generalem N. dilectos filios, ipſius Congregationis Canonicos, cum honoribus, oneribus, poteſtatibus, facultatibus, juriſdictionibus, & prærogativis ſolitis, & conſuetis ſubſtituimus, & ſubrogamus. *Viſitatores modo & Procuratorē generalem deputat.*

§.3. Cumque per alias noſtras literas ſtatuerimus, & ordinaverimus, quod nullus ex dicta Congregatione Canonicus in Capitulis, tam generalibus, quam Conventualibus pro tempore celebrandis, vocem activam, ſeu paſſivam in electionibus faciendis obtineat, niſi ſit in ſacris ordinibus conſtitutus, & poſt per eum legitime emiſſam profeſſionem in eadem Congregatione, quoad electiones in Capitulo generali, per ſeptennium, quo vero ad alias electiones in capitulis Conventualibus faciendas, per quadriennium laudabiliter vixerit. *Canonici in ſacris conſtituti tantum, vocem activā, & paſſivam habeant.*

§.4. Et quoad vocem activam in Capitulo actu præſens fuerit. *Abſentes non eligant.*

§.5. Eligendique in Priorem generalem, duas ex tribus partibus. *Electio Generalis requirit duas partes votorum.*

§.6. Alii vero ſuffragiorum majorem partem obtinuerint. *Aliorum autem ſit pro majori parte votorum.*

§.7. Quodque in Capitulo generali, Prior, & Procurator Ordinis generales, necnon Viſitatores, eorumque ſubſtituti, pro caſibus neceſſitatis dumtaxat eligantur. *Electio Prioris, Viſitatorum & Procuratoris ſpectat ad Cap. generale, eorum qualitates deſignantur.*

§.8. Et eligendi in Priorem, & Procuratorem generales, necnon in Viſitatores, ſcientia, prudentia, vitæ integritate, ac pietate prædiciti exiſtant.

§.9. Factaque ipſorum canonica electione juxta hoc noſtrum ſtatutum, & ordinem, ac Congregationis præfatæ regularia inſtituta, Prior generalis ſic electus, una cum Diffinitoribus eligat Priores pro Monaſteriis, in quibus non adſunt plures, quam ſex Canonici, ac diſponat, & ordinet familias *Generalis in quibuſdā Monaſteriis Priores eligit, in aliis vero capitula conventualia.*

milias ſolitas, & neceſſarias pro quolibet Monaſterio, ita quod in qualibet familia ſint aliquæ perſonæ idoneæ, quæ poſſint eligi in Priores, aut Abbates, ſive Præpoſitos juxta cujuslibet Monaſterii titulum, ipſorumque Vicarios, & Diſcretos mittendos ad Capitulum generale. Quorum Prælatorum Conventualium, & Vicariorum electiones, non amplius in Capitulo generali fiant, ſed illi, ſicut diſcreti, in Capitulis Conventualibus cujuslibet Monaſterii, cujus Canonici excedent numero ſex Canonicorum, modo infraſcripto eligantur, videlicet.

Formam d. electionis in Capitulis Cóventualibus præfinit.

§.10. Poſtquam familiæ omnes in Capitulo generali (ut præmittitur) pro quolibet Monaſterio diſpoſitæ, & ordinatæ, ad locum ſibi deſtinatum ſtatuto tempore pervenerint, antiquior Canonicus in quolibet Monaſterio exiſtens, deputet diem, & horam ad celebrandum Capitulum, & ad ſonum campanellæ convocari faciat omnes Canonicos habentes vocem activam, & paſſivam. Illiſque convocatis, & reſidentibus, præfatus antiquior Canonicus advertat an ſint omnes præſentes, deinde eos interroget, an eis placeat dies, & hora ad futuram electionem, & illis annuentibus, præmiſſa generali confeſſione a capitulo recitanda, eos abſolvat dicens. *Miſereatur veſtri &c.* Et ſi teneremini aliquo vinculo excommunicationis &c. *Et diſpenſo vobiſcum ſuper irregularitate &c.* Poſtea dicatur Hymnus *Veni creator Spiritus &c. Kyrie eleiſon, &c. Pater noſter &c.* Oratio *Deus qui corda &c.* Quibus peractis in conſpectu omnium cum duobus aliis de capitulo, qui primitus habitum Religionis ſuſceperunt, ipſum concomitantibus ad menſam decenter præparatam cum capſula, ſeu urna, ubi ſchedulæ ſuffragiorum poni debent, & papyro, & atramento ad ſcribendum proceſſum electionis, accedat. Et quoniam vota, ſeu ſuffragia juxta decreta Concilii Tridentini, debent eſſe ſecreta, ita quod eligentium nomina numquam publicentur, ſinguli electores ſchedulas accipiant omnino ſimiles, & unuſquiſque in ſua ſchedula nomen eligendi inſcribat, vel dicat Eligo N. in Priorem: antiquior Canonicus, & alii duo capitulares prædicti, poſtquam ipſi ſchedulas, ordine antiquitatis inter eos ſervato, in urnam, ſeu capſulam demiſerint, aliorum ſchedulas accipiant, & in urnam, ſeu capſulam præfatam inferant, & inſpiciant an ſchedulæ ſint numero pares cum electoribus ibi præſentibus, & ſi invenerint eſſe in majori, vel in minori numero, quam ſint capitulariter ibidem præſentes, illas comburant, rurſuſque ad ſcrutinium modo præmiſſo procedant, donec invenerint ſcrutinium eſſe canonice factum, & tunc legant ſchedulas, & ſi electio numero ſuffragiorum ſecuta fuerit, ſchedulæ, etiam comburantur, factaque electione, antiquior Canonicus, & alii duo ſcrutatores prædicti publicent electorum nomina, exprimendo numerum ſuffragiorum, quæ quiſque habuerit, quod faciendum eſt, licet aliquis non habuerit vota, vel ſuffragia ad ſufficientiam, ut ad ſecundum ſcrutinium (ſicut præmittitur) deveniri poſſit. Decretum vero electionis ab illo, qui inter ſcrutatores primus fuerit, licet electo ſuum ſuffragium non contulerit, per hæc verba formetur. Ego N. vice præſentium capitularium eligo F. in Priorem, Vicarium, ſeu Diſcretum noſtri Monaſterii, quod ſi primus ſcrutator fuerit electus ad aliquod officium, ſecundus ſcrutator ad publicandum ſcrutinium, & formandum decretum ſuccedat, completaque electione, & decreto (ut præmittitur) formato, ſcrutatores proceſſum electionis compleant, atque ſubſcribant, ſubjungendo: Invenimus quod N. in Priorem, ſeu Vicarium, aut Diſcretum nominatus habuit tot ſuffragia, & ego N. decreta electionum formavi: In quorum fidem manibus noſtris ſubſcripſimus, & ſigillo Monaſterii præfati roboravimus, dic ut ſupra. His peractis, antiquior Canonicus dicat ſine cantu Pſalmum, *Laudate Dominum omnes gentes*, cum verſu, *Salvos fac ſervos tuos &c.* Et Orationem, *Prætende Domine famulis tuis &c.* deinde dicat *Adjutorium noſtrum &c.* & dicto reſponſo ab omnibus; *Qui fecit Cælum &c.* terminetur capitulum, & ſcrutinium, ſeu proceſſum, ac decretum electionis modo præmiſſo factum tranſmittitur ad Priorem generalem pro confirmatione obtinenda, qui Prior generalis cum voto Viſitatorum, quatenus electio fuerit canonice facta, & perſonæ electæ nullam patiantur exceptionem, ipſam electionem confirmare, & approbare debeat, alioquin legitima cauſa ſubſiſtente mandet ad aliam electionem (ut præmittitur) deveniri, & idem ſervetur, quoties officium Prælati Conventualis quovis modo vacare contigerit, & hanc formam, & ordinem in ſingulis electionibus. In reliquis vero omnibus, & ſingulis caſibus conſtitutiones, ſtatuta, & conſuetudines ipſius Congregationis inviolabiliter obſervari volumus, & mandamus, & aliter factæ electiones, nullius ſint roboris, vel momenti. Et ſi quis alias quam, ut præmittitur, quovis modo, aut quæſito colore ſe intromiſerit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurriſſe, cenſeatur. Et cum acceperimus, quod nonnulli Priores, Abbates, ſeu Præpoſiti Conventuales dictæ Congregationis, illorumque Vicarii in Capitulo prædicto, præter, vel contra dictatum noſtrarum literarum formam electi fuerunt, voſque cupiamus hujuſmodi formam inviolabiliter obſervari, eoſdem Priores, Abbates, ſeu Præpoſitos, eorumque Vicarios Conventuales in eoſdem Capitulo electos, & deputatos. ab eorum, & cujuſque ipſorum officiis ſimiliter abſolvimus, eximimus, & liberamus, volumus tamen quod ſinguli ejuſdem Congregationis conventus, ubi adſunt plures quam ſex Canonici, cum primum ſibi per Priorem Generalem, & Viſitatores prædictos injunctum, & ordinatum fuerit, ad novam electionem Priorum, Abbatum, vel Præpoſitorum, necnon Vicariorum in unoquoque Monaſterio, Abbatia, ſeu præpoſitura juxta prædictum no-

ſtrum ſtatutum deveniant, & devenire debeant, quodque interea Abbates, Priores, ſeu Præpoſiti, eorumque Vicarii Conventuales per Nos (ut præmittitur) ab eorum officiis abſolvi, donec novæ electiones, & confirmationes Prælatorum Conventualium hujuſmodi fiant, eorum officia, ut prius, exerceant, ac ſi ab eis abſoluti non fuiſſent.

Capituli generale quolibet triennio celebrandum eſt.

§.11. Et inſuper conſiderantes, quod prædicta Congregatio pro electione Prioris generalis, Viſitatorum, Procuratoris, etiam generalis, & aliis hujuſmodi peragendis negotiis, Capitulum generale ſingulo quoque anno maxima cum impenſa, & non minore Canonicorum incommodo celebrare ſoleat, ac propterea magna inde evagandi, & ſeſe diſſolvendi Canonicis ipſis occaſio præbeatur: cumque Prioris ipſius Generalis, Viſitatorum, Procuratoris, etiam Generalis, necnon Prælatorum Conventualium, Vicariorumque prædictorum officia annalia tantum ſint, id plerumque uſu venire ſolet, ut Prior ipſe generalis, & Viſitatores vix omnia ipſius Congregationis Monaſteria, & loca, prout eorum officio incumbit, viſitare, & operam ſuam illis pro re nata impendere, Procurator vero generalis ſimiliter officii ſui munus agnoſcere, negotia, & cauſas Congregationis pertractandas percipere, uſum Curiæ Romanæ apprehendere, atque alia ad officium ſuum ſpectantia providere; Prælati autem conventuales, eorumqne Vicarii, & Miniſtri Monaſteriorum, & locorum, Curiæ, & regimini ſuo commiſſorum ſtatum intelligere, res, & bona agnoſcere, conſuetudines percipere, negotia obire, vix tam brevi temporis ſpatio poſſint, quin etiam quando rerum, & perſonarum, vel Congregationis, aut Monaſteriorum, & locorum aliquam, vel mediocrem notitiam, & cognitionem habere incipiunt, tum maxime temporis excluſi anguſtia eorum officia dimittere, negotia tam ſpiritualia quam temporalia, aut intacta, aut certe inchoata, atque interrupta novis ſucceſſoribus relinquere cogantur. Volentes igitur deſuper opportunum adhibere remedium, ac ut electiones Prælatorum, & Miniſtrorum ipſius Congregationis Canonice, rite, & recte fiant, quod de cetero ejuſdem Congregationis Capitulum generale quolibet triennio tantum celebretur, ubi Prior generalis, Viſitatores, & Procurator generalis eligantur, & cetera ejuſdem Congregationis negotia juxta infraſcriptum noſtrum ſtatutum, & ipſius Congregationis regularia inſtituta pertractentur, & diſponantur.

Dieta autem quolibet anno.

§.12. Quodque quolibet anno Prior generalis, & Viſitatores, una cum tribus aliis ex majoribus Prælatis Conventualibus ipſius Congregationis ejuſdem Prioris generalis arbitrio eligendis die ad id ſtatuta in aliquo loco commodo ad tractandum negotia Congregationis juxta eorum exigentiam conveniant, ſignificando prius omnibus, & ſingulis Prælatis Conventualibus diem, & locum, ita ut ſi aliquis ipſorum haberet aliquid in hujuſmodi Congregatione proponendum, commode, vel ipſemet perſonaliter ad prædictum locum accedere, vel per nuntium, aut epiſtolam ea de re Priorem generalem, & alios prædictos certiores reddere, ipſoſque conſulere poſſit.

Generalis, Viſitatorum, & Procuratoris officia triennio explētur, Aliorum vero biennio.

§.13. Necnon quod Prioris generalis, Viſitatorum, Procuratoris, etiam generalis in poſterum triennalia, Prælatorum vero Conventualium officia biennalia ſint, & eſſe cenſeantur; ita tamen ut hac vice Prior generalis, Viſitatores, & Procurator, etiam generalis (ut præmittitur) per Nos deputati, uſque ad Capitulum generale de anno futuro milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Dominica tertia poſt feſtum Reſurrectionis D. N. Jeſu Chriſti, in loco opportuno juxta prædicta regularia inſtituta celebrandum, Prælati vero conventuales juxta præmiſſum noſtrum ſtatutum jam electi, & poſtmodum eligendi uſque ad novam electionem, & confirmationem in Capitulis conventualibus de anno 1573. tempore congruo celebrandis faciendas, eorum officiis fungi poſſint, & valeant, atque omnino fungantur. Et ſi deinceps perpetuis futuris temporibus Capitulum generale de triennio in triennium celebretur, ac Prior generalis, Viſitatores, & Procurator etiam generalis per triennium, Prælati vero conventuales ipſius Congregationis per biennium eorum officia, cum honoribus, oneribus, facultatibus, & juriſdictionibus ſolitis, & conſuetis, prout antea cum annalia erant, exerceant, & exercere poſſint, ac valeant.

Et ſi interim vacat, provideatur, ut hic.

§.14. Quodque ſi triennio, vel biennio hujuſmodi durantibus, Prioris generalis, Viſitatorum, Procuratoris etiam generalis, aut Prælatorum, ſeu Vicariorum conventualium præfatorum, vel alicujus eorum officia per privationem, dimiſſionem, vel obitum, aut alio quovis modo vacarent, Prælati conventuales juxta ſupraſcriptum ſtatutum, Prior vero generalis, Viſitatores, Procurator, etiam generalis præfati, juxta dictæ Congregationis regularia inſtituta eligantur, & eligi debeant.

Adminiſtratio bonorum temporalium præſcribitur.

§.15. Ac ut res, & bona temporalia Congregationis prædictæ, ipſiuſque Monaſteriorum, & locorum hujuſmodi, non ſolum conſerventur, verum etiam augeantur, quod in unoquoque Conventu tres probi Canonici per Prælatum Conventualem eligendi conſtituantur, quorum unus Depoſitarius, alter Procurator, reliquus Œconomus exiſtat, ita ut Procurator pecunias omnes Monaſterii capiat, eaſque deinceps Depoſitario tradat, & aſſervandas committat. Depoſitarius vero illas in ærarium, ſive arcam, ad hoc deſtinatam reponat, & Œconomo, ubi opus fuerit, de expreſſo Prælati mandato præbeat. Œconomus autem acceptas, ut præfertur, pecunias pro communibus Monaſterii uſibus, ac neceſſitatibus, & prout Prælatus juſſerit, fideliter eroget, ac expendat. Dictaque arca duabus ſit clavibus munita, quarum altera penes Prælatum, altera vero penes Depoſitarium cuſtodiatur: arca vero ubi tutus apud Depoſitarium locus non exiſtat, apud Prælatum tutio-

Digitized by Google

tutiore in loco ſtatuatur, & quam diligentiſſime aſſervetur: præfatique Procurator, Depoſitarius, & Œconomus uno quoque menſe collatis invicem ratiocinitis Prælato, aſtantibus duobus aliis Monaſterii diſcretis Canonicis, eligendis ab ipſo Prælato, rationem pro ſuo quiſque officio accurate reddere teneantur, ſub pœna illis Prælati arbitrio imponenda, ipſis vero Prælatis privationis officii ſui, ſi id facere neglexerint, hac in perpetuum valitura lege ſtatuimus, & ordinamus, irritum, & inane decernentes quicquid ſecus a quoquam quovis modo ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit.

Contrariis derogatur.

§.16. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis juramento, confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Congregationi, illiuſque ſuperioribus, & perſonis in contrarium quomodolibet conceſſis, innovatis, & approbatis, quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores, etiam ſi de illis ſpecialis, ſpecifica, ac de verbo ad verbum mentio habenda eſſet, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An.VI. 7. Decemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 7. Decemb. 1571. Pont. noſtri Anno VI.

CXCIII.

Turcæ, qui in bello contra eos peracto, captivi ſunt effecti, durante bello non dimittantur, neque diſtrahantur.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio, &c.

Hic Pontifex cum Rege Hiſpaniarum, & Repub. Venetorum bellum fecit cōtra Turcas, & Victoriam reportarunt, & ex claſſe Turcarum captivi multi effecti ſunt.

POſtquam nuper inter Nos, & Sedem Apoſtolicam, ac cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Philippum Hiſpaniarum Regem Catholicum, necnon dilectum filium nobilem virum Aloyſium Mocenicum Venet. Ducem, & ejus Reipub. dominium, inito fœdere, & claſſe communibus viribus comparata, dilecto filio nobili viro Joanni ab Auſtria, ejus generali Præfecto, & ductori, commiſſum fuit prælium omni poſteritati commemorandum, initio illud quidem, quatenus poteramus Nobis ab humanis viribus polliceri periculoſiſſimum, ipſo autem exitu feliciſſimum, hoſtibus in maximam partem cæſis, fugatis, reliquis captivis factis, (cauſam nimirum ſuam Domino Deo noſtro juvante, proque ſuo Iſraele pugnante,) perlatum fuit ad Nos, pleroſque Chriſtianorum, partim captivos illos ſibi ipſis retinuiſſe, partim vendidiſſe, alios donaſſe, nonnullos etiam pacta pecunia, in ſpem redemptionis adduxiſſe.

Ipſe modo Pontifex ex cauſa hic relata.

§.1. Quod ſane graviter, ut debuimus, accepimus, ab ipſa enim ſuperiorum temporum experientia edocti ſumus, quanto ſemper hæc cum Chriſtianorum damno facta fuerint; pleroſque enim ipſorum captivorum eſſe navigandi peritiſſimos, ad claſſem adornandam, inſtruendam, ducendam, propter multam, Maris tempeſtatum orarumque peritiam, atque ad bellandum utiliſſimos, & ſi umquam alias, certe hoc tempore ceteris ſuis ſimilibus cæſis eſſe hoſtibus pernecceſſarios, ex quorum miſſione, ut magna deceſſio, cum etiam ab omni ratione & jure belli alieniſſimum ſit, ut ipſo bello durante mittantur illi, qui poſſunt aliquando ipſis mittentibus bellum inſtaurare, & contra eos venire.

Prohibet captivos hujuſmodi relaxari durante bello.

§.2. Quod quidem malum, tametſi dilectum filium nobilem virum Joannem ab Auſtria, pro ejus ſingulari prudentia prævidiſſe, eique providiſſe non dubitamus, tamen, ut ad ejus cautionem Apoſtolicæ etiam auctoritatis robur accedat, præcipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis quocumque ſint gradu, conditione, ſtatu, nomine, honore, apud quos captivi aliqui ex claſſe Turcarum, vel nunc ſunt, vel in poſterum erunt, ſive ipſi eos receperint, ſive ab aliis emptione, donatione, permutatione, vel alia quacumque ratione acceperint, ne illos hoc fœdere, & bello durante, quocumque nomine, ratione, colore, mittere, alienare, liberare, ſugere, atque abire permittere audeant, ſed eos debeant omni cura, & diligentia cuſtodire, & eorum numerum, nomina, patriam, parentes, ætatem, dignitatem, ſive conditionem, & alias ſi quæ extant magis certæ, & particulares demonſtrationes, Nobis, aut noſtris Nunciis, ſi ibi præſentes fuerint, ſi vero abſentes, ipſarum Civitatum, & locorum, in quibus dictos captivos habentes reperiuntur, Rectoribus, Gubernatoribus, Judicibus, Locatenentibus, aut alio nomine nuncupatis, in ipſa vero claſſe exiſtentes, noſtris aut noſtrorum fœderatorum ductoribus, præfectis, Judicibus, quam primum a publicatione præſentium indicare. Illi autem, quibus captivi prædicti fuerint indicati, debeant ſimiliter eorum numerum, & ceteras omnes circumſtantias ſupradictas, prout eas acceperint, Nobis quanto citius ſignificare.

Et contravenientibus pœnas hic deſcriptas imponit.

§.3. Si qui vero ex prædictis contravenerint, eos excommunicationis majoris latæ ſententiæ, a qua niſi a Nobis, ac Succeſſoribus noſtris canonice intrantibus abſolvi nequeant, necnon amiſſionis omnium, & ſingulorum feudorum, dominiorum, & aliorum quorumcumque bonorum, tam mobilium, quam immobilium, quoad eos, qui Eccleſiaſticæ juriſdictionis fuerint, Nobis, & Fiſco noſtro, qui vero aliarum ditionum ſuæ cujuſque ditionis Fiſco applicandorum, & læſæ etiam Majeſtatis criminis pœna eo ipſo incurriſſe declaramus: ſperantes etiam quod dicti noſtri fœderati hujuſmodi noſtrum præceptum in ſuis quiſque locis inviolabiliter obſervari curabunt.

Executorum deputatio, & facultates.

§.4. Et propterea omnibus, & ſingulis locorum Ordinariis, illorumque Vicariis in ſpiritualibus generalibus, ac Gubernatoribus, Judicibus, Locatenentibus, Bariſellis, & aliis

Digitized by Google

& aliis executoribus quarumcumque Civitatum, Oppidorum, terrarum, & locorum contra præcepti, & mandati noſtri hujuſmodi tranſgreſſores ad executionem pœnarum prædictarum irremiſibiliter, etiam executive, & ſine figura judicii, ac abſque alio a Nobis, vel confœderatis noſtris expectato mandato procedendi, plenam & liberam licentiam, auctoritatem, & facultatem concedimus, & impartimur.

Sola ſignatura ſufficit.

§.5. Volumus autem ut præſentis noſtri Motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio & extra, quacumque regula, ſeu Conſtitutione Apoſtolica contraria non obſtante.

Exemplorum Fides.

§.6. Quodque illius exempla, etiam impreſſa edantur, eaque Notarii publici manu, & cujuſcumque Curiæ Eccleſiaſticæ, aut, Prælati ſigillo obſignata, eamdem prorſus fidem ubique faciant, quam ipſe præſens Motus proprius faceret, ſi eſſet exhibitus, vel oſtenſus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.7. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis; ac etiam legibus, etiam Caſtrenſibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis Communitatibus, Univerſitatibus, aliiſque particularibus perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam Motu proprio, &c. & alias quomodolibet conceſſis, quibus omnibus & ſingulis, illorum tenores præſentibus, pro expreſſis habentes ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumq.

Fiat Motu proprio M.

D. P. An. VI. 21. Decemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, duodecimo Kal. Januarii, Anno VI.

CXCIV.

Approbatio Congregationis Fratrum Joannis Dei nuncupatæ ad regimen Hoſpitalium, pro curandis pauperibus infirmis nuper inſtitutæ, ſub Ordinariorum correctione, & Regula Sancti Auguſtini.

PIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Licet ex debito ſummi Pontificatus Officii Nobis deſuper injuncti, circa piorum locorum quorumlibet profectus, Nos deceat intentos exiſtere, hoſpitalium tamen, ac in eis degentium pro tempore miſerabilium perſonarum commodo, utilitati, & ſubventioni, tanto Nos potioribus ſtudiis inſiſtere convenit, quanto ipſorum miſerabili conditione penſata, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Hoſpitalia quædam in Hiſpania conſtructa ſunt ſub invocatione Joannis Dei pro infirmorum pauperū curatione. Et circa eleemoſynarum collectionem impedimentum præſtabatur, Fratribus ipſa Hoſpitalia regentibus.

§.1. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii Roderici Seguenza moderni Confratris majoris nuncupati Hoſpitalis Joannis Dei nuncupati civitatis Granaten. petitio continebat, quod licet in d. Hoſpitali ipſius Civitatis, in qua adeſt Cancellaria Regia, & ad eam maximus extraneorum numerus pro ſuis negociis ibidem pertractandis affluere ſolet, & unus Major nuncupatus, & alii decem, vel octo confratres dicto Confratri majori nuncupato obedientiam præſtantes reperiantur, qui in eleemoſynis pro ipſo Hoſpitali, in quo diverſi Chriſti pauperes, utpote incurabiles, ſenes mente capti, & membris impotentes, ad numerum quadringentorum, & ultra aſcendentes, continue ſuis infirmitatibus curantur, & aluntur, & pro quorum curatione & alimento, ſummam ſexdecim millium ducatorum & ultra, ex eleemoſynis a piis Chriſtifidelibus ipſis confratribus erogari ſolitis provenientium, ſingulis annis exponitur quæritandis, ipſiſque Chriſti pauperibus gubernandis ſua caritate impendant opera, & in eodem Hoſpitali dictorum Chriſti pauperum numerus, propter bellum ſuperiori anno in Regno Granaten. contra Mauros geſtum, admodum auctus exiſtat, & eleemoſynæ minus frequenter, quam antea hodie fieri ſoleant, ipſique confratres maximo cum labore, & pro eorum cœpto opere minime retardentur, ſed maximo cum fervore opus ipſum adeo laudabile aſſidue proſequantur. Nihilominus hominum malitia creſcente, nonnulli laici, avaritia ducti, Deique timore poſtpoſito, habitu, Capotto nuncupato panni vulgariter Layal in illis partibus nuncupati, quo ipſi confratres indui ſolent, accepto, ſub falſo nomine, tam dicti, quam Civitatis Corduben. necnon de Madrid. Taletan. ac de Lucerna Oppidorum Corduben. reſpective Diœceſibus Hoſpitalium, ad inſtar dicti Hoſpitalis Granaten. fundatorum, & in quibus ſimilia caritatis opera, quæ a confratribus dicti Hoſpitalis Granaten. exerceri ſolent, eleemoſynas quæritare, illaſque in pravos & damnabiles eorum uſus convertere auſi ſunt, in maximum pauperum Chriſtifidelium in eiſdem Hoſpitalibus pro tempore exiſtentium neceſſariæ ſubventionis detrimentum.

Supplicat propterea huic Pontifici pro opportuna proviſione.

§.2. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, dictus Rodericus ad præmiſſa e medio facilius tollenda, ſibi, aliiſque tam Granaten. quam Corduben. & de Lucerna Oppidorum hujuſmodi Hoſpitalium, aliorumque ad illorum inſtar de cetero erigendorum confratribus, nunc & pro tempore exiſtentibus, ſcapularium ejuſdem panni Layal nuncupati ſuper veſte, ſeu capotto per eos geſtari ſolito, ad genua, uſque, ut ipſi ab omnibus Chriſtifidelibus eis eleemoſynas pro præmiſſis porrigendas, ab aliis ex eorum confratribus non exiſtentibus, & ſub falſo nomine dictorum Hoſpitalium, vel alicujus eorum eleemoſynas doloſe, & malitioſe petentibus, facilius internoſci valeant, deferendi, necnon in quolibet eorumdem Hoſpitalium, & aliorum, ad eorum inſtar erigendorum, inter eos confratrem unum Sacerdotem ſimilem habitum, & ſcapularium qui miſſas, aliaque divina Officia ibidem celebrare, necnon ſacramenta Eccleſiaſtica tam ipſis Confratribus, quam Chriſti pauperibus in eiſdem Hoſpitalibus, pro tempore exiſtentibus miniſtrare, illoſque in

Dei

Digitized by Google

Dei mandatis pie obſervandis inſtruere & conſortare debeat, habendi & retinendi, necnon eleemoſynas, pro eorumdem Hoſpitalium Chriſti pauperum ſubventione, non ſolum in Civitatibus, & Oppidis, in quibus hoſpitalia ipſa conſiſtunt, verum & etiam in toto diſtrictu, Diœceſi, & provincia earum, de loci Ordinarii licentia, petendi, & recipiendi, licentiam, & facultatem impetrari ſummopere deſideret, Nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus pro deſiderio, ac dictorum Hoſpitalium, & Chriſti pauperum in eis, nunc & pro tempore exiſtentium ſtatui conſulere, aliaſque in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Hic ideo Pōtifex eiſd. Confratribus (dummodo ſub Regula S. Auguſtini vivant) concedit habitum, & facultatem colligendi eleemoſynas pro Hoſpitalibus infirmorum.

§.3. Nos qui Chriſti pauperum conſolationem, & ſubventionem ſinceris deſideramus affectibus, volentes Rodericum ac confratres, in tam pio & laudabili propoſito confovere, necnon eumdem Rodericum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, a jure vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eidem Roderico, ac omnibus & ſingulis aliis dictorum Hoſpitalium, nunc & pro tempore exiſtentibus confratribus, dummodo ſub regula Sancti Auguſtini vivant, ut ſuper eorum veſte, ſeu capotto per eos geſtari ſolito, ſcapularium ad genus uſque ejuſdem panni Layal nuncupati, continue deferre, necnon ſacerdotem unum in quolibet eorum Hoſpitalium, qui confrater exiſtat, ſimilemque habitum ejuſdem panni, majorem tamen & latiorem, ac dignitate ſacerdotali decentiorem, loci Ordinarii arbitrio pro prima vice deſignandum deferat, habere poſſit, necnon eleemoſynas, pro præfatis Hoſpitalibus, eorumque Chriſti pauperibus, tam in Civitatibus, & Oppidis, in quibus ipſa Hoſpitalia, ut præfertur conſiſtunt, quam totis eorum diſtrictibus, Diœceſibus, & provinciis ab omnibus Chriſtifidelibus petere & recipere, illaſque in dictorum Hoſpitalium, & eorum Chriſti pauperum uſus & ſubventiones convertere libere & licite poſſint & valeant, licentiam, & facultatem Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo concedimus, & elargimur.

Ordinariorū juriſdictioni, & correctioni ſupponit.

§.4. Necnon tam ipſum Sacerdotem, quam Majorem nuncupatum, & alios confratres hujuſmodi ſub loci Ordinarii juriſdictione, correctione, viſitatione, & obedientia, etiam perpetuo ſupponimus, & ſubiicimus, ipſoſque Majorem, & alios confratres de eleemoſynarum hujuſmodi adminiſtratione ſingulis annis, in tempore eidem Ordinario bene viſo, legale computum eidem Ordinario loci tantum, & nulli alteri reddere debere.

Habitum dimittere prohibet.

§.4. Necnon quod prædicti moderni, & pro tempore exiſtentes eorumdem Hoſpitalium confratres, poſtquam habitum prædictum ſuſceperint, illum dimittere, minuſve eum alicui exhibere, niſi de conſenſu omnium aliorum confratrum Hoſpitalis, in quo habitum ipſum exhiberi contigerit, ſub majoris excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda pœna, audeant, vel præſumant, perpetuo ſtatuimus, & ordinamus.

Ordinariis rēctum de Hoſpitalium regimine, rationem reddendi eſſe præcipit.

§.6. Necnon omnibus, & ſingulis perſonis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis & conditionis exiſtentibus, præterquam locorum Ordinariis, ne quovis prætextu, in regimine, gubernio, aut adminiſtratione eorumdem Hoſpitalium, aut aliorum ad ipſorum inſtar eligendorum, ſub dicta pœna per contravenientes, ſimiliter ipſo facto incurrenda, quomodolibet ſe intromittere audeant, ſeu præſumant diſtrictius inhibemus. Decernentes Majorem nuncupatum, & alios Hoſpitalium hujuſmodi, nunc, & pro tempore exiſtentes confratres ſuper libera adminiſtratione, gubernio, & regimine dictorum Hoſpitalium, a quibuſvis perſonis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, etiam ſub prætextu illorum, in toto, vel parte ſabricationum, etiam ex quocumque pio legato, vel alias quomodolibet factorum moleſtari, perturbari, vexari, aut inquietari nullatenus poſſe.

Clauſulas præſervativas huic Conſtitutioni apponit.

§.7. Præſenteſque literas nullo umquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari, aut in jus, vel controverſiam quacumque ratione, vel cauſa vocari, aut ad terminos juris reduci, vel quodvis aliud juris, ſeu gratiæ remedium contra illa impetrari poſſe, cauſamque, vel cauſas, propter quas præſentes ipſæ a Nobis emanarunt, coram loci Ordinario, aut quocumque alio Judice, etiam delegato, ac facultate quacumque fungente, verificare non debere, nec ob id viribus carere, aut per obreptionem obtentas, nec minus dictum Rodericum ad verificandum præmiſſa teneri, minuſque, ſub quibuſcumque ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, tam per Nos, quam Romanos Pontifices Succeſſores noſtros quomodolibet, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis pro tempore factis quorumcumque tenorum exiſtant includi, ſed illis non obſtantibus in ſuis robore, vigore, & efficacia perſiſtere, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & plenarie reintegratas, & ſub dat. per dictum Rodericum, & pro tempore exiſtentem Majorem nuncupatum confratrem d. Hoſpitalis Granaten. eligenda, de novo conceſſas eſſe, & ita incommutabilis voluntatis, & intentionis noſtræ eſſe. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alia judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quo-

quam

quam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§.8. Quocirca Venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Granaten. ac Amerin. & Corduben. Epiſcopis, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Roderici, ſeu Majoris nuncupati pro tempore exiſtentis ipſius Hoſpitalis Granaten. Confratris fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra prædicta, Rodericum, & pro tempore exiſtentem Majorem nuncupatum, alioſque Confratres prædictos, præmiſſis omnibus, & ſingulis, juxta præſentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, ſeu eorum quemlibet a quoquam quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, aut inquitari. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe declarando, necnon eas etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contrariis omnibus derogat.

§.9. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium, ultra tres dietas ad judicium non trahatur, ae aliis quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac ſtatutis. etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis Ordinibus, & Locis, illorumque ſuperioribus, ac perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam Motu propio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eiſdem præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque; aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Nulli ergo &c.

D. P. An VI. 1. Januarii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Kalend. Januarii, Pontificatus noſtri Anno VI.

CXCV.

Juriſdictio, & facultates S. R. E. Cardinalis Protectoris, & Judicis cauſarum Confraternitatis Annunciationis B. Mariæ Virginis, in Eccleſia ſupra Minervam de Urbe dudum inſtitutæ, ad miſerabilibus puellis dotes elargiendas, pupilloſque, & egenos ſublevandos.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Cauſa hujus Conſtitutionis.

CUM ſicut accepimus, Confraternitas, ſeu Societas ſub invocatione Annunciationis B. Mariæ Virginis, in Eccleſia domus ejuſdem B. Mariæ ſupra Minervam de Urbe, ejuſque Priores, Cuſtodes, Officiales, & Confratres, ob lites, quæſtiones, controverſias civiles, criminales, prophanas, ſpirituales, meras, & mixtas infra Confraternitatem ſeu Societatem, ejuſque Priores, Adminiſtratores, Gubernatores, ac deputatos hujuſmodi, per diverſa Urbis Tribunalia litigare, occaſione locationum, cenſuum, donationum, hæreditatum, legatorum, dotium, & diverſarum aliarum rerum ejuſdem, tam agendo quam defendendo pro ipſius Confraternitatis ſeu Societatis juribus defendendis, jugiter implicata exiſtat, ex quo ſæpiſſime quam plurima damna, & intereſſe patiatur, ac impenſa litis valorem rei, de qua ex tempore agitur, ſæpenumero exuperet.

Confraternitatis piorum operum enarratio.

§.1. Nos Confraternitatem ſeo Societatem prædictam, in qua piiſſima caritatis, & miſericordiæ opera, tam pauperibus, & miſerabilibus puellis annuatim dotes elargiendo, quam aliis pupillis, viduis, & egenis ſublevandis, Miſſiſque, & aliis divinis Officiis in ſua Cappella ibi fundata dietim celebrandis, in divini Numinis obſequium, Sanctæque Matris Eccleſiæ exaltationem exercere noſcuntur, quantum cum Deo poſſumus, ſublevare volentes.

Juriſdictio Judicis d. Confraternitatis, cognoſcendi omnes ejus cauſas, cum facultate.

§.2. Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Venerabili Fratri noſtro Alexandro Epiſcopo Tuſculano Cardinali de Farneſio nuncupato, S. R. E. Vicecancellario, nunc & pro tempore Confraternitatis ſeu Societatis hujuſmodi exiſtenti Protectori, omnes, & ſingulas cauſas, quæſtiones, lites, & controverſias, inter dictam Confraternitatem ſeu Societatem, ſive ejuſdem dilectos filios Priores, Cuſtodes, Officiales, & Miniſtros, & quaſcumque alias perſonas cujuſcumque gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, & præeminentiæ exiſtentes, etiam Cardinalatus dignitate fulgentes, Univerſitates, Societates, Congregationes, Monaſteria, aut alia loca pia hujuſmodi, etiam ſi coram S. R. E. Camerario, Clericis, & Præſidentibus Cameræ Apoſtolicæ, & ejuſdem Cameræ cauſarum

Audi-

Auditore generali, necnon Vicario, Gubernatore, ac Senatore Urbis prædictæ, illorumque Locatenentibus, Collateralibus, & Judicibus, ac dictæ Urbis cauſarum appellationum Capitaneo, & Sacri Palatii etiam cauſarum Auditoribus, & ejuſdem S. R. E. Cardinalibus, aliiſque Judicibus Ordinariis ſeu delegatis hucuſque motas, pendentes, & quomodolibet movendas, de, & ſuper quibuſcumque location. vendition. legatis, fideicommiſſis, teſtamentis, hæreditatibus, ac illarum diſcuſſionibus, atque quorumcumque jurium, & actionum ceſſionibus, aliiſque inter vivos contractibus, etiam vigore obligationis in forma Cameræ, executionibus, revocationibus, bonis, rebuſque, juribus, & actionibus, ad Confraternitatem ſeu Societatem præfatam, ejuſque Priores, Cuſtodes, Gubernatores, Adminiſtratores, Officiales, & deputatos Miniſtros, eorumque litis conſortes, tam conjunctim quam diviſim, ac tam paſſive quam active concernentibus, ſpectantibus, & pertinentibus ad Confraternitatem, ſeu Societatem ipſam, in quacumque inſtantia, quorum omnium, & ſingulorum ſtatum, & merita, necnon judicum, & collitigantium nomina, & cognomina, ac qualitates, ceteraque etiam de neceſſitate exprimenda, pro expreſſis habentes, in ſtatu, & terminis, in quibus nunc reperiuntur, harum ſerie ad Nos advocantes, illaſque omnes, & ſingulas, motas, & pendentes, ac quam, & quas Confraternitas, ſeu Societas, Priores, Gubernatores, Officiales, Adminiſtratores, & Deputati, necnon pauperes puellæ, ac pupilli, & viduæ ibi degentes, ac illæ, quæ nuptui traditæ ſunt, & pro tempore fuerint, habere volent, contra eaſdem perſonas, Univerſitates, Monaſteria, & alia hujuſmodi pia loca pro rebus, bonis, hæreditatibus, juribus, actionibus, & dotibus hujuſmodi, nunc, & pro tempore Confraternitatis ſeu Societatis prædictorum exiſtenti Protectori, una cum illarum emergentibus, dependentibus, incidentibus, annexis, & connexis, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, & ſola facti veritate inſpecta, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, per ſeipſum, ſeu alios a ſe deputan. in quacumque inſtantia, uſque ad finem audien. cognoſcen. & fine debito terminan. auctoritate Apoſtolica tenore præſentium committimus, & mandamus. Ipſumque Protectorem nunc, & pro tempore exiſten. in dictis cauſis motis, penden. ac in futurum movendis, in Judicem ordinarium, cum facultate eaſdem cauſas, in quacumque inſtantia, uſque ad finem, per ſeipſum, ſeu alium, vel alios ejus Auditores illas cognoſcen. & deciden., & terminan., & aliis facultatibus prædictis facimus, conſtituimus, & deputamus.

In curia & extra citandi, & inhibendi. §.3. Necnon cum poteſtate citandi, & inhibendi, quos, quibus, & quoties opus fuerit, in curia, & extra eam, etiam ſi per edictum publicum, conſtito etiam ſummarie, de non tuto acceſſu, eiſdemque, ac quibuſvis aliis ejuſdem Urbis Judicibus ac perſonis, tam Eccleſiaſticis quam ſæcularibus, quibus, & quoties opus fuerit, etiam ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, & pecuniariis, quibus ſibi, ſeu ab eo pro tempore deputando Auditori videbitur inhiben.

Inobedientes coercendi. §.4. Et in eventum non paritionis contra inobedientes contumaces, & rebelles, ad declarationem incurſus cenſurarum, & pœnarum hujuſmodi, illarumque aggravationes, & reaggravationes, ac alias juxta morem, & ſtylum curiarum Urbis in ſimilibus ſervari ſolitum, & prout ſibi videbitur, procedendi.

Sententias ſuas exequendi &c. §.5. Sententiaſque ſuas debitæ executioni demandandi, ſive demandari faciendi, auxiliumque brachii ſæcularis ad hoc, ſi opus fuerit, invocandi, omniaque alia, & ſingula, in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna facien., geren., & exequen.

Singulis diebus, & horis procedendi. §.6. Ac in omnibus, & ſingulis cauſis prædictis ad dictam Confraternitatem, ſeu Societatem, ut præmittitur, ſpectan. ſingulis diebus, & horis, feriatis, non feriatis, præterquam in honorem Dei, etiam tempore feriarum, ob neceſſitatem hominum judictarum, ſeu indicendarum procedere.

Notarium deputandi. §.7. Ac quemcumque Notarium ſibi benevisum, in cauſis hujuſmodi deputandi.

Per quoſcumque Mandatarios & executores citandi, & exequendi. §.8. Volumus etiam, quod citationes, monitiones, & intimationes, quæ in dictis cauſis fieri oportuerit, etiam per curiæ Capitolii, & quoſcumque alios Mandatarios fieri poſſint. Et quicumque executores Urbis poſſint, & debeant effectualiter executioni demandare omnes, & ſingulas ſententias, decreta, & mandata præfati Cardinalis Protectoris, ſive ab eo deputatorum: quæ non obſtante regula Cancellariæ ſub ejus parvo ſigillo expediri poſſint.

Privative quo ad alios Judices. §.9. Ac inſuper Confraternitatem ſeu Societatem prædictam, ejuſque Priores, Adminiſtratores, Gubernatores, & Deputatos hujuſmodi, ex nunc deinceps occaſione præmiſſorum, alibi quam coram præfato Cardinali Protectore convenire, aut ad alios convenien. conſtringi non poſſe: ac proceſſus, ſententias, & decreta, per alium, ſeu alios, tam ordinarios quam delegatos Judices, in cauſis prædictis quomodolibet pro tempore formatos, lat., & fact. cum inde ſecutis quibuſcumque, nulla, irrita, & inania, nulliuſque roboris vel momenti fore.

Clauſulæ præſervativæ. §.10. Præſentemque cedulam ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, & exemptionibus, limitationibus, ſeu revocationibus, ſimilium vel diſſimilium conceſſorum, & gratiarum, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, & Sedem prædictam, vel ejus Legatos, etiam per regulas Cancellariæ Apoſtolicæ pro tempore factas, nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis penitus, & omnino exce-

exceptas, & quoties illæ emanabunt, præſentem cedulam in priſtinum robur reſtitutam eſſe, & cenſeri debere, nec eidem cedulæ, per quaſcumque literas, & quaſvis clauſulas generales vel ſpeciales, etiam derogatoriarum derogatorias, irritantiaque & alia decreta, ſub quacumque verborum expreſſione continentes, derogari poſſe, etiam ſi illi, umquam tempore, ex aliqua, etiam quantumvis neceſſaria, & urgenti cauſa derogari contingat, niſi tenor cedulæ de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo inſertus, & hujuſmodi derogatio per trinas diſtinctas literas eumdem tenorem continentes, tribus ſimilibus diſtinctis vicibus, Adminiſtratoribus, Prioribus, Gubernatoribus, Deputatis, & Confratribus hujuſmodi, omnibus, & ſingulis legitime intimata, & inſinuata fuerit, eorumque expreſſus ad id acceſſerit aſſenſus, derogationem hujuſmodi nemini ſuffragari, & nullius eſſe roboris vel valoris.

Clauſula ſublata.

§. 11. Et ſic per quoſcumque judices, quavis auctoritate fungentes etiam præfatæ Eccleſiæ Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata, &c. ac irritum &c. judicari, & definiri debere.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 12. Non obſtan. fel. rec. Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Hoſpitalium, Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum quorumcumque piorum locorum, & Ordinum juramento roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus t privilegiis quoque, indultis, conſervatoriis, exemptionibus, & literis Apoſtolicis eiſdem, ac dilectis filiis Populo Romano, necnon Judicibus, Curiis, & Tribunalibus, eorumque perſonis per quoſcumque etiam Rom. Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Nos ac dictam Sedem, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, conceſſis, approbatis, & innovatis, etiam diſponentibus, quod cauſæ hujuſmodi, ad forum, ſeu Curiam Capitolii reaſſumi debeant; quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, alias de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque; aut ſi prædictis, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra, vel ultra certa loca, Curias, & Tribunalia, ad judicium trahi non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, & indultis Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, aut totaliter non inſerta, Juriſdictionis ipſius Protectoris explicatio impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda ſit in præſentibus literis mentio ſpecialis.

Sola ſignatura ſufficit.

§. 13. Volumus autem præſentium ſolam ſignaturam ſufficere, & ubique fidem facere, in judicio, & extra, regula contraria non obſtante.

Tranſumptorum fides.

§. 14. Et earumdem tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis & ſigillo Protectoris ſeu Confraternitatis, ſeu Societatis hujuſmodi munitis, eamdem prorſus fidem adhiberi, quæ adhiberetur præſentibus manu noſtra ſubſcriptis, ac etiam literas ad partem expediri poſſe.

Papæ ſubſcr.

Placet Motu proprio. M.

CXCVI.

Prohibitio deferendi pugiones, cultellos, & aliud genus armorum brevioris menſuræ trium palmorum, in Statu Eccleſiaſtico.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio &c.

Exordium.

Cum vices ejus licet immeriti geramus in terris, qui de cœlo ad ima deſcendens, pro ſalute humani generis ſeipſum ad crucis patibulum obtulit, omni, quo poſſumus, ſtudio invigilare debemus, ut omnis prorſus occaſio homicidia tamquam in ejuſdem humani generis perniciem tendentia committendi, quantum in Nobis eſt, ſubmoveatur.

Pius IV. prohibuit delationem & retentionem Archibuſ ctorſi brevioris menſuræ duorum palmorum, ut in ejus Conſt. LVIII. Cum vices T. IV. Par. II. fol. 107.

§. 1. Et quia experientia cognovimus quamplura ex armis brevioribus, quæ occulto deferri poſſint, & ad necem inferendam aptiora, & fere inevitabilia eſſe videntur, in dies committi & perpetrari, inhærentes veſtigiis fel. mem. Pii Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri, qui volens proditorium, & abhominabile, & deteſtandum armorum genus hujuſmodi penitus & omnino deſtruere, & ab Alma Urbe, aliiſque terris Status noſtri Eccleſiaſtici in totum eliminare, Motu ſuo proprio, & in perpetuum valitura Conſtitutione ſancivit, nemini cujuſcumque dignitatis, gradus, ordinis, conditionis, aut præeminentiæ licere tormenta ignea, archibuſetta vulgariter nuncupata brevioris menſuræ duorum palmorum, modo, & forma, & ſub graviſſimis pœnis, etiam quæ pro crimine læſæ majeſtatis a jure inflictæ ſunt, & prout latius in dicta Conſtitutione edita pridie Nonas Martii, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo primo, quam, & ejus totum tenorem hic pro inſerto haberi volumus, continetur.

§. 2. Nos

Digitized by Google

Hic Pontifex extendit eamdem Constitutionem ad pugiones cultellos &c. brevioris mensuræ trium palmorum, & easdem pœnas imponit.

§.1. Nos propterea attendentes, quod eadem ratio militat etiam in aliis armis, veluti pugionibus, & aliis armorum generibus, quæ occulte deferri poſſunt, cupientes quod metu ejuſdem pœnæ a ſimilium armorum delatione, & eorum uſu quilibet abſtineat, Motu noſtro proprio, & ex certa noſtra ſcientia, & poteſtatis plenitudine, dictæ Conſtitutioni fel. mem. Pii Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri addentes, hac noſtra in perpetuum valitura Conſtitutione ſancimus, nemini cujuſcumque dignitatis, gradus, ordinis, conditionis, aut præeminentiæ exiſtat, licere pugiones, cultellos, nec aliud quodvis genus armorum brevioris menſuræ trium palmorum (exceptis tamen cultellis aptis ad incidendum panem, qui tamen eſſe non poſſit majoris longitudinis unius palmi, & ſine cuſpide, & ut vulgo dicitur ſpontati) in Urbe noſtra, Civitatibus, & locis Status noſtri Eccleſiaſtici, & ſuburbiis quovis modo, aut etiam quovis militiæ, aut executionis juſtitiæ prætextu deferre. Qui vero contrafecerint dictumque genus armorum detulerint, pœnas in Conſtitutione prædicta expreſſas incurrant.

Inhibetque officialibus ne desuper licentias concedat.

§.3. Inhibentes prout tenore præſentium inhibemus, omnibus, & ſingulis, etiam de latere noſtro Legatis, ne ſub indignationis noſtræ, & quibuſcumque Vicelegatis, Gubernatoribus, Rectoribus, Præſidentibus, ac aliis miniſtris. & Sedis Apoſtolicæ, ſeu Civitatum, & Terrarum præfatarum Officialibus, ne ſub ſuſpenſionis a divinis, Excommunicationis latæ ſententiæ, aliiſque arbitrio noſtro pœnis cuiquam tale genus armorum ſub quovis colore deferendi, licentiam, & facultatem ad quodcumque etiam breviſſimum tempus concedere audeant vel præſumant.

Licentias autem dandas annullat.

§.4. Decernentes nihilominus licentias ac facultates ſic concedendas, nullas penitus, & invalidas exiſtere, ac illis non obſtantibus, eos qui ſub illarum clypeo dictum genus armorum detulerint, pœnam præfatam omnino incurſuros, illoſque irremiſſibiliter puniendos fore, & contra omnes, & ſingulos huic noſtræ Conſtitutioni contravenientes, ad Fiſci noſtri inſtantiam, & etiam ex officio procedi, & inquiri poſſe, ac ad pœnarum præfatarum executionem deveniri omnino debere.

Juſſio publicandi.

§.5. Ut autem præmiſſa ad omnium notitiam deducantur, nec aliquis prætextu ignorantiæ excuſari poſſit, volumus quod præſentes noſtræ per aliquos noſtros Curiæ noſtræ Curſores ad Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & Eccleſiæ Lateranenſis, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ valvas, ac in acie Campi Floræ, affigantur, & publicentur.

Fides transumptorum.

§.6. Quodque earum tranſumptis manu Notarii publici, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, certa & indubitata fides adhibeatur, prout ipſius literis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Et tranſumpta hujuſmodi Legati, Vicelegati, Rectores, vel Præſidentes, aut Gubernatores, ſeu alii Superiores Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, locorum prædictorum per publicum præconem publicari, & valvis Cathedralis, ſeu matricis Eccleſiæ loci, ac Palatii eorum reſidentiæ affigi faciant, publicationemque, & affixionem præfatas lapſis viginti diebus perinde omnes arctare, ac ſi perſonaliter intimatæ forent.

Clauſulæ derogatoria.

§.7. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis: privilegiis quoque, & indultis quibuſcumque perſonis forſan conceſſis, & innovatis, aſſertis conſuetudinibus, quas, ſi quæ forent, per præſentes improbamus, nullaſque, & invalidas eſſe declaramus, & quæ omnia, illorum tenores pro ſufficienter expreſſis habentes, revocamus, & annullamus, nullaque, & irrita eſſe decernimus; ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo &c.

Papæ ſubſcr.

Placeat Motu proprio. M.

D. P. An. VII. 12. Februarii.

Datum Romæ apud S. Petrum, pridie Idus Februarii Anno VII.

CXCVII.

Indulgentiæ, & gratiæ pro adjuvantibus Bellum contra Turcas.

Similes indulgentiarum, & gratiarum conceſſiones, adjuvantibus ejuſmodi Bellum pro recuperatione Terræ Sanctæ dederunt Innocent. III. Conſtit. CVII. Ad liberandam *Tom. III. Part. I. fol.* 173. *Et de hoc Bello habes etiam in Conſtit. LXXII.* Cum nuper *Tom. IV. Par. II. fol.* 406.

PIUS PAPA QUINTUS

Univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Hic Pontifex fœdus contraxit cum Rege Hiſpaniarum, & Venetis, contra Turcas, & victoriam reportavit.

CUM Nos pro paſtoralis officii divinitus Nobis injuncti cura, ac ſolicitudine divino auxilio adjuti pro univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ bono, ac tutela, cum cariſſimo Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Rege Catholico, ac dilectis filiis nobile viro Duce, & Senatu Venetorum, adverſus perfidiſſimum, importuniſſimumque Turcarum tyrannum efferata rabie cuncta Chriſtianæ ditionis Regna, Provincias, & alia Loca incendiis, ferro, cædibus expugnantem, atque vaſtantem, non minus ſalutare, quam neceſſarium fœdus iniverimus, jamque admirabili Dei clementia, & beneficio navalem, glorioſiſſimamque victoriam feliciſſime conſecuti fuerimus, modoque a Nobis Principibus fœderatis copiæ, tam maritimæ, quam terreſtres, ut cœptam contra teterrimum hoſtem expeditionem monſtrante Deo, perſequamur, ſummis viribus, ſummo ſtudio, ſumma diligentia comparentur, atque inſtruantur.

Et modo pro feliciori proſecutione hortationes omnes, ut hoc bellum perſe-

§.1. Attamen conſiderantes immanem Turcarum potentiam, infinitamque multitudinem, qua potiſſimum res Chriſtianorum omni tempore miſerabiliter perculſæ,

nis, vel facultatibus adjuvent. Pleniſſimamque peccatorum indulgentiam eis concedit &c. Tamen indulta cruce ſignatorum in bulla [illegible] in rubr.

ſe, atque affixiſſe non ignoramus, magnopere idoneum, & opportunum eſſe cenſemus, ſi Chriſtiani majori, quo fieri poterit, militum numero, bellicoque apperatu contra hoſtilem ferociam inſurgere conabuntur, ſic enim facilius ſperandum eſt felicia noſtra cœpta, adjuvante Domino, fore in dies feliciora, atque optatum exitum gravi cum hoſtium formidine, ac pernicie habitura. Itaque decrevimus omnes, & ſingulos fideles ad piiſſimum juſtiſſimumque Bellum, ubi de Jeſu Chriſti Domini, & Salvatoris noſtri cauſa, & gloria, Chriſtianique nominis ſalute (ſicut omnes aperte vident) in primis agitur, monere, requirere, & enixe hortari, prout monemus, requirimus, & hortamur per præſentes, ut unuſquiſque Sanctiſſimum hoc bellum, vel perſonis, vel facultatibus adjuvare velit. Negabit enim ſervus Domino opes temporales largiter exhibere, cum Dominus ſervum vivere faciat, & habere, ipſique demum divitias largiatur æternas? & ſi Deus ſubiit mortem pro homine, dubitabit homo mortem ſubire pro Deo? Quod ut eo libentius, & alacrius cuncti facere ſtudeant, quo ex hoc ſpiritualibus muneribus, & temporalibus quoque gratiis a Nobis ſe refectos pariter, & munitos eſſe cognoverint, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli auctoritate confiſi, ex illa, quam Nobis Deus licet indignis ligandi, & ſolvendi contulit, poteſtate, omnibus, qui ad ſubveniendum huic ſacro bello in perſonis propriis, & expenſis ſe ſe contulerint. Necnon eis, qui non in perſonis propriis illuc acceſſerint, ſed ſuis tantum expenſis juxta facultatem, & qualitatem ſuam viros idoneos deſtinaverint, donec milites noſtri ibi fuerint, commoraturos. Et illis ſimiliter, qui licet alienis expenſis, propriis tamen perſonis belli laborem, & pericula ſuſtinuerint. Ac demum eis, qui de bonis ſibi a Deo collatis congruam ad id portionem benigne erogaverint, pleniſſimam, & ampliſſimam omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, & eamdemmet, quam Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri Cruceſignatis proficiſcentibus ad ſubſidium Terræ Sanctæ concedere ſoliti fuerunt, veniam, remiſſionem, & abſolutionem tenore præſentium indulgemus, & elargimur. Bona inſuper proficiſcentium ad bellum hujuſmodi, ex quo profecti fuerint, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, necnon ut talia ſub Archiepiſcoporum, & omnium Prælatorum Eccleſiæ Dei tutela conſiſtant, nullam de iis, quæ dum fuerint in dicto bello, quiete poſſident, ſuſtineant quæſtionem, ſed integra maneant, & quieta.

Superſeſſoriſque etiam concedit in eorum cauſis.

§. 2. Quinimmo in quibuſvis eorum cauſis, & litibus a Judicibus, coram quibus vertuntur, omnino ſuperſederi debere, donec de eorum obitu, vel reditu certiſſime cognoſcatur, ſtatuimus, & mandamus.

Et ab uſurarum ſolutione liberat.

§. 3. Ad uſuras quoque, ſi juramento teneantur alicui, non cogantur, verum abſoluti maneant, & quieti. Quod ſi quiſquam contra attentare præſumpſerit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcatur. Si quis autem creditorum contra tenorem præſentium ipſos ad ſolutionem cogerit uſurarum, cum ad illarum reſtitutionem, appellatione etiam remota, ſimili cenſura compelli volumus. Judæos vero ad remittendas ipſis, ut præfertur, uſuras etiam per Principes, & ſæcularem compelli præcipimus poteſtatem, & donec eis remiſerint, tam in mercimoniis, quam aliis rebus, & commerciis, ſub excommunicationis ſententia per Ordinarios promulganda, univerſis Chriſtifidelibus jubemus communionem omnimodam ipſis Hebræis denegari.

§. 4. Mandantes quibuſcumque locorum Ordinariis in virtute ſanctæ obedientiæ, ut ſtatim præſentes literas, vel earum tranſumpta per ſuas quiſque diœceſes publicari, & etiam per Prædicatores ad populi notitiam abſque ullo quæſtu devenire quamprimum curent, & faciant. Juſſio publicandi hanc Bullam.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſq. contrariis quibuſcumque. Clauſulæ derogatoriæ.

§. 6. Volumus autem quod præſentium tranſumptis &c. Exemplorum fides.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 12. Martii 1572., Pontificatus noſtri Anno VII. D. P. An. VII. 12. Martii.

CXCVIII.

Contra ſcribentes, dictantes, retinentes, tranſmittentes, & non lacerantes libellos famoſos, & literas nuncupatas *de Avviſi*, continentes alicujus famæ læſionem, futurorumque ſucceſſuum, & eorum, quæ pro regimine Status Eccleſiaſtici ſecreto tractantur revelationem.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROmani Pontificis providentia circumſpecta, ad ea ſolicitudinis ſuæ partes potiſſimum convertit, per quæ inter ſingulos gregis ejuſdem fideles, præſertim vero Nobis, & Romanæ Eccleſiæ ſubditos, pax, & concordia confoveantur, ſeditiones evitantur, ſcandalis obviatur, & animarum ſalus procuratur.

Imperatores in l. 1. C. de libel. fam. impoſuerant pœnam capitis componentibus libellos famoſos, & ſacri Canones eoſdem flagellari, & excommunicari decreverunt, ut in cauſa 5. q. 1. per tot.

§. 1. Cum itaque iracundia ſit perturbatio immanis, affectione dura, violentia potentia, cædium cauſa, calamitatis ſocia, jacturam concilians, & dedecus, pecuniarum pernicies, atque perditionis origo, eaque potiſſimum ex injuriis, verbo, vel ſcriptis, vel facto illatis naſcatur. Nos qui non ſine maxima mentis noſtræ perturbatione ſæpenumero accepimus, quod licet tam per ſacras leges, quam canonicas ſanctiones, ſub certis etiam graviſſimis pœnis prohibitum fuerit, ne quis famoſum libellum componere audeat, & repertum ſive

Domi,

Domi, ſive in publico, vel in quocumque loco, aut corrumpere, vel igne conſumere teneatur prius, quam alter inveniat, & nulli fateatur inventum, & qui ſecus fecerit quaſi auctor hujuſmodi delicti eiſdem pœnis ſubjaceat. Nihilominus conſideraotes, quod in dies creſcente malitia, quamplures iniquitatis filii, perditionis Alumni, & pœnas prædictas parvipendentes, eaſqoe variis fraudibus evitare ſatagentes, auſu temerario non erubeſcunt variis modis nonnullos Principes, Prælatos, nobiles, publicas, & privatas perſonas variis iujuriis, & convitiis afficere, eorumque famæ, & honori detrahere, ſub quodam ficto colore quarumdam literarum incerto auctore ſcriptarum, nedum ab Urbe noſtra, ſed etiam ex diverſis Provinciis, io quibus nedum ea, quæ in unaquaque regione ſucceſſerunt, narrantur, ſed ea etiam, quæ in futurum quodam eorum temerario judicio fore opinantur, adeo ut plerumque odia, inimicitiæ, ſeditiones, rixæ, & homicidia permulta oriantur in divinæ majeſtatis offenſam, animarum periculum, & perniciofum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum.

Et hic Pontifex eaſdem pœnas confirmat, & extendit adſcribentes &c literas nuncupatas d'Aviſi. Aliaſque pœnas hic expreſſas imponit.

§.2. Volentes præmiſſis, quantum poſſumus, obviare, conſiderantes attentius quod plures pœnarum gravitas, quam Dei timor arcere ſolet a voluntate delinquendi, & propterea tanto periculo occurrere volentes at tam neſarios præſumptores, & facinoroſos homines, atrocibus pœnis torpeſcere, ut metus pœnæ meta hujuſmodi præſumptionis exiſtat: hujus perpetuæ, & irrefragabilis Conſtitutionis edicto, pœnas omnes, tam temporales, quam eccleſiaſticas in talia præſumentes per ſacras leges, & canonicas ſanctiones latas, & promulgatas, auctoritate Apoſtolica approbantes, & innovantes, ac ad omnes, & ſingulos prædictos, qui forſan ſub illis comprehenſi non eſſent, extendentes, & ampliantes, ſtatuimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus nemo cujuſvis qualitatis, dignitatis, etiam eccleſiaſticæ, ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerit, audeat nec præſumat libellos famoſos, nec literas monitorum vulgo appellatas, *Lettere d'Avviſi*, continentes convicia, iniurias, vel famæ, & honoris alicujus læſionem, nec aliquam ſcripturam, io qua de futuris ſucceſſibus diſſeratur, vel ea quæ coram Nobis, vel aliis ad univerſalis Eccleſiæ ſtatus regimen deputatis ſecreto tractantur, revelentur, componere, dictare, ſcribere, exemplari, retinere, nec ad aliquem tranſmittere, etiam ſi aliunde ab aliis Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis, ad eorum manus pervenerint, ſed ſtatim quod aliqui ſimiles libelli, literæ, ſive ſcripturæ, alicui delatæ fuerint, ſtatim quod illos, ſeu illas habuerit, antequam vim earum manifeſtaverit, corrumpere, ſeu igni tradere, vel dilecto filio noſtro Cardinali Ruſticucio conſignare teneatur, ſub pœnis prædictis, quas hic pro expreſſis haberi volumus, ac aliis, etiam gravioribus, etiam ultimi ſupplicii, & confiſcationis bonorum, ſecundum qualitatem facti, & perſonarum, arbitrio noſtro irremiſſibiliter infligendis, quibus pœnis etiam eos ligari volumus, qui in hujuſmodi libellis, literis, ſeu ſcripturis de aliquo oblocuti fuerint, alicujuſque famæ, & honori, vera etiam exprimendo, detraxerint, ac ea quæ coram Nobis, vel aliis ut ſupra, ſecreto tractantur, revelaverint: ex hoc equidem animus deprehenditur pravus, iniuriandi, & nocendi, atque ideo eos eadem pœna teneri convenit.

Clauſula præſervativa.

§.3. Neenoo præſentes, & deſuper conficiendas forſan literas perpetuis futuris temporibus durare, ac omnes, & ſingulos a data præſentium irremiſſibiliter ligari volumus, illaſque nullo umquam tempore, de ſubreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, aut ſub quibuſvis revocationibus, & derogationibus comprehendi nullatenus poſſe.

Decretum irritans.

§.4. Sicque per quoſcumque Judices &c. etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Card., ſublata &c. judicari debere &c. irritum quoque &c. decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis, etiam Almæ Urbis, & illarum Civitatum, oppidorum, terrarum, & locorum, etiam juramento &c. roboratis, ac provincialibus, municipalibus, ac particularibus ſtatutis, ac legibus, etiam imperialibus, & in corpore juris ſcriptis; privilegiis quoque &c. etiam Motu ſimili &c. etiam conſiſtorialiter &c. quibus omnibus illorum tenores &c. hac vice latiſſime derogamus; ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Forma, & effectus publicandi.

§.7. Ut sutem præſentium tenor omnibus ionoteſcat, nulluſque eorum ignorantiam allegare queat, io valvis Principis Apoſtolorum, ac S. Joannis Lateranenſis, & in acie Campi Floræ de Urbe publicari mandamus, ipſaſque ſic publicatas, omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, ita afficere volumus, ac ſi eſſent omnibus perſonaliter intimatæ. Decernentes quoque præſentium earumdem ſolam ſignaturam ſufficere, & ubique fidem facere, in judicio, & extra, regula quacumque contraria non obſtante. Ac illarum tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Almæ Urbis Gubernatoris, aut alterius alii Judicis ſigillatis eamdem prorſus fidem adhiberi, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Placet Motu prop. M.

Papa ſubſcr. D.P. An.VII. 17. Martii.

Datum Romæ apud S. Petrum, 16. Kal. Aprilis, Anno VII.

CXCIX.

Exemptio Monaſteriorum, omniumq. locorum piorum ab onere hoſpitandi Milites.

Hanc exemptionem pro Ordinibus Mendicantium habet etiam in Conſt.XIX. Dum, ad uberes *in Tom.IV. Par.II. fol.*306.

PIUS PAPA QUINTUS

Motu proprio, &c.

Cauſa hujus Cõſtitutionis.

Cum ſicut non ſine gravi dolore Nobis innotuit, omnia, & ſingula, ſeu quamplu-

Digitized by Google

plurima hujus Almæ Urbis, ac etiam Status noſtri Eccleſiaſtici Conventus, & Monaſteria, & alia eccleſiaſtica, & pia loca, tam ſæcularia quam regularia, & a perſonis religioſis quomodolibet inhabitata, eo tempore, quo equites, & milites ejuſdem Almæ Urbis, ac Status eccleſiaſtici præfati pro defenſione ipſius Urbis, & ſtatus adverſus infeſtiſſimum Turcarum tyrannum, vel ob alias, quæ pro tempore ſeſe offerunt, cauſas expediri, & ad diverſa ejuſdem ſtatus loca tranſmitti contingit, ab eiſdem equitibus, & militibus perturbentur, & moleſtentur, ipſique Conventus, Monaſteria, & alia eccleſiaſtica, & pia loca in eorumdem equitum, ſeu militum diſtributione nonnullos eorumdem equitum, & militum intra eorum Domos, & Monaſteria hoſpitio excipere, & recipere cogantur, in maximum eorum detrimentum, divini cultus perturbationem, graviſſimum religionis dedecus, Dei optimi offenſam, & non ſolum præter omnem noſtram intentionem, verumetiam intolerabilem animi noſtri amaritudinem.

Impoſitio pœnarum contra aſſignantes Milites in Monaſteriis, & piis locis.

§.1. Quapropter Nos in præmiſſis, quantum cum Deo poſſumus, de optimo remedio celeri manu providere, ac Monaſteriorum, & aliorum eccleſiaſticorum, & piorum locorum hujuſmodi perſonarum Deo Altiſſimo, die, noctuque famulantium quieti, integritati, & decori conſulere volentes, Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, univerſis, & ſingulis tam dictæ Almæ Urbis, quam totius Status præfati Gubernatoribus, Poteſtatibus, Ducibus, & Capitaneis, Communitatibuſque, & Univerſitatibus, & aliis, ad quos ſpectat, & pertinet, ac ſpectabit, & pertinebit quomodolibet in futurum, ne deinceps perpetuis futuris temporibus in eorumdem militum, & equorum diſtributione, tam in tranſeundo, quam inibi commorando, Communitatibus, & Univerſitatibus videlicet, ne dictos equites, ac milites in eiſdem Monaſteriis, cœnobiis, domibus, & aliis eccleſiaſticis, & piis locis, ſub duorum millium ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ ipſo facto applicandi, & aliis arbitrii noſtri pœnis quovis quæſito colore, cauſa, ingenio, ſive prætextu diſtribuere ſive aſſignare, vel ad illos recipiendum, & hoſpitio excipiendum cogere.

Et contra Capitaneos, & alios diſtribuentes ibi Milites.

§.2. Ipſis vero Capitaneis, & Ducibus, ne eoſdem ſuos equites, & milites, ſub indignationis noſtræ, ac privationis officiorum ſuorum, aliiſque etiam arbitrii noſtri pœnis in dictis Monaſteriis, cœnobiis, domibus, & aliis eccleſiaſticis, & piis locis, etſi Communitates, & Univerſitates ipſæ eadem loca eiſdem aſſignaſſent, diſtribuant.

Et Gubernatores locorum & alios officiales hæc fieri permittentes.

§.3. Gubernatoribus vero, & ipſarum civitatum, & locorum Prætoribus, ac aliis Officialibus quibuſcumque, quominus præmiſſa ab ipſis Communitatibus, & Univerſitatibus, ac Capitaneis, & Ducibus fiant, ſub ejuſdem indignationis noſtræ, ac etiam privationis officiorum ſuorum præfatorum reſpective pœnis, auctoritate Apoſtolica, ſinant, vel permittant, inhibemus, præcipimus, committimus, & mandamus.

Exemptio de qua in rubr.

§.4. Et inſuper tam illis quam equitibus, & militibus præfatis, ne Monaſteria, cœnobia, & loca pia hujuſmodi in perſonis, rebus, & bonis, aut alias deſuper quomodolibet moleſtare, perturbare, impedire, & inquietare, ſeu moleſtari, perturbari, vel alias inquietari facere audeant, ſeu præſumant, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub jam dictis pœnis eadem auctoritate inhibemus, præcipimus, committimus, & mandamus, ipſa Monaſteria, cœnobia, domos, & alia eccleſiaſtica, & pia loca ea nunc ab eiſdem militibus, & equitibus, ab onere illos hoſpitio excipiendi, Motu, & auctoritate ſimilibus eximendo, & totaliter liberando, ac libera, & immunia faciendi.

Deputatio executorum.

§.5. Necnon dilectis filiis noſtris Vitellotio Cardinali Vitellio nuncupato, & pro tempore exiſtenti S. R. E. Camerario, ac Præſidentibus, & Clericis Cameræ Apoſtolicæ, ut eiſdem Monaſteriis, & piis locis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittant, illa, ſeu eorum perſonas, a prædictis militibus, & equitibus, illorumque hoſpitio gravari contra præſentium tenorem, ſed literas, & exemptionem hujuſmodi eis deſuper concedant, ac favorabiliter defendant, etiam præcipimus, & mandamus. Et ſic per quoſcumque Judices ſublata &c. judicari &c. debere; irritum quoque &c. decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.6. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, etiam juramento &c. roboratis; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis etiam prædictis, ac aliis quibuſvis perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, & concedendis. Quibus omnibus illorum tenores &c. latiſſime derogamus; ceteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis.

Repetitio clauſularum.

§.7. Et cum abſolutione ad effectum &c. & de commiſſione, mandato, inhibitione, præcepto, exemptione, liberatione, decreto, derogatione, aliiſque præmiſſis extendẽdis perpetuo in forma gratioſa, & ſi videbitur cum opportuna executorum deputatione, qui aſſiſtant, ac ſub cenſuris, & pœnis, etiam pecuniariis &c. cum facultate gravandi &c. invocato &c. ſæcularis; cum opportuna dictarum derogatione latiſſime extendenda, & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum, etiam major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in literis, etiam ad partem pro quolibet Monaſterio, & pio loco, ſi videbitur per Breve noſtrum expediendis, ſeu ſi videbitur, præſentibus noſtri Motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat, in judicio extraque, regula contraria non obſtante.

Papæ ſubſcr.

Placet Motu proprio, & ita mandamus. M.

Quod

CC.

Quod Chriſtiani apud Turcas ſclavi reperti in bello contra eos parato, liberi cum ſuis bonis dimittantur ob Officialibus claſſis Chriſtianæ.

Adiuvantibus hoc bellum, hic Pontifex indulgentias conceſſit ut ſup. in Conſt. CXCIII. Poſtquam fol. 189.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa declarationis.

Licet omnibus notiſſimum ſit, bellum hoc, quod cum impio Turcarum tyranno geritur, non ea tantum de cauſa geri, ut imminens ab illius viribus Nobis periculum dimoveamus, ſed ut etiam plurima Chriſtianorum millia, quæ ſub dira illius tyrannide ſervilem, ac miſerabilem vitam ducunt, in libertatem, ac ad Chriſti nomen libere confitendum, ac excolendum vindicemus, non deſuerunt tamen qui Chriſtianæ fraternitatis obliti, loca Turcarum hoſtium noſtrorum invadentes, Chriſtianos ibidem repertos in ſervitutem redegerunt, bonis, ac fortunis ſpoliarunt, triremibus alligarunt, ac talleam impoſuerunt, quo fit, ut Chriſti ſanguine redempti, qui cumulatis votis Chriſtianorum adventum, & victoriam exoptaverunt, ea a victoribus fratribus ſuis patiantur, quibus paulo pejora a Turcis expectare potuiſſent.

Declaratio de qua in rubr.

§. 1. Nos igitur ejus locum, licet immerito, tenentes in terris, qui de Cœlo ad liberandum Nos venit, ut de manu inimicorum noſtrorum liberati deinceps ſine timore ſerviamus illi, verentes ne ſi iniunctæ Nobis ab eo erga filios noſtros caritatis, & dilectionis immemores ſimus, Omnipotentis Dei contra Nos, claſſemque noſtram iram provocemus, malis hujuſmodi obviare cupientes, tenore præſentium decernimus, & mandamus, ut nullus deinceps ſive ſacri fœderis miles, ſive alius Chriſtianos capiat, aut præter eorum voluntatem, etiam data mercede remigare cogat, talleam imponat, aut ejus bona diripiat, quin immo fraterne, & amicabiliter, ut Chriſtianam pietatem decet, tractet, ac libere cum liberis ſuis, conjugibus, & bonis abire permittat.

Juſſio eam ſervandi.

§. 2. Illos autem omnes, & ſingulos, qui huic Conſtitutioni contraire præſumpſerint, declaramus ipſo facto in pœnam excommunicationis latæ ſententiæ incidiſſe, a qua non poſſint niſi a Nobis, & Succeſſoribus noſtris, præterquam in mortis articulo, abſolvi; & ulterius volumus, eos a ſuperioribus ſuis, ad quos ſpectabit, ſevere, & graviter juxta contraventionis qualitatem puniri.

Juſſio eam publicandi.

§. 3. Mandantes omnibus, & ſingulis, tam ipſius claſſis, quam locorum ipſorum ſuperioribus, quibus ſpectat, & in futurum ſpectabit, ut pro quanto ſtudent divinam gratiam, noſtramque benevolentiam promereri, hoc noſtrum, immo vero potius Dominicum præceptum, & mandatum in locis ſuæ juriſdictionis, ſive iis, ad quæ Chriſtian. Principum fœderatorum præfectos, tam generales quam particulares appellare contigerit, ea lingua cujus ejus loci habitatores intelligentes fuerint, & in ipſa etiam claſſe, publice editæ, affigi, & ſub pœnis ſibi bene viſis faciant ab omnibus inviolabiliter obſervari, ut a Deo Opt. Max. præmia æterna, & a Nobis de re diligenter geſta laudem reportare mereantur.

Sola ſignatura ſufficit.

§. 4. Volumus autem, ut præſentium noſtri Motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat, in judicio, & extra, quacumque regula, ſeu Conſtitutione Apoſtolica contraria non obſtante.

Fides exemplorum.

§. 5. Quodque illius exempla, etiam impreſſa edantur, eaque Notarii publici manu, & cujuſcumque Curiæ eccleſiaſticæ, aut prælati ſigillo obſignata, camdem prorſus fidem ubique faciat, quam ipſe præſens Motus proprius faceret, ſi eſſet exhibitus, vel oſtenſus: contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

Papæ ſubſcr.

Fiat Motu proprio. M.

APPENDIX

I.

Confirmatio concordiæ ſuper jure ſepeliendi, & deferendi Crucem, inter FF. Ordinis S. Dominici, & S. Franciſci, Carmelitarum, & SS. Trinitatis, non obſtante Decreto Synodi Provincialis Valentin.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Ea quæ concordia inter quaſcumque præſertim Religioſas perſonas, facta fuiſſe dicuntur, ne in recidivæ contumeliæ ſcrupulum relabantur, ſed firma perpetuo, & illibata perſiſtant libenter cum a Nobis petitur, approbamus, & confirmamus, ac alias deſuper diſponimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Factum, a quo orta concordia inter partes originem ducit.

§. 1. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum S. Dominici, ac S. Franciſci tam obſervantium, quam clauſtralium nuncupatorum, & Carmelitarum, ac S. Spiritus Sanctiſſimæ Trinitatis Ordinum Monaſteriorum in Civitate, & Inſula Majoricen. reſpective conſiſtentium Priorũ, & Fratrum petitio continebat, quod cum ipſi, & eorum ſinguli ab immemorabili tempore citra, vel ab ipſorum Monaſteriorum primæva fundatione in pacifica, & quieta poſſeſſione, vel quaſi exiſtant, deferendi cum Cruce elevata proceſſionaliter, ac ſepeliendi per ſe ipſos, tam abſque interventu aliquorum Eccleſiaſticorum ſecularium, in eorum Eccleſiis corpora defunctorum, qui inibi ſepulturam eligerent, quod forſan ex eo provenit, quia in principio, quo dicta Civitas, & Inſula hujuſmodi, Infidelibus expugnatis, per Chriſtianos occupata fuerat, ut ex antiquiſſimis ſcripturis apparet Fratres & præſertim Ord. S. Dominici, ante cleri-

Fratres prædicti Fidem in Inſulam Majoricen. intulerunt, et expugnatis infidelibus.

cos

Digitized by Google

cos ſæculares, Chriſtianæ pietatis ſemina Sacramenta miniſtrando, & mortuos ſepeliendo ſparſerunt, & licet ex conceſſione fel. rec. Sixti Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri, dictis Fratribus præſertim S. Dominici fuerit indultum, ut corpora Defunctorum poſſent proceſſionaliter cum Cruce, in eorum Monaſteriis ſepelire, ubi hoc conſuetum ſuret, prout hactenus fuit conſuetum, & obſervatum in dictis Civitate, & Inſula, prævia jam de præmiſſis concordia, inter Rectores Parochialium Eccleſiarum, & duos tunc Epiſcopos ipſius Inſulæ inita, eademque concordia fuerit auctoritate Apoſtolica confirmata, & ſimiliter a tempore immemorabili uſitata, per quam apparet dictum jus ſepeliendi ipſis Fratribus concedi, prout conſtat de dicta concordia, quoad Fratres S. Dominici hujuſmodi, per authentica inſtrumenta, quoad Fratres aliorum Ordinum ſolummodo fragmenta quædam dictorum Inſtrumentorum diſperſim reperiantor, cumque ſtante dicti juris ſepeliendi poſſeſſione immemorabili, & ſtabilita concordia, auctoritate Apoſtolica confirmata, non debuiſſent Priores, & Fratres dictorum Ordinum in ſua antiquiſſima præmiſſorum poſſeſſione perturbari, nihilominus in Concilio Provinciali, in Civitate Valentin. noviſſime celebrato dictum jus ſepeliendi dictorum Ordinum Fratribus fuerit ſublatum in maximum ipſorum præjudicium, & contra omnem juris æquitatem, cum Concilii Provincialis non ſit tanta vis, ut jus commune vincat, & concordias maxime laudabiles, & ab immemorabili tempore obſervatas tollat, & ſicut eadem petitio ſubiungebat, ſi dictum jus ſepeliendi a dictis Fratribus tollatur, ipſi in tantam devenirent mendicitatem, ut cogerentur ſua Monaſteria deſerere, non ſine maxima divini cultus diminutione, qui per dictos Fratres in Inſula prædicta decoratur, ſequeretur hoc ſcandalum Incolarum, dum præcipue memores erunt Beneficiorum tempore peſtis præteritæ, per eos a Fratribus prædictis receptorum circa ſepulturam, & Sacramentorum adminiſtrationem, deſervientibus tunc Clericis Civitatis Majoricen. & propterea Priores, & Fratres, & eorum ſinguli cupiant, eodem Concilio Provinciali in Civitate Valentin., ut præfertur, celebrato non obſtan., concordias, & immemorabiles conſuetudines circa jus prædictum ſepeliendi ipſis, ut dicitur, competens a Nobis confirmari.

Concordia inita olim inter Rect. res Eccleſiarum Parochialium & duos Epiſcopos.

Fratres ratione præmiſſorum manutenendi in poſſeſſione juris ſepeliendi.

§.2. Quare pro parte dictorum Priorum, & Fratrum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut concordias, & conſuetudines circa jus ſepeliendi hujuſmodi Apoſtolica auctoritate confirmare, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Superiorum Ordinum preces pro obtinenda confirmatione.

§.3. Nos igitur, qui pacem, & tranquillitatem inter quoſcumque vigere, & augeri noſtris potiſſimum temporibus ſinceris exoptamus deſideriis, eoſdem Priores, & Fratres, & eorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon concordiarum, & conſuetudinum prædictorum, ac Inſtrumentorum, & documentorum, aliarumque ſcripturarum deſuper quomodolibet apparentium, & inde ſequutorum quorumcumque veriores totos tenores, præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, concordias, & conſuetudines circa dictum jus ſepeliendi hujuſmodi, aliaque præmiſſa, Priores, & Fratres prædictos quomodolibet concernentia, necnon inde ſequuta, & ſequenda, quæcumque ipſis Prioribus, & Fratribus, & eorum ſucceſſoribus, & Conventibus, quoad ea tantum, quæ Decretis Concilii Tridentini, non repugnent, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac illis plenariæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint quomodolibet in eiſdem, ſupplemus, illaſque, & illa validas, & efficaces, validaque, & efficacia fuiſſe, eſſe, & perpetuo fore, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, nec non ab omnibus inviolabiliter, & ad unguem perpetuo obſervari debere.

Confirmatio concordiarum in iis, quæ Decretis Tridentini Concilii non adverſantur.

§.4. Dictoſque Priores, & Fratres, & eorum ſucceſſores ſuper jure, & poſſeſſione, ac uſu ſepeliendi aliiſque præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque, quavis etiam Apoſtolica, vel ordinaria auctoritate, etiam dicti Concilii Provincialis, in Civitate Valentin. celebrati, aut quovis alio prætextu quomodolibet moleſtari, inquietari, vel impediri nullatenus unquam poſſe, nec debere.

Jus & conſuetudinem ſepeliendi confirmat.

§.5. Et ſic ab omnibus cenſeri, ac ita per quoſcumque tam ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritate fungentes Judices, ac perſonas quavis auctoritate, ubique judicari, cognoſci, ac decidi debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his, a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, ac declaramus.

Clauſulæ pro obſervantia Concordiarum.

Clauſula ſublata.

§.6. Quo circa dilectis filiis Abbati de la Real, Sancti Bernardi de la Real Ciſtercien., ac Priori de Valdemora Cartuſien. Ordinum Monaſteriorum Majoricen. Diœc. & Archidiacono Eccleſiæ Majoricen., & eorum cuilibet per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios Prioribus, ac Fratribus, Conventualibus, & ſucceſſoribus prædictis, in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, quando, & quoties opus fuerit, plenum effectum ſortiri, ac ab omnibus inviolabiliter obſervari, ipſoſque Priores, Fratres, Conventus, & ſucceſſores, ac omnes, & ſingulos alios,

Executores Apoſt. Conſtitutionis deputati.

quos

Digitized by Google

quas eædem præſentes literæ quomodolibet concernunt, illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, ſeu quemquam alium contra præſentium literarum earumdem tenorem, modo aliquo moleſtari, impediri, aut inquietari; Contradictores quoslibet, ac rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac alia opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, & conſtito eis ſummarie de non tuto acceſſu, citatiooes quaslibet, etiam per edictum publicum decernendo, ipſaſque cenſuras, & pœnas, quoties eis videbitur, etiam iteratis vicibus aggravando, & auxilium brachii ſæcularis ad hoc, ſi opus fuerit, invocando.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.7. Non obſtantibus concilio Provinciali prædicto, aliiſque præmiſſis, ac piæ memoriæ Boniſacii Octavi, etiam Prædeceſſoris noſtri, etiam de una, & concilii generalis de duabus dietis edita, & aliis Apoſtolicis, ac etiam in Provincialibus, & Synodalibus, & univerſalibus Conciliis editis, & edendis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibuſvis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, & excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 24. Februar. 1567 An. II.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 24. Februarii 1567. Pontificatus noſtri Anno II.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Confirmatio literarum ſuper reductione Monaſteriorum Conventualium nonnullorum Ordioum in Regnis Hiſpaoiarum ad ſuorum Ordinum obſervantiam, additis etiam ad id conſequendum aliis ordinationibus, & reſormationibus.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam

Pius per alias Literas Domos Fratrum Conventualiũ in Hiſpania tollendas ſtatuerat.

Tenor Literarum.

§.1. Superioribus menſibus emanarunt a Nobis literæ in forma Brevis tenoris ſubſequentis: Pius Papa V. ad perpetuam rei memoriam. Maxime cuperemus eos, qui Religioſam vitam profeſſi divino ſe cultui dedicarunt, ita vivere, ut eorum Religio immaculatum decorem ſuum obtineret, & ex illorum vitæ, ac morum honeſtate, boniſque operibus cœleſtis glorificaretur Pater, ſed quia multi a ſuodatorum Ordinis ſui inſtitutis nimis jampridem aberrant, ipſos auctores, & ordinem moribus ſuis non parum dedecoraotes, cogit zelus dumus Domini eorum irreligioſæ vitæ, atque liceotiæ, quandoquidem ipſi modum ejus oullum facient, finem imponere; noo ſine magna animi ſane moleſtia Nobis innotuit, ſratres Ordinis S. Franciſci Conventuales in diverſis Hiſpaniæ partibus, & Provinciis conſtitutos profeſſionis, & ſalutis ſuæ immemores, & privilegiis benignitate impetratis abutentes, vitam ab Inſtitutis Fundatoris, & Patris ſui Seraphici admodum diſcrepantem, ac remotam ducere, & pravis ſuis exemplis, quamplurimos Chriſtifideles puſillos non mediocriter offendere.

Cauſa, qua motus Pontifex Conſtitutionem decrevit, precibus etiam Philippi II. Hiſpaniarum Regis.

Cum igitur tam grave, tamque inveteratum ſcandalum divini honoris, & ſalutis animarum cauſa pro commiſſo Nobis officio tollere ſtatuerimus, piis etiam adducti precibus Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici Religioſiſſimi Principis timentis, ne qui pro populo apud Deum interceſſores eſſe debent nimia ſua vivendi licentia illius iram acrius provocent, univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis in virtute ſanctæ obedientiæ præſeotium tenore committimus, atque mandamus, ut quis quis eorum in Civitate, vel Diœceſi ſua habet Domum, vel Domos Fratrum Minorum Conventualium, is Dei tantum Omnipotentis honorem ante oculos propoſitum habens aſſumptis ſecum de Ordine Fratrum Minorum de obſervantia Miniſtro Provinciali ejus Provinciæ, in qua illi Fratres conſiſtunt, & aliquo præterea ejuſdem Ordinis Obſervantium, quem ipſe Miniſter Provincialis idoneum duxerit accedat ad domum, ſeu domos ſingulas ſi plures ſint dictorum Fratrum Conventualium, in eiſque Conventibus ex auctoritate Sedis Apoſtolicæ, cujus vices io hoc negocio ei tenore præſentium delegamus, aboleat penitus, & io perpetuum tollat, atque extinguat formam vivendi Conventualem, coſque Fratres ad eamdem vivendi formam, eademque Inſtituta redigat, quæ Fratres Minores de obſervantia, ſeu familia vocati obſervant, & eorum Eccleſias, ac Domus Ordini Fratrum Minorum de obſervantia aſſignent perpetuo habendas, atque in eas Domos alios Fratres de Conventibus Fratrum ejuſdem Ordinis de obſervantia, quos, & quot ſibi viſum fuerit de illorum dictorum fratrum ſibi aſſiſtentium conſilio transferat, & ex ipſis Guardianum, atque alios Officiales ad eum Conventum regen., & gubernan., idoneos auctoritate noſtra deputet, atque conſtituat, ipſos vero Fratres Conventuales aliorum Fratrum Minorum de obſervantia conſortio aggregatos, atque unitos ex Domibus, in quibus antea vitam Conventualem egerant, translatos per Coonventus Fratrum Minorum de obſervantia diſtribuat, ut poſthac ejuſdem ipſi quoque obſervantium Ordinis, etiam appellentur: & ſint ſub ejuſdem Miniſtri Generalis obedientia, atque regimine.

Domos Fratrum Convẽtualium penitus tollere decernit, delegata Sedis Apoſtolicæ auctoritate Archiepiſcopis, & Epiſcopis Provinciarum in quibus exſterent.

Domos præfatas, & eorũ Fratres Conventuales redigit ſub forma vivendi FF. Minorum de Obſervantia, & obedientia Miniſtri Generalis.

Quæ aotem de Fratribus Conventualibus Ordinis S. Franciſci, ad vitæ regularis obſervantiam reducen. mandavimus, eadem propter eaſdem cauſas, & ad eadem tollen. offendicula, & ſcandala de Fratribus in Hiſpania conſiſten. aliorum quoque Ordinum quorumcumque Conventualibus ad vitæ regularis obſervantiam reducendis, eadem auctoritate iiſdem

Canonicos Regulares, Cistercienses, Prædicatores, Eremitas S. Augustini, aliosque Conventuales ejusmodi, eorumque Domos ad ejusdem Observantes eorum Ordinum similiter transferre decernit.

Venerabilibus Fratribus mandamus velut Canonicorum regularium S. Benedicti, Cistercien. Prædicatorum, Hæremitarum S. Auguſtini, Carmelitarum, & aliorum quorumvis Ordinum, ex quibus tamen præter Fratres Conventuales, ſint quoque aliqui ejuſdem Ordinis in Hiſpania, vel extra Hiſpaniam obſervantes; ad eam enim formam omnes ejuſdem Ordinis, qui ad hoc tempus Conventuales fuerint, ſuſcipiendam, & obſervandam juxta ſua cujuſque Ordinis regularia Inſtituta, & Sacri Concilii Tridentini decreta redigi, & ad alios Conventus transferri, eodemque modo, ut de Domibus, & Eccleſiis Fratrum Minorum Conventualium diximus, ipſorum quoque Domos, & Eccleſias Fratribus una cum bonis omnibus ejuſdem Ordinis obſervantibus aſſignari volumus. De Fratribus vero illorum Ordinum, quorum, nulliuſque Conventus ſunt, qui vitam regularem obſervent, ſed omnes tantum Conventuales ſunt, quemadmodum ipſi quoque reformandi, & ad quam vivendi in communi formam ſint reducendi aliis literis ſtatuemus. Si qui autem de Fratribus Conventualibus ad regularis vitæ obſervantiam reduci ſe pertinaciter recuſaverint, eos in Carceribus, donec ad cor redeant, ſub fida cuſtodia retineri mandamus, ne autem ipſorum Fratrum Conventualium exceſſus, & delicta remaneant impunita, in eos procedendi, & pro culparum, atque exceſſuum magnitudine animadvertendi, & ſi quorum delicta adeo gravia forent, ut ſi laici eſſent, ultimo fuerint ſupplicio puniendi, ad Triremes eos damnandi, ſi modo ætas, & vires illi labori apti ſint, ſin minus in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam releaandi, exceſſus vero minus graves, nec pœnam capitis meritos ſecundum Canonicas ſanctiones, ſeu Archiepiſcopi, Epiſcopive, ad quem id ſpectabit, & Provincialis, atque illi adjuncti fratris arbitrio puniendi, bona præterea quæcumque, mobilia, & immobilia, tam quæ Domus eorum in communi poſſident, quam Fratrum Conventualium antea propria ex conſuetudine, vel forſan ex aliquo obreptitio, vel ſubreptitio privilegio, vel diſpenſatione Apoſtolica eis obtinere conceſſa, ſive permiſſa, vel ea eorum induſtria acquiſita, vel ex parentum ſucceſſione, aut ab aliis relicta, legata, donatave ab eis tam quod ad uſum, & poſſeſſionem, quam quoad ad proprietatem attinet in perpetuum abdicandi. De Conventibus, etiam Fratrum regularis obſervantiæ uno, vel pluribus, alios in hujuſmodi Conventus de ipſorum Fratrum aſſiſtentium conſilio transferendi; omnia denique, quæ vel ad abolendam vitam Conventualem, & vitæ regularis obſervantiam loco ejus introducendam, vel ad inquirendam criminum veritatem fuerint neceſſaria quoque modo, aut opportuna agendi, faciendi, & exequendi, ipſis Venerabilibus Fratribus una cum dictis Provinciali, & ejus ſocio, ſicut dictum eſt, plenam, & liberam, auctoritate Apoſtolica damus, atque concedimus poteſtatem. Quod ſi qui, vel ipſorum Fratrum Conventualium, vel aliorum Ordinum prædictorum ad alium Ordinem regularis obſervantiæ tranſferri maluerint, id eis permitti volumus, dummodo ad Regulam tranſeant arctiorem. De bonis autem ipſorum Fratrum Conventualium mobilibus, & immobilibus, & de omnibus hujuſmodi Conventuum redditibus, ipſos Venerabiles Fratres noſtros, ad quos pertinebit, ita de conſilio Provincialis, & Socii ejus ſibi aſſiſtentium diſponere volumus, ut Fratribus regularis obſervantiæ illuc introducendis, de ſuppellectili, & aliis rebus victui eorum, aut divino cultui, & reparationi Eccleſiarum, ac Domuum neceſſariis per eos provideatur. Quæ vero ultra hujuſmodi tempus ſuperfuerint, ea ſingulis in locis apud idoneas perſonas deponi volumus, & ſequeſtrari fideliter conſervanda, ac poſtea Sedem Apoſtolicam conſuli, in quos uſus ea converti debeant, contradictores, & omnes, qui ipſis Fratribus Conventualibus ad impedien. reductionem hujuſmodi conſilium, auxilium, vel favorem præſtare auſi fuerint, per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia Juris, ac facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato, etiamſi opus fuerit, brachii ſæcularis auxilio. Non obſtantibus quibuſcumque Apoſtolicis, & inter ceteras felicis recordationis Sixti IV., & Leonis X. Prædeceſſorum noſtrorum, etiam mare magnum appellatis, ac in generalibus, Provincialibus, Synodalibuſque Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ſtatutiſque, & conſuetudinibus ipſorum Ordinum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis dictis Ordinibus, necnon eorum Superioribus quocumque nomine vocentur, Conventibus, & perſonis ſub quacumque verborum forma, & cum quibuſcumque decretis, & clauſulis quantumvis efficacibus, & inſolitis, etiam derogatoriarum derogatoriis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, ac ſæpius confirmatis. Quibus omnibus etiamſi de eis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales eamdem vim habentes eſſet mentio facienda, eorum tenores perinde ac ſi præſentibus inſerti fuiſſent, pro expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica ſpecialiter, & expreſſe pro hac vice dumtaxat derogamus, omniaque, quæ ſupradictam reductionem Fratrum Conventualium ad vitæ regularis obſervantiam, ſeu harum literarum executionem quovis modo impediri poſſint, conceſſa hactenus, atque edita revocamus, & annullamus. Quia vero difficile foret præſentes literas ad omnium, quorum opus fuerit, pervenire notitiam, tranſumptis earum manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, vel impreſſis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eamdem fidem ubique haberi volumus, atque decernimus,

Pœna in eos, qui obedientiam præſtare noluerint.

Apoſtolica conceditur auctoritas pro ceterorum effectu, quæ neceſſaria eſſent ad præfatam abolitionem conſequendi.

Permiſſio Conventualibus, aliiſque Fratribus conceſſa tranſeundi ad alium Ordinem Obſervantiæ.

Bona præfatorum Fratrum quomodo eroganda, & de reſiduis quid impoſterum agendum eſſet.

Pœna in contradictores.

Clauſulæ ampliſſimæ cum revocatione ſpecialis mentionis faciendæ.

nimus, ac ſi originales literæ exhibitæ eſſent, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die ſecunda Decembris 1566. Pontificatus noſtri Anno Primo. Antonius Floribellus Lavellinus.

Mandavit etiam Reformationẽ Monaſteriorum Monialium.

§.2. Ac poſtmodum per alias noſtras in ſimili forma Brevis literas ſub datum 12. ejuſdem Decembris proxime præteriti ſub certis modo, & forma tunc expreſſis reformationem, etiam Monaſteriorum Monialium Conventualium Hiſpaniæ fieri mandavimus.

Cauſæ Conſtitutionis edendæ ſuper Literis præfatis, aliiſque, de quibus infra.

§.3. Cum autem, ſicut prædictus Philippus Rex Nobis nuper exponi fecit in aliquibus partibus Hiſpaniæ Provinciæ ſint admodum amplæ, & latæ, in quibus ſunt plures Prælati, & multa Monaſteria. ita tamen, ut in ſingulis Provinciis unus tantum ſit Provincialis, qui eodem tempore cum ſingulis Epiſcopis adeſſe, & etiam in una Diœceſi plura Monaſteria conſiſtant, atque Epiſcopi eodem ſimiliter tempore accedere non poterunt, ex quo facile ſequetur, ut viſitatio ipſa differatur, unde diverſa damna, & inconvenientia ſubſequi poſſent. Quia Fratres, & Moniales intelligendo reformationem hujuſmodi fieri in uno ex dictis Monaſteriis, ex aliis aufugere, & quod pejus eſſet, bona mobilia, & libros, & alias ſcripturas ſuorum Monaſteriorum, in quibus eorum redditus ſunt annotati, occultare, & abſcondere poterunt: Quare idem Philippus Rex Nobis humiliter ſupplicari curavit, ut quo opus adeo laudabile dictæ Reformationis dante Domino facilius perfici queat, tam ſuper præmiſſis, quam aliis, etiam infraſcriptis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Facultas ſubdelegandi executores dictarum Literarum pro reformatione dictarum Archiepiſcopis, & Epiſcopis conceſſa.

§.4. Nos igitur, qui nihil magis exoptamus, quam ut omnium Chriſtifidelium, & præſertim Religioſarum perſonarum reformatio noſtris potiſſimum temporibus ſuum debitum, & optatum conſequatur effectum, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſingulis Archiepiſcopis, & Epiſcopis prædictis, ut eorum Vicarios in ſpiritualibus generales, aut Officiales: Provincialibus vero hujuſmodi in eorum reſpective Provinciis, ut unum, aut plures Guardianos, vel alios fratres probos, & idoneos, qui una cum ipſis Archiepiſcopis. Epiſcopis, aut eorum Vicariis, vel Officialibus ad executionem omnium in dictis noſtris literis contentorum procedere valeant, ſubdelegare poſſint, plenam, & liberam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, facultatem concedimus, & poteſtatem.

Facultas eiſdem conceſſa uniendi plures domos, ſeu Monaſteria Conventualiũ pro congrua Fratrum Obſervãtium ſuſtentatione.

§.5. Præterea quoniam aliqua Monaſteria Fratrum, & Monialium Conventualium prædictorum ſunt ſita in locis, in quibus inconveniens erit, aut propter aſperitatem locorum, vel quia ſolitarias, aut adeo paucorum habitatorum ſunt, ut in illis Fratres ipſi obſervantes habitent, vel potius eos ibi minime habitare poſſe verendum ſit ex defectu præcipue eleemoſynarum, ex quibus vivere debent, ſeu quoniam prope illa ſunt alia Monaſteria de obſervantia, ſicque eleemoſynæ pro tempore colligendæ pro omnibus nequaquam ſufficere. Propterea Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Provincialibus, aliiſque per eos ſubdelegandis prædictis, quod ſibi ſuper hoc juſtum, & honeſtum eſſe videbitur, faciendi, & exequendi, & ſi expediens eſſe cognoverint, etiam Monaſteria ſibi beneviſa invicem alterum alteri uniendi, & ut Fratres in illis Monaſteriis, in quibus eis viſum fuerit reſidere habeant, ordinandi, ac præcipiendi facultatem pariter impartimur.

§.6. Inſuper quoniam in præinſertis literis prædictis ſit mentio, quod de Fratribus illorum Ordinum, quorum nulli uſquam Conventus ſunt, qui vitam regularem obſervent, ſed omnes tantum Conventuales ſunt, quemadmodum ipſi quoque reformandi, & ad quam vivendi in communi formam ſint reducendi, aliis literis ſtatuemus. Ideo cum in dictis Hiſpaniarum Regnis nonnulli Ordines, & quamplurima Monaſteria ſimilia exiſtant, quæ reformatione indigere noſcuntur, prout ſunt Monaſteria Tertii Ordinis S. Franciſci, in quibus degunt Fratres diſſolute, & perverſe viventes, malumque exemplum, & varia ſcandala præbentes, qui ſi a ſuis non probatis Inſtitutis, & ſolito vivendi modo non removerentur, difficilius poſtea reformari poſſent. Nos pro horum Fratrum reformatione illos ad obſervantiam Fratrum dicti Ordinis S. Franciſci per ſupradictos eiſdem modo, & forma, quibus ſunt reducendi Fratres Conventuales omnino reducendos eſſe decernimus, & declaramus. Item cum in dictis Regnis Hiſpaniarum quædam Monaſteria Ordinis Præmonſtraten. ſub Regula S. Auguſtini conſiſtant, quorum Fratres valde diſſolute vivere, & non parva tam in capite, quam in membris ſuper eodem vivendi modo reformatione indigere dicantur, in dictoque ordine nullum Monaſterium de obſervantia reperitur, volumus, & harum ſerie mandamus, quod dicti Fratres Præmonſtraten. ad obſervantiam Fratrum S. Hieronymi de obſervantia Hiſpaniarum pariter ſub Regula S. Auguſtini militantium per eoſdem Archiepiſcopos, & Epiſcopos, eorumque Vicarios, & Officiales adhibitis ſecum duobus probis, & idoneis Religioſis ipſius Ordinis S. Hieronymi de Obſervantia, cum effectu reducantur.

Monaſteria Tertii Ord Sancti Franciſci reformanda decernit.

Fratres Præmonſtratenſes reformantur, & jubentur Regulæ Obſervantiũ S Hieronymi.

§.8. Quodque ſeptem, vel octo Monaſteria Ordinis etiam S. Hieronymi Eremitarum in prædictis Regnis exiſtentia, quorum Fratres non religioſe, ſed male, & non ſine ſcandalo vivere intelleximus, ſereque impoſſibile eſſe illos ad rectam & honeſtam vivendi normam revocare, niſi ad obſervantiam Fratrum dicti Ordinis S. Hieronymi, & ſub eorum Generali in Hiſpania commorante reducantur, ubi multa, & inſignia ſint Monaſteria, ipſorum Fratrum S. Hieronymi, qui ſub regulari obſervantia, & religioſa vita degentes, devotum Altiſſimo famulatum continuo exhibent, a quibus prædicti Eremitæ, ut aſſeritur, proceſſerunt, ac originem habuerunt, ſimi-

Similiter Monaſteria Eremitarum Sancti Hieronymi.

Digitized by Google

ſimiliter ab ipſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Vicariiſque, & Officialibus una cum duobus Religioſis prædicti Ordinis S. Hieronymi de Obſervantia, ſub obedientia dictorum Fratrum S. Hieronymi, etiam de Obſervantia, eorumque Generalis ſine aliqua excuſatione ponantur, ſubiiciantur, & conſtituantur,

FF. Monaſteriorum Ord. Carmelitarũ, SS. Trinitatis, & B. Mariæ de Mercede ad Obſervantiam ſuorum Ordinum reducendos eſſe jubet, opportuna, ut in prædictis, concéſſa facultate.

§.9. Deinde in dictis Regnis quamplurima Monaſteria Ordinum Carmelitarum, & Sanctiſſimæ Trinitatis, ac Beatæ Mariæ de Mercede eſſe Nobis pro parte dicti Philippi Regis inſinuatum fuit, qui a recto vivendi tramite, religioniſque honeſtate aſſidue recedere non formidant, ex quo eos tam circa modum eorum vitæ, quam clauſuræ obſervationem maxime reformare neceſſe ſit; cum præſertim in dictis Carmelitarum, & Sanctiſſimæ Trinitatis, ac B. Mariæ de Mercede Monaſteriis nulli Fratres reformati reperiantur, Idcirco quibuſvis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, in quorum Diœceſi Monaſteria hujuſmodi conſiſtunt, etiam mandamus per præſentes, ut per ſe, vel Vicarios, aut Officiales ſuos, ſeu alios probos, & idoneos ab eis deputandos aſſumptis ſecum duobus Fratribus ſenioribus Ordinis S. Dominici de obſervantia peritis, ac probatis, qui in his aſſiſtere habeant, Monaſteria quæcumque Carmelitarum, ac SS. Trinitatis, ac Beatæ Mariæ de Mercede hujuſmodi ad veram ſuorum Ordinum reſpective obſervantiam omni cura, & diligentia reducant, eiſque eamdemmet facultatem, auctoritatem, & poteſtatem in reformandis aliis Monaſteriis per præinſertas noſtras literas ſibi conceſſam, etiam ad hæc omnia facienda, & exequenda earumdem tenore præſentium extendimus, & ampliamus.

Prædicta omnia extendit etiam ad Monaſteria Monialium.

§.10. Nos enim quodcumque ſupradictum eſt de Monaſteriis Fratrum, etiam de Monaſteriis Monialium dici, & intelligi debere volumus, atque cenſemus,

Quinque Monaſteria Ord. Sancti Franciſci in Regno Navarræ a Regno Aragonum disjungit, & Provinciæ Burgen. ejuſdem Ordinis de Obſervantia in Regno Caſtellæ ſubiecta eſſe decernit.

§.11. Poſtremo cum intelleſerimus conſiſtere in Regno Navarræ quinque Monaſteria Ordinis S. Franciſci, quorum duo ſunt Fratrum de Obſervantia, reliqua vero tria Fratrum Conventualium exiſtunt, ipſumque Regnum Navarræ, Regno Caſtellæ conjunctum, & unitum eſſe, magiſque conveniens, & expediens videri, ut Monaſteria hujuſmodi potius Superioribus in Regno Caſtellæ, quam in Regno Aragonum exiſtentibus ſubjecta ſint. Ideo dicta quinque Monaſteria a Provincia Aragonum ſub qua hactenus fuerunt, harum ſerie Apoſtolica auctoritate penitus abdicantes, & totaliter ſeparantes illa de cetero cum omnibus eorum Fratribus, perſonis, Juribus, Juriſdictionibus, & pertinentiis, ceteriſque ad ea quomodolibet ſpectan. & pertinen. Provinciæ Burgen. eorumdem Fratrum S. Franciſci de obſervantia, quæ in prædicto Regno Caſtellæ eſſe dignoſcitur, ejuſque Miniſtro Provinciali nunc, & pro tempore exiſtenti eadem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſupponimus, ac ſubiicimus, necnon illa eidem Provinciæ Burgen., ita ut ſub illius Miniſtri Provincialis dominio, ſuperioritate, obedientia, viſitatione, & correctione deinceps exiſtant, & permaneant, ab eiſque viſitentur, corrigantur, & gubernentur, & illis cum effectu pareant, & obediant, prout alia Monaſteria, & Fratres ipſius Provinciæ Burgen. in omnibus, & per omnia perinde ac ſi dictæ Provinciæ Burgen., ejuſque Miniſtro Provinciali, non autem Provinciæ Aragonum dudum ſubiectæ fuiſſent, in perpetuum unimus, incorporamus, & applicamus, illaque perpetuo ſuppoſita, ſubiecta, unita, incorporata, & applicata fore, & eſſe, ſicque, & non aliter ab omnibus Judicari, interpretari, ac cenſeri debere decernimus.

Dictæ ſeparationis executores ſancita pœna in contradictores, etiam invocato auxilio brachii ſæcularis deputat.

§.12. Mandantes Venerabilibus Fratribus Seguntin., & Conchen. Epiſcopis, quatenus ipſi, vel alter eorum per ſe, vel alium, ſeu alios faciant, ſeparationem, & ſubiectionem dictorum quinque Monaſteriorum debitæ executioni demandari, & ab omnibus, ad quos ſpectat, inviolabiliter obſervari; Contradictores quoſlibet, & rebelles, per pœnas, etiam pecuniarias, ac demum, per ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita, compeſcendo, cenſuraſque, & pœnas ipſas legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato, etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Profeſſos Cōventuales ad Obſervantiã trāſeūtes profeſſionem iterum emittere non debere declarat, quã quam ſi d velint, pro conſcientiæ ſecuritate permittit.

§.13. Et licet ambiguum ſit Fratres Conventuales tranſeuntes ad Fratres de Obſervantia, qui ſemel profeſſionem tacitam, vel expreſſam emiſerint, dum in Conventualitate vivebant, poſtquam tranſiverint ad Fratres Obſervantes, minime ad profeſſionem jam emiſſam emittendam teneri, cum tam Conventuales, quam Obſervantes ſub eadem regula Beati Franciſci militent; Veruntamen ſi quiſquam Conventualium pro tranquillitate animi ſui voluerit denuo profeſſionem emittere, concedimus, ut eam quando, & quoties voluerit, etiam non expectato profeſſionis anno emittere poſſit, Provincialibuſque prædictis per præſentes committimus, ut profeſſionem hujuſmodi recipere poſſint & valeant,

Fratres Conventuales quo modo ab eis de Obſervantia haberi debeant, & caritatis officia in eos exercere.

§.14. Volumus autem, & hortamur, ac præcipimus ipſis Fratribus de Obſervantia, ut hujuſmodi Fratres Conventuales, quorum Conventus reformandos, de mandato noſtro, & Sedis Apoſtolicæ receperint, in aliis tamen Conventibus, ſub obſervantia ædificatis mittant, & eos fraterne, ac charitative pertractent, dummodo regulariter, & obſervantialiter vivant, aſſignato ſibi loco in Choro, & in proceſſionibus ſecundum tempus profeſſionis inter Conventuales emiſſæ.

Clauſulæ.

§.15. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutiſque, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mari magno, & Bulla aurea, aut unionis, ſeu alias quomodolibet nuncupan. Quibus omnibus etiamſi de illis ſpecialis, & expreſ-

ſa,

ſa, ac de verbo ad verbum mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, eorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, necnon omnibus illis, quæ in dictis literis volumus non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptis danda.

§.16. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam ſuper qualibet earum parte ſeparatim conficiendis manu alicujus Notarii &c.

Dat. die 16. Aprilis 1567. An. II.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 16. Aprilis 1567. Pontificatus noſtri Anno II.

III.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Homicidæ, Blaſphemi, ſacrarum Imaginum percuſſores, aliaque nonnulla patrantes delicta in Principatu Cathaloniæ, Regno Aragonum, Comitatibus Roſilionis, & Ceritaniæ, & confugientes ad Eccleſias poſſunt per Judices ſeculares, cum interventu Judicum Eccleſiaſticorum ab eiſdem Eccleſiis extrahi.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. EXponi Nobis nuper fecit Chariſſimus in Christo filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, quod in Regno Aragonum, & Principatu Cathaloniæ, ac Comitatibus Roſilionis, & Ceritaniæ plures facinoroſi gravia, & atrocia crimina committentes reperiuntur, quæ oculos Divinæ Majeſtatis offendunt, & perpetrato crimine ad Eccleſias, Monaſteria, Hoſpitalia, Oratoria, & Sacella ad ſe in eis tuendum, ne per Regios, & alios ſæculares officiales, Judices, & Miniſtros capiantur, & de eorum delictis puniantur, confugiunt, Regiam juriſdictionem illudentes, ſeque in ſuis facinoroſis criminibus, & delictis confoventes.

Philippi Regis preces.

§.2. Quare præfatus Philippus Rex, cui pro ſuo debito, Provincias ſibi ſubiectas ſceleratis hominibus expurgare incumbit, Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui illius vices in terris gerimus, qui maleficos vivere pati vetuit, nolentes præmiſſa tam peſſimi exempli, ſub ſilentio pertranſire, & quod Eccleſiaſtica immunitas improbis, & facinoroſis delinquendi materiam ſubminiſtret, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eidem Philippo Regi, quod omnes, & ſinguli, illius, & ſuorum Proregum, & Gubernatorum, ac aliorum Miniſtrorum Judices, Officiales, & Miniſtri, ſæcularem juriſdictionem in dictis Regno, & Principatu, ac Comitatibus, ac ſingulis Civitatibus, Villis, Oppidis, & Terris, & locis in illis conſiſten., & illis adiacentibus exercentes omnes, & ſingulos cujuſcumque gradus, qualitatis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, qui crimina infraſcripta, videlicet læſæ majeſtatis, aut peccati notorii, propter quod ira Dei in filios diffidentiæ venit, ſeu ex propoſito deliberato aſſaſſinium, ſeu incendium fecerint, & commiſerint, ſeu aliquam honeſtam mulierem Virginem, vel conjugatam, aut viduam rapuerint, vel monetam, aut publicas ſcripturas falſificaverint, ſeu publici fures, ſeu in ſtratis, aut viis publicis fuerint, ſeu aliquem Archibuſeto, ſeu ſclopeto, aliaſ ſcopio prohibito ad rotam occidere procuraverint, & ad actum proximum devenerint, quamvis eum non vulneraverint, vel tetigerint, aut per triginta paſſus ante ipſas Eccleſias, Monaſteria, oratoria, ſacella homicidium commiſerint, ſeu, qui plura homicidia perpetraverint, ſeu ſi atrociores Blaſphematores, & qui Imaginem Dei, vel Sanctorum percuſſerint, vel deturpaverint, ſive ex ira, vel in contemptum combuſſerint, vel in terra proiecerint, ſeu qui nocturno tempore, per Civitates Oppida, & loca furta commiſerint, ad quaſcumque etiam Metropolitanas, & Cathedrales, Collegiatas, & alias Eccleſias, Monaſteria, oratoria, ſacella, ſæcularia, & quorumvis Ordinum regularia confugientes, ab illis extrahere, capere, incarcerare, & prout juſtitia, & ſuorum demeritorum qualitas exegerit, ac requiſiverit, punire, & caſtigare abſque conſcientiæ ſcrupulo, & cenſurarum, & pœnarum contrafacientes præmiſſa inflictarum incurſu, libere, & licite poſſint, & valeant, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica, & ex certa noſtra ſcientia, licentiam, & facultatem damus, concedimus, & elargimur.

Eccleſiaſtica immunitas improbis delinquendi materiam præbere non ſuit.

Delinquentes quos in Conſtitutione deſignat, ex locis Eccleſiaſticæ immunitatis evelli poſſe decernit a ſæcularibus poteſtatibus, quibus licentiam impertitur.

Obſtantium derogatio.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis quoque, indultis; etiam in favorem dictarum Eccleſiarum, & Monaſteriorum illorumque omnium ſuperiorum, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Nos, ac Sedem Apoſtolicam quomodolibet, & ſub quibuſcumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis conceſſis, confirmatis, & approbatis, etiam Mare Magnum, ſeu Bulla aurea nuncupat. ac ipſarum Eccleſiarum immunitatibus eis a jure conceſſis, quibus omnibus illorum tenores, ac ſi præſentibus de verbo ad verbum inſererentur, pro expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice latiſſime derogamus, ac ſufficienter derogatum eſſe volumus, & decernimus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Licentia præfatam non concedit, niſi intervenerit Judex Eccleſiaſticus Loci qui requiſitus; ſi adeſſe noluerit, non officiet, quin effectum licentia conceſſa obtineat.

§.4. Volumus autem, & dicta auctoritate decernimus, ac declaramus, Proregem, Gubernatorem, & Miniſtros Regios, aut eorum Judices, Officiales, & Miniſtros, ſæcularem juriſdictionem exercentes, ab Eccleſiis, Monaſteriis, Oratoriis, & ſacellis hujuſmodi aliquem delinquentem, ſine interventu Judicis Eccleſiaſtici loci illius, nec extrahere, nec illum capere, & incarcerare poſſe, niſi & caſu, quo præfati Judices Eccleſiaſtici requiſiti una cum eiſdem captu-

Digitized by Google

pturæ, & carcerationi intervenire, & aſſiſtere recuſaverint.

Delinquentes in carcerem Eccleſiaſticū mandat eſſe cuſtodiendos, donec Judex Eccleſ. de delicto cognoverit.

§.5. Quodque delinquentes prædicti poſtquam a dictis Eccleſiis, Monaſteriis, Oratoriis, & ſacellis extracti, capti, & incarcerati fuerint, ad Carceres Curiæ Eccleſiaſticæ reponi, & in illis, ſub tuto, ſecuro, & firmo Carcere, ac opportuna cuſtodia, data illis, ſi opus fuerit, per præfatos Proregem, Gubernatorem, Judices, Officiales, & Miniſtros ſæculares detineri, & conſervari debeant, ac ab illis extrahi, & Judicibus ſæcularibus prædictis conſignari, & tradi non poſſint, niſi prius cognito per dictum Judicem Eccleſiaſticum loci, ſi ipſi carcerati aliquod ex criminibus, & delictis prædictis commiſerint, & perpetraverint, factaque commiſſione hujuſmodi, ſi repertum fuerit, ipſos Carceratos aliquod ex criminibus, & delictis prædictis commiſiſſe, & perpetraſſe, illos eiſdem Judicibus ſæcularibus, per prçfatos Judices Eccleſiaſticos, ſine alicujus conſcientiæ ſcrupulo, & irregularitatis, & aliarum pœnarum incurſu dari, & conſignari debere, & ſi per dictum Judicem Eccleſiaſticum judicatum fuerit, non eſſe aliquod ex ſupra dictis delictis, tunc per Judicem ſæcularem, ſi ſibi videbitur, haberi recurſum ad Judicem Eccleſiaſticum Cancellariæ Regiæ Principatus, & Comitatuum hujuſmodi volumus.

Clauſulæ.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibos Apoſtolicis, ac contrariis quibuſcumque.

Fides danda tranſumptis.

§.7. Et quia difficile foret &c.

Dat. die 6. Octob. 1567. An. II.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 6. Octobris 1567. Pontificatus noſtri Anno II.

IV.

Ex Regeſt. in Secret. Breviũ.

Literæ Pauli IV., & Pii. IV. per quas ſtatuitur Clericos Principatus Cathaloniæ, & Comitatus Ronſilionis in habitu, & tonſura incedere debere, alias privilegio Clericali non gaudeant, valent, & intelligi debent juxta terminos Cap. VI. ſeſſ.23. Concilii Tridentini.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Conſtitutio Pauli IV.

§.1. EXpoſito alias fe. re. Paulo Papæ IV. Prædeceſſori noſtro pro parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici, quod licet juxta Canonicas ſanctiones Clerici habitum, & Tonſuram Clericales honeſte deferre, alias privilegio Clericali minime gaudere deberent; verum in Principatu Cathaloniæ, & Ronſilionis, & Seritaniæ Comitatibus, eidem Philippo Regi ſubiectis dictorum Clericorum ſine habitu, & Tonſura hujuſmodi, incedentium, tanta inoleverat delinquendi licentia, ſeu potius inſolentia, ut nulla fere in Principatu, & Comitatibus prædictis, homicidia, rapinæ, aſſaſſinia, & alia atrocia crimina committebantur, quorum aliquis Clericus auctor, vel particeps non exiſteret, idque ex eo provenire credebatur, quia dicti Clerici, cum per Curiam ſæcularem coerceri, & a Judicibus Eccleſiaſticis pœna ſanguinis affici non poſſent, juxta exigentiam delictorum, non puniebantur, & propter eorum impunitatatem creſcebat in eis peccandi libido, & facilitas veniæ Innocentibus delinquendi occaſionem præbebat, & alii impunitatis hujuſmodi exemplo, ad ſimilia facinora perpetranda invitabantur.

Impunita ſcelera peccandi augent licentiam.

Quæ ſtatuitur.

§.2. Dictus Prædeceſſor ipſius Philippi Regis ſupplicationibus in ea parte inclinatus, Venerabili Fratri Salvatori, Epiſcopo Cluſin. & ſuo, Apoſtolicæ Sedis in Regnis Hiſpaniarum, tunc Nuncio per ejus in forma Brevis literas commiſit, & mandavit, quatenus omnes, & ſingulos tam conjugatos, quam alios ſimpliciter Tonſuratos, & minorum Ordinum Clericos non conjugatos, nullum beneficium Eccleſiaſticum obtinentes, in Principatu, & Comitatibus prædictis pro tempore exiſtentes, per edictum publicum in Cathedralibus, & Metropolitanis Eccleſiis Principatus, & Comitatuum hujuſmodi, dum inibi Populi multitudo ad Divina audienda conveniret, alta voce denuncian., & in valvis dictarum Eccleſiarum affigen. moneret, & requireret, ac moneri, & requiri faceret, ut infra terminum duorum menſium, quos eis pro peremptorio termino, & trina monitione canonica aſſignaret, de cetero veſtem prolixam, & Birretum rotundum, ac Coronam, more illarum partium, Presbyterorum ſæcularium honeſte defferrent, & ſine armis offenſivis incederent, & ſi dicto termino elapſo, non defferrent, & ſic ut præfertur, non incederent, eoſdem Foro ſæculari ſubiectos fore, & tamquam laicos per Curiam ſæcularem, etiam uſque ad vindictam ſanguinis, ultimique ſupplicii pœna puniri poſſe, & quod elapſo anno ab edicto hujuſmodi veſtem, & Birretum, ac Coronam hujuſmodi ad minus per ſex menſes ante perpetratum delictum detuliſſent, probandi onus eis incumberet, in dictis requiſitione, & monitione, eadem auctoritate decerneret.

Clericos tam conjugatos, quam non conjugatos cū habitu & Clericali tonſura debere incedere in Principatu Cataloniæ, aliiſque adjacentibus Provinciis.

§.3. Fel. rec. Pius Papa Quartus vero ad ipſius Philippi Regis ſupplicationem, commiſſionem, & mandatum, ac cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, literas prædictas per ſuas in forma Brevis literas approbavit, & innovavit, illaſque perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac perpetuo, & inviolabiliter obſervari debere, & quatenus literæ dicti Pauli Prædeceſſoris, tunc publicatæ, & executioni demandatæ non eſſent, per dictum Salvaturem Epiſcopum, aut alium pro tempore exiſtentem, partibus illis ſuum, & dictæ Sedis Nuncium, illarum forma ſervata, juxta illarum tenorem, & formam publicari, & executioni demandari potuiſſe, & debuiſſe decrevit, conceſſit, & mandavit.

Conſtitutio Pii IV. alteram Pauli IV. ſupra confirmans.

§.4. Et quia ab Œcumenico Concilio Tridentino ſeſſ.23. cap.6. ſtatutum, & ordinatum exiſtit, quod nullus primæ Tonſuræ initia-

Digitized by Google

Conditio requiſita, ut privilegio Fori Clericus gaudeat juxta ſanctionem Concilii Trident.

initiatus, aut etiam io minoribus ordinibus conſtitutus Fori privilegio non gaudeat, niſi Beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ es mandato Epiſcopi inſerviat, vel in Seminario Clericorum, aut aliqua ſchola, vel Univerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad majores Ordines ſuſcipiendos, verſetur: in Clericis vero conjugatis ſervetur Conſtitutio Bonifacii VIII. *Qui cum unici* modo ii Clerici alicujus Eccleliæ ſervitio, vel Miniſterio ab Epiſcopo deputati, etiam Eccleſiæ ſerviant, vel miniſtrent, & Clericali habitu, & Tonſura utantur, nemini, quo ad hoc, privilegio, vel conſuetudine, etiam immemorabili ſuffragante,

Conceſſiones autem omnes contra tenorem d. Canonis irritavit Pius.

§.5. Præfatuſque Pius Prædeceſſor. per alias ſuas ſub Plumbo literas, quod omnes gratiæ, & conceſſiones in omnibus, & ſingulis, quibus illæ ſtatutis, & Decretis dicti Concilii contrariantur, ipſo jure revocatæ, caſſatæ, & annullatæ, ac ad Concilii hujuſmodi terminos, atque limites reductæ eſſent, & eſſe cenſeantur, & ſecundum Decreta dicti Concilii, tantum obſervarentur, nec aliquid adverſus dicta Decreta, & ſtatuta apud aliquos permitteret, nec in aliquo ſuffragari poſſent, ſed ea perinde haberi, & reputari debere, ac ſi numquam emanaſſent, declaravit, ſtatuit, & ordinavit, prout in ſingulis Prædeceſſorum literis, & Capituli Concilii hujuſmodi, quorum omnium tenores, ac ſi præſentibus, de verbo ad verbum infererentur, pro espreſſis habentes, plenius continetur.

Cauſa præſentis Conſtitutionis edendæ.

§.6. Cum autem nuper præfatos Philipphus Rex Nobis exponi fecerit, quod a nonnullis, dictas priores literas Pauli, & Pii Prædeceſſorum per Concilium, & poſteriores literas dicti Pii Prædeceſſoris hujuſmodi revocatas, aut ſaltem moderatas, & ad Decretum Concilii prædicti reductas fuiſſe, hæſitetur, ad tollendam hujuſmodi dubitationem Nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus dubitationem, & hæſitationem hujuſmodi de benignitate Apoſtolica tollere dignaremur.

§.7. Nos igitur conſiderantes priores literas dictorum Prædeceſſorum, & in eis contenta, ſtatuta, & ordinata juſta, honeſta, & rationabilia eſſe, cum Clerici ab illicitis, & inhoneſtis ſe abſtinere debeant, ipſique Clerici, qui Clericali charactere, illiuſque privilegiis, & immunitatibus uti, frui, & gaudere deſiderant, habitum, & Tonſuram Clericorum, prout Presbyteri Principatus, & Comitatuum hujoſmodi, deſferre debeant, ipſius Philippi Regis aſſerentis in Principatu, & Comitatibus hujuſmodi Presbyteros modo prædicto incedere conſueviſſe, ſupplicationibus hac parte inclinati, dictas priores literas, quarum veriores tenores ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, haberi volumus pro expreſſis, a ſtatutis, & ordinatis in Concilio hujuſmodi, neque per poſteriores literas dicti Pii Prædeceſſoris revocatas eſſe, ſed tantum ad terminos, & diſpoſitionem dicti cap.6. ſeſſ.23. reductas eſſe, & cenſeri debere in omnibus, & per omnia, per præſentes auctoritate Apoſtolica, & es certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine declaramus.

Concilii Tridentini Sanctionem enunciatis Conſtitutionibus nõ officere declarat, & decernit.

Præfatas Cõſtitutiones pro majori valore confirmat, & approbat.

§.8. Et ut priores literæ Prædeceſſorum hujuſmodi majorem firmitatem, & robur obtineant, illas confirmamus, & approbamus, & inviolabiliter obſervari debere, juxta terminos dumtaxat dicti cap.6. mandamus, & ſi præfati Clerici primæ Tonſiræ non conjugati, Beneficia Eccleſiaſtica non obtinentes, & Conjugati, contenta in dictis prioribus literis, ipſorum Prædeceſſorum juxta ordinata, & ſtatuta in dicto ſesto Cap. Concilii hujuſmodi non obſervabunt, & habitum, & Tonſuram dictorum, prout Clerici Principatus, & Comitatuum hujuſmodi deferre conſueverunt, & deſſerunt, ut præfertur, non detulerint, foro, & immunitate Clericorum gaudere, & frui non poſſint, ſed ut mere laici habeantur, & reputentur, & ut tales laici per Judices ſæculares, prout in dictis prioribus literis continetur, capi, carcerari, puniri, & caſtigari poſſint, & valeant.

Præfatas literas per Nuncium Apoſtolicum publicari præcipit.

§.9. Et nihilominus, Ven. Fratri Archiepiſcopo Roſſanen. apud præfatum Philippum Regem, noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuncio, quatenus priores literas Prædeceſſorum hujuſmodi, illarum forma ſervata, & juxta illarum tenorem, & formam, & juxta terminos dumtaxat dicti capitis ſexti, ac etiam præſentes in Eccleſiis prædictis publicare, & executioni demandare faciat.

Adverſus eas nõ cavenire non poſſe Archiepiſcopos, & Epiſcopos declarat.

§.10. Necnon venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis dicti Principatus, & Comitatuum per eaſdem præſentes, & contenta in dictis prioribus ipſorum Prædeceſſorum literis, ac Capitulo, & præſentibus obſervare, illiſque obedire, & contra illas venire, & reclamare non poſſe.

Præſentes Literæ nullo vitio notandæ.

§.11. Nec oon præſentes, & in eis contenta quæcumque de ſubreptionis, aut obreptionis vitio, ſive intentionis noſtræ, aut quocumque alio defectu notari, & impugnari non poſſe, ſed validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque debitos effectus ſortiri debere in omnibus, & per omnia.

Juxta eorum tenorem judicari debere decernit.

§.12. Et ſic, & non alias, nec aliter, per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales judicari, & defuniri debere, ſublata eis, & cuilibet illorum, quavis aliter judicandi, & diffiniendi, & interpretandi facultate, auctoritate, & poteſtate, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, concedimus, declaramus, ſtatuimus, præcipimus, & mandamus.

Clauſulæ.

§.13. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ præfati Prædeceſſores in prioribus literis hujuſmodi non obſtare voluerunt. Volumus autem, quod præſentium tranſ.&c.

Dat. die 13. Octobr. 1567. An. II.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 13. Octobris 1567. Pontificatus noſtri Anno II.

Digitized by Google

V.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Fratres Conventuales, necnon tertii Ordinis Sancti Franciſci ſub regula ejuſdem Ord. Fratribus de obſervantia ſubmittit in Regno Portugalliæ, extincta omnino Conventualitate.

Similem reductionem injunxit Pius Fratrum Conventualium, & Tertii Ordinis in Provinciis Belgii, Flandriæ, aliiſque Regi Catholico ſubjectis, data ad id Fr. Angelo Averſano facultate, Apoſtolicis literis datis die 2. Novembris 1567. quas, cum ſimiles omnino ſint præſentibus, omittendas putavi.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

IN eminenti dignitatis Apoſtolicæ ſpecula meritis licet imparibus divina diſpoſitione vocati, ad ea libenter intendimus, per quæ ſinguli Religionum Ordines abuſibus, qui in eos tractu temporis diverſimode irrepſerunt, eliminatis, antiquo candori ſuo, quo Domino auctore diu claruerunt, reſtituantur, regulariaque eorum inſtituta, ad divinæ Majeſtatis laudem, & gloriam impoſterum ſtabiliantur, & ut id votive ſuccedat, cum Nos ob negociorum, quibus aſſidue premimur, ingentem molem, ubique præſto eſſe nequeamus, nonnumquam S. R. E. Cardinalibus, ac Venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis demandamus, pro ut locorum, & temporum qualitate penſata conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. Accepimus ſane nuper non ſine animi noſtri moleſtia, quod Fratres Ordinis S. Franciſci Conventuales nuncupati in diverſis Portugalliæ, ac Algarbiorum Regnorum Provinciis, aliiſque Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Sebaſtiani Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Illuſtris dominiis, Terris, & locis conſtituti a nonnullis annis citra, ſuæ profeſſionis, ſalutis, & Religionis immemores, privilegiiſque ſibi a Sede Apoſtolica gratioſe conceſſis abutentes, Deique timore poſtpoſito, tam licentioſam, inhoneſtamque vitam, & ab inſtitutis fundatoris, & Patris ſui Seraphici diſcrepantem, ac remotam ducere non verentur, ut Religioſorum nomine tantum retento, non modo Ordinem, regulaſque ſuas dedecorent, verum etiam pleriſque ex Chriſtifidelibus talia cernentibus ſcandalum non modicum afferant. Nos qui tam Ordini prædicto decus, & integritatem, ſuique priſtini candoris reſtitutionem ſinceris zelamus affectibus, quam prædicti Sebaſtiani Regis, qui id a Nobis animo, quo vere Religioſum, & Catholicum decet Principem, jamdudum repetivit, voluntati ſatisfacere enixe cupimus, volentes præmiſſis pro noſtri Paſtoralis Officii debito providere.

[illegible] Card. [illegible] Dioceſi [illegible] Monaſteria reformanda committit.

§.2. Motu proprio non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia noſtris, dilecto Filio noſtro Henrico tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Preſbytero Cardinali Infanti Portugalliæ noſtro, & Apoſtolicæ Sedis Legato de latere, necnon omnibus, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Portugalliæ, & Algarbiorum Regna, aliaque ipſius Sebaſtiani Regis dominia conſtitutis in virtute Sanctæ Obedientiæ per præſentes committimus, quatenus ipſe vel ipſorum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum quilibet, quatenus in ſua Civitate vel Diœceſi Ordinis prædicti tam virorum, quam mulierum Conventualium, etiam Tertii Ordinis nuncupat., ſi tamen tria ſubſtantialia vota emittere conſueverunt, domos, & Monaſteria habet, omni humano affectu ſepoſito, Deumque ſolum præ oculis habens Ordinis ejuſdem de obſervantia in Regnis, & dominiis prædictis Commiſſario generali, ſeu Provinciæ, in qua Domus, & Monaſteria prædicta conſiſtunt, Miniſtro Provinciali, & aliquo, ſeu etiam pluribus ejuſdem Ordinis de obſervantia Fratribus per prædictum Commiſſarium, ſeu Miniſtrum Provincialem eligendis, ſecum aſſumptis, ad ſingula in ipſorum Civitatibus, & Diœceſibus conſiſtentia Virorum, & Mulierum Conventualium etiam tertii Ordinis hujuſmodi domos, & Monaſteria perſonaliter, ſi id commode fieri poterit, alioquin ipſorum Archiepiſcoporum Vicarii in ſpiritualibus generales, ſeu officiales, aut aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ per dictum Henricum nominandæ, & deputandæ uno, ſeu pluribus Guardianis, aut aliis Fratribus a Commiſſario, vel Provinciali prædictis deputandis ſecum adjunctis accedant, ac in domibus, & Monaſteriis prædictis formam Conventualiter vivendi penitus, & in perpetuum auctoritate noſtra tollant, & extinguant.

Sub Regula Fratrum de Obſervantia omnino eos ſubmittit.

§.3. Ac perſonas in illis degentes ad eamdem vivendi formam, eademque inſtituta, etiam quoad veſtes, & calceamenta redigant, quæ utriuſque ſexus religioſi de obſervantia vocati obſervant, ipſaſque ſorores, & Moniales conventuales eorumdem fratrum de obſervantia obedientiæ, correctioni, viſitationi, curæ, regiminique committant.

Conventualium & Tertii Ordinis Monaſteria Fratrum de Obſervantia, necnon Monialibus tradenda, translatis illorum perſonis Religioſis ad Monaſteria de Obſervantia.

§.4. Ac Conventualium hujuſmodi, ſeu Tertii Ordinis fratrum, & ſororum tria ſubſtantialia vota profeſſorum Eccleſias, ac Monaſteria, ſeu domos Religioſis Ordinis de obſervantia, per ipſos perpetuo habendas aſſignent, ac in domos, ſeu Monaſteria hujuſmodi alios fratres, & moniales de domibus, & Conventibus ipſorum fratrum, & Monialium de obſervantia, de ſibi aſſiſtentium fratrum conſilio reſpective transferant, & ex ipſis domibus, de obſervantia Guardianum, & alios Officiales, ad domos prædictas regendum, & gubernandum idoneos auctoritate prædicta deputent, atque conſtituant, ipſos vero fratres, & Sorores, ſeu Moniales Conventuales, & Tertii Ordinis prædictos aliorum fratrum, de obſervantia conſortio aggregent, atque uniant, necnon ex domibus, quibus antea vitam Conventualem egerant, transferant

in

in Religioſorum, de obſervantia domos, & per illas diſtribuant, ut poſthac ipſi, de obſervantia ſimiliter nuncupentur, & ſub ejuſdem Miniſtri Generalis de obſervantia obedientia permaneant.

Facultas conceditur, ut plura Monaſteria in unum reduci poſſint in locis, ubi ex eleemoſynis Fratrum de Obſervantia victum habere non potuerint.

§.5. Si aliqua vero ipſorum Conventualium Monaſteria, ſeu domus in locis, in quibus, aut propter præmiſſorum aſperitatem, vel habitatorum paucitatem, & eleemoſynarum defectum verendum ſit, ne Fratres de Obſervantia inibi vivere poſſint conſiſtant, ea invicem, vel aliis uniant, vel ad alia commodiora loca transferant, aut ſi quod aliud ſibi ſuper præmiſſis magis neceſſarium, & opportunum viſum fuerit, ordinent, & ſtatuant.

Qui tria vota ſubſtantialia non emiſerunt ad ea emittenda non ſunt cogendi, ſed tamen ſub viſitatione, & correctione Fratrum de Obſervantia eſſe debent.

§.6. Ceterum ſi aliqui fuerint fratres, aut Moniales Ordinis prædicti, qui, ſeu quæ tria vota ſubſtantialia numquam emiſerunt, nec in regulari obſervantia degerunt, eos prout hactenus vixerunt, & permanſerunt ita tamen, ut ſub viſitatione, correctione, ſuperioritate, & obedientia dictorum Provincialium, & Generalis fratrum de obſervantia hujuſmodi degere, eiſque in omnibus ſubjecti, & ſuppoſiti eſſe debeant, etiam de cetero, vivere, & permanere poſſe decernimus, & declaramus, necnon a Conventualibus hujuſmodi ad obſervantiam translati, ſi eorum aliquis, pro tranquillitate animi ſui, de novo profeſſionem emittere voluerit, eam quando, & quoties voluerit, etiam probationis anno non expectato, recipiant.

Pœna in contradictores.

§.7. Contradictores vero, ſi qui fuerint, qui ſe ad regularis vitæ obſervantiam reduci pertinaciter recuſaverint, eos in Carceribus, donec ad cor redeant, ſub fida cuſtodia retineri faciant, ac juxta ſuorum exceſſuum, & delictorum qualitatem puniant, & ſi aliquorum delicta adeo gravia fuerint, niſi laici eſſent, ultimo ſupplicio puniendi renuent, ad Triremes eos damnent, ſi modo ætas, & vires illi labori ſint, aptæ alioquin ad perpetuos Carceres, in quibus ſuorum criminum pœnas luant, relegent, alia vero ipſorum minus gravia crimina ſecundum Canonicas ſanctiones, ſeu ipſorum Cardinalis, vel Archiepiſcoporum, aut Epiſcoporum ad quem ſpectabit, & Commiſſarii, ſeu Provincialis arbitrio, de illi adjunctarum perſonarum hujuſmodi conſilio puniant.

De bonis mobilibus, & immobilibus, quid agendũ ſit præſcribit.

§.8. Bona præterea quæcumque mobilia, & immobilia, tam, quæ domus fratrum videlicet dumtaxat Conventualium prædictorum, in communi poſſident, quam Fratrum Conventualium antea propria ex conſuetudine, vel forſan ex aliquo obreptitio, vel ſubreptitio privilegio, & diſpenſatione Apoſtolica eis obtinere conceſſa, ſive permiſſa, ſive ex eorum induſtria acquiſita, vel ea parentum ſucceſſione, aut ab aliis relicta legata, donatave ab eis, itam quo ad uſum, & poſſeſſionem, quam quo ad proprietatem pertinet, in perpetuum abdicent, de conventionibus etiam fratrum regularis obſervantiæ uno, vel pluribus in Conventus reformandos hujuſmodi, de eodem conſilio transferant.

Facultas conceſſa eis, quibus reformatio commiſſa eſt, quouſque extendatur.

§.9. Omnia denique, quæ ad abolendam vitam Conventualem, & vitæ regularis obſervantiam loco ejus introducendam, vel ad inquirendam criminum veritatem, fuerint quoquo modo neceſſaria, & opportuna, agant, faciant, & exequantur.

Licentia tranſeundi ad aliũ Ordinem, dũmodo obſervantiam teneat.

§.10. Dummodo tamen ipſis fratribus, & Sororibus Monachis, & Monialibus, qui ad alium Ordinem regularis obſervantiæ transferri maluerint, dummodo ad regulam tranſeant arctiorem, non interdicatur, ipſorum vero bona prædicta, omniaque hujuſmodi domuum, & Monaſteriorum fratrum conventualium redditus, de aſſiſtentium perſonarum prædictarum conſilio ita diſtribuant, ac poſtquam eiſdem fratribus, de obſervantia in dictos Conventus introducendis, de ſuppellectili, & omnibus aliis, ac eorum victum, divinum cultum Eccleſiarum, & domuum reparationem neceſſariis providerint, reliqua, ſubſtricto ſequeſtro penes idoneas perſonas reponantur, ſeu cuſtodiantur, donec quid Nos ipſi ſuper illis decreverimus, ſeu ſtatuendum duxerimus, per noſtras literas intellexerint.

De bonorum reſiduo nihil faciendum inconſulto Romano Pontifice.

Pœna in eos, qui contra præmiſſa quid quam fecerint.

§.11. Nos enim ſibi, tam præmiſſa omnia, & ſingula, ac alia circa ea neceſſaria, & opportuna gerendi, & exercendi, quam Contradictores quoslibet, & rebelles, eiſque auxilium, conſilium, vel favorem præſtantes, per ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, necnon interdictum Eccleſiaſticum imponen., & liberam, auctoritate Apoſtolica, per præſentes facultatem concedimus, & impartimur.

Pœnæ contra impedientes exequutionẽ præſentium Literarum.

§.12. Diſtrictius inhibentes ipſius Ordinis Conventualium ſuperioribus, aliiſque quibuſvis perſonis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis, exiſtentibus, & quacumque dignitate, tam Eccleſiaſtica, & Epiſcopali, Archiepiſcopali, & Cardinalatus, quam mundana, etiam Ducali, & Regia fungentibus, ac eoſdem Henricum Cardinalem, Archiepiſcopos, & Epiſcopos,, vel ab eis ſubdelegandos, in præmiſſis quovis modo, & quovis quæſito colore, vel ingenio moleſtare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præſumant.

Præſentium Literarum firmitas.

§.13. Decernentes quoque præſentes literas, nullo unquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari nullatenus poſſe, minuſve illa, etiam quod Ordinis hujuſmodi ſuperiores, ad id non vocati fuerint, vel quod ipſi a Cardinalis, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum juriſdictione exempti ſint, ac propterea ipſis carere nullatenus intendant, impugnari, vel contra illas deveniri poſſe, ſed illis, & quibuſcumque reclamationibus, appellationibus, & contradictionibus omnino ceſſantibus in ſuis robore, & efficacia perſiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & ad illorum executionem omnino procedi

cedi

cedi debere, ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſula ſublata.

Clauſula ſpeciales.

§.14. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Monaſteriorum, domuum, & Ordinis Prædicatorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Ordini, illiuſque ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam per viam generalis legis, vel ſtatuti perpetui, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & conſiſtorialiter, & de fratrum conſilio, ac alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, & ſæpius innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad id ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fratribus de Obſervantia injungit, ut Conventuales alioſque Chriſtiana charitate ſuſcipiant.

§.15. Volumus autem, & hortamur fratres de obſervantia prædictos, eiſque in virtute Sanctæ obedientiæ præcipimus, ut fratres Conventuales, quos de noſtro, & Sedis Apoſtolicæ mandato reformaverint, ex eorum domibus ad ſuas recipiant, eoſque fraterne, & caritative, dummodo regulariter, & obſervanter vivant, tractent, ipſiſque locum in Choro, & proceſſionibus, capitulo, & quibuſvis aliis actibus, tam publicis, quam privatis ſecundum profeſſionis tempus inter conventuales emiſſæ aſſignent.

Fidem tranſumptis addit.

§.16. Quodque præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis &c.

Dat. die 30. Octob. 1567. An. II.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 30. Octobris 1567. Pontificatus noſtri Anno II.

VI.

Correctiones juxta ſententiam S. Congregationis Concilii faciendæ, in Concilio Valentin.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Venerabili fratri Ferdinando Patriarchæ Antiochen. Archiepiſcopo Valentin.

PIUS PAPA QUINTUS

Venerabilis Frater &c.

In Congregatione Concilii reviſum, examinatumque Concilii Provinciale Valentin.

§.1. PRovinciale Concilium Valentinum ſuperioribus annis celebratum, quod correctioni noſtræ ſubiiciens, miſit ad Nos bo. me. proximus Prædeceſſor tuus, vidimus, & a Venerabilibus Fratribus noſtris, quos ad interpretationem Sacri Tridentini Concilii aſſumpſimus in Conſilium, quo ad ejus in præſentia fieri potuit emendandum curavimus.

Nonnulla emendata.

§.2. Quæ autem in ea corrigenda, de ipſorum etiam Venerabilium fratrum ſententia, nunc viſa ſunt, ea hic infra ſcribi juſſimus.

Mandatur Epiſcopis ea animadvertere, & ſervare.

§.3. Porro fraternitatis tuæ, tuorumque Epiſcoporum Officium erit, illa diligenter animadvertere, & ut ad ea ipſa Concilium iſtud omnino accomodetur, & conformetur ſedulo curare. In iis vero etiam, quæ deinceps iſtic, Deo approbante, Provincialia Concilia habebuntur, earumdem infraſcriptarum correctionum noſtrarum ſemper meminiſſe, itaut ab illarum ratione, atque ſententia nullo umquam tempore diſceſſiſſe videamini.

Provincialis Synodus non Sancta nuncupari deceat.

§.4. Seſſione prima in Proœmio: Ibi: *hæc Sancta Provincialis Valentina Synodus*. Hæc verba *Sancta Synodus non conveniunt Synodo Provinciali, ſed Univerſali*. In Provinciali autem verba ſic concipi debent; N. Archiepiſcopus &c. de conſilio, & aſſenſu RR. DD. Coepiſcoporum noſtrorum in Provinciali Synodo ſtatuimus, &c. Ideo verba illa Sancta Synodus tollantur, & hic, & in omnibus aliis locis hujus Concilii, ubi poſita: Ibi: *profitetur, ac defert* &c. Debuerat hæc profeſſio fidei fieri juxta formam præſcriptam in literis Pii IV. quarum exemplum nunc mittitur, ut ea deinceps ſic præciſe præſtetur.

Profeſſio Fidei emittenda in Synodo Provinciali a Pio IV. præſcripta.

§.5. Seſſ. 1. cap. 2. quod incipit: *Regulares extra ſua Monaſteria*: Ibi: *aut ad ſimplex Beneficium*. Dicatur: *aut ad aliquod Beneficium*

§.6. Seſſio 2. cap. 3. quod incipit: *Baptiſmus Sacramentorum*. Ibi; *ex pacto in ejus collatione* &c. Diſplicuiſſe illa verba *ex pacto*;, quod ſponte datum, ſeu oblatum permittant, & homines ad dandum invitent.

Pœna injungenda Medicis, qui ægrotos non monent, ut Parochum accerſant.

§.7. Seſſ. 2. c. 8. quod incipit: *Quoniam Mahometanorum*. Ibi: *etiam ægrotis graviter laborantibus*. Videbatur injungenda potius pœna, & quidẽ majoris ſummæ Medicis, qui prima vice ab ægrotis vocati eos non admonerent, ut Parochum ad ſe accerſiri jubeant, vel poſtquam admonuiſſent ſecunda vice accedentes, & ſi ægrotos non paruiſſe viderint ad eos nihilominus poſtea reverterentur.

§.8. Seſſ. 2. c. 18. quod incipit: *Presbyteris omnibus*: Ibi: *in excommunicationem latæ ſen-*

ten-

tentiæ. Diſplicuere illa verba *latæ ſententiæ*.

§.9. Seſſ.2.c.22.Quod incipit: *Non probat Sancta Synodus*: Ibi: *poſt hac aquam sanctam*. Diſplicuit hæc innovatio.

§.10. Seſſ.2. cap.25. Quod incipit: *Quamvis Matrimonia, quæ invitis Parentibus*. Tollatur omnino hoc Decretum.

§.11. Seſſ.2. cap.28. Quod incipit: *Jubet Sancta Synodus ne Parochus*. Licet optandum ſit, ut qui contrahunt Matrimonia hæc omnia ſcirent, non poteſt tamen propterea libertas Matrimonii impediri: Iden deleatur totum hoc Decretum, & curent Ordinarii, ut qui ignari ſunt, doceantur.

Matrimonium libertate contrahendum.

§.12. Seſſ.3. cap.4. Quod incipit: *Quoniam Epiſcopi, qui titulares vocantur*: Ibi: *niſi notus fuerit* &c. addatur, *vel miſſus a Sede Apoſtolica*: Ibidem: *In Regnis Hiſpaniæ, aut Inſulis illi adjacentibus progenitus*, tollatur verbum: *progenitus*.

§.13. Seſſ.3. cap.5. Quod incipit: *Eorum vitæ meritum*: Ibi; *Qui non paruerit* &c. uſque ad verſ. *Presbyteros autem*. Tollatur tota hæc Clauſula, quæ pœnam, & mulctam irrogat, & permittatur hæc res in terminis Juris Canonici, & Concilii Tridentini.

§.14. Seſſ.4. cap.2. Quod incipit: *Quoties Parochialis Eccleſia*: Ibi: *Ut per edictum publicum, qui ad eam Parochialem* &c. Declaretur, ut per hæc verba non cenſeatur ablata his, quibus a Concilio Tridentino. ſeſſ.24. cap.18. Data eſt facultas nominandi examinatoribus alios, quos idoneos, aptoſque noverint, ita ut Ordo, & forma in dicto cap.18. præſcripta ſervetur ad unguem.

§.15. Ibid. *Quindecim, vel pauciorum dierum* &c. Viſum eſt tempus nimis breve, ut quod minime auferre poſſit facultatem nominandi, etiam poſt illud tempus his, quibus ex dicto cap.18. competet.

§.16. Ibid. *Quod poterit tunc Ordinarius, pro ſuo arbitrio Eccleſiæ, ut magis expedire viderit, providere*. Deleantur hæc omnia verba, & dicatur. *Poterit tunc is, ad quem Collatio pertinet alicui prævio privato examine providere*.

§.17. Seſſ.4. cap.3. Quod incipit: *Cum ii, qui morum gravitate*: Ibi: *In aliqua ſtudiorum univerſitate, quæ nulla hæreſis ſuſpicione tunc laboraret, arduo præcedenti examine juxta univerſitatis illius ſtatuta*: Deleantor hæc omnia verba. quia non ſunt in decreto Conc. Trid. ſeſſ.24. cap.12.

§.18. Ibid. *Capitulis vero non liceat aliter, quam juxta hujus ſtatuti formam alicujus Archidiaconatus poſſeſſionem admittere*. Deleantur hæc omnia verba.

§.19. Seſſ.4. cap.4. Quod incipit: *Hortatur Sacroſancta Tridentina Synodus*. Hoc totum decretum pro non facto, editove habeatur, ſed Decretum Concilii Tridentini in hac materia editum ſervetur, prout jacet.

§.20. Seſſ.4. cap.8. Quod incipit: *Quoniam Templa, quæ divino*: Ibi: *ultra dies novem*. & Ibid. *intra quos* &c. Servetur in hoc jus commune.

§.21. Seſſ.4. cap.12. Quod incipit: *Statuit Sancta Synodus. Ne a Monaſteriis*: Ibi: *illud etiam prohibet, ne Regulares extra Monaſteria ad ſepeliendos defunctos Crucem deferendo in proceſſione progrediantur*. Tollatur tota hæc clauſula, & ſervetur conſuetudo locorum.

§.22. Seſſ.4. cap.16. Quod incipit: *Cum aliquando accidet*. Totum hoc Decretum tollator.

§.23. Seſſ.4. cap.18. Quod incipit: *Quemadmodum æquum eſt*. Totum hoc Decretum reprehenditur, quia ab his factum, qui faciendi poteſtatem non habuerunt, & Reſervatarii ſatis jure cogi poterunt ad ea ſubeunda onera, ad quæ literæ reſervationum eos obligant.

§.24. Seſſ.4. cap.20. Quod incipit: *Quoniam experimento aliquando*: Ibi: *Si quando conſtiterit Judices delegatos, cujuſcumque dignitatis, ſeu præeminentiæ* &c. Auctores hujus Decreti nimium ſibi arrogarunt: Ideo deleatur totum, cum ſatis etiam jure communi proviſum ſit.

§.25. Seſſ.4. cap.22. Quod incipit: *Antequam profeſſionem*: Ibi: *Dos eodem Concilio* &c. Et Ibi: *Dotem ipſam receperit* &c. Deleantur dictiones dos, & Dotem, & dicatur bona.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 4. Novembis 1567. Pontificatus noſtri Anno II.

Dat. die 4. Novem. 1567 An. II.

VII.

Innovatio literarum Julii III. ſuper donationibus non faciendis a perſonis Eccleſiaſticis Hiſpaniarum, in fraudem Cameræ Apoſtolicæ, & commiſſio Collectori earum partium ſuper illarum executione.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad futurom rei memoriam.

ALias emanarunt a fe: re. Julio Papa III. Prædeceſſore noſtro literæ in forma Brevis tenoris ſubſequentis videlicet Julius Papa III. Ad futuram rei memoriam. Cupientes fraudibus, quæ circa proventus Cameræ noſtræ Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum pro tempore fiunt, debitis remediis occurrere, Motu proprio, & certa ſcientia noſtra omnes, & ſingulas donationes, quas de cetero per Prælatos quarumvis Cathedralium, etiam Metropolitanarum Eccleſiarum Regnorum hujuſmodi fieri contigerit, ſi ipſi Prælati in actu donationum earumdem in infirmitate, & qua poſtmodum decedant. conſtituti fuerint, niſi pro ſervitiis eiſdem impenſis, de quibus alias, quarum ex eorum aſſertione conſtare debeat, & de quantitate, quæ ſervitiorum hujuſmodi equivalentiam non excedat, vel ſi ſani extiterint, niſi realis rerum donatarum illarum, donatariis ſubſequatur traditio, & illarum perpetua dimiſſio, ſervata tamen forma juris, ſi quæ ſervanda fuerit, nullas, irritas, & inanes fore, & eſſe,

Tenor literarũ Julii III.

Prohibentur donationes in fraudem Cameræ Apoſt.

Donatio pro ſervitute, quâ illa non excedat, tantum permittitur.

nullumque per eas ipſis donatariis, in rebus donatis hujuſmodi, etiamſi in pecunia, aut jocalibus, vel ſuppellectili Domus conſiſtant, ſeu ad illas jus acquiri, aut acquiſitum cenſeri poſſe, ſed donationibus hujuſmodi nõ obſtan. res ipſas, ſic ut præfertur donatas, in ſpoliis ipſorum Prælatorum, cum pro tempore decedunt, remanere, & in eis comprehendi, ac tamquam eorum ſpolia ad Camerã prædictam devolvi, & per pro tempore exiſtentem noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis in eiſdem Regnis fructuum, & proventuum eidem Cameræ debitorum Collectorem generalem, & Subcollectores ab eo, pro tempore deputatos exigi, & colligi poſſe, ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, ac quavis tam ordinaria, quam delegata, etiam Apoſtolica auctoritate fungentes perſonas in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, judicari, & definiri debere, ac ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Clauſula ſublata.

Clauſulæ non obſtantibus.

§. 1. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſingularum Eccleſiarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 20. Martii 1554. Pontificatus noſtri Anno V. Jo. Carinen.

Confirmatio Literarũ præfatarum.

§. 2. Volentes autem eaſdem literas Julii Prædeceſſoris hujuſmodi, quas harum ſerie confirmamus, & innovamus, ſic ut par eſt, debitum effectum ſortiri, firmiterque ſervari; Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, moderno, & pro tempore exiſtenti noſtro, ac Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ in dictis Hiſpaniarum Regnis ſpoliorum, ac proventuum, eidem Cameræ in Regnis hujuſmodi debitorum Collectori generali, ejuſque ſubcollectoribus committimus, & mandamus per præſentes, ut literas prædictas ubi, quando, & quoties opus fuerit, ſolemniter publican. faciant eas, & in eis contenta quæcumque ab omnibus ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, inviolabiliter obſervari, ac debitæ executioni demandari.

Præſenti Cõſtitutione executio Collectori, & Subcollectoribus committitur præmiſſarum Literarum.

Pœna in Cõtradictores.

§. 3. Contradictores quoslibet, & rebelles, aut parere recuſantes, per pœnas ſibi viſas, & etiam pecuniarias arbitrio ſuo moderandas, & applican., ac demum per ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita, compeſcendo, cenſuraſque, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, reaggravando, & interdictum Eccleſiaſticum apponendo, invocato, etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§. 4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ idem Julius Prædeceſſor, in ſuis literis hujuſmodi voluit non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 12. Decembris 1567. Pontificatus noſtri Anno II.

Dat. die 12. Decem. 1567. An. II.

VIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Innovatio literarum Julii III. quibus conceſſit tunc Collectori jurium Cameræ Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum facul. percipiendi fructus Eccleſiarum Cathedralium a die vacationis, uſque ad diem proviſionis colligendos.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Tenor Literarũ Julii III.

ALias emanarunt a felic: rec: Julio Papa III. Prædeceſſore noſtro literæ in forma Brevis tenoris ſubſequentis a tergo videlicet, Venerabili Fratri Leonardo Epiſcopo Laodicen: intus vero: Julius Papa III. Venerabilis Frater ſalutem &c. Cupientes Cameræ noſtræ Apoſtol. indemnitati quantum cum Deo poſſumus, conſulere, tibi, qui etiam noſter, & Sedis Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum Nuncius, ac fructuum, & proventuum, aliorumque jurium dictæ Cameræ, in Regnis hujuſmodi, debitorum Collector generalis exiſtis, quamdiu officio Collectoris hujuſmodi fungeris per te, vel alium, ſeu alios, quos ad hoc duxeris deputandos omnia, & ſingula fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta ſingularum Cathedralium, etiam Metropolitanarum Eccleſiarum dictorum Regnorum, ad præſens, & pro tempore quovis modo vacantium, ac quæ ex illis, & earum menſis a die, quo illæ hactenus vacarunt, & eas in poſterum vacare contigerit, uſque ad diem, quo earum ſingulis de Epiſcopo, aut Archiepiſcopo proviſum fuerit, quomodolibet provenerunt, & imposterum provenient, a quibuſcumque illa pro tempore detinentibus percipiendi, exigendi, & levandi, & ad hoc temporalia ipſarum Eccleſiarum durante tempore prædicto, adminiſtrandi, ac idoneos adminiſtratores deputandi, necnon dilectis filiis Capitulis Eccleſiarum earumdem, & quibuſcumque aliis perſonis, ne de fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis prædictis, aut ipſarum Eccleſiarum, quoad temporalia adminiſtratione quomodolibet intromittere, aut aliquos temporalium hujuſmodi, adminiſtratores deputare præſumant, ſub excommunicationis, & aliis ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, etiam privationis omnium, & ſingulorum Beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum, per eorum ſingulos quomodolibet obtentorum inhibendi, eiſque, ut tibi liberam temporalium Eccleſiarum hujuſmodi adminiſtrationem dimittant, ſub eiſdem ſententiis, cenſuris, & pœnis mandandi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, ac tibi in præmiſſis non parentes, cujuſcumque digni-

Facultas percipiendi omnes Eccleſiarum fructus a die obitus earum Paſtorum uſque ad novam ipſarum proviſionem.

Collector Generalis facultatem habet adminiſtrandi temporalia Eccleſiarum, quæ Paſtore careant.

Capitulum in rebus dd. Eccleſiarum ſe ingerere non debent ſub pœna excommunicationis, & aliarum Canonicarum Sanctionum.

Pœna in eos, qui contraire tentaverint.

gnitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ exiſtant, per eaſdem ſententias, cenſuras, & pœnas appellatione poſtpoſita, compeſcendi, ac legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas, etiam iteratis vicibus aggravandi, & ad hoc ſi opus fuerit, auxilium brachii ſæcularis invocandi, plenam, & liberam, Apoſtolica auctoritate, per præſentes concedimus facultatem, & poteſtatem.

Clauſulæ ſpeciales.

§.2. Non obſtantibus fe. rec. Bonifacii Papæ VIII. de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium non trahatur, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſingularum Eccleſiarum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, contrariis quibuſcumque.

§.3. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 20. Martii 1554. Pontificatus noſtri Anno V. Jo. Larinen.

Innovatio dictarum Literarum.

§.4. Cupientes autem, Nos quoque Cameræ noſtræ Apoſtolicæ indemnitati, prout noſtro paſtorali incumbit officio, opportune providere, eaſdem Julii Prædeceſſoris literas harum ſerie innovantes, ejuſque veſtigiis inherentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, dilecto filio Bartholomæo Buſotto Theſaurario, ac in dictis Hiſpaniarum Regnis ſpoliorum, proventuum, & aliorum jurium dictæ Cameræ debitorum Collectori generali noſtro ejuſque ſubcollectoribus nunc, & pro tempore exiſten. Apoſtolica auctoritate tenore præſentium committimus, & mandamus, ut juxta earumdem literarum Julii Prædeceſſoris formam, & tenorem in recuperandis, & exigendis fructibus, redditibus, & proventibus ad dictam Cameram pertinentibus, & in eiſdem Julii literis expreſſis, in omnibus, & per omnia procedant, & in eis contenta exequantur perinde ac ſi, illæ a Nobis emanaſſent, ac ſibi directæ fuiſſent. Nos enim Collectori, & Subcollectoribus prædictis plenam, & liberam, ac eamdemmet prorſus, quæ in dictis Julii Prædeceſſoris literis continetur, ſuper præmiſſis facultatem, & poteſtatem, per præſentes concedimus pariter, & impartimur.

Earum executio committitur Collectori Generali.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ idem Julius Prædeceſſor in ſuis literis hujuſmodi, voluit non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 12. Decem. 1567. An. II.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 12. Decembris 1567. Pont. noſtri Anno II.

IX.

Confirmatio concordiæ initæ inter Epiſcopos Provinciæ Toletanæ, & declarationum factarum a Nuncio Hiſpaniarum ſuper Decretis Synodi ejuſdem Provinciæ Toletanæ.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

EX ſolita Sedis Apoſtolicæ clementia ad ea libenter intendimus, per quæ inter Prælatos Eccleſiaſticos, & illorum Eccleſiarum Capitula, ac alias perſonas Eccleſiaſticas paci, & quieti opportune conſulitur, ac iis, quæ propterea facta fuiſſe dicuntur, ut firma perpetuo, & illibata perſiſtant, favorabiliter cum a Nobis petitur, Apoſtolici adiicimus muniminis firmitatem.

Cauſa, quæ movit præſentem Conſtitutionē edidit.

§.1. Cum itaque ſicut exhibita Nobis nuper pro parte Venerabilium Fratrum Epiſcopi Corduben. Præſidentis, & aliorum Epiſcoporum, & dilectorum filiorum Capitulorum Eccleſiarum Provinciæ Toletan. petitio continebat, Capitula Eccleſiarum Cathedralium Provinciæ Toletan. prætenderent gravari ex nonnullis Decretis factis in Concilio Provinciali Toletan., ac ſuper hoc contentio, & diſcordia inter ipſa Capitula, & eorum Præſidentem, & eorum Epiſcopos ortæ eſſent, Venerabilis Frater Archiepiſcopus Roſſanen. noſter, & Apoſtolicæ Sedis in Regnis Hiſpaniarum Nuncius ad diſcordias hujuſmodi ſedandas, & ut inter Prælatos Eccleſiarum, & Capitula hujuſmodi pax, & unio vigeret, Epiſcopos, & Capitulares perſonas ſuper Decretis Concilii Provincialis Toletan. juxta formam, & tenorem Capitulorum infra ſcriptorum ſub noſtro, & dictæ Sedis beneplacito ad concordiam reduxerit, quæ inviolabiliter, & abſque aliquo diſcrimine facti per Prælatos, & Capitula hujuſmodi acceptata fuit.

Concordia inter præfata Capitula opera Nuncii Hiſpaniarum inita.

Præfatæ concordiæ momenta & qualitates.

§.2. Primo videlicet, quod in quolibet Decreto, in quo de punitione, & pœna contra aliquem ex Capitularibus agitur in Eccleſiis, in quibus Capitula exemptionem habere ſunt ſolita, intelligeretur juxta diſpoſitionem, & modum Concilii Tridentini Cap. VI. Seſſ. 25.

II. Item quod in omnibus, etiam Decretis, in quibus imponitur pœna ſub judicio peccati, & reſtitutionis in foro Conſcientiæ, dicta pœna videatur valde periculoſa, & quodam modo novum laqueum iniicere animabus, & propterea remittantur hæc ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum, qui vel tollere, vel ſuſpendere dignabitur dictam pœnam, quo ad Judicium animæ.

III. Item tertia Actione d. Conc. Cap. 1. de Archivio declaretur, quod in iis Eccleſiis, ubi plures Claves haberi ſolent, vel alia conſuetudo viget, quæ ſecuritati, & cuſtodiæ ſcripturarum opportuna ſit, prout dicitur eſſe in Eccleſia Corduben. ſervetur dicta conſuetudo.

IV. Item in eodem quia duo præſupponuntur Archivia, alterum ſcripturarum

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopi, in aliquo Monaſterio ſituandum, alterum ſcripturarum Capituli in Eccleſia Cathedrali exiſtens declaretur, ut quando ſcriptura communis eſt, id eſt pertinens, tam ad Epiſcopum, quam ad Capitulum, habeatur in altero ex Archiviis originale, in altero copia autheotica, quæ ſit ejuſdem fidei, & auctoritatis.

V. Item Decretum ſextum de Communione approbandum eſt, ut optimum, pœna autem, & publica objurgatio ſuſpendenda eſt, uſquequo per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum maturius ſuper hoc deliberabitur, & diſponetur.

VI. Item ſeptimo, quod pœna ſit ammiſſionis illius horæ, in qua peccatur, ut inſra in decimo, & ubi dicitur, ut abſtineant a muſitationibus, quia verbum illud videtur ambiguum, & incertum, intelligatur de colloquiis, & ratiocinationibus, prout infra in octavo.

VII. Item in nono, quod ſuſpendatur illud quod qui non poteſt die ſibi aſſignato celebrare, teneatur allegare cauſam, quæ fortaſſe erit occulta, & non publicanda, & tantominus illam probare, ſed ſufficiat in genere ſe excuſare, & alium ſui gradus, & ordinis ſuo loco ſubſtituere, ſed ſi quis in hoc minus contumax exiſteret, ita ut multo tempore oon celebraret animadvertat Epiſcopus.

VII. Item in decimo capite declarandom eſt, quod colloquentes in Choro amittant diſtributionem illius horæ, in qua peccarunt, ut ſupra in ſeptimo.

IX. Item in duodecimo Capitulo, ubi dicitur quod bis tantum in hebdomada fiat Capitulum, non ita amare intelligatur, ut excludatur caſus neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ.

X. Item in vigeſimo tertio Capitulo, ubi datur modus concedendi licentiam iis, qui ſtudere debent, quamvis ibi loquatur ſolum de Ordinario, intelligatur, etiam de Capitulo, vel de quovis alio, ad quem de Jure, vel præſcripta conſuetudine forte ſpectat hujuſmodi licentias concedere, ut omnes non aliter concedant, quam modo, & forma hoc decreto præſcripta, prout præmiſſa omnia in dicta Concordia, ſeu declarationibus dicitur plenius contineri.

Confirmatio præfatæ concordiæ.

§.3. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, Præſidens, Epiſcopi prædicti cupiant concordiam, & declarationes hujuſmodi pro illorum ſubſiſtentia firmiori noſtro, & dictæ Sedis munimine roborari, ſupplicari Nobis fecerunt humiliter, quatenus declarationes hujuſmodi Apoſtolica auctoritate confirmare, & nonnulla alia declarare, aliaſque eis in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur inter fideles quoslibet præſertim perſonas Eccleſiaſticas pacem, & concordiam vigere ſincèris effectibus eaoptantes Epiſcopos, & Capitula hujuſmodi, ac eorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionia, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclioati, concordiam, & declarationes prædictas, nec noo omnia, & ſingula in eis contenta quæcumque Apoſtolica auctoritate prædicta per præſentes confirmamus: Declarantes tamen, ut per illa Decreta, in quibus imponitur pœna ſub judicio peccati, non cenſeatur inducta nova obligatio peccati, pœna tamen reſtitutionis in foro conſcientię firma maneat, eo tamen modo, & in iis, in quibus ante præfatum Concilium dictæ pœnæ locus erat. Rurſus in Decreto ſexto actionis tertiæ pœna illa publicæ objurgationis deleatur.

Impoſita pœna peccati in enunciato decreto quomodo intelligenda.

§.4. Sicque dictis concordiæ, & declarationibus noſtræ approbationis, & perpetuæ firmitatis robur adiicimus eaſque validaa, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, ac per Epiſcopos, & Capitula prædictos, ac eorum ſingulos, illorumque ſucceſſores perpetuo inviolabiliter, & firmiter obſervari debere, illoſque ullo unquam tempore ab illis reſilire, aut reclamari non poſſe, ſed ad omnium, & ſingulorum præmiſſorum veram obſervantiam teneri, & efficaciter obligatos exiſtere, & ad id ſententiis, & cenſuris Eccleſiaſticis, ac etiam pecuniariis pœnis cogi, & compelli poſſe.

Pœna in eos, qui recedere a concordia tentaverint.

§.5. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, ac etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & interpretari debere, irritum quoque, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, omneſque, & ſingulos Juris, & facti defectus, ſi qui forſan iotervenerint in eiſdem, ſupplemus.

Clauſulæ.

§.6. Non obſtantibus Apoſtolicis, nec non in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, ac dictarum Eccleſiarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Eccleſiis, illarumque Epiſcopis, & Capitulis, ac quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis conceſſis, & approbatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis. Quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indolto hujuſmodi mentionem.

Derogatio contrariorum

§.7. Ceterum quia difficile foret eaſdem præſentes &c.

Tranſumptorum fides.

Datum

Digitized by Google

Dat. die 27. Decemb. 1567. An. II.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 27. Decembris 1567. Pontificatus noſtri Anno II.

X.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Declaratio ſuper fructibus, & cenſibus, ac aliis rebus non exactis per Eccleſiaſticos Regni Neapolitani tempore eorum obitus, ut habeantur inter ſpolia, & ſimiliter relicta per quoſcumque Clericos Beneficia Eccleſiaſtica ultra valorem triginta ducatorum obtinentes.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

Romani Pontificis cura, & diligentia circumſpecta, ad ea libenter intendit, per quæ ſuæ declarationis adminiculo dubia de medio tollantur, ſimulque Cameræ Apoſtolicæ indemnitati opportune provideatur.

Cauſa Conſtitutionis.

§. 1. Cum itaque ſicut accepimus, ſæpe contingat, ut nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Rectores, & alii Clerici Regni Neapolitani, Beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, fructus, cenſus, & grans ab eis pro ſemine data, & ſeminata tempore eorum obitus relinquant, quæ quidem prout cetera ſpolia ad Nos, & Cameram prædictam ſpectare, & devoluta eſſe dignoſcuntur. Nos ne ab aliquibus hoc indubium trahi poſſit, neve ipſa Camera ſuper jurium ſuorum perceptione ullo pacto lædatur, aut quavis de cauſa defraudetur, opportunum remedium mature adhibere volentes.

Quæ inter ſpolia ad Cameram Apoſtolicam ſpectantia enumeranda ſint.

§. 2. Motu proprio, & ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtris, quod omnia, & ſingula fructus, cenſus, & grana pro ſemine data, ac ſeminata prædicta per quoſcumque Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Rectores, & Clericos prædictos tempore ipſorum obitus quomodolibet relicta, quæ ab illis viventibus exacta, vel collecta, aut in propria horrea conducta non fuerint pro rata ſeminis hujuſmodi dumtaxat, & pariter bona, res, & alia quæcumque per obitum quorumvis Clericorum ejuſdem Regni beneficia Eccleſiaſtica hujuſmodi cujuſvis ſummæ, & quantitatis valoris exiſtentia ultra triginta ducatorum auri de Camera obtinentium dimiſſa, ad Nos, & dictam Cameram, ut ſpolia ſpectare, & devoluta fore, & eſſe, & inter ea comprehendi debere, ac tamquam reliqua ſpolia per ejuſdem Cameræ Collectores a quibuſvis eorum detentoribus, & occupatoribus libere exigi, levari, & recuperari.

Bona Clericorum, qui Beneficia Eccleſiaſtica ultra 30. ducatos obtineant, ad Cam. Ap. ſpolia pertinebunt.

Collectores ſuper præmiſſis moleſtiam non poſſint ab ulli recipere.

§. 3. Ipſoſque Collectores a quopiam quocumque prætextu, aut quæſito colore, quo minus illa exigere valeant deſuper impediri, aut moleſtari minime poſſe.

Clauſulæ.

§. 4. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, decernimus, & declaramus.

Obſtantium derogatio.

§. 5. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac literis Apoſtolicis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac forſan etiam per Nos ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis quomodolibet in contrarium factis, & editis. Quibus omnibus eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 8. Januar. 1568. An. II.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 8. Januarii 1568. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

XI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Ut Nuncius Regni Neapolitani inhibeat ordinariis dicti Regni, ne ſe ingerant in Beneficiis quovis modo reſervatis Sedi Apoſtolicæ pro tempore vacantibus.

Dilecto Filio Magiſtro Paulo Notario, & utriuſque Signaturæ Noſtræ Referendario in Regno Neapolis Nuncio Noſtro.

PIUS PAPA QUINTUS

Dilecte Fili ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Prooemium.

Nuper per alias noſtras in forma Brevis literas Tibi mandavimus, ut poſſeſſionem quorumcumque Beneficiorum in iſto Regno Neapolitan. pro tempore vacantium, ac diſpoſitioni noſtræ Apoſtolicæ quomodolibet reſervatorum, ſeu affectorum noſtro, & Cameræ Apoſtolicæ nomine una cum illorum fructibus univerſis caperes, & conſervares, conſignan. poſtea illis, qui literas proviſionis noſtræ Tibi exhiberent, expeditas, prout in dictis literis plenius continetur.

§. 1. Volentes autem per amplius providere ne aliqua impedimenta ſuper præmiſſis Tibi afferri poſſint, quominus libere poſſeſſionem eorumdem Beneficiorum, ut præfertur, diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatorum, vel affectorum aſſequi valeas, volumus, ac Tibi per præſentes mandamus, ut quoſcumque Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios quoslibet Inferiores Collatores Ordinarios quocumque nomine nuncupatos in dicto Regno conſiſtentes auctoritate noſtra ſub pœnis in Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ deſuper editis, contentis, & aliis etiam pecuniariis Tibi benevisſis, & arbitrio tuo declarandis, & applicandis moneas, eiſque diſtricte mandes, & inhibeas, ut a conferendis Beneficiis hujuſmodi tam ratione vacationis illorum in menſibus Apoſtolicis, quod alias ex quavis cauſa ſpecialiter, vel generaliter quomodolibet reſervatis, vel affectis nunc, & pro tempore in eorum reſpective Civitatibus, & Dioeceſi-

Inhibitio conferendi Beneficia Apoſtolicæ Sedi reſervata.

Pœna contra eos, qui inobedientes fuerint.

Digitized by Google

ceſſibus vacantibus penitus, & omnino abſtineant, nec in illis tam circa eorum collationem, quam alias quovis prætextu, aut quæſito colore ſe ullatenus ingerere, aut intromittere audeant, vel præſumant.

Quid agendũ contra inobedientes.

§.2. Quod ſi ſecus facere auſi fuerint, monitionibuſque, & mandatis tuis immo verius noſtris parere temere neglexerint, ſtatim ad executionem realem, & actualem pœnarum hujuſmodi contra eoſdem Ordinarios, & eorum quemlibet contra facientem, necnon ab eis proviſos per omnia opportuna Juris, & facti remedia procedere diligenter, omnemque operam, & ſolicitudinem adhibeas, ut inobedientes, & contumaces per exemplarem a te contra eos faciendam animadverſionem a ſimilibus abſtinere diſcant. Quod ut faciliusexequi valeas, brachii quoque ſæcularis auxilium, ſi opus fuerit, ad hoc invocare curabis, ſuper quibus omnibus, & ſingulis tibi plenam, liberam & omnimodam per eaſdem præſentes facultatem concedimus, & poteſtatem.

Obſtantium derogatio.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis ſtatutiſque, & conſuetudinibus, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & ſæpius innovatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§.4. Volumus autem quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis &c.

Dat. die 14. Januar. 1568. An. II.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 14. Januarii 1568. Pontificatus noſtri Anno II.

XII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Mandatur Nuncio Venetiarum, ut in omnibus Eccleſiis Cathedralibus ejuſdem Dominii, in quibus adhuc nullum ſtipendium lectioni Theologali deputatum eſt, Præbendam primo vacaturam ad hunc uſum applicet.

Venerabili Fratri Epiſcopo Neocaſtren., apud Dominium Venetorum noſtro, & Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

PIUS PAPA QUINTUS

Venerabilis Frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Mandatum erigendi, & inſtituẽdi Præbendam Theologalem in Cathedralibus.

§.1. CUpientes pro noſtri paſtoralis officii cura, ut Sacri Concilii Tridentini Decreta ab omnibus, ſic ut par eſt obſerventur, eaque debitæ executioni demandentur, idcirco auctoritate Apoſtolica tenore præſentium Tibi mandamus, ut in omnibus Eccleſiis Patriarchalibus, Metropolitanis, & Cathedralibus iſtius incliti Dominii, in quibus Præbenda, ſeu aliud quovis nomine nuncupatum ſtipendium pro lectoribus Sacræ Theologiæ hactenus deputatum non reperitur, Præbendam quomodocumque præterquam ex cauſa reſignationis in manibus noſtris acta primo vacaturam, cui aliud onus incompatibile injunctum non ſit, ad ipſum lectionis Sacræ Theologiæ uſum pro uno lectore perpetuo auctoritate noſtra applices, conſtituas, ac deputes, applicatamque, conſtitutam, & deputatam in perpetuum fore, & eſſe decernas, & declares, ita tamen, quod ſi poſt publicationem ipſius Concilii aliqui Ordinarii, vel Capitula Præbendam in ſuis menſibus tunc vacantem, & ad eorum collationem, vel aliam quamcumque diſpoſitionem communiter, vel diviſim pertinentem ad lectiones Sacræ Scripturæ uſum hujuſmodi hactenus non applicaverint, vel deſtinaverint, ſed aliis contulerint, primo vacatura Præbenda ea eſſe cenſeatur, & intelligatur, quæ ad eorumdem Ordinariorum, vel Capitulorum, ut præfertur, collationem ſpectare, non autem noſtræ Apoſtolicæ Sedis diſpoſitioni reſervatam eſſe contigerit: Si vero ipſi Ordinarii Præbendam aliquam poſt dicti Concilii publicationem cuipiam non contulerint, tunc Præbendam primo vacaturam, vel diſpoſitioni noſtræ reſervatam, vel ad collationem dictorum Ordinariorum, & Capitulorum ſpectantem ad ipſius lectionis Sacræ Theologiæ uſum pro eodem lectore per te, ut præfertur, applicari volumus, & mandamus.

Pœnæ in eos, qui obedire recuſaverant.

§.2. Et propterea Tibi commiſimus, ut dictis Ordinariis, & Capitulis, & eorum cuilibet, etiam ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac ſuſpenſionis a Divinis, aliiſque etiam pecuniariis arbitrio tuo imponendis, & declarandis pœnis ne ſe quovis prætextu aut quæſito colore in Præbenda primo vacatura prædicta ullatenus intromittere, aut de illa contra præſentium tenorem diſponere quoquomodo audeant, vel præſumant, eadem auctoritate noſtra inhibeas, atque interdicas.

Irritum eſſe decernit ſi quid contra factum fuerit.

§.3. Nos enim irritum eſſe decernimus, & inane quidquid ſecus ſuper his a prædictis, quam quocumque alio quavis auctoritate fungente ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Tibique ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis plenam, & liberam per eaſdem præſentes facultatem concedimus, & poteſtatem.

Clauſulæ.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſvis Eccleſiarum ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis: Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis illis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum

Dat. die 5. Martii 1568, An. III.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 5. Martii 1568. Pontificatus noſtri Anno III.

XIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Mandatum Nuncio Hiſpaniarum, ut Præmoſtratenſes ſecundum obſervantiam eorum Regulæ reſormandos eſſe declaret, non autem ſecundum Regulam Fratrum Sancti Hieronymi, quos a directione, & juriſdictione in illos penitus extraneos eſſe decernit.

Venerabili fratri Joanni Baptiſtæ Archiepiſcopo Roſſanen noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Regnis Hiſpaniarum Nuncio.

PIUS PAPA QUINTUS

Venerabilis frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cauſa reformationis.

NUper cum accepiſſemus eſſe in Regnis Hiſpaniarnm, quædam Monaſteria Ordinis Præmonſtraten. ſub Regula Sancti Auguſtini, quorum fratres valde diſſolute vivere, & non parva, tam in capite, quam in membris ſuper eorum vivendi modo reformatione indigere dignoſcebantur, quodque in dicto Ordine nullum Monaſterium de obſervantia reperiebatur, voluimus, ac mandavimus per alias noſtras in ſorma Brevis literas, quod dicti Fratres Præmonſtraten. ad obſervantiam Fratrum S. Hieronymi de obſervantia in eiſdem Hiſpaniarum Regnis conſiſtentium pariter ſub dicta Regula Sancti Auguſtini militantium per Venerabiles Fratres Archiepiſcopos, & Epiſcopos in quorum Civitatibus, & Dioeceſibus Monaſteria Ordinis Præmonſtraten., hujuſmodi eſſe contingeret, eorumque Vicarios, & officiales adhibitis ſecum duobus probis, & idoneis Religionis ipſius Ordinis S. Hieronymi de obſervantia reducerentur, prout in dictis literis plenius continetur.

Declarat ſenſum præcedentium ſuarum literarũ, quas enũciat.

§.2. Cum autem mentis, & intentionis, ac voluntatis noſtræ ſemper fuerit, & ſit, quod dicti Fratres Præmonſtraten. debite reſormentur, & ad regularem ſui Ordinis obſervantiam non autem S. Hieronymi de obſervantia hujuſmodi, nt ſupra expreſſum eſt, per eoſdem Fratres S. Hieronymi redncantur, ad aureſque noſtras non ſine moleſtia noſtra pervenerit, quod dicti Fratres S. Hieronymi ſub prætextu reduceodi eoſdem Fratres Præmonſtraten. ad obſervantiam, ſe in Monaſteriis Præmonſtraten. hujuſmodi intrudere auſi fuerunt, & ſibi ab eis obedientiam præſtari facere, & illa cum eorum bonis ſuæ Religioni incorporari intendant, illoſque habitum S. Hieronymi ſuſcipere volunt, quæ propterea, quod a nonnullis Fratribus Præmonſtraten. recuſata fuerunt, licet, nt ab eis reformentur, contenti exiſtant, eos in teterrimos Carceres conjecerunt, & eorum bona occuparunt, & nſurparunt: quidam autem Fratres Præmonſtraten. perterre facti iis, quæ ab ipſis Fratribus S. Hieronymi mandata ſunt, acquieſcere coacti fuerunt.

§.3. Quare Nos volentes juxta mentem, & intentionem, & voluntatem noſtram, prædictam in præmiſſis quamprimum opportune providere, Tibi per præſentes in virtute ſanctæ obedientiæ committimus, & mandamus, quatenus ſtatim eiſdem locorum Ordinariis, eorumque Vicariis, & Officialibus, ac Fratribus S. Hieronymi ad hoc adhibitis, auctoritate noſtra mandes, ac diſtricte præcipias, ut ſolummodo eoſdem Fratres Præmonſtraten., eorumque Monaſteria, tam in capite, quam in membris viſitent, reforment, corrigant, & emendent, ac ad Regularem obſervantiam ſui Ordinis Præmonſtraten. non autem S. Hieronymi prædicti realiter, & cum effectu reducant, atque reponant, delinquentes repertos juxta Canonicas ſanctiones, & Regularia eorum Inſtituta puniant; quos vero incorregibiles eſſe repererint, ſub fida cuſtodia teneri curent, & de omnibus Nos diligenter certiores faciant, ut quid deſuper agendum fuerit, vobis ſignificari poſſimus.

Reformatio Præmõſtratenſium juxta Regulæ obſervantiam S. Auguſtini non autẽ juxta obſervantiã Fratrũ Sancti Hieronymi.

§.4. In ceteris vero, quæ ad Monaſteria, & Fratres Præmonſtraten. hujuſmodi pertinent, ſe nullatenus intromittere audeant, ſed illos in ſuo Ordine, & habitu Præmonſtraten. ſuorumque Superiorum obedientia ſub regulari obſervantia vivere permittant, nec Generalis, & Fratres dicti S. Hieronymi ſe in dictis Monaſteriis Præmonſtraten. quovis prætextu, aut quæſito colore intrudere, neque eorum bona quoquomodo occupare, aut ſibi uſurpare præſumant, pariterque Carceratos prædictos ſtatim relaxent, & ſi quid forſan contra mentem, intentionem, ac voluntatem noſtram hujuſmodi a ſupradictis factum, attentatum, & innovatum hactenus fuerit, id omne in priſtinum, & eum, in quo antea erat, ſtatum, præterquam, quoad ea quæ reformationem ipſam, ut præfertur, concernunt, realiter, & cum effectu, ſine ulla mora, aut dilatione reſtitui cures, & facias, ceteraque geras, & exequaris, quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna.

Quod Fratres S. Hieronymi nullimode in iis, quæ ad Præmonſtratenſes pertinent, ingerere ſe debeant.

§.5. Nos enim hoc noſtræ firmæ, & incommutabilis mentis, & voluntatis fuiſſe, eſſe, & fore harum ſerie decernimus, & declaramus, Tibique contradictores quoſlibet, & rebelles, ac in præmiſſis tibi parere recuſantes, ſeu differentes, ſi Archiepiſcopi, & Epiſcopi fuerint, ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac ſuſpenſionis a divinis, inferiores vero per pœnas Tibi viſas, & etiam ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione quacumque poſtpoſita, & remota, compeſcendi, cenſuraſque, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravandi, interdictumque Eccleſiaſticum in locis, in quibus ſibi expedire videbitur, apponendi, brachii quoque ſæcularis auxilium ad hoc, ſi opus fuerit, invocandi, aliaque ad præmiſſorum executionem ſpectantia faciendi, agendi, mandandi, & exequendi plenam, libe-

Pœna in contradictores.

ram, & omnimodam facultatem, auctoritatem, & poteſtatem per eaſdem præſentes concedimus, & impartimor.

Clauſulæ.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis literis, & inde ſecutis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non omnibus illis, quæ io eiſdem literis voluimus non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Seu ſi Archiepiſcopis, Epiſcopis, vel Fratribus S. Hieronymi prædictis, aut quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 18. Martii 1568. An. III.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 18. Martii 1568. Pontificatus noſtri Anno III.

XIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Monaſteria Monialium Fratribus Conventualibus ſubjectarum, perpetuo eximuntur ab eorum Fratrum ſuperioritate, & ſubiiciuntur Ordinariis locorum.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. CUm, ſicut accepimus diverſa Monialium Monaſteria curæ, & regimini dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum Conventualium S. Franciſci ſubjecta eſſe reperiantur. Nos volentes pro noſtri Paſtoralis officii ſollicitudine eoſdem Fratres, ut commodius, & liberius ſacrarum literarum ſtudiis incumbere valeant, ab onere, & impedimento gubernii Monialium hujuſmodi liberos eſſe.

Fratres Conventuales à Monialiũ cura & directione liberos ubique eſſe decernit.

§.2. Motu proprio, & ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Fratres Conventuales prædictos ubicumque exiſtentes ab omni cura, gubernio, regimine, & adminiſtratione quorumcumque Monaſteriorum Monialium, ſeu Bighinarum, aut Biſocherarum, vel alias quomodocumque nuncupatarum, cujuſque Ordinis exiſtant, clauſtraliter viventium eis quomodolibet commiſſorum, & per eos hactenus regi, & gubernari ſolitorum, ex nunc in perpetuum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium penitus abſolvimus, ac totaliter liberamus, eoſque ab hujuſmodi onere abſolutos, liberos, & immunes fore, & eſſe, nec deinceps in illis quovis prætextu, aut quæſito colore, ſe ullatenus intromittere poſſe, neque debere decernimus, ac ipſorum Monaſteriorum Monialium curam, & gubernium eiſdem Fratribus de cetero omnino interdicimus.

Monialium præfatarũ Monaſteria Ordinariis locorũ ſubjecta eſſe, donec a Sede Apoſt. aliter decretum fuerit.

§.3. Ne autem ipſa Monialium Monaſteria propterea in ſpiritualibus, aut temporalibus detrimentum aliquod patiantur, noſtræ providentiæ diligentia opportune proſpicere cupientes, eadem Monialiom Monaſteria omnia, & ſingula locorum Ordinariis, in quorum Civitatibus, aut Diœceſibus reſpective conſiſtunt, per eos feliciter regenda, & proſpere dirigenda auctoritate, & tenore prædictis Motu ſimili ſubiicimus, atque ſupponimus, eaque ab ipſis Ordinariis regi, & gubernari debere volumus, ac mandamus. Et ut id prompte, libenterque ſuſcipiant, & exequantur, eis in virtute Sanctæ obedientiæ jubemus, curamque Monaſteriorum hujuſmodi bene, ac diligenter gerere, ac exercere, donec aliter per Nos, ſeu Succeſſores noſtros Romanos Pontifices deſuper fuerit ordinatum, diſtricte præcipimus.

Pœna in contradictores.

§.4. Mandantes eiſdem Ordinariis, ut contradictores quoslibet, & rebelles, præſentibuſque noſtris parere recuſantes, ſeu differentes, etiamſi dicti Fratres fuerint, per pœnas ſibi benevisas, etiam pecuniarias, ac demum per excommunicationis, & alias ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas, ceteraque opportuna Juris, & facti remedia omni, & quacumque appellatione poſtpoſita, ac prorſus remota auctoritate noſtra comprimant, & compeſcant, eoſque ad parendum, & cum effectu ſtatim obediendum præſentibus literis cogant, & compellant, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis: ſuper quibus dictis ordinariis plenam, & liberam harom ſerie facultatem coocedimus, & poteſtatem.

Clauſulæ.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibos Apoſtolicis, necnon Monaſteriorum, & Ordinum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mari Magno, Bulla aurea, ſeo Concordia, aut alias nuocupatis, & cum quibuſvis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, irritaotibuſque, & aliis decretis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & ſæpius innovatis. Quibus omnibus etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & iodividua mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata insererentur præſentibus, illis pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi Fratribus vel Monialibus prædictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod ioterdici, ſuſpeodi, vel excommuoicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides tranſumptorum.

§.6. Volumus inſuper quod præſentium tranſumptis &c.

Præcipuum mandatum ſignificandi Cõſtitutionem.

§.7. Quodque eædem præſentes per aliquem Notarium publicum, vel unum ex Curſoribus noſtris in generali dictorum Fratrum Capitulo, quod nunc in Alma Urbe noſtra celebratur ..... omnes, & ſingulos arctent, perinde ac ſi omnibus, & ſingulis, quos

Digitized by Google

quos concernunt, perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Dat. die 3. Junii 1568. An. III.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die tertia Junii milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo Pontificatus noſtri Anno III.

XV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Exemptio omnium Monialium a Regimine & cura Fratrum Humiliatorum in perpetuum, & ſubiiciuntur Ordinariis locorum.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. CUM ſicut accepimus diverſa Monialium Monaſteria curæ, & regimini dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Humiliatorum ſubiecta eſſe reperiantur. Nos volentes pro Noſtri Paſtoralis Officii ſollicitudine eoſdem Fratres, ut commodius, & liberius Divinis Officiis, Sacrarumque literarum ſtudiis incumbere valeant, ab onere, & impedimento gubernii Monialium hujuſmodi liberos eſſe, Motu proprio, & ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Fratres Ordinis Humiliatorum hujuſmodi ubicumque exiſtentes ab omni cura, gubernio, regimine, & administratione quorumcumque Monaſteriorum Monialium cujuſcumque Ordinis exiſtentium clauſtraliter viventium eis quomodolibet commiſſorum, & per eos hactenus regi, & gubernari ſolitorum ex nunc in perpetuum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium penitus abſolvimus, ac totaliter liberamus, eoſque ab hujuſmodi onere abſolutos, liberos, & immunes fore, & eſſe, nec deinceps in illis quovis prætextu, aut quæſito colore ſe ullatenus intromittere poſſe, neque debere decernimus, ac ipſorum Monaſteriorum Monialium curam, & gubernium eiſdem Fratribus de cetero omnino interdicimus.

Moniales a cura, & gubernio Fratrũ Humiliatorũ ſecernit.

Eadem Ordinariis locorũ ſubmittit.

§.2. Ne autem ipſa Monialium Monaſteria propterea in Spiritualibus aut temporalibus detrimentum aliquod patiantur, noſtræ Providentiæ diligentia opportune proſpicere cupientes, eadem Monialium Monaſteria omnia, & ſingula locorum Ordinariis, in quorum Civitatibus, aut Diœceſibus reſpective conſiſtunt, per eos fælicíter regenda, auctoritate, & tenore prædictis, Motu ſimili ſubiicimus, atque ſupponimus, eaque ab ipſis Ordinariis in perpetuum regi & gubernari, illiſque de idoneis Confeſſoribus provideri debere volumus, ac mandamus. Et ut id prompte libenter ſuſcipiant, & exequantur, eis in virtute Sanctæ Obedientiæ jubemus, curamque Monaſteriorum hujuſmodi bene, ac diligenter gerere, & exercere diſtricte præcipimus.

Pœna in contrafacientes.

§.3. Mandantes eiſdem Ordinariis, ut Contradictores quoslibet, & rebelles, præſentibuſque Noſtris literis parere recuſantes, ſeu differentes, etiamſi dicti Fratres fuerint, per pœnas ſibi beneviſas, etiam pecuniarias, ac demum per Excommunicationis, & alias ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas, ceteraque opportuna Juris, & facti remedia omni, & quacumque appellatione poſtpoſita, ac prorſus remota, auctoritate noſtra comprimant, & compellant, eoſque ad parendum, & cum effectu ſtatim obediendum præſentibus literis cogant, & compellant, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Facultas ad præmiſſa Ordinariis locorum conceſſa. Clauſulæ.

§.4. Super quibus dictis Ordinariis plenam, & liberam, harum ſerie facultatem concedimus, & poteſtatem.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Monaſteriorum, & Ordinum hujuſmodi, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam cum quibuſvis clauſulis derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque & aliis decretis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & ſæpius innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omnino, & forma in illis tradita obſervata infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi Fratribus, vel Monialibus prædictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fidem tranſumptis addit.

§.6. Volumus inſuper, quod præſentium tranſumptis &c.

Dat. die 23. Julii 1568. An. III.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 23. Julii milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, Pontificatus noſtri Anno III.

XVI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Concordiæ inter Archiepiſcopum Compoſtellan., & ſuos ſuffraganeos, eorumque Capitula.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

EX ſolita Sedis Apoſtolicæ clementia, ad ea libenter intendimus, per quæ inter Prælatos Eccleſiaſticos, & illorum Eccleſiarum Capitula, ac alias perſonas Eccleſiaſticas paci, & quieti opportune conſulitur, ac iis, quæ propterea facta fuiſſe dicuntur, ut firma perpetua, & illibata perſiſtant, favorabiliter, cum a Nobis petitur, Apoſtolici adiicimus muniminis firmitatem.

§.1. Cum itaque, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte Venerabilium fratrum Archiepiſcopi Compoſtellan, Metropolitani,

& aliorum Coepiſcoporum ſuorum, & dilectorum filiorum Capitulorum Eccleſiarum Provinciæ Compoſtellanæ petitio continebat, ipſa Capitula prætenderent gravari, ex nonnullis Decretis factis in Concilio Provinciali Compoſtellan., ac ſuper hoc contentio, & diſcordia inter ipſa Capitula, & eorum Metropolitanum, & Coepiſcopos ortæ eſſent, Venerabilis Frater Archiepiſcopus Roſſanen. noſter, & ejuſdem Sedis in Hiſpaniis Nuncius, ad diſcordias hujuſmodi ſedandas, ut inter Prælatos Eccleſiarum, earumque Capitula hujuſmodi pax, & unio vigeret, Metropolitanum, & Epiſcopos, & Capitulares perſonas ſuper Decretis Concilii Provincialis hujuſmodi, juxta formam, & tenorem Capitulorum infraſcriptorum ſub noſtro, & dictæ Sedis beneplacito, ad concordiam reduxerint, quæ amicabiliter, & abſque aliquo diſcrimine facti, per prædictos Prælatos, & Capitula hujuſmodi acceptata fuit, quorum Capitulorum tenor ſequitur, videlicet;

Concordia inita inter Archiepiſcopum Cōpoſtellan., ſuoſque Suffraganeos opera Nuncii Hiſpaniarum.

§.2. I. Primo, quod in quolibet Decreto in quo de punitione, & pœna contra aliquem ex capitularibus agitur, in Eccleſiis, in quibus Capitula exemptionem habere ſolita ſunt, intelligeretur juxta diſpoſitionem, & modum Concilii Tridentini cap. 6. ſeſſ. 25.

II. Item in 7. cap. ſecundæ actionis, ubi habetur, quod ſemel tantum in hebdomada fieret Capitulum, congruum eſſet, ut concederetur bis fieri, & nihilominus ita declararetur, ut non cenſeatur excluſus caſus neceſſitatis, ſeu utilitatis Eccleſiæ.

III. Item in nono, & decimo capitibus actionis hujuſmodi, ubi habetur, quod actus, & repræſentationes, quæ fieri ſolent in Proceſſionibus, fiant loco, & tempore ab Epiſcopo, ſeu ejus Vicario deſignandis: Quandoquidem harum rerum ordinatio videtur ad Capitulum ſaltem ex antiqua conſuetudine pertinere, quod concordat, cum Concilio Trident. hujuſmodi, cap. 6. §. Ceteris autem eadem ſeſſ. 25. declaratum cenſeatur, ut ſi Epiſcopus præſens foret, ipſe diſponat, ſi vero abſens, Capitulum juxta laudabilem ejus conſuetudinem ordinet, & diſponat.

IV. Item in 17. cap. d. actionis, ubi diſponitur, quod proventus omnes dierum ibi deſcriptorum ſint deſtributiones quotidianæ, admittendum videtur decretum declarando, hac lege intelligi, ut diſtributiones totius anni ipſis computatis tertiam partem omnium fructuum non accedant, itaut ſervetur prorſus diſpoſitio ipſius Concilii Tridentini, & non excedatur, & in eodem cap. 17., ubi cavetur, quod nulla admittatur excuſatio, etiam infirmitatis, quia videtur, quodammodo inhumanum, declarari poteſt, infirmitatis excuſationem non excludi, ſi vera ſit, & ſide medicorum eum juramento approbata.

V. Item in 18. cap. ejuſdem actionis ubi ii, quibus aſſignata ſunt officia in hebdomada facienda, excuſari nullatenus poſſint, niſi cauſa infirmitatis, alias totius hebdomadæ diſtributiones amittant, declarari deſideratur non excludi aliam veram, juſtam, vel rationabilem cauſam, quo caſu ſubſtituere alium ſuis expenſis poſſit, & debeat, qui ſit ſui gradus, & ordinis.

VI. Item in 27. cap. ejuſdem ſeſſionis, ubi ſtatuitur, ut is, qui præſentium in choro rationem habet, quem Punctatorem vulgo appellant, librum punctorum hujuſmodi, alicui non oſtendat &c. declaretur id civili modo intelligi debere, videlicet librum oſtendere, vel alteri legere poſſe, ſi voluerit, non tamen illum tradere, vel apud aliquem deponere, ſed ſolum in Archivio, ut ibi dicitur.

VII. Item in eodem 27. cap., ubi dicitur, quod aſſumptus ad dictum munus ſine legitima cauſa removeri non poſſit, declarandum, non propterea intelligi eum creatum eſſe ad vitam, ſed ad tempus, non tamen ad minus, quam biennium, quo tranſacto non poſſit confirmari, neque de novo eligi, niſi elapſo alio biennio.

VIII. Item in eodem 27. cap., ubi dicitur eum debere eſſe Clericum, id intelligi debeat, de Clerico in Sacris conſtituto.

IX. Item in 28. cap. ejuſdem actionis, ubi Sacerdos in choro præſidere mandatur, ſi anteriores Sacerdotes, non ſint &c. declaretur intelligi, inter pares, videlicet inter dignitates is præſideat, qui ſit Sacerdos, abſentibus dignitatibus ex Canonicis, is præſideat, qui ſit Sacerdos, ne forte ordo Eccleſiarum, & dignitatum confundatur.

X. Item in 34. cap. ejuſdem in actionis, ubi dicitur, quod Epiſcopus ſolus, ſeu ejus Vicarius declaret, & judicet inhabiles electores, & eligendos ad Doctoralem, & Magiſtralem Præbendam, ſeu lectionem Sacræ Scripturæ &c. declaretur, quod Epiſcopus, vel ejus Vicarius Generalis id faciat circa eligendum procedendo, ac pronunciando ſimul cum capitulo, ubi talis eſt conſuetudo, ſicut enim eligendorum electio, ad capitulum una cum Epiſcopo pertinet, ita etiam inhabilium cognitio communis eſſe debeat. Quo vero ad vota eligentium, & ad eorum inhabilitatem, recuſationem, ſeu voti privationem ſervetur juriſdictio, ſeu conſuetudo uniuſcujuſque Eccleſiæ.

XI. Item in 36. cap. ipſius actionis, ubi cavetur, quod deputatus, ad legendum Sacram Scripturam legere debeat tempore, & loco, ac materiam ab Epiſcopo deſignandam &c. declaretur id fieri ſaltem de conſilio Capituli. Nam cum id prius ad Capitulum ſpectaret, non debet hoc Decreto prorſus excludi.

XII. Item in 40., & 41. cap. prædictæ actionis, ubi diſponitur, quod Epiſcopus det licentiam capitularibus aptis, ut literarum ſtudiis incumbant, eis providendo de neceſſariis ad victum &c. in Eccleſiis, in quibus conſuetudo antiqua eſt, ut etiam Capitulum hanc facultatem concedere poſſit, non intelligatur, hoc decreto hanc Capituli facultatem ſublatam eſſe; modus autem ibi aſſignatus etiam a Capitulo ſervetur.

XIII. Item

Digitized by Google

XIII. Item in 14. cap. tertiæ actionis, ubi dicitur, quod Epiſcopus ſtatuta, laudabileſque conſuetudines Eccleſiæ in unum librum redigat, & imprimi mandet, cum conſilio quatuor de Capitulo. Decernens illis fidem tantum adhiberi, ceteris ſtatutis, & conſuetudinibus idem Epiſcopus derogeт &c. intelligantur omnia de conſenſu illorum quatuor a Capitulo electorum.

XIV. Item in 21. cap. dictæ tertiæ actionis, ubi dicitur, quod ſolus Epiſcopus dare, aut locare poſſit quodcumque opus novum in Eccleſia faciendum &c. Quia omnia, quæ pertinent ad fabricam Eccleſiæ, præcipue ad Capitulum ſpectant, & eorum eſt hoc munus, declaretur Decretum intelligi in aliis Eccleſiis, quam Cathedralibus, prout revera hanc fuiſſe fertur mentem ſtatuentium.

XV. Item in 33. cap. ejuſdem tertiæ actionis, ubi cavetur, quod dignitates omnes, & dimidia pars Canonicorum ſit graduatorum in ſacra pagina, vel jure Canonico, juxta Decretum ipſius Concilii Tridentini &c. declaretur intelligi, citra præjudicium optionum, & optandi conſuetudinis legitimæ præſcriptæ, vel a Sede Apoſtolica confirmatæ, quod declarationi, & voluntati Santiſſimi Dom. noſtri relinquatur, quæ omnia prædicta in capitulis dictæ concordiæ ſuper celebratione hujuſmodi confectis plenius contineri dicuntur.

§.3. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat Metropolitanus, Epiſcopi, & Capitula prædicta cupiant declarationes hujuſmodi, in dictis capitibus factas, pro illarum ſubſiſtentia firmiori noſtro, & dictæ Sedis munimine roborari, ſupplicari Nobis fecerunt humiliter, quatenus declaratione hujuſmodi, Apoſtolica auctoritate confirmare, & nonnulla, etiam declarare, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur inter fideles, quoslibet præſertim perſonas Eccleſiaſticas, pacem, & concordiam vigere ſinceris affectibus exoptantes, ac Metropolitanum, Epiſcopos, & Capitula hujuſmodi, ac eorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, concordias, & declarationes præfatas, & omnia, & ſingula in eis contenta, quæcumque Apoſtolica auctoritate præfata, per præſentes confirmamus, declarantes difficultatem optionis, Nobis remiſſam, *tunc dictæ optioni locum eſſe debere, eo modo, & tempore, quo illi ante hujuſmodi concilium locus erat, & non alias.*

Declaratio optionis Pontificis arbitrio remiſſa, ut num. 14.

§.4. Sicque dictis concordiæ, & declarationibus noſtræ approbationis perpetuæ firmitatis robur adjicimus, eaque valida, & efficacia exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & per Metropolitanum, Epiſcopos, & Capitula Eccleſiarum Provinciæ Compoſtellan. prædictæ, ac eorum ſingulos, illorumque ſucceſſores perpetuo, inviolabiliter, & firmiter obſervari debere, illoſque ullo unquam tempore ab illis reſilire, aut reclamare non poſſe, ſed ad omnium, & ſingulorum præmiſſorum veram obſervationem teneri, & efficaciter obligatos exiſtere, ac ad id ſententiis, & cenſuris Eccleſiaſticis, ac etiam pecuniariis pœnis cogi, & compelli poſſe per Epiſcopos præfatos, ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, ac etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & interpretari debere, irritum quoque, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, omneſque, & ſingulos facti, & Juris defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus.

Pœna in eos, qui a concordia diſcedere tentaſſent.

Clauſula ſublata.

§.5. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac dictarum Eccleſiarum, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Eccleſiis, illarumque Epiſcopis, & Capitulis præfatis, ac quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis conceſſis, & approbatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis. Quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Clauſulæ ampliſſimæ.

§.6. Ceterum quia difficile foret &c.

Fides danda tranſumptis.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 12. Octobris 1569. Pontificatus noſtri Anno IV.

Dat. die 12. Octob. 1569. An. IV.

XVII.

Confirmatio concordiæ inter Præſidentem, Epiſcopos, & Capitula Provinciæ Toletan.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

EX ſolita Sedis Apoſtolicæ clementia, ad ea libenter intendimus, per quæ inter Prælatos Eccleſiaſticos, & illorum Eccleſiarum Capitula, ac alias perſonas Eccleſiaſticas paci, & quieti opportune conſulitur, ac iis, quæ propterea facta fuiſſe dicuntur, ut firma perpetuo, & illibata perſiſtant, favorabiliter, cum a Nobis petitur, Apoſtolici adiicimus muniminis firmitatem.

§.1. Cum itaque, ſicut exhibita Nobis

nuper

Digitized by Google

nuper pro parte Venerabilium fratrum Epiſcopi Corduben. Præſidentis, & aliorum Epiſcoporum, & dilectorum filiorum Capitulorum Eccleſiarum Provinciæ Toletan. petitio continebat, Capitula Eccleſiarum Cathedralium Provinciæ Toletan. prætenderent gravari, ex nonnullis Decretis factis in Concilio Provinciali Toletan., ac ſuper hoc contentio, & diſcordia inter ipſa Capitula, & eorum Præſidentem, & Epiſcopos ortæ eſſent, Venerabilis frater Archiepiſcopus Roſſanen. noſter, & ejuſdem Sedis in Regnis Hiſpaniarum Nuncius, ad diſcordias hujuſmodi ſedandas: ut inter Prælatos Eccleſiarum, & Capitula hujuſmodi pax, & unio vigeret, Epiſcopos, & Capitulares perſonas ſuper Decretis Concilii Provincialis Toletan. juxta formam, & tenorem Capitulorum infraſcriptorum ſub noſtro, & dictæ Sedis beneplacito ad concordiam reduxerit, quæ amicabiliter, & abſque aliquo diſcrimine facti per Prælatos, & Capitula hujuſmodi acceptata fuit.

Concordia inſtituta inter Ordinarios, & Capitula.

§.2. I. Primo videlicet, quod in quolibet Decreto, in quo de punitione, & pœna contra aliquem ex Capitularibus agitur in Eccleſiis, in quibus Capitula exemptionem habere ſunt ſolita, intelligeretur juxta diſpoſitionem, & modum Concilii Tridentini Cap.6. Seſs.25.

II. Item quod in omnibus etiam Decretis, in quibus imponitur pœna ſub judicio peccati, & reſtitutionis in foro conſcientiæ, dicta pœna videatur valde periculoſa, & quodammodo novum laqueum injicere animabus, & propterea remittantur hæc ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum, qui vel tollere, vel ſuſpendere dignabitur dictam pœnam quoad judicium animæ.

III. Item tertia actione dicti Concilii Cap.2. de Archivio declaretur, quod in iis Eccleſiis, ubi plures claves haberi ſolent, vel alia conſuetudo viget, quæ ſecuritati, & cuſtodiæ ſcripturarum opportuna ſit, prout dicitur eſſe in Eccleſia Corduben., ſervetur dicta conſuetudo.

IV. Item in eodem quia duo præſupponuntur Archivia, alterum ſcripturarum Epiſcopi in aliquo Monaſterio ſituandum, alterum ſcripturarum Capituli in Eccleſia Cathedrali exiſtens, declaretur, ut quando ſcriptura communis eſt, id eſt pertinens tam ad Epiſcopum, quam ad Capitulum, habeatur in altero ex Archiviis originale, in altero copia authentica, quæ ſit ejuſdem fidei, & auctoritatis.

V. Item Decretum ſextum de communione approbandum eſt, ut optimum, pœna autem, & publica objurgatio ſuſpendenda eſt, uſquequo per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum maturius ſuper hoc deliberabitur, & diſponetur.

VI. Item ſeptimo, quod pœna ſit amiſſionis illius horæ, in qua peccatur, ut infra in Decimo, & ubi dicitur, ut abſtineant a muſitationibus, quia verbum illud videtur ambiguum, & incertum, intelligatur de colloquiis, & ratiocinationibus, prout infra in Decimo.

VII. Item in Nono, quod ſuſpendatur illud, quod qui non poteſt die ſibi aſſignato celebrare, teneatur allegare cauſam, quæ fortaſſe erit occulta, & non publicanda, & tanto minus illam probare, ſed ſufficiat in genere ſe excuſare, & alium ſui gradus, ac ordinis ſuo loco ſubſtituere, ſed ſi quis in hoc nimis contumax exiſteret, ita ut multo tempore non celebraret, animadvertat Epiſcopus.

VIII. Item in Decimo Capite declarandum eſt, quod colloquentes in Choro amittant diſtributionem illius horæ, in qua peccarunt, ut ſupra in Septimo.

IX. Item in Duodecimo Capitulo, ubi dicitur, quod bis tantum in hebdomada fiat Capitulum, non ita amare intelligatur, ut excludatur caſus neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ.

X. Item in vigeſimo tertio Capitulo ubi datur modus concedendi licentiam iis, qui ſtudere debent, quamvis ibi loquatur ſolum de Ordinario, intelligatur etiam de Capitulo & de quovis alio, ad quem de Jure, vel præſcripta conſuetudine forte ſpectat hujuſmodi licentiam concedere, ut omnes non aliter concedant, quam modo, & forma hoc decreto præſcripta, prout præmiſſa omnia in dicta Concordia, ſeu declarationibus dicitur plenius contineri.

§.3. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, Præſidens, Epiſcopi, & Capitula præfati cupiant concordiam, & declarationes hujuſmodi pro illarum ſubſiſtentia firmiori, noſtro, & dictæ Sedis munimine roborari, ſupplicari Nobis fecerunt humiliter, quatenus declarationes hujuſmodi Apoſtolica auctoritate confirmare, & nonnulla alia declarare, aliaſque eis in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſt. dignaremur. Nos igitur inter fideles quoslibet præſertim perſonas Eccleſiaſticas pacem, & concordiam vigere, ſinceris affectibus exoptantes, Epiſcopos, & Capitula hujuſmodi, ac eorum ſingulos a quibuſvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati concordiam & declarationes prædictas, necnon omnia, & ſingula in eis contenta quæcumque Apoſtolica auctoritate prædicta per præſentes confirmamus.

Confirmatio Concordiæ.

§.4. Declarantes tamen, ut per illa decreta, in quibus imponitur pœna ſub judicio peccati non cenſeatur inducta nova obligatio peccati; tamen reſtitutionis in foro conſcientiæ firma maneat, eo tamen modo, & in iis, in quibus ante præfatum concilium dictæ pœnæ locus erat.

Declaratio pœnæ peccati, ut in num.2.

§.5. Rurſus in Decreto ſexto Act.III. pœna illa, & publica obiurgatio debeatur: ſicque dictis concordiæ, & declarationibus noſtræ approbationis, & perpetuæ firmitatis robur adiicimus, eaſque validas, &

Vide n.5.

effi-

Digitized by Google

efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, ac per Epiſcopos, & Capitula prædictos, ac eorum ſingulos, illorumque Succeſſores perpetuo inviolabiliter, & firmiter obſervari debere, illoſque ullo umquam tempore ab illis reſilire, aut reclamari non poſſe, ſed ad omnium, & ſingulorum præmiſſorum veram obſervationem teneri, & efficaciter obligatos exiſtere, & ad id ſententiis, & cenſuris Eccleſiaſticis, ac etiam pecuniariis pœnis cogi, & compelli poſſe, ſicque per quoſcumque Judices & Commiſſarios, ac etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & interpretari debere, irritum & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, omneſque & ſingulos Juris, & facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus.

Clauſula ſublata.

Clauſula.

§.6. Non obſtantibus Apoſtolicis, nec non in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac dictarum Eccleſiarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Eccleſiis, illarumque Epiſcopis, & Capitulis, ac quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis conceſſis, & approbatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis. Quibus omnibus, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides tranſumptorum.

§.7. Ceterum quia difficile foret &c.

Dat. die 12. Octob. 1569. An. IV.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 12. Octobris 1569. Pontificatus noſtri Anno IV.

XVII.

Forma expediendi literas Apoſtolicas monitoriales, de excommunicandis his, qui bona deperdita, vel ſubtracta reſtituere, aut revelare recuſant.

Quid autem ſervare debeant Epiſcopi, cum ejuſdem literas monitoriales ipſi decernunt, docuit Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 3.

SAnctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter D. Pius divina providentia Papa V.

Mandata excommunicandi dentur ad inſtantiâ quorum ſimaliter intereſt.

§.1. Volens ſuper expeditione mandatorum, quæ fiunt in forma *ſignificavit*, pro rerum ſubtractarum, aut deperditarum reſtitutione, ſeu illarum & illas ſubtrahentium revelatione, modum & formam ſtatuere (manente in aliis reformatione Officii Correctoris literarum contradictarum a Sanctitate ſua edita) præſenti, quod perpetuo obſervari vult, ſcripto, ordinat, ut mandata pro reſtitutione, ſeu revelatione hujuſmodi dentur (modo ſuper illis ſupplicationes in præſentia ſuæ Sanctitatis ſignatæ fuerint) ad eorum dumtaxat inſtantiam, quorum civiliter intereſt.

Res, & bona exprimantur.

§.2. Quæ ſupplicationes rem ipſam de qua agitur, reique valorem nominatim & ſpecifice exprimant, niſi forte ſint pro Eccleſiis, locis piis, Communitatibus, Univerſitatibus, Collegiis, aut univerſalibus ſucceſſoribus, quos veriſimile eſt certam rerum notitiam non habere; tunc etenim hac ipſa perſonarum qualitate expreſſa, ita demum fieri poterit quædam in genere deſignatio rerum, ſi deſignatio neque nimis vaga, & incerta, atque adeo inveriſimilis ſit, & tamen oſtendat res ipſas (id quod præcipue in omnibus attendendum eſt) minime vulgares exiſtere.

Mandata prædicta Epiſcopis aut eorum Vicariis committantur, ſub forma Conc. Trid. Seſſ. 25. cap. 3.

§.3. Committantur autem Epiſcopo ordinario loci, vel ejus Vicario in ſpiritualibus generali, ſub hac forma verborum; quæ eſt ex Concilio Tridentino videlicet. Si cauſa diligenter & magna maturitate per ipſum examinata pro rei, loci, temporis, & perſonæ qualitatibus, ſibi pro ſua conſcientia videbitur expedire.

Decretum irritans.

§.4. Decernentes irritum &c.

Pa. ſubſcr. Paul An. P. V. die 27. Junii.

Placet publicetur, & deſcribatur M.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnationis Dominicæ 1570. die vero Martis 27. menſis Junii, Pontificatus prælibati Sanctiſſimi D. N. D. Pii divina providentia Papæ V. Anno VI.

Jo. Lomellinus Cuſtos.

XVIII.

Oppidi Ripæ Tranſonis in Provincia Picena, in Civitatem ſublimatio, ejuſque Parochialis Eccleſiæ Sancti Benigni, in Cathedralem & Epiſcopalem erectio.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

ILlius fulciti præſidio, cujus ſunt terræ cardines, & cui cogitationes hominum præparantur, ac cujus providentia ordinationem ſuſcipiunt univerſa, ut Chriſtifideles Nobis, & Sedi Apoſtolicæ, etiam temporali dominio ſubditi, ob eorum erga Nos, & eandem Sedem, fidem & devotionem ſpecialem, conſolationem cum divini cultus augmento ſuſcipiant, & in Oppidis inſignibus, & populoſis novæ Sedes Epiſcopales plantentur, libenter cum a Nobis petitur, opem & operas noſtras impendimus efficaces.

Oppidi Ripæ Tranſon. qualitates exprimuntur.

§.1. Sane cum Oppidum Ripæ Tranſonis Firmanæ Diœceſis ſitum in agro Piceno, inter Aſculum, & Firmum, in conſpectu Adriatici ſinus, muro & foſſa vallatum, mille

Digitized by Google

mille & ultra familiis conſtans, & a quatuor Viris Antianis nuncupatis in Palatio Communis cum honeſta familia reſidentibus gubernatur, ac multis & variis mercium apothecis, & officinis refertum, & diverſorum Ordinum virorum, & mulierum Monaſteriis, Conventibus, ſeu domibus, & in quibus multa pia & caritatis opera exercentur, quatuor Confraternitatibus, & uno Hoſpitali, necnon quatuordecim parochialibus Eccleſiis, & honorificis incolis decoratum, habens amplum Territorium, ubi familiæ tercentum, vel circa inhabitant, & decem & octo ſine cura Eccleſiæ, quarum quælibet ſuum habet Rectorem, adſint, inter cetera Provinciæ noſtræ Marchiæ Anconitanæ oppida admodum inſignia exiſtat, noverimuſque incolas eidem Sedi ſemper fideliſſimos ac devotiſſimos extitiſſe, dignum, quin potius debitum reputamus, ut in ea Sedes Epiſcopalis collocetur.

Ejuſque Univerſitas ſupplicatio, pro obtinenda erectione in Sedem Epiſcopalem, cui dos aſſignata fuit.

§.2. Cumque præſertim ipſius Oppidi Univerſitas, quæ pluries Nobis deſuper ſupplicavit, propriis impenſis Eccleſiam Sancti Benigni ipſius Oppidi, quæ parochialis exiſtit, ſi in Cathedralem erigatur, una cum ejus domo pro Epiſcopi habitatione ampliare & ornare pollicita eſt, & validis obligationibus ſpopondit, necnon ipſam Cathedralem erigendam, in ſcutis annuis ſexcentum, & fructibus, & redditibus, ſeu terrarum, tenimentorum ipſi Eccleſiæ erigendorum ſolemniter conſignatorum, unius videlicet ſeptuaginta ſex in Contrada di Coco, & alterius capacitatum centum & triginta ſalmatum, & menſuræ illarum partium, in contrada guardiæ, & territorio dicti Oppidi, ad ipſam Univerſitatem ſpectantium & pertinentium, dotavit, & una cum Conſiliariis dicti Oppidi, qui ut ſinguli ad id ſe obligaverunt, menſæ Epiſcopali erigendæ Eccleſiæ hujuſmodi in proprietatem & in perpetuum aſſignavit.

Erectio d. Oppidi in Civitatem, & Eccleſiam S. Benigni in Sedem Epiſcopalem pro Epiſcopo Ripano nuncupando, una cum Archidiaconatu, Archipreſbyteratu, & duodecim Canonicatibus.

§.3. Nos qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenentur exprimere annum valorem etiam beneficii cui aliud uniri peteretur, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, habita ſuper his cum Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, de illorum conſilio & aſſenſu, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Oppidum præfatum cum toto illius territorio, Eccleſiis, & perſonis, tam ſæcularibus, quam eccleſiaſticis, a Diœceſi Firmana, necnon a juriſdictione & ſuperioritate Firmani, Aprutini, & Aſculani Epiſcoporum, necnon Abbatis vel Commendatarii, Monaſterii Campiſellonis Ordinis Sancti Benedicti nullius Diœceſis, pro tempore exiſtentium, vel alterius Epiſcopi, Capituli, Abbatis, & Monaſterii, quibus in totum, vel in parte ſubeſſe dignoſcitur, perpetuo ſegregamus, diſmembramus, ſeparamus, & eximimus, ipſumque Oppidum in Civitatem Ripæ Tranſonis nuncupandam, cum juribus, honoribus, & præeminentiis, quibus aliæ Civitates, & earum Cives utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, & Eccleſiam Sancti Benigni hujuſmodi in Cathedralem Sedi præfatæ immediate ſubjectam, ſub eadem invocatione Sancti Benigni, & in ea Sedem Epiſcopalem, pro uno Epiſcopo Ripano nuncupando, qui eidem Eccleſiæ, illiuſque Civitati, & Diœceſi præſit, illamque in perfectam Cathedralis Eccleſiæ formam ordinet & redigat, Abbates, Prælatos, & alios ad Synodum convocet, evellat, deſtruat, ædificet, plantet, ac omnia & ſingula Officia, & jura Epiſcopalia habeat, & excitet, cum ſuis Capitulo Epiſcopali, & Capitulari menſis, ceteriſque omnibus Cathedralibus, & Pontificalibus inſignis, necnon juribus, juriſdictionibus, facultatibus, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus & indultis, realibus, perſonalibus & miſtis, quibus aliæ Cathedrales Eccleſiæ, earumque Præſules, Capitula, & perſonæ quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti potiri, & gaudere poterunt in futurum, necnon ut ipſa Cathedralis Eccleſia Ripana, ex omni parte reddatur perfecta, in illa duas dignitates, videlicet unum Archipreſbyteratum, dignitatem inibi poſt Pontificalem majorem, pro uno Archipreſbytero, qui curam animarum parochianorum Eccleſiæ Sancti Benigni in Cathedralem erectæ hujuſmodi exerceat, & unum Archidiaconatum, pro uno Archidiacono, necnon duodecim Canonicatus cum totidem præbendis per duodecim Canonicis, qui eidem Eccleſiæ in divinis deſerviant, & inſimul unum Capitulum conſtituant, moderni quo ad Eccleſiam Sancti Benigni prædictam illius Rectoris ad hoc accedente conſenſu, ad Omnipotentis Dei laudem & gloriam, ac ejus glorioſiſſimæ Genitricis Virginis Mariæ totiuſque Curiæ cæleſtis honorem, & fidei Catholicæ exaltationem perpetuo erigimus & inſtituimus.

Aſſignatio emolumentorũ & proventuũ.

§.4. Oppidumque prædictum Civitatis, ipſoſque incolas Civium, necnon Eccleſiam Sancti Benigni prædictam Cathedralis Eccleſiæ honore, nomine, titulo, & inſigniis decoramus, ac dictæ Eccleſiæ Ripanæ, & illius menſæ Epiſcopali pro dote, dicta duo petia terrarum, ut præfertur, conſignatarum, necnon Archipreſbyteratui Eccleſiæ Ripanæ hujuſmodi, res, bona, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque Eccleſiæ Sancti Benigni præfatæ perpetuo applicamus, & appropriamus. Archidiaconatui vero Beatæ Mariæ Annunciationis de Angelo cum ſuis ruralibus, & uni & unæ SS. Nicolai, Ruſtici, & Elutherii plebaniæ, ac alia, & aliæ Sancti Angeli de Colle, & alio, & aliæ Sanctæ Mariæ de Valle, & alio & aliæ SS. Salvatoris, & Antonini, & alio & aliæ Sancti Thomæ in Cletis, & alio & aliæ Sancti Blaſii de Platea, & alio & aliæ SS. Hippolyti, Caſſiani, & alio & aliæ SS. Gregorii, & Margaritæ prioratus, & alio & aliæ Sancti Angeli de Roſſiano, & alio & aliæ Sancti Rocchi, & Paſtoris, & alio & aliæ Sancti Emerii præpoſituræ nuncupatæ, necnon reliquo & reli-

quæ

Digitized by Google

quæ Canonicatibus, & præbeodis prædictis, reliquam Sancti Salvatoris de Agello parochiales Eccleſiæ in dicta Civitate Ripæ Tranſonis ſitas, & fundatas, vacantes ex nunc, reliquas vero ex nunc prout ex tuoc cum primum illas, ſeu ipſarum aliquas, per ceſſum, vel deceſſum, aut privationem illas nunc obtinentium, aut alias quovis modo vacare contigerit, etiam ſi nunc vacantes, per liberas reſignationes quorumvis de illis in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factas, aut Conſtitutionibus ſel. rec. Joannis Papæ XXII. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: *Execrabilis*, vel aſſecutionem alterius beneficii Eccleſiaſtici, quavis auctoritate collati vacent, etiamſi tanto tempore vacaverint, quod earum collatio, juxta Lateranen. ſtatuta Concilii, ad Sedem eamdem legitime devoluta, ipſæque Eccleſiæ diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel generaliter collatæ exiſtant, & ſuper eis inter aliquos lites, quarum ſtatus præſentibus haberi volumus pro expreſſis, pendeant indeciſæ, dummodo earum diſpoſitio ad Nos hac vice pertineat, com omnibus & ſingulis illarum, & earum cujuslibet annexis, ita quod liceat eiſdem Archipresbytero, Archidiacono, & Canonicis pro tempore exiſtentibus, illarum corporalem poſſeſſionem propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illarumque fructus, redditus, & proventus propria auctoritate percipere, exigere, & levare, & iu ſuos, & cujuslibet ipſorum uſus, & utilitatem convertere, perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus.

Facultas Epiſcopi & Canonicorum edendi ſtatuta pro felici ſucceſſu Cathedralis Eccleſiæ.

§.5. Ac Epiſcopo & Canonicis prædictis, ut pro ſaluori directione & proſpero ſtatu, felicique ſucceſſu Cathedralis Eccleſiæ erectæ hujuſmodi, & illius perſonarum prædictarum, divinorumque Officiorum in ea celebratione, fructuumque, redditunm, proventuum, jurium, obventionum & emolumentorum, ac diſtributionum quotidianarum perceptione, & inter eos diviſione, & reparatione, ac quibuſvis rebus, & occurrentiis ſuis quæcumque ſtatuta, ordinationes, & capitula (rationabilia tamen & honeſta, ac ſacris Cauonibus non contraria) condere, & condita quoties opportunum fuerit, immutare, limitare, corrigere, & interpretari ſecundum rerum & temporum qualitates, & loco illorum, illas ordinationes, capitula, & ſtatuta, quoties eis expedire viſum fuerit, de novo edere & facere, quæ omoia poſtquam edita & facta fuerint, ex nunc prout ex tunc, & e contra (ſi licita & honeſta ac ſacris Canonibus non contraria fueriot) eadem auctoritate etiam cum defectuom ſuppletione confirmata ſint, & eſſe cenſeantur eo ipſo, concedimus, & indulgemus.

Coſtitutio quatuor Eccleſiarum Parochialium in quatuor regionibus d. Civitatis.

§.6. Cumque Civitas Ripæ Tranſonis præfata, in quatuor regiones diviſa exiſtat, itaut in qualibet regione una tantum parochialis Eccleſia pro uno Parocho, qui curam parochianorum inibi habitantium exercere poſſit, videlicet in Agelli Sancti Benigni in Cathedralem erectæ, in Sancti Dominici Sancti Angeli de Roſſlano: in montis antiqui SS. Nicolai, Ruſtici & Eleutherii; & in Capitis Montis nuncupatis regionibus, SS. Gregorii & Margaritæ Eccleſiæ ſufficere videantur, parochianos, & vicinos, omnes & ſingulos utriuſque ſexus ab aliis parochialibus Eccleſiis Civitatis Ripæ Tranſonis, & jura parochialium Eccleſiarum hujuſmodi ſeparamus, & diſmembramus, & curam animarum in illis perpetuo ſupprimimus, illoſque & illam, ac jura præſata quoad Agelli ad Sancti Benigni in Cathedralem erectam; quoad Sancti Dominici ad Sancti Angeli de Ruſſlano, quoad Montis Antiqui, ad SS. Nicolai, Ruſtici, & Eleutherii; quo vero ad parochianos, & vicinos Capitis Montis regionem hujuſmodi, ad SS. Gregorii & Margaritæ parochiales Eccleſias præſatas, itaut quælibet regio proprium habeat ſacerdotem, & paſtorem, perpetuo transferimus.

Facultas Rectorum dictarum Parochialium habendi in illis Vicarios perpetuos.

§.7. Necnon eorumdem Sancti Angeli & SS. Nicolai, Ruſtici & Eleutherii, ac Sanctorum Gregorii & Margaritæ parochialium Eccleſiarum Rectoribus, dictæ Cathedralis Eccleſiæ Canonicis, ut illis per Vicarios perpetuos ab Ordinario loci approbandos, in divinis deſervire facere, illorumque parochianorum animarum curam gerere poſſint, indulgemus.

Conſtitutio Archipresbyteratus, Archidiaconatus & Canonicatuum prædictorum.

§.8. Necnon Archipresbyteratus, Archidiaconatus, ac duodecim Canonicatus cum præbendis a primæva erectione hujuſmodi vacantes, Eccleſiæ videlicet S. Benigni in Cathedralem erectæ, qui ſit Archipresbyter dictæ Eccleſiæ Ripanæ, & in ea poſt Pontificalem, dignitatem majorem obtineat: & Eccleſia Sanctæ Mariæ Annunciationis de Agello, qui ſit Archidiaconus ejuſdem Eccleſiæ Ripanæ, & dignitatem, non tamen poſt Pontificalem majorem, obtineat; alias vero parochiales Eccleſias, ut præmittitur, unitas, quarum cujuslibet fructus, redditus, & proventus vigintiquatuor ducatorum auri de Camera ſecundum communem extimationem, valorem annuum non excedunt, eorumdem Rectoribus, qui Canonici ejuſdem Eccleſiæ Ripanæ exiſtant, conferimus, & de illis etiam cum plenitudine juris Canonici providemus.

Eorumque præcedentia.

§.9. Volumuſque, quod deinceps perpetuis futuris temporibus, in Choro, Capitulo, proceſſionibus & aliis actibus publicis ſeu privatis, Archipresbyter primum, Archidiaconatus ſecundum locum, Canonici vero nuper creati poſt Archipresbyterum, & Archidiaconum prædictos, juxta illorum receptionem & admiſſionem, ſi ad id conſenſerint unuſquiſque illorum illa habeant.

Unio beneficii S. Angeli, ad d. Eccleſiam Cathedralem.

§.10. Cumque fructus, redditus, & proventus Canonicatuum & præbendarum dictæ Eccleſiæ Ripanæ ſatis tenues videantur, perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum, ſub invocatione Sancti Angeli Villeſmagnæ intus dictam Civitatem Ripæ Tranſonis, de conſenſu illius Rectoris perpetuo ſupprimimus, & extinguimus, illiuſque, & alii annexorum fructus, jura, & obventiones quæcumque, necnon decimam fructuum, reddituum, & proventuum quorum-

rumcumque ex novalibus dictæ Univerſitatis de Fulgaja nuncupatis, de ejuſdem Univerſitatis conſenſu, ſingulis annis eidem Capitulo, & illius menſæ Capitulari in diſtributionibus quotidianis juxta providam Epiſcopi Ripæ Tranſonis ordinationem, inter dignitates obtinentes, & Canonicos præfatos diſtribuendas, perpetuo applicamus, & appropriamus.

Multorumque locorũ, & perſonarum ad alias Diœceſes vel Eccleſias ſpectantium, pro Clero, & Populo, & Diœceſi dictæ Eccleſiæ Ripanæ.

§. 11. Necnon pro majori Christifidelium illarum partium commoditate, & ſpirituali conſolatione, Columnellæ, Aquævivæ, Sancti Benedicti, Marani, Sancti Andreæ, Grottarum ad mare, Giſſi, Quinzani Montis Praodoni, Fureanum, Montis Alti, Montis de novem, Rotellæ, Poreulæ, Coſſiguani, & Paſſignani loca, Castra & Oppida Aſculanæ, Firmanæ, & nullius reſpective Diœceſis in Provincia Marchiæ prædictæ, & ubivis conſiſtentia, & quæ nunc, & pro tempore exiſtentibus, Monaſterii Farfenſis Abbatibus, ſeu Commendatariis, & Firmanis, & Aſculanis Epiſcopis, ratione Monaſterii, & Firmanæ, & Aſculanæ Eccleſiarum hujuſmodi, mediate vel immediate reſpective ſubiectæ reperiuntur, necnon in eis conſiſtentia, Collegiatas, Parochiales, & alias Eccleſias, Monaſteria, Præpoſituras, Præpoſitatus, Prioratus, & alia quæcumque, quotcumque, & qualiacumque, cum cura, & ſine cura, ſæcularia & quorumvis Ordinum regularia beneficia Eccleſiaſtica, etiamſi ſæcularia Canonicatus & præbendæ, perſonatus, adminiſtrationes, Officia, etiam curata, & electiva etiam in Collegiatis Eccleſiis, regularia vero beneficia hujuſmodi, Præpoſitatus, Præpoſituræ dignitates etiam Conventuales, perſonatus, adminiſtrationes, & Officia etiam clauſtralia, Capellaniæ, Capellæ, Hoſpitalia, & alia pia loca fuerint, & ad dignitates Prioratus, Præpoſituras, & Præpoſitatus hujuſmodi conſueverit qui per electionem aſſumi, ac eorumdem locorum, Caſtrorum & Oppidorum utriuſque ſexus perſonas, habitatores, & incolas, tam laicos, quam Clericos, presbyteros, beneficiatos, & religioſos quoſcumque, cujuſcumque ſtatus, ordinis, & conditionis exiſtant, a juriſdictione, poteſtate, dominio & quavis alia ſuperioritate Firmanæ, & Aſculanæ Eccleſiarum, ac Farfenſis Monaſterii, & illorum nunc & pro tempore exiſtentium Epiſcoporum, Abbatum, ſeu Commendatariorum, quibus nunc loca, Caſtra, & Oppida hujuſmodi, earumque Eccleſiæ, & perſonæ præfatæ ſubiectæ dignoſcuntur, etiam perpetuo diſmembramus, ſeparamus, & eximimus, locaque, Caſtra, & Oppida hujuſmodi, illorumque perſonas, tam ſæculares, quam Eccleſiaſticas, & quorumvis Ordinum regulares Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, Præpoſitatus, & alia beneficia Eccleſiaſtica, Hoſpitalia, & loca pia hujuſmodi, cum ipſorum juribus, & pertinentiis univerſis, Eccleſiæ Ripanæ prædictæ, pro Diœceſi, Clero, & populo, ita quod liceat Epiſcopo, eidem Eccl. Ripanæ tam hac prima vice quam in poſterum præficiendo, per ſe, vel alium, ſeu alios ejus nomine, corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi adminiſtrationis ſpiritualitatis, & omnimodi juris Diœceſani, propria auctoritate, Firmani, & Aſculani Epiſcoporum, ac ejuſdem Monaſterii Farfenſis Abbatis, ſeu Commendatarii nunc, & pro tempore exiſtentium licentia deſuper minime requiſita, libere apprehendere, & apprehenſam perpetuo retinere de ejuſdem poteſtatis plenitudine ſimiliter perpetuo concedimus, & aſſignamus, ac ejuſdem Eccleſiæ Ripanæ, illiuſque Præſuli pro tempore exiſtenti, juriſdictioni, dominio, poteſtati, & ſuperioritati. eiſdem modo, & forma quibus Firmanis, & Aſculanis Eccleſiis, ac Monaſterio Farfenſi, illorumque Epiſcopis, Abbati, vel Commendatario hujuſmodi reſpective ſuberant, ſubiicimus, & ſupponimus.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obſtantibus priori voluntate noſtra, ac de non tollendo jure quæſito, Concilii Lateranenſis noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, necnon piæ mem. Bonifacii Papæ VIII., etiam Prædeceſſoris noſtri, aliiſque Apoſtolicis, ac in provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Firmanæ, & Aſculanæ Eccleſiarum, & Farfenſis Monaſterii, & Ordinis hujuſmodi Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Firmanis, & Aſculanis Eccleſiis, & Farfenſi Monaſterio, illorumque capitulis, Conventibus, Superioribus, & perſonis, ſub quibuſvis tenoribus, ac quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam conſiſtorialiter, in genere, vel in ſpecie conceſſis, quibus omnibus, & ſingulis, illorum cauſas, & effectus præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Præſervatio jurium aliarum Eccleſiarum & Monaſteriorũ quoad bona temporalia, & Monaſteria in locis diſmembratis exiſtentia.

§. 13. Volumus autem, quod Firmanæ, Aprutin., & Aſculan. Eccleſiis, ac Farfenſi, & Campi Fellonis Monaſteriis, illorumque Præſulibus, Abbatibus, ſeu Commendatariis, nunc, & pro tempore exiſtentibus prædictis, per ſeparationem, diſmembrationem, & exemptionem hujuſmodi, quoad bona temporalia, ſicque in dictis locis ab eis ſeparatis, diſmembratis, & exemptis hujuſ. habeant, & quoad ſuperioritatem quam Farfenſe, & Campi Fellonis Monaſteria, & illorum Abbates, ſeu Commendat. hujuſmodi, in Monaſteriis, ſeu Prioratibus regularibus dicti Ordinis, in locis ſeparatis prædictis exiſtentibus habent, nullum præjudicium inferatur, ſed Epiſ. Ripæ Tranſonis, in Monaſteriis prædictis eam tantum habeat, & exerceat juriſdiction., quam ceteri Epiſ. in ſimilibus habere, & exer. ſolent,

Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

D. P. An. VI. 10. Julii.

Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarn. Dominicæ 1571., Pont. noſtri Anno VI.

GRE-

XX.

Ex Regeſt. in Archiv. Vat.

Contra eos, qui ad evitandas ſuorum ſcelerum pœnas ſe Divino Servitio dedicant.

PIUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Prœmium.

DEcet Romanum Pontificem pro ſui Paſtoralis officii debito diligenter providere, ne quiſque ad evitandas ſcelerum ſuorum pœnas, divino ſe obſeqnio dedicet.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. Sane nuper accepimus, quod nonnulli, qui exigentibus eorum demeritis ad triremes dilecti filii nobilis Viri Coſmi Florentiæ, & Senarum Ducis ad vitam, vel ad certum tunc expreſſum tempus condemnati, & jam inibi ſervitutis jugo addicti, & vinculo ferreo adſtricti erant, ejuſdem Triremibus advecti, maris fluctibus agitati, & tandem ad Sardiniæ Inſulam appulſi forſan vinculis prædictis diſſolutis, ex ipſis Triremibus aufugere, & ad nonnulla ipſius Inſulæ loca præſertim vero ad Eccleſias, ſeu Domos Conventuum Fratrum Ordinis Sancti Franciſci, & S. Dominici Calaritanæ Civitatis, ſeu Diœc. conferre, ibiqne aliquis ex eis habitum per eoſdem Fratres geſtari ſolitum, ſuſcipere, & profeſſionem per illos emitti ſolitam emittere, ſeu illorum Religionem ingredi, & ſub ingreſſus hujuſmodi Religionis clipeo ſe defendere, quominus ad Triremes redeant, pœnaſque ſuorum ſcelerum ibi luant, temere præſumpſerunt, & adhuc præſumunt in Coſmi Ducis, & Triremium detrimentum, ac in ordinum prædictorum non modicum dedecus.

Ordines recipere inter Fratres non poſſunt tam Servos Dominii, quam pœnæ.

§.2. Nos attendentes homines ſervituti mancipatos, minuſque condemnatos hujuſmodi ad ingreſſum ipſius Religionis admitti nequaquam debere, & ea indignos eſſe, & alios profugos inibi manere non poſſe, Motu proprio, ex certa noſtra ſcientia univerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus dictæ Inſulæ, & quorumcumque aliorum locorum Ordinariis, ſub Interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac dilectis filiis illorum in ſpiritualibus Vicariis Generalibus, ſeu ſpecialibus, ex eorum cuilibet, ac dictorum Conventuum, & Ordinum Superioribus, necnon Fratribus, & aliis perſonis Eccleſiaſticis cujuſvis nominis, dignitatis, ſtatus, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, atque aliis arbitrio noſtro declarandis pœnis, ſi contrafecerint, incurrendis per præſentes diſtricte præcipimus, & mandamus, quatenus ſtatim viſis præſentibus, nulla a Nobis alia juſſione, ſeu mentis noſtræ declaratione deſuper expectatis, dictos condemnatos conſtito prius ſummarie, & extrajudicialiter, illos ad Triremes damnatos, ex dictis Triremibus aufugiſſe, habitibus, ut præfertur ſuſceptis exuant, & eos diligenter,

Condemnatos ad pœnam, Ordinum indumentis exui mandat.

& fideliter nomine dicti Coſmi Ducis in Carceribus cuſtodiant, & retineant, ac cuſtoditos, Capitaneis ipſarum Triremium, aut aliis ad id ab eis deputatis cum effectu tradant, & conſignent, auctoritate noſtra faciant, mandent, & procurent.

Pœna in eos, qui contrafecerint.

§.3. Ipſos Condemnatos, ac contradictores quoſcumque, & Rebelles, illiſque favorem, & opem directe, vel indirecte præſtantes ſententiis, cenſuris, & pœnis prædictis compeſcant, ac illos non parentes ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarent, eaſque etiam iteratis vicibus aggravent, & ad hoc, ſi opus ſit, auxilium brachii ſæcularis invocent.

Ordinariis locorum opportunas ad id concedit facultates.

§.4. Nos enim Ordinariis, & aliis prædictis ſuper præmiſſis exuendi, cuſtodiendi, retinendi, conſignandi, mandandi, procurandi, compeſcendi, declarandi, aggravandi, invocandi, & alia ad ea neceſſaria exequendi, & faciendi, plenam, & liberam licentiam, & facultatem per eaſdem præſentes concedimus.

Clauſulæ.

§.5. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac demum, & Ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 7. Septem. 1569. An. IV.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 7. Septembris 1569. Pontificatus noſtri Anno IV.

XXI.

Annal. Eccl. Tom. XXIII. pag. 191.

Suppreſſa Congregatione Ordinis S. Crucis Fontis Avellanæ, ipſius Monaſteria, & loca Camaldulenſi Congregationi attribuit.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium deſumptum a rei ſerie.

QUantum animus noſter gaudio perfunditur de Religionibus bene inſtitutis; tantum innixus hæret illi dolor de prævaricatione nonnullarum, quæ ſummo ſtudio, & labore ad præſidium fidei Catholicæ ſeductæ, mala Dæmonis arte, poſtea defecerunt.

Narrat Pontifex, quæ fecerit, ut hos Monachos ad bonam frugem reduceret.

§.1. Quo in numero Monacos Monaſterii, & Congregationis S. Crucis, Fontis Avellanæ, Ordinis S. Benedicti, Eugubinæ Diœceſis jam pridem conſpicamur; non ſine mœrore expendentes, quanto in periculo bi verſentur, quamque longiſſime aberrent a monaſtica illa diſciplina, in qua in eremo, a ven. mem. Petro Damiano, tanta olim pietate inſtituta, fel. rec. Joannis Papa XXII., ad fundendum uberiores fruges, de fratrum ſuorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, commutavit. Ut vero illos vagos, & diſſolutos in viam, quoquo pacto reduceremus, primum eorum animos per dilectum Filium noſtrum Julium Tit. S. Petri ad Vincula Presbyterum Cardinalem Urbini, prædicti Monaſterii Commendatarium, qui illorum correctionem vehementer expetebat, explorandos curavimus. Num tandem reſipiſcentes, ex mundi involucris, in ovile, pro in-

Sed irrito conatu.

ſtituto convenire, & quam decet vitam in clauſtro agere, & propter inordinatos ipſorum ritus, proborum religioſorum moderationi ſubeſſe proponerent. Sed ad excuſandas excuſationes in peccatis, quidem ſeſe Regulam, cum ea, quam nunc habere dicunt, libertate ingreſſos eſſe; alii alia inania cauſantes, jugum religionis, & clauſuram aperte detrectarunt. Cumque impenſius inſtaremus, rurſus a prædicto Cardinali adſtricti, Capitulum Generale apud dictum Monaſterium indixerunt, ex cujus receſſu, cum omnia bona ſperabamus, tum Priores illorum ad Nos miſſi, eos futuræ reformationi prorſus obtemperaturos eſſe coram annuebant; interim vero alia, atque alia clam pertractantes, diem ex die ducere conabantur, ut forte inter multas ſollicitudines, hoc negocium oblivioni daremus. Sed poſtquam optata perficere decrevimus, ac proinde, quid ferrent in mandatis Procuratores prædicti cognoſcere contendimus; ipſi ita demum ſe voluntati noſtræ adſtipulaturos renuntiarunt, ſi earum rerum, quas ſuas prætendunt, uſum, atque dominium retinerent, & in reliquum tempus vitæ libertate anteacta fruerentur, dijudicari licet, quam periculoſum ſit hoc noſtrum inſtitutum longius remorari. Poſtquam igitur illos tamdiu expectatos alieno animo eſſe, neque in communem ſalutem, uti æquum fuit, per ſe conſulere intelligimus, non procraſtinandi ulterius arbitramur; quin, quod hac in re ad officium noſtrum pertinet, atque in animo inſtituimus, ſedulo perſequatur.

Omnes Prioratuum, Commendæ & c. Proviſiones eorum favore factas annullat.

§.2. Itaque de ſimilis poteſtatis plenitudine revocamus, & abolemus omnes, & quaſcumque, tam Apoſtolicas, quam Ordinarias collationes, Proviſiones, commendas perpetuas, & temporales, ac alias diſpoſitiones de Prioratibus, Dignitatibus, Adminiſtrationibus, & Officiis, etiam Conventualibus, & Clauſtralibus, Monaſterii, & Congregationis prædictorum, & ab illis dependentem, necnon omnibus, & ſingulis aliis Beneficiis, cum cura, & ſine cura, Sæcularibus, ac quorumvis Ordinis regularibus, etiam de Jurepatronatus Laicorum, ſive etiam nobilium exiſtentem, ac etiam reſervationes fructuum, & aliarum rerum Eccleſiaſticarum, necnon aſſignationes penſionum ſuper ſimilibus fructibus, & rebus prædictis Monachis, ſive in perpetuum, ſive ad certum, & qualecumque tempus, vel etiam ad nutum factas; necnon omnes regreſſus, acceſſus, & ingreſſus, ac regrediendi, accedendi, & ingrediendi facultates, & Indulta: Coadiutorum quoque deputationes ad illos, illas, vel illa, ex quacumque cauſa, quantumvis oneroſa, & conſiderabili, eiſdem, per quoſcumque Romanos Pontifices, Predeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, ejuſque Legatos.

Ipſas fundationes, erectiones, jurapatronatus, Privilegia irritat: omniaque Beneficia vacare decernit.

§.3. Necnon ſuperiores, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque ſimili poteſtatis plenitudine, ac alias quomodocumque conceſſa, reſtituta, & confirmata, ac Beneficiorum ipſorum fundationes, inter alia diſponentes, quod nullus, niſi Ordinem prædictum expreſſe profeſſus ad dicta Beneficia, etiam de Jurepatronatus exiſtentia, aſſumi poſſit, quorum omnium tenores, æque, atque ad verbum inſererentur præſentibus, haberi volumus pro expreſſis. Caſſamus quoque, & annullamus Apoſtolicas, & quaſcumque alias literas deſuper confectas, necnon Proceſſus inde habitos, & quæcumque ſecuta ſunt, etiam ex eiſdem; quin etiam omnes, & ſingulos Monachos prædictos, etiam longiſſimo, & quantumcumque tempore poſſeſſores, eiſdem omnibus, præſentium auctoritate privamus, privatoſque eſſe; ac Prioratus, Dignitates, Adminiſtrationes, officia, & beneficia prædicta vacare decernimus, & declaramus: ipſoſque ab illorum poſſeſſione amovemus, ac omnium, & ſingulorum diſpoſitionem, Nobis, & dictæ Sedi ſpecialiter, & expreſſe reſervamus.

Congregationem Fontis Avellanæ, ejuſque nomẽ abolet.

§.4. Inſuper cauſis prædictis adducti, & præterea cogitantes, Monacos, numero adeo exiguo, atque omnino ipſam Congregationem, anguſtis adeo finibus circumſcriptam, ut illa per ſe, etiam reformata, & correpta paucos admodum fructus producere poſſit; proinde conducibilius fore exiſtimamus, ſi alteri, meliori diſciplina inſtitutæ, commodis rationibus adſcribatur. Quare, de ſimili poteſtatis plenitudine, extinguimus, & abolemus in prædicto Monaſterio, & illius dignitate Abbatiali, ac etiam in omnibus Prioratibus, membris, & locis dictæ Congregationis, & ab ea communiter poſſeſſis, pariterque in omnibus Beneficiis, cum Cura Regularibus, ad diſpoſitionem Abbatis ipſius Monaſterii pertinentibus, Ordinem, ſtatum, nomen, & eſſentiam regularem S. Benedicti, & Congregationis Fontis Avellanæ.

Monaſterium ipſum, Eccleſiam, ejuſque bona Cõgregationi Camaldulenſium unit.

§.5. Ipſum vero Conventum cum Eccleſia, & Clauſtro ad Conventum neceſſario, ac Prioratibus, membris, & locis, necnon proprietatibus, Juriſdictionibus, & Juribus omnibus ab ipſa Congregatione extincta communiter poſſeſſis; prædicta Dignitate Abbatiali, illiuſque menſa, necnon Cappella ſubtus Altare majus dictæ Eccleſiæ, ac parte Ædium dicti Monaſterii, quæ ab intimo ſepto Conventus dividi, & ad uſum Abbatis accomodari poterunt, ac etiam omnibus bonis, Beneficiis, Juribus, & juriſdictionibus ejuſdem Dignitatis penitus ſeparatis, & exceptis &c. Ordini, & Congregationi Monacorum Camaldulenſium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus: itaut poſthac, una, & eadem utrorumque Congregatio, & ſodalitas Monacorum Camaldulenſium fiat Monaſterium Fontis Avellanæ, necnon Prioratus, membra, & loca.

Abbati Camaldulenſi, ut de iis poſſeſſionem capiat mandat.

§.6. Itaque Monachi omnes extinctæ Congregationis, ad Regulam, habitus, ritus, & mores Monachorum Camaldulenſium omnino reformare, illique horum inſtitutis prorſus conformari debeant: Mandantes in virtute S. Obbedientiæ Priori

Ge-

Generali Congregationis Camaldulenſis, ut ſalvis Capella, ac ædium parte, a dicto Julio Cardinale ſtatuenda, omnibuſque proprietatibus, bonis, rebus, Juribus, & juriſdictionibus ſpiritualibus, & temporalibus dictæ dignitatis Abbatialis, & illius Abbatis, ut prædictum eſt, ſeparatis; corporalem poſſeſſionem Conventus, Monaſterii, Prioratuum, membrorum, locorum, proprietatum, & jurium omnium communiter poſſeſſorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, omni mora, & dilatione præciſa, libere capiat, & apprehendat, captamque, & apprehenſam, ſine ſpolii, & attentatorum vitio perpetuo retineat: Monaſterium, & loca ad Conventum idonea, de Monachis ſuæ Congregationis, juxta illius morem, inſtituat; alios vero ſupradictæ Congregationis extinctæ Ordinem ipſum Camaldulenſem ingredi volentes, per alios Conventus ſuos, una cum aliis Monachis Camaldulenſibus diſtribuat.

Contradictores pœnis compeſcendi.

§.7. Contradictores quoslibet, & rebelles, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ceteraque omnia Juris, & facti remedia opportuna, omni, & quacumque appellatione remota, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Numerum Monachorum præfigit, dotemque pro eorum ſubſiſtentatione aſſignat.

§.8. Ut vero juſtus Monachorum, & Miniſtrorum numerus apud dictum Monaſterium commodius haberi poſſit, qui quidem numquam paucior triginta Monachorum ſit; partem proprietatum, poſſeſſionum propinquarum, & commodiorum menſæ Abbatialis prædictæ, ejuſque ad valorem annuum mille ſcutorum monetæ, videlicet Julii decem pro quolibet ſcuto computatis, ab ipſa menſa, de conſenſu dicti Julii Cardinalis dividimus, & ſeparamus, eamque menſæ Conventuali ipſius Monaſterii, pro victu Monachorum, fabrica, & aliis oneribus perpetuo applicamus, & appropriamus.

Hujuſmodi Monachis Privilegia Camaldulenſiū communicat.

§.9. Ad hoc, eiſdem Monachis, & perſonis, etiam in prædictis membris, & locis conſtituendis, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, Immunitatibus, gratiis, & Indultis, etiam ratione poſſeſſionum, & bonorum, Ordini, & Congregationi Camaldulenſi quomodolibet conceſſis, & concedendis, pariformiter, & æque principaliter uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, perpetuo concedimus.

Monachi Fontis Avellanæ intra menſem alicui Religioſo Ordini dent nomen; alias puniantur.

§.10. Ceterum, ne præſentium effectus, extinctæ Congregationi Monachorum pertinacia protrahatur, volumus ut infra menſem, a publicatione præſentium, in dicto Conventu facienda numerandi, illi omnes, vel Congregationem Monachorum Camaldulenſium ingrediantur, vel ad aliquam, ex aliis religionibus approbatis tranſeant, & ibi ordinem, juxta cujuſque regulæ inſtituta omnino profiteantur; ſin minus, lapſo menſe; in eos, tamquam deſertores, ut ceteris etiam exemplo ſint, animadvertendum curabimus, prout rei gravitas videbitur poſtulare.

Obedientes ab apoſtaſia, excommunicatione, irregularitate, ſuſpenſione &c. abſolvit.

§.11. Nos enim omnes, ſic ingreſſos, vel translatos, & profeſſos, ac voluntati noſtræ obſecutos, anteactæ vitæ pœnitentes, a reatu Apoſtaſiæ, & criminibus omnibus, necnon Excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas ipſi extra Clauſtra ſuorum Locorum, & in ſeculum vagando, juxta Canonicas ſanctiones, & Ordinis S. Benedicti inſtituta incurrerunt, etiam habitu ſæculari, regulari ſæpius dimiſſo, vel mutato, aut operto, aut ſæculari aſſumpto, in utroque foro abſolvimus; cum eo tamen, quod quiſque pœnitentiam, quam Confeſſor idoneus a ſe eligendus, pro commiſſis injunget, adimplere omnino teneantur; ac cum eis, ſuper irregularitate, quam contraxerunt, propterea, ac quia cenſuris, & pœnis hujuſmodi ſint ligati, Miſſam, & alia Divina Officia, non tamen in contemptum Clavium, celebrarunt, & alias ſeſe immiſcuerunt ſæpius in Divinis. Utque in ſuſceptis Ordinibus, etiam in Altaris miniſterio, miniſtrare, & ad dignitates, officia, & adminiſtrationes promoveri, illaque recipere, & exercere libere, & licite valeant, diſpenſamus; Abolentes omnem inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſive notam, contra ipſos quomodocumque inſurgentem ex prædictis. Jubemus igitur Monachis, & Perſonis Monaſterii, & extinctæ Congregationis in univerſum, & ſingulatim, prædictis omnibus, non expectata alia juſſione, mentiſve noſtræ declaratione, parere; neminemque prorſus, etiam ex iis, quorum collationes, proviſiones, & Commendæ Beneficiorum, & aliæ gratiæ hic revocatæ ſunt, quocumque tempore, quavis cauſa, reſtitutionem in integrum, reductionem ad terminos Juris, aut quodvis aliud gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrare, vel etiam ab alio, vel aliis impetrato, aut etiam motu ſimili conceſſæ, uti poſſe.

Abbatialem dignitatē ſæcularem efficit.

§.11. Poſtremo dignitatem prædictam Abbatialem, ut ſupra ſeparatam, & exemptam: necnon Eccleſiam, Cappellas, & Beneficia omnia regularia, ad liberam diſpoſitionem Abbatis dicti Monaſterii pertinentia, ad ſtatum ſæcularem perpetuo reducimus: itaut deinceps Abbas dicti Monaſterii nihil omnino cum Monachis, Conventu, Ordine, & Congregatione commune habeat. Neque rurſus ipſi in eum, dictamve Abbatiam, ejuſque menſam, proprietates, Bona, Beneficia, Juriſdictiones, & jura quidquid prætendere poſſint.

Ædem, & Cappellam aſſignat.

§.12. Ac eidem Abbatiæ, Cappellam pro Eccleſia, & partem ædium prædictarum pro habitatione perpetuo aſſignamus.

Ejus, ceterorumque Beneficiorum a Congregatione ſuppreſſa dependentiū collationem Rom. Pontifici reſervat.

§.13. Statuimuſque, ut ipſa dignitas Abbatiæ nuncupanda, quotieſcumque vacabit, Clerico ſæculari, tamquam Beneficium ſæculare, curam animarum non habens, & cum quibuſcumque aliis etiam Curatis, compatibile, a Congregatione prædicta prorſus alienum, per Romanum Pontificem dumtaxat conferri, & aſſignari debeat, eidemque Sedi prædictæ, ut olim Monaſterium erat, prorſus ſubjectum remaneat. Et

Be-

Beneficia omnia, cum cura, & ſine cura ad ſæcularitatem redacta, & ad diſpoſitiunem dicti Abbatis pertinentia, etiam de Jurepatronatus, ut præfertur, exiſtentia, deinceps Clericis ſæcularibus dumtaxat aſſignari: & in eis, qui de Jurepatronatus ſunt, perſonæ ſæculares, ad præſentationem Patronorum dictorum inſtitui, per ipſum Abbatem debeant.

Hujuſmodi decreta perpetuo ſervari jubet.

§.14. Decernentes ſupradicta omnia, & ſingula perpetuo inviolata, atque immutabilia fore, neque per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, ſublata cuique aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari debere: Necnun irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper prædictis omnibus, & ſingulis, per quoſcumque Judices &c. debere, ac inſuper &c. ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat obſtantibus.

§.15. Non obſtantibus noſtris, de non tollendo jure quæſito, & de unionibus committendis ad partes, vocatis, quorum intereſt, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterii, Ordinum, & Congregationum prædictarum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac prædictis fundationibus, privilegiis quoque, exemptionibus, & Indultis Apoſtolicis, illis, illorumque Superioribus, & perſonis, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & dictam Sedem, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, & alias ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, in genere, vel in ſpecie conceſſis, confirmatis, & innovatis, & quibuſcumque aliis Indulgentiis, & literis Apoſtolicis, cujuſcumque tenoris exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, aut omnino non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Quæ omnia, & ſingula præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi, contra ipſarum præſentium tenorem volumus, cuique in aliquo ſuffragari, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Hæ literæ publicatæ ſingulos arctant.

§.16. Denique volumus, ut publicatione prædicta, uti dictum eſt, facta, literæ prædictæ unnmquemque perinde arctent, ac ſi ſingulatim intimatæ fuiſſent.

Exemplis fidem dedit.

§.17. Earum quoque exempla, etiam impreſſa, Notarii publici manu, & Prælati Eccleſiaſtici, ejuſve Curiæ ſigillo obſignata, eamdem illam prorſus fidem ubique locorum in Judicio, vel extra illud faciant, quam ipſæmet præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Clauſulæ.

§.18. Nulli ergo omnino hominum &c.

Dat. die 10. Decem. 1569. An. IV.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, quarto Idus Decembris, Pontificatus noſtri Anno IV.

Finis Pontificatus Pii Quinti.

GREGO-

GREGORIUS XIII.

PAPA CCXXVIII.

ANNO DOMINI MDLXXII.



GRegorius Decimus tertius, Italus, ex Civitate Bononiæ, Hugo antea dictus, Chriſtophori de Boncompagnia filius, S. R. E. Presbyter Cardinalis, Tituli S. Sixti, Creatus tertio Idus Martii Anno 1572. Coronatus in feſtivitate Pentecoſtes. Vixit annos duodecim, menſes 10. dies decem, & octo. Creavit Cardinales triginta quatuor. Obiit die 10 Aprilis Anno Domini 1585. ejus cadaver ad Baſilicam S. Petri in ſacello, quod ipſe conſtruxerat, & Gregorianum nuncupaverat, conditum fuit. Vacavit Sedes dies duos.

I.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Statuit, quod in cauſis forum Eccleſiaſticum concernen. in Indiis Occidentalibus, & Inſulis Maris Oceani Regi Hiſpaniarum ſubjectis ſi a ſententiis pro tempore latis appellari contigerit, ab Epiſcopo ad Metropolitanum, a Metropolitano ad Ordinarium viciniorem appelletur, abſque reſcripto Sedis Apoſtolicæ.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EXpoſcit debitum Paſtoralis officii, cui diſponente Domino, providemus, ut litium diſpendiis, quæ in foro Eccleſiaſtico pro tempore tractantur, ea, qua fieri poteſt, celeritate ſuccurratur.

Series facti.

§.1. Exponi ſane Nobis nuper fecit Chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, quod in partibus Civitatum, Terrarum, & locorum, Oppidorum, & dominiorum Indiarum Terræ Firmæ, & Inſularum Maris Oceani ob locorum a Romana Curia diſtantiam difficile admodum reſcripta Apoſtolica haberi queunt, & propterea appellationes, quæ a quibuſvis ſententiis in cauſis tam criminalibus, quam aliis quibuſcumque forum Eccleſiaſticum concernentibus pro tempore latis interponuntur, difficulter admodum recipi, & admitti poſſunt, ac propterea Incolarum prædictorum diſpendiis, quæ ex litium longitudine proveniunt, valde conſultum foret, ſi duæ ſententiæ pro tempore latæ rem judicatam facerent, & ab illis amplius appellare non liceret. Quare idem Philippus Rex Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Appellatio in Indiis ab Epiſcopo ad Metropolitanum fieri poteſt.

§.2. Nos qui Populorum quorumlibet quietem, & commodum, quantum cum Domino poſſumus, libenter procuramus, eundem Philippum Regem a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod in omnibus Regnis, terris, & Dominiis Indiarum Terræ Firmæ, & Inſularum Maris Oceani, & alias quomodocumque, & qualitercumque nuncupat. dicto Philippo Regi mediate, vel immediate ſubjectis, quandocumque in cauſis tam criminalibus, quam aliis quibuſcumque forum Eccleſiaſticum concernentibus a ſententiis pro tempore latis appellari contigerit, ſi ſententia ab Epiſcopo lata ad Metropolitanum.

Si prima ſententia a Metropolitano lata fuerit, ad Epiſcopū viciniorem appellatio interponi poteſt.

§.2. Si vero prima ſententia ab ipſo Metropolitano promulgata fuerit, ad Ordinarium viciniorem abſque aliquo alio Sedis Apoſtolicæ reſcripto appelletur, & ſi ſecunda ſententia primæ ſententiæ conformis fuerit, vim rei judicatæ obtineat, & executioni per eum, qui eam tulerit, quacumque appellatione non obſtante, demandetur, ſi vero illæ duæ ſive ab Ordinario, & Metropolitano, ſive a Metropolitano, & Ordinario viciniore latæ conformes non fuerint, tunc ad alterum Metropolitanum, vel Epiſcopum, a quo primo lata fuit ſententia, ad viciniorem ejuſdem Provinciæ Epiſcopum appelletur, & duas ex ipſis tribus ſententias conformes, quas etiam vim rei judicatæ habere volumus, is, qui ultimo loco judicaverit, exequatur, quacumque appellatione non obſtante.

Clauſulæ.

§.4. Decernentes omnia, & ſingula alias quam, ut præmittitur, intentata, & facta Judicia nullius prorſus roboris, & momenti fore, & quaſcumque modo prædicto

non ſervato, interponendas appellationes nullas, irritas, & inanes exiſtere: ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam loci Ordinarios, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis etiam municipalibus, & particularibus illarum partium legibus, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis Judicibus, tam ordinariis, quam delegatis, & quibuſvis aliis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.6. Ceterum quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & ſimiliter Apoſtolica auctoritate decernimus, quod illarum tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis &c.

Dat. die 15. Maii 1572. An.I.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 15. Maii 1572. Pontificatus noſtri Anno I.

II.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Pro Congregatione S. Benedicti in Regno Portugalliæ deputatio executorum literarum Pii V. ſuper erectione dictæ Congregationis.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilectis filiis Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac Archidiacono de Vermoim in Eccleſia Bracharen., & Miniſtro Monaſterii per Miniſtrum gubernari ſoliti Sanctiſſimæ Trinitatis Ulyxbonen. Ordinis Redemptionis Captivorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

JUſtis petentium votis libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis. Dudum ſiquidem ſe. rec. Pio Papa V. Prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis.

§.1. Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. In eminenti dignitatis Apoſt. ſpecula meritis licet imparibus divina diſpoſitione vocati, ad ea libenter intendimus, per quæ eliminatis ſingulis Religioſorum Ordinum abuſibus, & incommodis, quæ in eos tractu temporis diverſimode irrepſerunt, antiquis ſuis prærogativis, & priſtinæ dignitati reſtituantur, & ut ad id facilius ſubſequi poſſit, Catholicorum Regum vota, quæ ad id tendere conſpicimus, libenter ad exauditionis gratiam admittimus, aliaſque deſuper diſponimus, prout rerum, & temporum qualitate penſata, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sane chariſſimus in Chriſto filius noſter Sebaſtianus Portugalliæ, & Algarbiorum Rex Illuſtris exponi Nobis nuper fecit, quod ipſe dudum provide conſiderans quamplura Monaſteria Ordinis Sancti Benedicti, in ſuo Portugalliæ Regno conſiſtentia partem ob Prælatorum ſuorum, qui eis hactenus præfuerunt, vel illa in commendam obtinuerunt, negligentiam, malumque regimen, partim ob depravatos in eis pro tempore exiſtentium Monachorum mores, ab antiqua illa dicti Ordinis diſciplina, & Religione ita diſceſſiſſe, ut ibi nulla formæ regularis Obſervantiæ veſtigia ſupereſſe videantur, ac propterea afflictis ibi præfatæ Religionis rebus ſuccurrere, illaque in eodem Regno ſuo ad Divinæ Majeſtatis honorem, & gloriam meliori, quo poſſet modo, reparare deſiderans, cum præſertim illam in Italiæ, & Hiſpaniarum Provinciis, aliiſque locis feliciter florere proſpiceret, duos ſpectatæ Religionis, & prudentiæ ipſius Ordinis Monachos reformatos ex Provincia Caſtellæ accerſivit, quorum opera, virtuteque una congregatio Monachorum Ordinis hujuſmodi, in Portugalliæ Regno hujuſmodi, ad inſtar Caſtellæ, ſeu S. Juſtinæ de Padua, vel Caſſinen. Congregationum inſtitui poſſet. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, tam ſanctum, & neceſſarium opus abſque noſtra, & Sedis Apoſtolicæ auctoritate, ad optatum finem perduci facile nequeat, idem Sebaſtianus Rex Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut ejuſdem Religionis S. Benedicti reſtaurationi ſalubriter in dicto Regno conſulere, aliaſque in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui votis quibuslibet præſertim regularis diſciplinæ obſervationem concernentibus, quantum cum Deo poſſumus, libenter annuimus, eumdem Sebaſtianum Regem a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, unam Congregationem omnium, & ſingulorum Monaſteriorum virorum Ordinis Sancti Benedicti hujuſmodi, in eodem Regno exiſtentium, quæ de jurepatronatus ipſius Seba-

ſtiani

ſtiani Regis exiſtunt, ſuo invocatione eidem Sebaſtiano Regi beneviſa, etiamſi ipſe illam ab uno ex dictis Monaſteriis denominari, Monaſteriumque hujuſmodi illius caput eſſe, vel aliquam in ea præeminentiam, ſeu prærogativam habere voluerit, ad prædictarum Congregationum inſtar eum ſolitis ejus privilegiis, facultatibus, favoribus, indultis, & gratiis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, ex certa ſcientia perpetuo erigimus, & inſtituimus, necnon illi ſic erectæ omnia, & ſingula dicti Ordinis S. Benedicti Monaſteria virorum, in dicto Regno conſiſtentia, & de jurepatronatus ipſius Sebaſtiani Regis exiſtentia, ut præfertur, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque ſint, & per quoſcumque, etiam Ven. Fratres noſtros S. R. E. Cardinales, & legatos de latere in titulum, commendam, vel adminiſtrationem, vel alias obtineantur, vel actu nunc quovis modo vacent, etiamſi tanto tempore vacaverint, quorum omnium proviſio juxta Lateranen. ſtatuta Concilii, aut alias canonicas ſanctiones, ad Sedem Apoſtolicam legitime devoluta exiſtat, & de illis etiam coſiſtorialiter diſponi conſueverit, ſeu debeat, ſuper illis quoque inter aliquos, etiam Cardinales præfatos lis pendeat indeciſa, cum dilectis filiis illorum Prioribus, Conventibus, Monachis quibuſcumque, ſine tamen præjudicio facultatis diſponendi de Monaſteriis virorum in Regno prædicto conſiſtentibus, & de jurepatronatus Sebaſtiani Regis exiſtentibus bujuſmodi, illorum occurrente vacatione, ac jurium Sedis prædictæ, auctoritate, & tenore prædictis ſubiicimus, ſupponimus, incorporamus, & aggregamus, illique, ac ejus Monaſteriis, Prioribus, Conventibus, & Monachis prædictis, quod de cetero omnibus, & ſingulis privilegiis, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, indulgentiis, favoribus, indultis, & gratiis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, quibus Congregationes prædictæ, & earum quælibet, ſuaque Monaſteria, earumque perſonæ in genere, vel in ſpecie, etiam ex aliorum Ordinum communicatione, & ex conceſſionibus Apoſtolicis, & alias utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ſolum ad earum inſtar, ſed pariformiter, & æque principaliter abſque ulla prorſus differentia uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, concedimus, & indulgemus, necnon alterum ex duobus Monachis præfatis, per ipſum Sebaſtianum Regem, ut præfertur, aceitis, aut alium dicti, ſeu alterius Ordinis Religioſum virum, ad hoc per eumdem Sebaſtianum Regem nominandum in Viſitatorem, & Reformatorem generalem Congregationis, & Monaſteriorum hujuſmodi, ac omnium, & ſingulorum Prioratuum, & aliorum locorum Regolarium dicti Ordinis S. Benedicti, necnon Abbatum Priorum, Conventuum, Monachorum, & aliarum perſonarum ſuarum, exceptis tamen ex illis Cardinalibus prædictis, ad decennium tantum conſtituimus, & deputamus, illique ſic conſtituto, & deputato, ut Monaſteria, Prioratus, & alia loca, ac Abbates, Priores, Conventus, & perſonas Congregationis erectæ hujuſmodi, juxta Concilii Tridentini decreta viſitare, tam in capite, quam in membris reformare, delinquenteſque, & inobedientes, ac rebelles carcerare, caſtigare, & punire, ac regularia Congregationis prædictæ inſtituta illue introducere, ac Congregationis erectæ Monaſteria, & Prioratus hujuſmodi, in commendam pro tempore obtinentes, cujuſcumque ſtatus exiſtant, etiamſi Cardinalatus honore præſulgeant, ad congruos fructuum, reddituum, & proventuum portiones illorum Conventibus prædictis, ad hoc, ut ipſi ibi regulariter, tranquille, & commodius vivendo, liberius Altiſſimi beneplacitis vacare poſſint, aſſignandum, & eum effectu tradendum, etiam ſub cenſuris eccleſiaſticis, ac pecuniariis, necnon Monaſteriorum, & Prioratuum, aliorumque Beneficiorum, & Officiorum, per eos pro tempore obtentorum privationis pœnis, aliiſque opportunis juris, & facti remediis cogere, & compellere, ac quæcumque Ordinationes, & ſtatuta aliarum Congregationum hujuſmodi, in toto, vel parte aſſumere, necnon alia ad ſalubre regimen Congregationis, ac Monaſteriorum, & perſonarum hujuſmodi conducibilia, licita tamen, & honeſta, ac dicto Concilio non contraria condere, quæ poſtquam condita forent, etiam ex tunc, prout ex ea die dicta auctoritate Apoſtolica confirmata, & approbata ſint, & eſſe cenſeantur eo ipſo. Congregationem quoque, ſeu generale Capitulum ipſius ſic erectæ Congregationis, ac prima vice ubi, & quando ſibi videbitur, ſub ſimilibus cenſuris, & pœnis convocare, & indicere, illique præſidere, necnon per eum ſtatuta, & ordinata ſub eiſdem cenſuris, & pœnis & quacumque appellatione remota debitæ executioni demandare, & demandari facere; necnon inobedientes, & rebelles, ſibique non parentes, cenſuras, & pœnas hujuſmodi incurriſſe declarare, illaſque etiam iteratis vicibus aggravare, & interdictum Eccleſiaſticum apponere, auxiliumque brachii ſæcularis, ſi opus ſit, invocare, ceteraque in præmiſſis neceſſaria, & opportuna, necnon omnia, & ſingula ea, quæ generales miniſtri Ordinis Mendicantium, in ſuis Ordinis Domibus, & circa ea alias, tamen juxta ipſius Ordinis regularia Inſtituta, & ſine præjudicio jurium Sedis prædictæ, ac eorumdem Monaſteriorum, fundatorum voluntatem facere, exercere, & exequi ſimiliter poſſit, & valeat auctoritatem, & facultatem concedimus, & inſuper quod de cetero in ipſa erecta Congregatione Conſtitutio fe. rec. Clementis Papæ III. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: In ſingulis, quoad viſitatorum electionem, alias tamen juxta erectæ Congregationis Inſtituta, necnon alia dicti Ordinis S. Benedicti Reformationem concernentia obſer-

obſervari debeat, ſtatuimus, & ordinamus Decernen., quod ſi d.decennio durante Generalis Reformator, per Sebaſtianum Regem nominandus hujuſmodi deceſſerit, vel idem Sebaſtianus Rex illum amoveat, liceat eidem Sebaſtiano Regi alium ipſius loco, & ſecundi, ac tertii loco, vel etiam ulterius etiam alium nominare, ita tamen quod poſt dictum decennium Congregatio erecta hujuſmodi illorum loco alios juxta dictæ Congregationis Caſſinen. ſtatuta, & alias juxta illius privilegia eligere debeant, & teneantur, qui eo ipſo dicta auctoritate Apoſtolica conſtitutus, cum eiſdem auctoritate, & facultate ſit, & eſſe cenſeatur, necnon præſentes literas, ac præmiſſa omnia, & ſingola in eis contenta nullo unquam tempore, quovis quæſito colore, vel ingenio de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, vel impugnari poſſe, ſed illa omnia, & ſingula valida, & efficacia fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & inviolabiliter obſervari, ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Cardinales prædictos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. piæ me. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac monaſteriorum, & Ordinis Sancti Benedicti prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, ac literis Apoſtolicis eidem ordini Sancti Benedicti, illius ſuperioribus, & perſonis eorum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam Imperatoris, & Regum contemplatione, aut alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de eis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, vel aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, erectionis, inſtitutionis, ſubjectionis, ſuppoſitionis, incorporationis, aggregationis, conceſſionis, indulti, conſtitutionis, deputationis, ſtatuti, ordinationis, decreti, & derogationis infringere, aut ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Paoli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexto, Pridie Kalen. Maii, Pontificatus noſtri Anno I.

§.2. Nos igitur cupientes dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Monachis, & perſonis Congregationis Sancti Benedicti hujuſmodi de opportuna Judicum, qui ſibi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtant, deputatione providere, eorumdem Abbatum, Priorum, Monachorum, & perſonarum hujuſmodi ſupplicationibus in hac parte inclinati, diſcretioni veſtræ per præſentes committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios literas prædictas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatum, Priorum, Monachorum, & perſonarum hujuſmodi ſeu alicujus eorum fueritis requiſiti, ſolemniter publicantes, ſibique in premiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciatis auctoritate noſtra Abbates, Priores, Monachos, & perſonas erectione, inſtitutione, ſubjectione, ſuppoſitione, incorporatione, aggregatione, conceſſione, indulto, conſtitutione, deputatione, ſtatuto, ordinatione, decreto, derogatione, & aliis præmiſſis juxta dictarum literarum continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere, non peremitten. eos, ſeu eorum aliquem deſuper, per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari; Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Confirmatio præfatarũ literarum, quarum executio committitur.

§.3. Non obſtan. prædicta Bonifacii Prædeceſſoris, qua cavetur ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis. ad judicium evocetur, ſeu ne Judices a Sede Apoſtolica deputati extra Civitatem, vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint contra quoſcumque propterea procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere audeant, vel præſumant, & de duabus dietis in Concilio generali edita dummodo ultra tres aliquis auctoritate præſentium ad Judicium non trahatur, ac aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, necnon omnibus illis, quæ in dictis literis expreſſum fuit non obſtare, contrariis quibuſcumque.

Derogatio contrariorum

Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, octavo Kalen. Junii, Pontificatus noſtri Anno I.

Dat. die 25. Maii 1572. An.I.

Fa-

III.

Facultas Religioſorum Societatis Jeſu, eligendi Conſervatores in ejus cauſis, ac juriſdictio ipſorum Conſervatorum ex indulto Pii V.

Hanc Religionem primo loco approbavit Paulus III. ut in ejus Conſt.XXXI. Regimini. *Tom.IV, Part.I. fol.185. ubi alia de ea tibi indicavi.*

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ÆQUUM reputantes, & rationi conſonum, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet ejus ſupervenient obitu literæ Apoſtolicæ deſuper confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum.

Ad ſupplicationem Societatis Jeſu.

§.1. Dudum ſiquidem fel. rec. Pio Papæ V. Prædeceſſori noſtro pro parte dilectorum Præpoſiti Generalis, & Religioſorum Societatis Jeſu expoſito, quod cum dicta Societas benedicente Domino, longe lateque eſſet propagata, ac ad Dei laudem, & honorem, militantiſque Eccleſiæ profectum in dies augeretur, & propter diverſa bona temporalia, quæ Collegia ſcholarium ſub eorum cura inſtituta poſſidebant, conſervanda, & recuperanda, lites aliaque forenſia frequentes ſubire neceſſario cogeretur, exindeque fieret, ut ejus perſonæ, quæ Animarum ſaluti implicitæ litium anfractus, qui ab eorum inſtitutis valde diſſonabant, evitare cupiebant, ab earum miniſterio, non ſine animi ſui dolore, cum animarum hujuſmodi diſpendio diſtraherentur, & eidem Prædeceſſori pro parte eorumdem Præpoſiti Generalis, & Religioſorum aſſerentium, eorum bona a quorumcumque locorum Ordinariorum Juriſdictione libera, & exempta ac ſub Romani Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ protectione alias recepta fuiſſe, humiliter ſupplicato, ut eorum quieti more pii Patris, ac alias in præmiſſis opportune conſulere de benignitate Apoſtolica dignaretur.

Pius V. ei conceſſit, ut in omnibus cauſis, Conſervatores, & Judices eligere poſſint.

§.2. Idem Prædeceſſor, qui ad gratos Deo, & univerſæ Republicæ Chriſtianæ utiles, & neceſſarios fructus, quos Societatis prædictæ perſonæ in vinea Domini ſemper proferebant, debitum reſpectum habebat, facere nullo modo poterat, quin ipſis ea concederet, per quæ ipſi, eorumque res, & bona a noxiis, juſtitiæ miniſterio, præſervarentur, eoſdem Præpoſitum generalem, & Religioſos, ac eorum ſingulos, a quibuſvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtebant, ad effectum infraſcriptorum dumtaxat conſequendum abſolvens, & abſolutos fore cenſens, hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus, ſub dat. videlicet octavo Kal. Junii, Pontificatus ſui Anno tertio, eidem Societati, ſinguliſque illius perſonis, ac eorum familiaribus Clericali Charactere tamen inſignitis, ut in quibuſcumque cauſis, tam Civilibus quam Criminalibus ac mixtis, etiam in eis in quibus actores vel conventi rei forent, ipſis contra quaſcumque Communitates, & Collegia hujuſmodi, omnes, & ſingulos Archiepiſcopos, Epiſcopos, ac Abbates, necnon alias perſonas in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, ac Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicos, ac eorundem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Vicarios in ſpiritualibus, & Officiales Generales ubilibet conſtitutos, in ſuos poſſent aſſumere Conſervatores, & Judices ordinarios indulſit.

Ipſique Judices, & Conſervatores amplam, de qua hic juriſdictionem habeant.

§.3. Ipſis vero ſic electis, vel duobus, aut uni eorum, ut per ſe vel alium ſeu alios etiam ſi ſint extra loca, in quibus Conſervatores, & Judices deputati forent, eidem Societati efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permitterent Societatem, Collegiaque hujuſmodi ſuper terris, locis, domibus, poſſeſſionibus, & juribus, necnon fructibus, cenſibus, redditibus, & proventibus, ac quibuſcumque aliis bonis mobilibus, & immobilibus, ſpiritualibus, & temporalibus, necnon privilegiis, & indultis, eis, & dictæ Societati, tam Apoſtolica quam ordinaria, & alias rite Regia auctoritatibus conceſſis, & aliis rebus ad dictam Societatem, communiter vel diviſim ſpectantibus, a quibuſcumque perſonis tam ſæcularibus quam Eccleſiaſticis, ac quacumque auctoritate, & ſuperioritate, fungentibus, quoquo modo indebite moleſtari, vel eis gravamina, damna, aut iniurias irrogari, facerentque cum ab eiſdem Societate, aut perſonis, vel procuratoribus ſuis, ſeu aliquo ex eis forent requiſiti, reſtitutione locorum, terrarum, domorum, poſſeſſionum, jurium, & bonorum mobilium, & immobilium, redditUum quoque, & proventuum, ac aliorum quorumcumque bonorum, necnon privilegiorum, & indultorum, eis tunc, & pro tempore conceſſorum obſervatione, necnon de quibuslibet moleſtiis, iniuriis, damnis, tunc præſentibus, & futuris, in illis videlicet quæ judicialem requirerent indaginem ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, in aliis vero prout eorum qualitas exegiſſet juſtitiæ complementum, occupatores, ſeu detentores, præſumptores, & iniuriatores hujuſmodi, necnon cotradictores quoslibet, & rebelles, etiam ſi alias quam ut præfertur, qualificati exiſterent, quandocumque, & quotieſcumque expediſſet, auctoritate Apoſtolica, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, eos, quos ſententias, cenſuras, & pœnas, per eoſdem Conſervatores ſeu Judices pro tempore latas incurriſſe, eis conſtitiſſet, eas incuriſſe declararent, & quoties opus fuiſſet, etiam iteratis vicibus aggravarent, necnon auxilium brachii ſæcularis invocarent, commiſit,

miſit, & mandavit. Ac inſuper ſi per ſummariam informationem, per eos ſuper his habendam, ipſis conſtitiſſet, quod ad loca, in quibus occupatores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores hujuſmodi, ac alios, quos literæ tunc deſuper conficiendæ concernerent, pro tempore morari contigiſſet, pro monitionibus, & inhibitionibus ipſis, ac citationibus eis faciendis, tutus non pateret acceſſus, Judicibus, & Conſervatoribus hujuſmodi monitiones, & citationes præfatas, ac inhibitiones quaslibet, per edicta publica locis publicis affigenda, de quibus eſſet veriſimilis coniectura, quod ad ipſorum monitorum, citatorum, & inhibitorum notitiam pervenire valerent, faciendi. Necnon eiſdem occupatoribus, detentoribus, præſumptoribus, moleſtatoribus, iniuriatoribus, contradictoribus, & rebellibus, etiam ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac etiam pecuniariis eorum arbitrio moderandis, inhibendi, ac quibuſvis inhibitionibus, eis pro tempore, etiam prætextu quarumcumque literarum Conſervatoriarum, ſeu privilegiorum Apoſtolicorum quibuslibet conceſſorum, & concedendorum, pro tempore factis non obſtantibus, eorum juriſdictionem libere exercendi, loca, ad quæ eos declinare contigerit, & in quibus ſcienter ſtare permiſſi forent, Eccleſiaſtico interdicto ſubiiciendi plenam, & liberam facultatem conceſſit. Ac monitiones, requiſitiones, inhibitiones, & citationes ſic factas, perinde ipſos monitos, requiſitos, inhibitos, & citatos arctarent: ac ſi eis perſonaliter factæ, inſinuatæ, & intimatæ forent.

Et iſtam conceſſionem per quaſcumque derogationes non ablatam, nec diminutā conſeri decrevit.

§.4. Ac tunc deſuper conficiendis literis, & in eis contentis diſpoſitionibus, per quaſcumque derogationes, in quibuſvis aliis literis Apoſtolicis gratiam vel Juſtitiam, & mixtim continentibus, per eumdem Prædeceſſorem, & Sedem Apoſtolicam, etiam cum derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & per quas earumdem literarum tunc deſuper conficiendarum tenor, ac ſi de verbo ad verbum in eis inſertus foret, pro expreſſo haberetur, quibuſcumque perſonis, ſeu in eorum favorem, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, conceſſas, & factas, ac faciendas, & concedendas, nullatenus derogatum cenſeretur, aut derogari poſſet, niſi tenor earumdem tunc deſuper conficiendarum literarum, de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, foret in illis inſertus, & derogatio pro tempore facta hujuſmodi per trinas diſtinctas literas eumdem tenorem continentes, tribus ſimiliter diſtinctis vicibus, eidem Societati intimata, & inſinuata foret, & quod aliter earumdem literarum tunc deſuper conficiendarum pro tempore factæ derogationes nemini ſuffragarentur.

Unumque ex ipſis Judicibus articulum per alium inchoatum proſequi poſſe declaravit.

§.5. Quodque quilibet Judicum, & Conſervatorum præfatorum valere proſequi articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo foret Canonico impedimento præpeditus, quodque cuilibet Conſervatorum, & Judicum eorumdem, ab eodem die octavo Kal. Junii eſſet in præmiſſis omnibus, ac eorum ſingulis, cæptis, & non cæptis, tunc præſentibus, & futuris, perpetua poteſtas, & juriſdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate poſſent in præmiſſis omnibus, cæptis, & non cæptis, tunc præſentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia, & ſingula coram eis cæpta fuiſſent, & eorum ac cujuslibet ipſorum juriſdictio de præmiſſis omnibus, & ſingulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitime extitiſſet, ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decrevit.

Contrariis omnibus derogavit.

§.6. Non obſtantibus piæ mem. Bonifacii PP. VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, qua cavebatur, ne quis extra ſuam Civitatem vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocaretur: ſeu ne Judices a Sede prædicta deputati extra Civitatem vel Diœceſim, in quibus deputati forent, contra quoſcumque procedere præſumerent: & de duabus dietis in Concilio Generali edita, dummodo non ultra tres dietas aliquis vigore earumdem literarum tunc deſuper conficiendarum extraheretur, & quibuſvis aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuſvis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis Regibus, Ducibus, Comitibus, ceteriſque cujuſcumque dignitatis, qualitatis, & præeminentiæ, ac Ordinis etiam Mendicantium, & conditionis exiſtentibus perſonis, in genere vel in ſpecie, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus idem Pius Prædeceſſor, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad id ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, pro ſufficienter expreſſis habens, illis alias in ſuo robore permanſuris, ea vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogavit, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis ſuę Bullæ credi voluit.

§.7. Voluit inſuper idem Pius Prædeceſſor, quod literarum, tunc deſuper conficien-

Digitized by Google

ficiendarum tranſumptis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhiberetur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sed quia ipſius Pii obitu ſuperveniente Bulla non fuit expedita, ideo hic Pontifex de ejus validitate non dubitari decernit.

§.8. Ne autem de abſolutione, indulto, & aliis præmiſſis, pro eo quod ſuper illis ipſius Pii Prædeceſſoris, ejus ſuperveniente obitu, literæ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, ipſaque Societas illorum fruſtretur effectu, volumus, & ſimiliter Apoſtolica auctoritate decernimus, quod indultum, & alia præmiſſa perinde a dicta die octavo Kalendas Junii ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius Pii Prædeceſſoris literæ confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur. Quodque præſentes literæ ad probandum plene abſolutionem, indultum, & alia præmiſſa ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

Nulli ergo &c.

D. P. An.I. 25. Maii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, octavo Kalendas Junii, Pontificatus noſtri Anno primo.

IV.

Prohibitio depingendi, ſive miniandi, aut venales proponendi, Agnusdei a Romano Pontifice benedictos.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa hujus prohibitionis.

OMni certe ſtudio, & opera a Nobis procurandum eſt, ut ea tollantur, quæ non conveniunt, ac noſtrum, & aliorum bonorum, piorumque Chriſtifidelium animos offendunt. Itaque provide conſiderantes certas formas innocentiſſimi Agni imagine figuratas, & per Romanos Pontifices ſtatutis temporibus conſecrari ſolitas, ſicut Agni puri, & mundi a ſummo Pontifice benedicuntur, ita ab omnibus poſtmodum immaculatas, non autem auro, & coloribus ullis depictas, ſed in ſua albedinis munditie ſanctificatas congruenti cum reverentia teneri, & conſervari debere.

Prohibitio depingendi, aut miniandi, ſeu venales habẽdi Agnus Dei a Pontifice benedictos.

§.1. Statuimus, & ordinamus, ac ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, prohibemus, & interdicimus, ne quiſquam ſive vir, ſive mulier, ſæcularis, aut Eccleſiaſtici, etiam regularis Ordinis ille ſit, & quocumque gradu, conditione, ſtatu, nomine, dignitate, & honore præcellat, poſthac in perpetuum Agnusdei per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem benedictos depingere, inficere, minio notare, vel aurum, aut colorem aliquem illis imponere, aut quiddam aliud ſuper inducere, neque depingi, aut miniari facere, nec illos venales proponere, ſeu tenere quovis prætextu, qualibetve de cauſa audeat. Verum eos albos, & mundos Agnum illum purum, & innocentem repræſentantes, qui occiſus præcioſiſſimo ſanguine ſuo Nos redemit, decenter, ac reverenter a cunctis haberi; deferri, & cuſtodiri præcipimus, & ita ab omnibus fieri, & cenſeri debere decernimus.

Ordinarii hic prohibitionem publicent.

§.2. Mandantes omnibus, & ſingulis locorum Ordinariis per univerſum Chriſtianum Orbem conſtitutis, eorumque Vicariis in ſpiritualibus generalibus, ut præſentem noſtram Conſtitutionem, & prohibitionem in ſuis quiſque Civitatibus, & Diœceſibus ſtatim publicare procurent, ita ut ad omnium notitiam quamprimum pervenire poſſit.

Contravenientium pœnæ.

§.3. Quicumque vero inobedientes fuerint, præter excommunicationis pœnam, quam, ut præfertur, incurrent, etiam aliis pœnis ipſorum Ordinariorum, ſeu Vicariorum plecti, & mulctari volumus, & jubemus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.5. Volumus etiam, quod præſentium literarum exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati Eccleſiaſtici obſignatis, plena eademque prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An.I. 25. Maii.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, octavo Kalendas Junii, Pontificatus noſtri Anno I.

V.

Confirmatio Conſtitutionis Pii V. de non alienandis, & infeudandis Terris, & locis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Hanc Conſt. LIII. Pii V. habes in T. IV. P. II. fol. 364. Admonet, *& ibi ejus exceptiones indicavi. Quibus adde quod hic Pontifex die 3. Aprilis 1581. in Conſiſtorio declaravit ſub dicta Bulla Pii V. comprehendi etiam, conceſſiones guberniorum, quæ ultra triennium, de locis S. R. E. fieri contingeret.*

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INter ceteras, quæ ad Romani Pontificis curam, ac ſollicitudinem pertinent, illud quoque non mediocri ſtudio providendum eſt, ut res Eccleſiaſtica ſarta tecta uſquequaque conſervetur, quod cum de aliis omnibus, tam præcipue de iis, quæ ſpecialis juriſdictionis Romanæ Eccleſiæ ſunt, curare debet, ne ulla uſquam illorum imminutio fiat.

Pius V. prohibuit alienari, vel infeudari loca S. R. E.

§.1. Cujus rei cauſa fel. record. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter, ut talium diſtractionibus omnem viam, quantum in ipſo erat, in perpetuum præcluderet, literas edidit in hæc verba. Pius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memo-

riam. Admoniet Nos ſuſcepti. *Omittitur tenor, quia habet in Pii V. Conſtit.LIII. cit. in rubr.*

Hic Pontifex modo confirmat illius Cōſtitutionem.

§.2. Cum autem eæ literæ ad retinendam Sedis Apoſtolicæ dignitatem valde pertineant, Nobis nihil optabilius fuit cum primum ad Summi Apoſtolatus apicem, divina Nos clementia evocavit, quam ut ipſis primo quoque tempore præſentium noſtrarum robur adjungeremus. Quocirca prædictas literas, & omnia in eis contenta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium comprobamus, confirmamus, & innovamus, volumuſque eas perpetuo obſervari.

Sanctio pœnalis.

§.3. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ comprobationis, confirmationis, innovationis, & voluntatis infringere; vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

D. P. An.I. 27. Maii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, ſexto Kalendas Junii, Pontificatus noſtri Anno I.

VI.

Contra Famigeratores nuncupatos Menantes, eorumque ſcripta recipientes, & famoſos libellos ſcribentes, & mittentes.

Conſonat Conſt.CXCVIII. Pii Quinti, quæ eſt ſupra fol.196.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

EA eſt rerum humanarum infelicitas, ut non vetera tantum vitia pertinaciter adverſus omnem legumlatorum ſolertiam luctentur, & quamvis acribus compreſſa ſuppliciis renaſcantur, ſed nova etiam in dies, & ſuperioribus ſæculis ignota ſuccreſcant. Quo Nos pro injuncto Nobis divinitus munere diligentius adjuti, par eſt, ut & illa coerceamus, & horum, quæ ſe nunc primum offerunt, antequam ſe corroborent radices ipſas, ſi qua ratione poſſumus, amputemus.

Famigeratorum mala.

§.1. Cum igitur haud ita pridem in Urbe noſtra, ſecta quædam emerſerit hominum improbe curioſorum, qui quoſcunque de publicis privatiſque negotiis, vel aliunde rimari poſſunt, vel ipſi etiam pro ſua libidine comminiſcuntur, domi, foriſque facta, infecta, vera, falſa, nullo diſcrimine proponunt, recipiunt, & ſcriptitant, itaut hujus rei jam artem quaſi quandam instituerint, ac plerique eorum, etiam vili mercedula conducti, harum rerum commentariolos, ex falſis plerunque vulgi rumoribus incerto auctore collectos, huc illuc mittent, aut etiam tanquam primum ex Urbe ad diverſa loca miſſos, deinde iiſdem ex locis in Urbem remiſſos circumferant, ac vendidtent, quibus non tantum de præteritis arbitratu ſuo nugantur, ſed etiam quid ex hac, aut illa re, eventurum ſit, ſtolide vaticinantur.

Prohibitio cum impoſitione pœnarum.

§.2. Nos qui, & facile proſpicimus, & rerum experimentis edocti ſumus, quæ quantaque mala ex eo proveniant, cum & ſæpius ſparguntur falſa pro veris, ſeu directe, ſeu oblique, ac quodam quaſi colore quæſito, multorum exiſtimatio, & fama violatur, his ac talibus incommodis occurrere cupientes, hujus Conſtitutionis auctoritate prohibemus, ne quis in poſterum tales commentarios conficere, neve ab aliis confectos recipere, deſcribere, ſpargere, aut ad alios mittere audeat. Qui horum quid fecerit, ipſo facto perpetuæ ignominiæ nota affectus, ſine ulla ſpe veniæ ad triremes, aut perpetuo; aut ad tempus pro admiſſi qualitate damnetur. Qui vero hujuſmodi commentariorum, aut ſcriptorum quicquam undecumque, & a quocumque receperit, id quam primum Urbis noſtræ Gubernatori ſignificare, & eidem omnia conſignare debeat. Quod ſi non fecerit, ipſum pœnis prædictis decernimus ſubjacere. Antiquis juribus contra ſcribentes, aut mittentes libellos famoſos editis, nihilominus in ſuo robore duraturis.

Confirmatio legum de famoſis libellis.

Exemplorum fides.

§.3. Volentes præſentium exemplis, etiam non impreſſis, Notarii publici manu, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eamdem illam ubique fidem, in judicio, & extra adhiberi, quæ præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An.I. 1. Septemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Kalendis Septembris, Pontificatus noſtri Anno primo.

Publicatio.

Anno Incarnationis Dominicæ 1572. indictione 15. die vero Sabbati 6. menſis Sept. Pont.SS. in Chriſto Patris, & D.N.D.Greg. divina providentia Papæ XIII. an.I., affixæ & publicatæ fuerunt Romæ, ad valvas S.Jo.Lateran., & S.Petri, ac Cancell. Apoſt., & in acie Campi Floræ, ut moris eſt, per nos Jo. della Guardia, & Scipionem de Octavianis SSmi D. N. Papæ Curſ. Philibertus Mag. Curſ.

VII.

Facultas Ordinis, tam Fratrum, quam Monialium Eremitarum S. Auguſtini, permutandi, & alienandi bona cujuſcumque Monaſterii in evidentem ejus utilitatem, cum licentia, vel approbatione Prioris generalis dicti Ordinis.

Aliæ extabant Pontificiæ diſpoſitiones circa hanc facultatem, ſed eas prætermiſi, hac contentus uti pleniore. Cetera autem de hoc Ordine vide in Conſt.XXIX. Alex.IV. Licet. *Tom.III. Par.I. fol.373.*

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

DUM ad uberes ſalutiferoſque fructus, quos benedicente Domino ſacer dilectorum

ctorum filiorum Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Ordo in vinea Domini protulit, & in dies proferre non ceſſat, debitum reſpectum habemus, ac plane agnoſcimus, quod ii tanquam hujus Sedis ſpeciales filii, tam verbum Dei per Urbes, & Regiones diſſeminando, quam ubique varia charitatis opera adimplendo, Nos in hujus Paſtoralis officii onere coadjuvare non ceſſant, facere nullo modo poſſumus quin eos ſpeciali quadam hujus Sedis benevolentia proſequentes, ea ſibi favorabiliter concedamus, per quæ eorum indemnitati, Monaſteriorumque ſuorum utilitati poteſt ſalubriter provideri.

Cauſa hujus concesſionis.

§.1. Exponi ſane Nobis nuper fecerunt iidem Fratres Eremitæ, quod ſæpenumero accidit, ut pro aliqua urgenti neceſſitate, vel utilitate Monaſteriorum, domorum, & locorum dicti Ordinis, tam virorum, quam mulierum, illorum bona locare, alienare, permutare, vel in emphyteuſim, ſeu livellum dare expediret, ac quandoque contingit, ut conditio ſemel oblata, ſi prætermittatur, maximam afferat jacturam, præterquam quod difficile admodum exiſtit pro ſingulis minimis commutationibus, & aliis contractibus ad Sedem præfatam recurrere, ac id non ſine ipſius Ordinis in paupertate fundati inquietudine eſſe poteſt. Quare iidem Fratres Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Conceſſio facultatis alienandi bona Ordinis, cum licentia, vel approbatione Prioris generalis, & dummodo fiat in evidentē utilitatem dicti Ordinis.

§.2. Nos fel. rec. Sixti V., & Leoni X. ac aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærere volentes, ipſoſque Fratres Eremitas, & eorum quemlibet a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiſdem Fratribus Eremitis, ut ex nunc de cetero perpetuis futuris temporibus Fratres, & Moniales dicti totius Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, omnium, & quorumcumque Monaſteriorum, Domorum, & locorum ejuſdem Ordinis, ubilibet nunc, & pro tempore conſiſtentium, libere, & licite poſſint, & valeant, quæcumque bona ſtabilia, & immobilia, ſeu quaſi ſtabilia cujuſcumque qualitatis, & quantitatis, & valoris, & in quocumque loco exiſtentia eorumdem Monaſteriorum, Domorum, & locorum vendere, alienare, & permutare, & etiam in emphyteuſim, ſeu ad livellum, etiam ad longum tempus concedere, & pro precio, affictu, pactis, modis, & formis hinc inde conveniendis, licentiam, & facultatem Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus. Proviſo tamen quod fiant pro commoditate, vel utilitate ipſorum Monaſteriorum, domorum, & locorum, & quod conſenſus duarum partium, ex tribus partibus Fratrum, vel Monialium illius Monaſterii, Domus, vel loci, cujus dicta bona erunt, accedat, & interveniat, & quoad conceſſionem in emphyteuſim, dummodo illa non fiat, ultra duas generationes, vel nominationes, abſque alia a Nobis, vel Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus, aut Sede Apoſtolica, vel illius de latere Legatis, ſeu Nunciis, aut etiam locorum Ordinariis petenda, vel obtinenda licentia, ſeu confirmatione; ita tamen quod loco conſenſus Sedis Apoſtolicæ, dilectus filius Prior generalis dicti Ordinis, nunc & pro tempore exiſtens, & diligenter examinata, & evidenter utili comprobata habeat, prout ſibi ea nunc perpetuo concedimus poteſtatem ratificandi hujuſmodi location. conceſſion. vendition. & alienation. ac contractus. Sic quod ubi talis ordo non fuerit ſervatus, locatio, conceſſio, venditio, & alienatio, ac contractus aliter facta, nulla & invalida, nulliuſque roboris ac momenti exiſtant, & donec præfatus Prior generalis modo præfato non ratificaverit, poſſeſſio remaneat, & remanere intelligatur penes ipſos Fratres, ſeu Moniales dicti Monaſterii ſeu domus, aut loci ſic locantis & alienantis, ac ita in præmiſſis ſic perpetuo declaramus & decernimus. Et nihilominus ex nunc prout ex tunc, & e contra, poſtquam locationes, conceſſiones, venditiones, & alienationes, ac contractus, ſervatis ſupra narratis, pro tempore facti, & per dictum Priorem generalem ratificati fuerint, ut præfertur, ſeu conſenſus ejuſdem Prioris generalis intervenerit, eaſdem locationes, conceſſiones, venditiones, alienationes, & contractus, ac inde ſecuta quæcumque, necnon inſtrumenta, & ſcripturas deſuper pro tempore confecta approbamus & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere ſtatuimus, omneſque & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem quomodolibet ſupplemus. Decernentes quoad utilitatem, ſeu commoditatem Monaſteriorum, domorum, & locorum præfatorum aſſertioni duarum partium ex tribus partibus Fratrum, vel Monialium illius loci cujus bona erunt, poſtquam ratificatio facta fuerit, illaſque & illa, necnon præſentes, & in eis contenta, validas, & efficaces, ac valida & efficacia perpetuo fore, necnon ab omnibus obſervari debere, ipſoſque & cum eis contrahentes præfatos, ſuper præmiſſis, & inde ſecutis quibuſcumque, per quoſcumque quavis auctoritate quomodolibet moleſtari, vel impediri non poſſe, necnon irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio & facultas executorum.

§.3. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Joanni Epiſcopo Albanen. Cardinali de Montepolitiano nuncupato, Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, Protectori, & Alexandro Patriarchæ Alexandrino Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac Bartholomæo

Epiſcopo Amerino Cancellariæ Apoſtolicæ Regenti, nunc, & pro tempore exiſtentibus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque, & eorum cuilibet in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eaſdem præſentes, & in eis contenta quæcumque ab omnibus, quos illa concernunt, integre, & inviolabiliter obſervari. Non permittentes eos, aut eorum aliquem deſuper contra earumdem præſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas quis vigore præſentium ad judicium non trahatur, & aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, ac totis eorum tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

D. P. An. I. 5. Septemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 5. Septembris, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo Pontificatus noſtri Anno I.

VIII.

Inſtitutio Militiæ S. Mauritii Martyris, ſub regula Ciſtercienſi, ac ſub regimine Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis, ſuorumque Succeſſorum, qui dictæ Militiæ Magni Magiſtri perpetuo ſint.

Huic Militiæ hic idem Pontifex univit poſtea aliam Militiam S. Lazari Hieroſolymitani, ut in Conſt. ſeq. De qua S. Lazari Militia, vide plene notata in Conſt. XLIII. Pii V. Sicuti *Tom. IV. Par. II. fol.* 336.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam

Christianæ Reipublicæ vexatio.

CHriſtiani Populi corpus, ſic ſumma Dei providentia cernitur conſtitutum, ut quemadmodum Eccleſiaſticis perſonis propria eſt operatio attributa, ita ſtrenuis, & fortibus viris, tamquam Chriſti Athletis, ſua benemerendi occaſio ſit oblata. Cum ad eum quoque finem Deus ſæcularem Principibus poteſtatem dederit, ut debitum Sanctæ Religioni præſtent famulatum, atque his inter ſe cohærentibus, & militiæ præſidio Sacerdotum pietas in ſuo officio protegatur, & militum virtus amore Religionis augeatur, unde illius fides, & gloria ſit propaganda. Id vero ſummo conatu pro tempore eſſe agendum, ut quam maxima Chriſtianæ, & Catholicæ fidei adiumenta comparentur; Reipublicæ Chriſtianæ graviſſima vulnera ab hæreticis Sathanæ miniſtris inflicta, ab eiſdem, ac infidelibus in poſterum impendentia mala, ſatis aperte Nos admonent, ac inter ceteras Chriſtiani Populi partes, his præcipue malis hæreticorum venenis, dolis, inſidiis, atque oppreſſionibus obnoxiæ conſpiciuntur Sabaudiæ, & finitimæ Regiones, ob vicinitatem adiacentium quorumdam locorum, præſertim Genevæ, a quo ipſa hæreſum contagio, & peſtis circumquaque ſerpſit, atque manavit.

Ducis Sabaudiæ propoſitio, de inſtituenda Militia S. Mauritii, & petitio licentiæ.

§.1. Itaque cum dilectus filius nobilis vir Emanuel Philibertus Sabaudiæ Dux, pro ſua præſtanti pietate, ac prudentia, hæc diligenter conſiderans in animum induxerit, ad alia, quæ ipſe conſuevit, tuendæ, & augendæ Catholicæ Religionis cauſa, in locis ditionis ſuæ ſubiectis adhibere remedia illa, & adiungere, ut ex delectis omnis generis Chriſtiani Populi militibus, unam Sanctæ Sedis auctoritate conficiat Militiam Beati Mauritii Martyris nuncupandam, quem idem Emanuel Philibertus Dux, & ejus anteceſſores, ut præcipuum ſuum, ac rerum ſuarum protectorem, eximio, ac perpetuo ſtudio, & veneratione ſunt proſecuti, idque Nobis exponi fecerit, ac ſimul ſupplicari, ut hoc ei impartire dignaremur.

Pontificis collaudatio de d. propoſitione, & conceſſio d. licentiæ.

§.2. Nos optimum illius conſilium, ac ipſo majoribuſque ejus clariſſimis, & præſtantiſſimis Principibus dignum animum, meritis in Domino laudibus commendantes, ac proſpicientes ipſam ſic conſtituendam

dam militiam, maximo uſui, & præſidio fore non ſolum ipſis Sabandiæ, & Pedemontium Provinciis, ſed toti etiam Italiæ ad ſuſtinendos, & propulſandos quoſvis hæreticorum, & infidelium impetus, ac opportuniſſimum ibi propugnaculum, munimentum, & auxilium habituros eſſe Nos, Eccleſiamque Romanam, ac univerſam Chriſtianam Rempublicam in ipſo Militiæ robore, ac talis Ducis maxima virtute, rerumque bellicarum ſumma, & ſæpe cognita peritia, illi ſuper hac re, prompto, ac libenti animo annuendum, pioſque ejus conatus ſpeciali favore, & gratia duximus proſequendos.

Ipſaque inſtitutio Militiæ S. Mauritii ſub Regula Ciſterciensi, & ſub Duce Sabaudiæ, qui dotē 15. mill. ſcutorum de propriis bonis tribuere debeat.

§.3. Quare ipſum Emanuelem Philibertum Ducem a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ejus ſupplicationibus inclinati, unam Militiam, ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, qui Dominus eſt exercituum, & per quem Reges regnant, ac Principes imperant, & fidei Catholicæ in dictis Sabandiæ, & Pedemontis Regionibus defenſionem, ac univerſæ Italiæ, totiuſque Chriſtianæ Reipublicæ ſalutem, & commodum, ſub invocatione Sancti Mauritii Martyris, & regula Ciſterciensi nuncupandam per univerſum Chriſtianum Orbem, cujus ſuprema Sedes, & militum Conventus, in loco ab eodem Emanuele Philiberto Duce in Sabaudia ſtatuendo, & aſſignando, perpetuo ſit, & in ipſa Militia unum Magiſtrum Magnum vocandum, ſupremam ejuſdem Militiæ dignitatem pro uno Magiſtro, qui illius caput exiſtat, cum eo, quo ſibi expedire videbitur, militum, & miniſtrorum numero. Qui Milites cum unica tantum, & virgine conjugati, ad habitum, & profeſſionem regularem admitti, ſeu qui pro tempore admiſſi fuerint, matrimonium cum ſimili virgine, & unica dumtaxat contrahere poſſint, alias vero ipſi caſtitatem conjugalem, & obedientiam expreſſe profiteantur, cum menſa Magiſtrali, officiis, juribus, juriſdictionibus, & inſignibus conſuetis aliarum hujuſmodi Militiarum inſtar, ex nunc prout poſtquam ipſe Emanuel Philibertus Dux dotem annui redditus quindecim millium ſcutorum de propriis, & patrimonialibus bonis ſuis illi conſtituerit, & e contra auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus. Ac illi ſic erectæ ejuſque menſæ dictam dotem quindecim millium ſcutorum, etiam perpetuo applicamus, & approbamus, ita ut liceat eidem Emanueli Philiberto Duci, & pro tempore exiſtenti Magno Magiſtro, bonorum dictæ dotis corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi libere apprehendere, ac perpetuo retinere, fructuſque, & proventus, in ſuos & dictæ Militiæ uſus, & utilitatem convertere, cujuſvis licentia minime requiſita. Et nihilominus Magiſtratum prædictum, cujus fructus, redditus, & proventus nulli ſunt ab hac ejus primæva erectione vacantes, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, prædicto Emanueli Philiberto Duci, ejuſque ſucceſſoribus omnibus Sabaudiæ Ducibus, qui pariter Magni Magiſtri eſſe debeant, & perpetuum concedimus, & aſſignamus.

Facultas M. Mag. milites ad habitum recipiendi.

§.4. Ipſiſque præterea, & ipſorum ſingulis liberam facultatem tribuimus, ut quotquot illis viſi fuerint milites nobiles, aut optima virtute cognitos, vel alias pro eorum arbitrio, vel ſtatuto qualificatos, ex omnibus nationibus poſt factam ab ipſis, juxta formam præſentibus annotatam Catholicæ fidei profeſſionem, ad habitum, & regularem profeſſionem admittere.

Beneficia erigendi.

§.5. Ac & in quibuſcumque mundi partibus Prioratus, Bajulivatus, Præceptorias, & alia beneficia dictæ Militiæ erigere.

Bona laicalia pro dote aſſignandi.

§.6. Eiſque ſic erectis Patrimonialia, & laicalia bona eorum, qui illa relinquere voluerint, dotis nomine aſſignare,

Juſpatronatus fundatoribus reſervandi.

§.7. Jus patronatus fundatoribus, ſeu donatoribus id petentibus valide reſervare, quod ſic reſervatum idem robur, eamdemque vim, & efficaciam obtineat, quod obtineret, ſi per Nos conceſſum foret.

Provincias, & Nationes ſeparandi.

§.8. Necnon Provincias, & nationes dividere, ac ex erigendis dictæ Militiæ beneficiis, quæ Prioratus, quæ Præceptoriæ, quæ ſuperiora, vel inferiora beneficia eſſe, eaque, & eorum ſingula quos fructus habere, & tam ipſa quam illa obtinentes, quæ onera ſupportare ad illa quoque admittendi, quibus qualitatibus ſuffulti eſſe, & quibus legibus ſubiacere debeant, aliaque ad uſum Militiæ hujus neceſſaria decernere, & declarare.

Statuta condendi.

§.6. Atque tam de prædictis, quam aliis quibuſcumque rebus, & negociis occurrentibus, quæcumque ſtatuta condere, facere, & ordinare, illaque poſtquam condita, & ordinata fuerint, quotieſcumque viſum fuerit, pro eorum arbitrio, & voluntate interpretari, mutare, alterare, limitare, corrigere, ſeu in meliorem formam reducere, aut in toto delere, aliaque de novo edere, ac quaſcumque pœnas apponere, & ad illorum executionem procedere valeant.

Decretum irritans.

§.10. Decernentes ſupradicta firmitate perpetua conſiſtere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper illis per quoſcumque, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.11. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Forma vero profeſſionis fidei per ſingulos Milites præſtanda hæc eſt, videlicet.

Forma profeſſionis fidei ipſorum Militum.

§.12. Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Eccleſia utitur, videlicet. Credo in unum Deum Patrem Omnipotentem, factorem Cœli, & Terræ, viſibilium omnium, & inviſibilium,

Digitized by Google

bilium. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei Unigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum, de Deo vero, genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis. Et Incarnatus eſt de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, & Homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt. Et Reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas, & aſcendit in Cœlum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi. Amen. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque ejuſdem Eccleſiæ Obſervationes, & Conſtitutiones firmiſſime admitto, & amplector. Item Sacram Scripturam juxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione Sacrarum Scripturarum admitto, nec eam unquam, niſi juxta unanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe vere, & proprie Sacramenta novæ legis a Jeſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet, Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium. Illaque gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine Sacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto. Omnia, & ſingula quæ de peccato originali, & de Juſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio; profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium, pro vivis, & defunctis, atque in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe vere, realiter, ac ſubſtantialiter, Corpus, & Sanguinem, una cum Anima, & Divinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, fierique converſionem totius ſubſtantię panis in Corpus, & totius ſubſtantiæ vini in Sanguinem. quam converſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum, firmmeque conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis juvari, ſimiliter, & Sanctos una cum Chriſto regnantes, venerandos, atque invocandos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias eſſe venerandas, firmiter aſſero Imagines Chriſti ac Deiparæ ſemper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem atque venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem a Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque uſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram agnoſco, Romanoque Pontifici Beati Petri Apoſtolorum Principis Succeſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac juro. Cetera item omnia a Sacris Canonibus, Œcumenicis Conciliis, ac præcipue a Sacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor, ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, & rejectas, & anathemaizatas, ego pariter damno, reicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eamdem integram, & immaculatam uſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſime, Deo adiuvante, retinere, & confiteri, atqua a meis ſubditis, ſeu illis, quorum cura ad me, in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. ſpondeo, voveo ac juro, ſic me Deus adiuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

§.13. Nulli ergo omnino hominum &c. *Sanctio pœnalis.*

Datum Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, decimo ſexto Kal. Octob. Pontificatus noſtri Anno I. *D. P. An.I. 16. Septemb.*

IX.

Dat facultatem Judicibus Sæcularibus Principatus Cathaloniæ, & Comitatus Roſſilionis, & Ceretaniæ facinoroſos, & latrones etiam Clericos, & aliquod tenue Beneficium obtinen. ad loca Sacra confugientes ab illis extrahere, & Judici Eccleſiaſtico tradere. Clericos autem veſtibus ſæcularibus indutis in fraganti crimine deprehenſos tamquam latrones, & viarum craſſatores in eo habitu, in quo reperti ſunt uſque ad ultimi ſupplicii pœnam incluſive punire abſque incurſu cenſurarum. *Ex Regeſt. in Secret. Brevium.*

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. EXponi Nobis nuper fecit Chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus quod Principatus Cathaloniæ, & Comitatus Roſſilionis, & Ceretaniæ ſibi in ſpiritualibus ſubiecti a pluribus annis citra valde turbantur, & vexantur a Latronibus, & facinoroſis hominibus, qui armati, & ſimul coadunati per illam Regionem paſſim vagantur, *Facti ſeries.*

tur, vias pro libito obſident, viatoreſque aggrediuntur, ſpoliant, & occidunt, domos quoque ſæpe expugnant, diripiunt, & incendunt, ſtupra, raptus, ſacrilegia, & omnis generis crimina nefarie committendo, & licet idem Philippus Rex multa huic morbo remedia adhibuerit, tamen ob locorum illarum partium aſperitatem, vel ob propinquitatem Provinciæ Galliæ; ex qua plurimi delinquentes in ipſos Principatum, & Comitatum confluunt, & ibi commiſſis per eos latrociniis, & aliis gravioribus delictis in loca tuta repente ſeſe recipiunt, ita ut Magiſtratus, eorumque familiam illos perſequentem facile eludant, & fruſtrentur, plerumque etiam evenit quod ſcelerati hujuſmodi facinorum ſuorum pœnas ſæpe ſubterfugiunt; ſicque majores animos ad delinquendum ſumunt, propterea quod dum Miniſtri Juſtitiæ ſecularis eos perſequuntur, ad Eccleſias confugere ſoliti ſunt, unde aut extrahi non poſſunt, vel extracti immunitatem Eccleſiæ prætendentes in eum, unde extracti ſunt, locum reſtitui obtinent.

§.2. Quidam vero non contenti ſe prima tonſura eſſe initiatos, non ut divinis inſerviant, ſed ut Judicium ſæculare facilius effugiant, malitioſe, & fraudolenter aliquod tenue Beneficium Eccleſiaſticum ſibi conferri procurant, nec tamen in habitu clericali incedunt, aut aliquibus clericalibus funguntur muneribus, verum habitu ſæculari induti vagantur, liberiuſque delinquunt nullaque in eos Eccleſiaſtica animadverſio exercetur, quoniam laici exiſtimantur. A Juſtitia vero ſæculari deprehenſi ſtatim tamquam Clerici, & beneficium Eccleſiaſticum habentes ad Ordinarios Eccleſiaſticos declinant, a quibus aut nulla, aut leviori pœna affecti dimittuntur ad vindictam in eos, qui ipſos perſecuti ſunt, & ad graviora ſcelera committenda ſe accingentes. Quare idem Philippus Rex Nobis humiliter ſupplicari curavit, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.3. Nos igitur honeſtis Catholicorum Regum votis, quantum cum Domino poſſumus, paterne annuere volentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati latrones, ac facinoroſos hujuſmodi, illorumque fautores, receptatores, & Clericos etiam quatuor minoribus Ordinibus inſignitos, etiam beneficium tenue aliquod obtinentes ab Eccleſiis, & aliis locis Sacris avellere per Judices Sæculares licere, cum ejuſmodi genus hominum Immunitate Eccleſiaſtica gaudere valde indignum ſit, ita tamen ut dicti ſæculares Judices facinoroſos ipſos a locis prædictis extractos Judici Eccleſiaſtico ad Cauſas contra perſonas Eccleſiaſticas in Principatu, & Comitatibus prædictis atrocia crimina committentes alias a Sede Apoſtolica deputato pro Juſtitia in eos adminiſtranda conſignare teneantur.

Delinquentes Clericos ab Eccleſia extrahi poſſe concedit.

Eos tamen Eccleſiaſtico Judici tradendos decernit.

§.4. Quod ſi Clerici prædicti etiam, & quatuor minoribus Ordinibus conſtituti etiam tenue aliquod beneficium obtinentes veſtibus laicalibus induti in fragranti crimine craſſandi per vias deprehenſi fuerint, tamquam in publicos latrones, & viarum craſſatores ſæcularibus Judicibus in eo, in quo reperiuntur, habitu uſque ad ultimi ſupplicii pœnam incluſive abſque metu cenſurarum in ipſos animadverti poſſe tenore præſentium concedimus; Inhibentes omnibus, & ſingulis locorum etiam exemptorum Ordinariis, & eorum Officialibus, & quibuſcumque aliis Judicibus Eccleſiaſticis quocumque nomine nuncupatis, ne ſæculares Magiſtratus, Judices, & Miniſtros prædictos ſuper præmiſſis quomodolibet impedire, moleſtare, aut perturbare audeant, vel præſumant.

Clerici ſæcularibus veſtibus induti tamquam publici latrones a Judicibus ſæcularibus puniri poſſunt.

Inhibitio Ordinariis ne impedimentum ponant.

§.5. Ac decernentes præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu quovis alio defectu notari, vel impugnari ullo umquam tempore nullatenus poſſe; ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clauſulæ.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, ac generalis Concilii, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis quoque, Indultis, & exemptionibus Apoſtolicis, etiam ſæcularibus, & regularibus perſonis, Ordinibus, Monaſteriis, Eccleſiis, & aliis Sacris locis, necnon Congregationibus, Superioribus eorumdem ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam irritantibus, & alias quomodolibet etiam iteratis vicibus innovatis, conceſſis, & approbatis. Quibus omnibus illorum tenores, acſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro expreſſis, ac inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Derogatio contrariorum.

Datum Tuſculi die prima Octobris, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo Pontificatus noſtri Anno I.

Dat. die 1. Octob. 1572. An. I.

X.

Unio Militiæ S. Mauritii Martyris, & Militiæ S. Lazari Hieroſolymitani, ſub denominatione SS. Mauritii, & Lazari, & regimine Sabaudiæ Ducis Magni Magiſtri perpetui.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

PRO commiſſa Nobis nullis noſtris exigentibus meritis, ſed ſola Dei benignitate, Eccleſiarum omnium, ac piorum reli- Sollicitudo paſtoralis.

Digitized by Google

religioſorumque locorum cura, & ſolicitudine, in eam Nos cogitationem aſſidue incumbere decet, qua potiſſimum ratione providere poſſimus, ut ex eis quam maxima, & quam uberrima, ad Sanctam Dei religionem, & fidem Catholicam, atque univerſum Populum Chriſtianum commoda proveniant, ordine, etiam, & conſuetudine in illis mutata, ſicut rerum uſus, & eventus, ac ipſa temporum ratio, & qualitas docuerit expedire.

Recenſetur inſtitutio Militiæ Sancti Mauritii de qua ſupra in Conſt. præcedente.

§.1. Cum autem Nos pridem ad Dei Omnipotentis laudem, & fidei Catholicæ gloriam, in Sabaudiæ, & Pedemontis Regionibus defenſionem, totiuſque Chriſtianæ Reipublicæ ſalutem, & commodum, Militiam S. Mauritii Martyris, ſub regula Ciſtercien. per univerſum Chriſtianum Orbem, cujus ſuprema Sedes, & Militum Conventus in loco a dilecto filio nobili viro Emanuele Philiberto Sabaudiæ Duce in ipſa Regione Sabaudiæ aſſignando, & ſtatuendo perpetuo ſit, & in eadem Militia unum Magiſtratum, Magnum vocandum, ſupremam ejuſdem Militiæ dignitatem, pro uno Magiſtro, qui illius caput exiſtat, cum eo, qui ſibi expedire videbitur, Militum, & Miniſtrorum numero, qui Milites, etiam cum unica, & virgine tantum conjugati ad habitum, & profeſſionem regularem admitti, ſeu qui pro tempore admiſſi fuerint, ſic dumtaxat contrahere poſſint, & alias caſtitatem conjugalem, & obedientiam expreſſe profiteantur, cum menſa magiſtrali, officiis, juribus, juriſdictionibus, & inſignibus conſuetis aliarum hujuſmodi Militiarum inſtar ex tunc, prout poſtquam dictus Emanuel Philibertus Dux, dotem annui redditus quindecim millium ſcutorum de propriis, & patrimonialibus bonis illi conſtituiſſet, & e contra, creximus, & inſtituerimus, ac illi ſic erectæ dictam dotem perpetuo applicaverimus, & appropriaverimus, Magiſtrumque prædictum a primæva ipſius erectione vacantem eidem Emanueli Philiberto Duci, ejuſque ſucceſſoribus omnibus Sabaudiæ Ducibus, qui Duces pariter, & Magni Magiſtri eſſent, conceſſerimus, & aſſignaverimus. Ac præterea ipſis, ut quos ſibi viderentur nobiles, aut optima virtute cognitos, vel alias pro ipſorum arbitrio, vel ſtatuto qualificatos, ex omnibus nationibus ad habitum, & regularem profeſſionem admittendi, ac etiam in quibuſcumque mundi partibus dictæ Militiæ Prioratus, Bajulivatus, Præceptorias, & alia beneficia erigendi, Provincias, & nationes dividendi, aliaque tunc expreſſa faciendi, liberam licentiam tribuerimus, ſicut literis noſtris ſuper his confectis latius continetur.

Enarrantur fructus proventuri ſi dictæ nova Militia S. Mauritii antiquæ unitur Militia S. Lazari.

§.2. Nos poſtea diligenti meditatione conſiderantes ipſam de novo erectam, & conficiendam Militiam, magnos abſque dubio fructus, tali præſertim ductore, atq. Magiſtro fidei Catholicæ eſſe allaturam: ſed multo tamen majores ſi aliis adiumentis, & auxiliis fulcita, atque munita fuerit, ac præterea cernentes Militiam Hoſpitalis S. Lazari Hieroſolymitani ſub regula S. Auguſtini jampridem Magiſtri regimine deſtitutam, nobilem illam quidem, & antiquam, ſed ipſa vetuſtate, ac temporum injuria valde dejectam, & prolapſam eſſe, optimum Nobis viſum eſt, ſi hanc veterem illi novæ, & nunc naſcenti adiungeremus, ut quod hæc in ipſo initio per ſe agere perfecte non poſſet, id alterius adiuta auxilio, & viribus geminatis fortior ſit ad agendum, atque citius, & facilius hæ ſimul junctæ, optatos Eccleſiæ Dei, & Chriſtiano Populo fructus afferre poſſint.

Maxime quod Dux Sabaudiæ duas Triremes pro Sede Apoſtolica promptas tenere debeat.

§.3. Id vero facere inſtituimus, cum eo, quod Emanuel Philibertus, & pro tempore exiſtens Dux, & Magiſter prædictus annexionis hujuſmodi ratione duas Triremes dictis Militibus inſtructas pro Sedis Apoſtolicæ defenſione contra Hæreticos, Infideles, piratas, & quoſcumque alios ejus hoſtes continue de ſuo manutenere debeat.

Unio itaque utriuſque Militiæ firmatur, ſub denominatione Sancti Mauritii, & Lazari.

§.4. Quare eumdem Emanuelem Philibertum Ducem, & Magnum Magiſtrum, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, Motu proprio non ad ipſius Emanuelis Philiberti Ducis, vel alterius pro eo Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, & certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Militiam S. Lazari prædictam cum illius Magiſtratu, ac omnibus, & quibuſcumque illius Prioratibus, Præceptoriis, Hoſpitalibus, & aliis beneficiis regularibus, eorumq. membris, grangiis, caſtris, villis, domibus, poſſeſſionibus, proprietatibus, fructibus, & bonis, tam mobilibus, quam immobilibus, ac ſemoventibus, juribus, & actionibus univerſis. Necnon Eccleſiis, Cappellis, terminis, & pertinentiis quibuſcumque ad dictam Militiam S. Lazari ſpectantibus, quæcumque, quotcumque, qualiacumque, & ubicumque ſint, non tamen aliis Eccleſiis, piis locis, & Militiis canonice unita, quæ ab his, quibus unita ſunt avocari, aut illorum ratione quemquam moleſtari noluimus, ac etiam exceptis iis quæ in Regnis, & Dominiis cariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici exiſtunt, eidem Militiæ Sancti Mauritii, quæ in poſterum Militia Sancti Mauritii, & Lazari nuncupetur, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ita perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ut poſt hac in perpetuum prædictus Emanuel Philibertus, & pro tempore exiſtens Sabaudiæ Dux, Militiæ SS. Mauritii, & Lazari Magiſter ſit, & appelletur.

Militiamque S. Lazari ſubjicit Duci Sabaudiæ Mag. Magiſtro in perpetuum.

§.5. Ac Prioratus, Præceptoriæ, & alia beneficia Militiæ S. Lazari, & ea obtinentes, aliique milites, ſervientes, Cappellani, & perſonæ, curæ, gubernationi, & juriſdictioni ipſius Ducis, & Magni Magiſtri

giſtri, in omnibus, & per omoia ſubſint, prout ſuo antea Magiſtro ſuberant, eique tamquam membra capiti obediant, & obſequantur: liceatque eidem Duci, & Magiſtro corporalem poſſeſſionem Militiæ Sancti Lazari, ejuſque Magiſtratus, & aliorum unitorum prædictorum per ſe, vel alium, ſeu alios, propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, fructuſque redditus, & proventus, in ſuos & dictæ Militiæ uſus, & utilitatem convertere, Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia minime requiſita.

§.6. Inſuper bis, qui præceptorias Sancti Lazari, in titulum, ſeu commendam, vel aliter quovis modo obtinent habitum per dictum Ducem, & Magiſtrum Militibus SS. Mauritii, & Lazari deſignandum, ſuſcipiendi, & eidem Emanueli Philiberto Duci, & Magno Magiſtro, hiſque qui habitum Sancti Lazari jam ſuſceperunt, & deferunt, novuum, dimiſſo antiquo, volentibus tradendi, eos vero, qui dictum Sancti Lazari habitum nondum ſuſceperunt, novum habitum, ut præſertur, deſignandum, ſuſcipiendum, & deferendum oppoſitionis remediis compellendi, auctoritate, & tenore prædictis facultatem concedimus.

Quæ duas triremes piratas, ut ſupra teneto debeat.

§.7. Volentes, & dicta auctoritate ſtatuentes eundem Emanuelem Philibertum, & pro tempore exiſtentem Ducem, & Magnum Magiſtrum in perpetuum, unionis hujus ratione, ad duas triremes dictis Militibus inſtructas, pro noſtra, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, ac Sedis Apoſtolicæ contra prædictos, & quoſcunque alios defenſione continua manutenendas teneri, & ad id efficaciter obligatum exiſtere.

Principes ne impediant executionem hortatur.

§.8. Ut autem prædicta omoia certiorem conſequantur effectum, omnes, & quoſcunque Reges, Reſpublicas, Duces, Marchiones, Priocipes, & quoſvis Civitatum, & locorum Dominos, hortamur, & rogamus attente, ac eorum ſubditis in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, ut prædictis, quantum in ſe eſt, faveant, & quo minus illa ſuum ſortiantur effectum, impedire, perturbare, vel moleſtare quovis quæſito colore non audeant.

Clauſulam ſublatam &c. apponit.

§.9. Decernentes irritum, & inane, quiequid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§.10. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Taurinen., & Nicen. & Montis Regalis Epiſcopis, per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, ut ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus ſuerit, & quoties pro parte Emanuelis Philiberti, & pro tempore exiſtentis Ducis, & Magni Magiſtri ſuerint requiſiti, ſolemniter publicaotes, eique in prædictis efficacis deſenſionis præſidio aſſiſtentes, ſaciant auctoritate noſtra literas ipſas ab omoibus, quos illæ concernunt, inviolabiliter obſervari, non permittentes eos per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles, per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcul.

Contrariis derogat.

§.11. Non obſtantibus fel. recordationis Booifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de ona. & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas quis vigore præſeotium ad judicium non trahatur, ac noſtra de unionibus committendis, ad partes, & valore exprimendo. Necnon Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Hoſpitalis prædicti S. Lazari juramento, confirmatiooe Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis Militiæ prædictæ, illiuſque Magiſtris, Conventibus, Militibus, & adminiſtratoribus, ſub quibuſcumque teooribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, & motu, & ſcientia ſimilibus, ac alias quomodolibet, & iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus, etiam ſi de illis, ac totis eorum tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro ſuffieienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque: aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra, vel ultra certa loca ad judiciam trahi non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo &c.

D. P. An. I. 15. Novemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, 1572. Pontificatus noſtri Anno I.

XI.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Occurrente vacatione Eccleſiæ Goan., Metropolis Eccleſiarum Indiæ Orientalis ob nimiam ab Urbe diſtantiam, Epiſcopus Conchinen. ad illam accedere, & ejus adminiſtrationem ſuſcipere tenetur, ibique Pontificalia exercere, relicto in ſua Eccleſia Conchinen. idoneo Vicario, donec Eccleſiæ Goan. per Sedem Apoſtolicam ſuerit proviſum, & Paſtor eo accedere potuerit.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

PAſtoralis officii cura Nos admonet, ut de ſiogularum Orbis Eccleſiarum ſta-

tit ſollicite inquiramus, & ne illæ præſertim, quæ primates exiſtunt, diuturnæ vacationis incommodis maneant expoſitæ, ſedulo proſpiciamus.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. Sane ex Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Sebaſtiani Portugalliæ, & Algarbiorum Regis inſinuatione accepimus, quod quoties Goan. Eccleſia, quæ Metropolis, & Eccleſiarum Indiæ Orientalis Primas exiſtit, vacare contingit, propter Civitatis Goan. ab Urbe, ubi Romanus Pontifex ut plurimum reſidere ſolet, terra, marique diſtantiam, longamque, & difficilem navigationem, biennio integro, & ſi poſt menſem Januarii vacatio occurrit, triennio fere eam Paſtorali præſentia, ac ſolatio carere oportet, eum breviori tempore illius vacatio ad Sedem Apoſtolicam deferri, & Paſtor illi pro tempore præfectus accedere nequeat, ex eoque Eccleſiam ipſam Goan. Paſtore deſtitutam non modica pati in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta, hominum mores corrumpi. Eccleſiaſticam diſciplinam relaxari, Gentiliumque, & Infidelium partium illarum ad Chriſti fidem converſionem, ab iis, qui prædicare, & promulgare eam illis deberent, negligi, aliaque non levia damna, & incommoda inde exoriri: Conchinen. vero Eccleſiam in iiſdem Indiæ partibus conſiſtentem, quæ ipſi Eccleſiæ Goan. Metropolitico Jure ſubeſt Paſtoris ſui abſentiam ad tempus commodius ſufferre poſſe, & Epiſcopum Conchinen. in Goan. Eccleſia reſidendo Eccleſiæ ſuæ Conchinen. indemnitati conſulere valere, rebuſque neceſſariis proſpicere, ejuſque præſentiam Eccleſiæ Goan. plurimum fore utilem, & fructuoſam.

Epiſcopus Cōchinen. Eccleſiæ Goanæ viduatæ Paſtore ad miniſtrationem ſuſcipiat donec novus Epiſcopus ad eam acceſſerit

§.2. Propterea cupientes pro muneris Nobis licet immeritis divinitus injuncti debito, præmiſſis incommodis occurrere, Apoſtolica auctoritate, præſentium tenore ſtatuimus, & ordinamus, quod occurrente pro tempore vacatione Eccleſiæ Goan. Venerabilis frater nunc, & pro tempore exiſtens Epiſcopus Conchinen. vacatione hujuſmodi intellecta ad Goan. Eccleſiam cum gratia Apoſtolicæ benedictionis accedere, & in ea, aut eius Diœceſi perſonaliter reſidere, & ejuſdem Eccleſiæ Goan. curam, regimen, & adminiſtrationem ſuſcipere debeat, & teneatur, & eandem Eccleſiam Goan. donec ei fuerit per Sedem Apoſtolicam de Paſtore proviſum, & Paſtor ipſe ad illam valeat ſe conferre, & in ſpiritualibus, & temporalibus gubernare, dimiſſo apud Eccleſiam Conchinen. idoneo Vicario, ſeu Gubernatore ab ipſo Epiſcopo deputando, eidemque Epiſcopo Conchinen. præcipimus, ut onus hujuſmodi devote ſuſcipiens verbi Dei prædicatione, ſacrificiorum oblatione, bonum operum exemplo, aliiſque Paſtoralibus muniis incumbens, Gregem ſub Eccleſia Goan. prædicta conſiſtentem in veritate ponat, & regat; ſibique in dicta Eccleſia Goan., ejuſve Diœceſi ex prædicta cauſa reſidenti, ut inibi Pontificalia officia, omniaque alia, & ſingula, quæ Archiepiſcopus Goan. de jure, vel conſuetudine exercere, & facere conſuevit facere, gerere, & exercere valeat, etiamſi talia ſint, quæ ſpeciali nota deſignari debuiſſent, concedimus, & indulgemus, eumque interim ob non reſidentiam apud Eccleſiam Conchinen. cenſuris, & pœnis contra non reſidentes a Sacris Canonibus, & Œcumenicis Conciliis, ac per Nos noviſſime facto decreto inflictis minime ſubjacere eadem auctoritate declaramus, atque decernimus.

Facultas exercendi Pontificalia, & quæque munera, tamquā proprius Epiſcopus.

Mandatum de obedientia, & obſequio præſtandis Epiſcopo Cōchinen.

§.4. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ dilectis filiis Capitulo, Clero, Populo, atque vaſallis Eccleſiæ Goan. hujuſmodi, ut dictum Epiſcopum Conchinen. ad eos ex cauſa prædicta accedentem debitis cum reverentia, & honore excipiant, ac omnibus ſuis ſalubribus monitis, & mandatis intendant, pareant, & aſſiſtant, ac conſueta, & Archiepiſcopo Goan. debita ſervitia ipſi Epiſcopo Conchinen. præſtent, & exhibeant.

Clauſula.

§.5. Ac decernentes ſic in præmiſſis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam S. R. E. Cardinales, & Sacri Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & interpretari debere, irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.6. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus, univerſalibuſque Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, dictæque Eccleſiæ Goan. juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Capitulo, & aliis prædictis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 13. Decem. 1572.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 13. Decembris 1572., Pontificatus noſtri Anni I.

XII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Privilegiorum Eremitarum Camaldulen., & conceſſio, quod ipſi pro eorum neceſſitatibus frumentum, & oleum ab uno, ad alium eorum locum transferre poſſint.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SEdis Apoſtolicæ copioſa benignitas piis quarumlibet ſub religionis jugo, & regulari Obſervantia Domino militantium perſonarum votis libenter annuit, & illi quæ ab eadem Sede pro ipſis perſonis, eorumque locis proceſſiſſe dignoſcuntur uberioris interdum Apoſtolici muniminis adminiculum adiicit, ut eo firmius illibata perſiſtant, quo frequentiori fuerint Apoſtolico præſidio ſtabilita.

Facti ſeries.

§.1. Sane pro parte dilectorum filiorum majoris Viſitatoris, Priorum, Fratrum & perſonarum ſocietatis Heremitarum S. Ro-

S. Romualdi Camaldulen. Ordinis Nobis exhibita petitio continebat, quod licet alias dicta Societas per fel. rec. Leonem Papam Decimum Prædeceſſorem noſtrum, Apoſtolica auctoritate inſtituta, ac ipſa, & ejus Capellæ, Heremitoria, Eccleſiæ, Monaſteria, loca, & quæcumque bona, ac cetera alia ejuſdem Societatis, & ad illam pro tempore pertinen., tam per eumdem Leonem, quam etiam per diverſos alios Romanos Pontifices quamplurimis privilegiis, indultis, conceſſionibus, facultatibus, gratiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, etiam ab omnibus Decimis, aliiſque oneribus, & impoſitionibus quibuſcumque, necnon etiam indulgentiarum, conceſſionum, uſuque, & participatione omnium, & ſingularum indulgentiarum aliorumque privilegiorum, & bonorum aliis Ordinibus, Societatibus, & locis conceſſorum, tam per ſimplicem, quam novam conceſſionem, & iteratis etiam vicibus confirmationem, & innovationem, etiam vivæ vocis oraculo reſpective decorata, & munerata eſſe dignoſcantur, prout in variis eorumdem Prædeceſſorum, aliiſque deſuper confectis literis dicitur plenius contineri.

§.2. Nihilominus pro eorumdem Majoris Viſitatoris, Priorum, & Fratrum parte, fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut prædictis, & in eis contentis, pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, & alias in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmatio Privilegiorũ Camaldulenſibus conceſſorum.

§.3. Nos igitur, qui religioni deditis Apoſtolici favoris præſidium libenter impendimus, omnium, & ſingularum literarum hujuſmodi, ſuper prædictis emanatarum, & inde ſecutorum quorumcumque tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula privilegia, indulta, conceſſiones, facultates, gratias, immunitates, exemptiones, libertates, etiam ab omnibus Decimis, Collectis, exactionibus, gabellis, taleis, datiis, tractis, ſubſidiis charitativis, impoſitionibus quibuſvis perſonis quacumque auctoritate, etiam ratione viſitationis ordinariæ impoſitis, ac aliis quibuſcumque tam ordinariis, quam extraordinariis oneribus, & impoſitionibus quocumque nomine cenſeantur, & ſint, ac indulgentiarum conceſſiones, uſumque, & participationem omnium, & ſingularum indulgentiarum, peccatorum remiſſionum, gratiarum, conceſſionum, facultatum, immunitatum, exemptionum, privilegiorum, præeminentiarum, prærogativarum, libertatum, favorum, licentiarum, & indultorum Apoſtolicorum, aliorumque quorumcumque beneficiorum, & bonorum, qualiacumque ſint, omnibus, & ſingulis Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Monaſteriis, ſub approbatis clauſtris degentibus, ſeu Militantibus, eorumque Superioribus Generalibus, Provincialibus, & particularibus Monachis, ſeu Religioſis, commiſſis, oblatis, Novitiis, familiaribus, ſervitoribus, Benefactoribus, & aliis quibuſcumque perſonis, & locis conjunctim, vel diviſim, in genere, vel in ſpecie: vel alias quomodolibet conceſſorum, Societati Heremitarum S. Romualdi Ordinis Camaldulen. ejuſque majori, Viſitatoribus, Prioribus, Fratribus, & perſonis hujuſmodi, tam per præfatum Leonem, quam etiam Clementem VII., Paulum III., Julium III., Paulum IV., Pium IV. & Pium V. Prædeceſſores noſtros, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibus, & aliis Decretis hactenus quomodolibet conceſſa, confirmata, & innovata, quatenus in uſu ſint, Apoſtolica auctoritate, ex noſtra ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innovamus, ac præſentis noſtri ſcripti patrocinio communimus.

Facti defectus ſupplentur pro præmiſſorum validitate.

§.4. Necnon omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus, & nihilominus potiori pro cautela, ut illa omnia, & ſingula, prout eiſdem Societati, & Heremitis per Prædeceſſores noſtros hujuſmodi conceſſa fuerunt, quatenus in illorum uſu, ut præfertur, exiſtant, libere illis omnibus, & ſingulis, uti, frui, & gaudere poſſint, & valeant, dicta auctoritate, & de novo concedimus.

Facultas transferendi frumentum, & oleum ab uno ad alium locum pro ipſorum uſu tantummodo.

§.5. Necnon eis, ut de cetero perpetuis futuris temporibus, pro ipſorum neceſſitatibus, & exigentia, frumenta, & oleum, quod habebunt, ſive a perſonis ſæcularibus emptus, ſive etiam a quibuſcumque pro eleemoſyna datum, & acceptum exiſtat, de uno ad alium, ex eorum Eccleſiis, Capellis, Heremitoriis, & locis ad ipſorum uſum tantum transferre, & aſportare poſſint, libere, & licite valeant, indulgemus per præſentes.

Commiſſio executionis præſentiũ Literarum.

§.6. Quocirca univerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis perſonis, necnon præfatorum Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in ſpiritualibus Vicariis, & Officialibus Generalibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte modernorum, & pro tempore exiſtentis Majoris Viſitatorum, Priorum, & Fratrum, ac Heremitarum, & perſonarum prædictorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra literas, & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari, ac ſingulos, quos literæ ipſæ concernunt, illis pacifice gaudere; non permittentes eos deſuper contra earumdem literarum tenorem a quoquam indebite moleſtari: contradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, alia-

que opportuna juris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, interdictum Eccleſiaſticum imponendo, & auxilium brachii ſæcularis, ſi opus fuerit, invocando.

Derogatio contrariorum

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac quacumque prohibitione generali, vel ſpeciali frumentum, & aliud non extrahendi, per quoſcumque etiam Romanos Pontifices in contrarium editis, omnibuſque aliis, quæ in dictorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, aliiſque literis, deſuper præmiſſis confectis expreſſum fuit non obſtare, & pro brevitatis cauſa, hic particulariter non recenſemus, quibus omnibus, & ſingulis illorum totales, veros, & veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 22. Decem. 1572. An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 22. Decemb. 1572. Pontificatus noſtri Anno I.

XIII.

Declaratio circa eleemoſynas Monialibus ſervantibus clauſuram præſtandas.

Ad hæc vide etiam Conſtit. XIII. Pii V. Circa *Tom. IV. Part. II. fol. 293. Et ante eam, Concilii Tridentini diſpoſitionem in cap. 5. ſeſſ. 25.*

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam

Exordium.

DEO ſacris virginibus, quæ contemptis illecebris ſæculi divinis ſe obſequiis manciparunt, æquiſſimum eſt præcipua quadam a Nobis, ac ſingulari ſolicitudine provideri, tum ut ab eis omnia, quæ ſanctum ipſarum propoſitum impedire poſſent removeantur, tum etiam ut eis in cultu Dei caſte, ac religioſe permanentibus, quæ ad victum neceſſaria ſunt, ſubminiſtrentur.

Concilii Tridentini decretum illud habes in ſeſſ. 25. cap. 5.

§.1. Et quidem poſt ſacri Concilii Tridentini decretum, quo Conſtitutio fel. recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Periculoſo, renovatur, prohibens ne aut ipſis Monialibus ex Monaſteriis ſuis egredi, aut ulli cujuſcumque ſexus, aut ordinis perſonæ ad eas ingredi liceat. Et præterea univerſis Epiſcopis præcipitur, ut in omnibus Monaſteriis ſibi ſubjectis, in aliis vero Sedis Apoſtolicæ auctoritate clauſuram ſanctimonialium, ubi violata, diligenter reſtitui, ubi vero inviolata, conſervari maxime procurent, piæ mem. Pius Papa V. etiam Prædeceſſor noſter, victui quoque, & neceſſitatibus ipſarum proſpicere cupiens, cum ſuperiora illa approbaſſet, atque innovaſſet, eademque omnia etiam in Monialibus quarumcumque militiarum, etiam Hieroſolymitanæ, omnibuſque aliis tacite, vel expreſſe religionem profeſſis, quocumque nomine cenſerentur, locum habere decreviſſet; ne illæ quicquam detrimenti in neceſſitatibus ſuis hac occaſione paterentur, etiam præcepit locorum Ordinariis, & ſuperioribus earum, ut fidelium eleemoſynas per converſas non profeſſas, vel profeſſas quidem, ſed ætatis ſaltem quadraginta annorum, & jampridem converſas, quæ in domibus contiguis, extra tamen Monaſterium degerent, colligendas curarent, ita tamen ut prædictæ converſæ neque clauſuram aliarum Monialium, niſi in caſibus permiſſis ingrederentur, nec ex illis ipſis habitationibus ſuis ad tales eleemoſynas colligendas ſine permiſſu Ordinariorum, aut ſuperiorum ſuorum exire poſſent. Quod ſi ne hoc quidem ſufficere videretur, idem Pius Prædeceſſor mandavit ipſis Ordinariis & ſuperioribus, ut negocium darent aliquibus perſonis piis tales eleemoſynas colligendi, aliaque arbitratu ſuo proſpicerent, quæ ad ſublevandam Monialium inopiam expedire judicarent.

Cauſa hujus Conſtitutionis.

§.2. Cum autem, ſicut accepimus, multæ Moniales, etiam quæ tertiariæ vocantur, ſub ſolemni Religionis voto, perpetuaque clauſura degentes, aliæque talibus literis comprehenſæ, & in ipſa clauſura permanentes, multis præterea ad ſe ſuſtentandas neceſſariis egeant, neque uſque ad hoc tempus ullo ſufficienti remedio earum neceſſitatibus ſubventum ſit. Quin etiam aliæ tertiariæ citra ullum ſolemne huc uſque votum vivant, quæ ad ſuas ſuorumve domos neutiquam rediturææ eſſent, ſed ſub ſolemni religionis voto, & clauſura prædictis permanerent, ſi earum congruæ ſuſtentationi provideretur, Nos, qui illas neceſſariis rebus deſtitui nolumus, certioreſque facti ſumus in multis Civitatibus, Oppidis, villis, aut locis, tam in Eccleſiis, & Monaſteriis, quam Hoſpitalibus, Collegiis, Confraternitatibus, & aliis locis piis, etiam quæ a privatis hominibus, tum Eccleſiaſticis, tum Laicis multas, ac diverſas eleemoſynas Chriſti pauperibus erogari, conſiderantes in ejuſmodi perſonas, vel in primis exercendam eſſe charitatem, quæ voluntaria paupertate ſuſcepta ab omni hominum commercio ſegregatæ Deo ſerviunt, & aſſiduis precibus iram ipſius ob peccata conceptam, Chriſtiano populo deprecantur: illud quoque cogitantes, ſi eis ad tales eleemoſynas petendas ad loca prædicta conferre ſe liceret, via fore, ut prædicta Monaſteria, Eccleſiæ, loca, ac perſonæ eis ſingulis non tantum ſaltem tribuerent, quantum ſingulis aliis pauperibus eodem concurrentibus ſolent, univerſo illi Deo devotarum mulierum generi de opportunæ,

ac ſufficientis ſubventionis auxilio providere cupientes.

Et modo ab iſto Pontifice applicatur Monialibus clauſuram ſervantibus, medietas eleemoſynarum, pro Chriſti pauperum victu, & veſtitu deſtinatarum, & erogandarum.

§.4. De Nobis attributæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, & ordinamus, ut omnes, & quicumque Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii Eccleſiarum Prælati, necnon Abbates, Priores, Præpoſiti, & alii Eccleſias Patriarchales, Primatiales, Metropolitanas, Cathedrales, & alias Eccleſias, necnon Monaſteria, prioratus, præpoſituras, canonicatus, præbendas, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, ceteraque beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & S. Benedicti, S. Auguſtini, Ciſtercien., Cluniacen., Præmoſtrateo., Cartuſien., Camaldulen. S. Baſilii, Caſſinen., alias S. Juſtinæ, Montis Oliveti, S. Salvatoris, ac Lateranen., & Cruciferorum, ſeu Fratrum S. Hieronymi, necnon Prædicatorum, Minorum, Minimorum, & Carmelitarum, Eremitarum ejuſdem S. Auguſtini, Servorum B. Mariæ, S. Claræ, & quorumcumque aliorum tam virorum, quam mulierum, etiam Mendicantium Ordinum & Congregationum, & Militiarum regularia, etiam de jure patronatus laicorum, etiam Nobilium, Ducum, Regum, & aliorum Principum exiſtentia, in titulum commendam, adminiſtrationem, & alias quomodocumque obtinentes; necnon Rectores, Gubernatores, Confratres, Adminiſtratores, ceterique omnes, qui ratione illorum, necnon Capitulorum, Conventuum, menſarum, Hoſpitalium, etiam laicorum, & per laicos adminiſtrari ſolitorum, Chriſtifidelium confraternitatum, ſcholarum, collegiorum, ac aliorum piorum locorum quocumque nomine nuncupatorum, & in quibuſvis mundi partibus conſiſtentium, quæ ſingulis annis, menſibus, hebdomadis, vel diebus ex Eccleſiarum, Monaſteriorum, prioratuum, officiorum, dignitatum, & beneficiorum, ac Congregationum, Hoſpitalium, Confraternitatum, Scholarum, Collegiorum, piorum, & aliorum locorum prædictorum fructibus, redditibus, & proventibus, pauperibus Chriſti aliquas eleemoſynas in pane, frumento, farina, vino, edulis, pecunia, ſeu aliis ad victum, vel veſtitum pertinentibus, etiam ad ſupplicationem, & preces, & per cedulas, & bolettina, aut alias diſtribuere, & elargiri ab immemorabili tempore conſueverunt, aut alio quocumque jure tenentur ex dictis fructibus, redditibus, & proventibus, & quoad Hoſpitalia prædicta, ex iis quæ ſervata in illis actuali Hoſpitalitate ſuperſunt, ſeu ſuperint, necnon quæcumque perſonæ particulares, etiam laicæ, vel univerſitates, etiam laicorum, quod teſtamento, ultima voluntate, vel alia diſpoſitione, etiam inter vivos, aliquales tales eleemoſynas facere tenentur, dimidiam partem omnium, & quarumcumque eleemoſynarum, & largitionum hujuſmodi, quocumque nomine nuncupatarum, quocumque tempore, & modo diſtribui ſolitarum, etiam ſi ſpeciali nota dignæ, & ſecundum pias defunctorum, aut aliorum voluntates, ſub certa forma ab eis in teſtamento, vel alia quacumq. diſpoſitione diſtribuendæ ſint (dummodo non in certas perſonas, nec ad certos uſus pios alios quam victus, & alimenta pauperum diſtribuantur) quibuslibet prædictarum Monialium, etiam Tertiariarum ſub ſolemni Religionis voto, & perpetua clauſura de cetero viventibus, & in terris, & locis, quorum pauperibus hujuſmodi, eleemoſynæ diſtribuuntur, conſiſtentibus, vere, realiter, & cum effectu, & abſque ulla eleemoſynarum, & largitionum hujuſmodi petitione, exactione, & conquiſitione, aut alia deſuper a Nobis expectata juſſione, aut mentis noſtræ declaratione, ac quibuſvis mora, ſubterfugio, ac exceptione ceſſantibus, & ejectis, dare atque diſtribuere omnino teneantur, & quam dimidiam partem Nos illis applicamus.

Ordinarii locorum exigant & applicent, & diſtribuant hujuſmodi eleemoſynas.

§.4. Ut autem præmiſſa omnia, cum caritate, & pietate procedant, & efficaciter ſuum effectum ſortiantur, univerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut quiſque per ſe, vel alium, ſeu alios ad præſentium executionem in ſuis Civitatibus, & Diœceſibus procedens, ab Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, Confraternitatibus, Scholis, Collegiis, & locis, Eccleſiaſticis, ac laicis perſonis prædictis, etiam quomodolibet exemptis, dimidium eleemoſynarum hujuſmodi exigant, ac pro portione, ut Ordinariis ipſis locorum æquum eſſe videbitur, ſingulis pauperum Monialium, etiam Tertiariarum Monaſteriis hujuſmodi ſuarum Civitatum, & Diœceſum, etiam ſi aliis ſuperioribus ſubjectæ ſint, cum effectu diſtribuant. Nos enim eiſdem locorum Ordinariis, etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegatis, ac cuilibet illorum tam per ſe, quam alium, vel alios, præmiſſa faciendi, ac etiam contradictores quoslibet, & rebelles per pœnas pecuniarias eorumdem Ordinariorum, & cujuslibet illorum arbitrio infligendas, & applicandas, ac in ſubſidium ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, quacumque appellatione poſtpoſita, reſpective compeſcendi, auxiliumque brachii ſæcularis invocandi, aliaque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & opportuna faciendi, gerendi, mandandi, & exequendi; plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

Conſanguineique Monialium, & alios hortentur, ut iiſdem Monialibus charitative ſubveniant.

§.5. Inſuper, quia valde rationi conſonum eſt, ut etiam ii, qui ipſis Monialibus, etiam tertiariis indigentibus præfatis conſanguinitate aliqua ſunt conjuncti, aliquod in præmiſſis ſubſidium conferant, cum ratio ſanguinis, & debitum caritatis, & honeſtatis id poſtulet, ſingulis locorum Ordinariis committimus, ut omni eos officio, & diligentia moneant, eiſque perſuadere ſtudeant, parentes vero, & Fratres, ac alios, ad quos illas, ſi in ſæculo perman-

manſiſſent, dotare pertineoat, vel ad quos bona, & ſucceſſiones devenerunt, & qui ſi eas nuptui tradidiſſent, multo amplius, quam ingredientibus Monaſterium dediſſent, qui ſi eas nunc domi retinerent, vel ſi ad illorum domos redirent, eas alere tenerentur, quibuſcumque viis ipſis beneviſis inducant, ut Monialibus, etiam tertiariis prædictis juxta eorum facultates caritative ſubveniant, ſcituri id ſibi, etiam ad animarum ſalutem plurimum profuturum.

Declaratio Conſtitutionis Pii V. editæ circa Converſas profeſſas, & non profeſſas.

§.6. Ceterum quod attinet ad Converſas profeſſas, quas prædictus Pius Prædeceſſor per prædictas literas ſub certis conditionibus ibi contentis permiſit poſſe manere extra Monaſteria pro colligendis eleemoſynis, eiſdem locorum Ordinariis iniungimus, ut quibus Monaſteriis prædictarum Monialium quotidianis laboribus computatis, ſupradicta, vel alia qualibet ratione de ſufficienti ſubventione, & ſuſtentatione proviſum eſſe cognoverint, caſdem Converſas ſub eadem clauſura cum aliis Monialibus reducant, neque a ſuis Monaſteriis amplius exire permittant. Converſas vero non profeſſas, & profiteri volentes, dimiſſo habitu domum remittant, neque alias in futurum, niſi profeſſionem ſuo tempore emiſſuras, atque ſub perpetua clauſura manſuras in Monaſteria hujuſmodi recipi permittatur. Quod autem id Pius Prædeceſſor ſtatuit, de cetero nullas alias Converſas profeſſas recipi amplius, etiam de conſenſu ſuorum Superiorum poſſe, ita eſſe intelligendum declaramus, præter illas Converſas, quæ extra Monaſterium in domibus contiguis degerent. Eleemoſynarum vero prædictarum contributionem, & applicationem durare, & valere decernimus, ac ſuos effectus ad plenum ſortiri debere, donec numerus Monialium, etiam tertiariarum hujuſmodi, (quem per ipſos locorum Ordinarios, etiam in Monaſteriis ab eorum cura, & regimine quomodocumque exemptis, cum illarum Superiorum interventu ſtabiliri, & ordinari, neque ſupra illum numerum alias recipi poſſe, etiam de conſenſu Superiorum ſuorum, volumus, & mandamus) ita imminutus fuerit, ut reliquæ Moniales, & tertiariæ ex propriis redditibus Monaſteriorum ipſorum, vel conſuetis eleemoſynis ſe commode ſuſtentare queant: ſuper quo eorumdem Ordinariorum conſcientiam oneramus, ita tamen, ut decedentibus ſingulis ex tribus earumdem Monialium partibus, tertiæ quoque earumdem eleemoſynarum partis diſtributio, & ſic ſucceſſive in totum extinguatur, atque in priſtinum ſtatum ſub debitis aut ſolitis oneribus revertantur, & remaneant. Declaramus præterea nullis Monialibus, etiam tertiariis licere habere oſtium, per quod ex Monaſterio introiri poſſit ipſarum Monialium Eccleſiam exteriorem, in quam ſæcularibus ad Miſſas, & divina Officia patere ſolet acceſſus, ſed omnino muro obſtruendum, neque itidem licere Monialibus, etiam tertiariis egredi a janua Monaſterii, quæ eſt pro clauſura ipſius Monaſterii, etiam ad claudendum aliam ulteriorem januam, qua patere ſolet aditus ſæcularibus venientibus, vel ad rotam, vel ad crates, ſeu loca colloquiis deſtinata, quæ vulgo parlatoria vocantur, vel ad pulſandum ipſam januam clauſuræ; quæ loca, cum ſaltem pro cauſis prædictis patere ſoleant ſæcularibus, extra clauſuram cenſeri debent, etiam pro tempore clauſa ſunt.

Domini temporales faveat in præmiſſis, Ordinariis.

§.7. Inſuper quoſcumque dominos, & magiſtratus temporales in Domino hortamur, monemus, & requirimus, ut ad omnem ipſorum Ordinariorum, aut alicujus ipſorum petitionem, vel ſimplicem requiſitionem, illis in præmiſſis aſſiſtentes, omnem opportunum favorem, & auxilium præſtent, & exhibeant.

Ordinarii faciant publicari & obſervari hanc Conſtitutionem.

§.8. Ipſis denique Patriarchis, Archiepiſcopis, & aliis locorum Ordinariis præcipimus, & mandamus, ut has præſentes noſtras literas (quarum tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eamdem ubique fidem, in judicio, & extra adhiberi debere volumus, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ) ſinguli in ſua Civitate, & diœceſi publicent, ac publicari, eaſque juxta earum continentiam, & tenorem, una cum prædictis, ac aliis prædicti Pii V. & aliorum prædeceſſorum noſtrorum literis, & Conſtitutionibus, & juſſionibus pro integra clauſuræ inſtauratione, cuſtodia, & firmitate editis, inviolabiliter obſervent, & obſervari faciant.

Derogatio contrariorum

§.9. Non obſtantibus teſtatorum, & aliorum voluntatibus, ac fundationibus, & Bonifacii prædicti de una, & Concilii generalis de duabus, non tamen tribus dietis, ac quibuſvis aliis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuſvis Eccleſiarum, Monaſteriorum, & illorum Ordinum, Hoſpitalium, Militiarum, Confraternitatum, Collegiorum, & aliorum piorum locorum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, libertatibus, gratiis, & literis Apoſtolicis, Eccleſiis, Monaſteriis, & Ordinibus, Hoſpitalibus, Confraternitatibus, Collegiis, & piis locis, ac eorum Superioribus, & perſonis, quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & pluries innovatis, etiam ſi in eis caveatur expreſſe, quod illis niſi ſub certa inibi expreſſa forma, aut alias derogari non poſſit: quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua

ac

ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, tenores bujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi ſupradictis, vel quibuſvis aliis ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Nulli ergo &c.

D. P. An. I. 30. Decemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, tertio Kal. Januarii, Pontificatus noſtri Anno I.

XIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Privilegiorum, & gratiarum Levantinis Civitatis Anconæ a Summis Pontificibus conceſſorum: & quod decedente aliquo ex ipſis, cujus hæres non ſit præſens, eorum Conſul faciat Inventarium per manus Notarii cum exiſtentia Viri probi ab Epiſcopo Anconitan. deputandi, & quod nullus Hebræus Italus, qui acceperit merces, vel ſit eorum debitor aliquod beneficium quinquennale, vel alterius dilationis contra eoſdem deſuper obtinere poſſit.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. DUDUM emanarunt a fel. rec. Pio Papa V. Prædeceſſore Noſtro literæ in forma brevis tenoris ſubſequentis, videlicet.

§.2. Pius Papa V. Ad futuram rei memoriam. Alias emanarunt a piæ memoriæ Pio Papa IV. etiam Prædeceſſore Noſtro literæ tenoris ſubſequentis videlicet.

Exordium.

§.3. Pius Papa IV. Ad perpetuam rei memoriam. De benignitate Sedis Apoſtolicæ provenire dignum eſt, ut quoſcumque etiam Chriſtianæ Religionis expertes, qui in conquirendis, convehendiſque mercibus ad uſum ditionis temporalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ laborioſam operam præſtant, a noxiis, quantum poteſt, præſerventur, & ut ea, quæ proinde emanaſſe dicuntur, quo firmiora ſint, Apoſtolico præſidio ſolidentur.

Facti ſeries.

§.4. Nuper ſiquidem pro parte Univerſitatum Hebræorum, Turcarum, Græcorum, & aliorum utriuſque ſexus mercatorum partium Orientalium Civitatis Anconitan. & alia loca Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubiecta incolentium Nobis nuper expoſitum fuit, quod alias per fel. rec. Paulum Papam III. Prædeceſſorem Noſtrum accepto, quod antea dilectus Filius Noſter Guido Aſcanius Sfortia Sanctæ Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis noſter tunc ejuſdem Prædeceſſoris Camerarius eiſdem Hebræis, Turcis, Græcis, & aliis Mercatoribus, ut quietius, & cum majori ſecuritate in Civitate, & aliis locis prædictis cum eorum mercibus degere poſſent, conceſſerat dictis Hebræis, Turcis, Græcis, & aliis Orientalibus, ut liceret eis pro eorum commoditate & animi ſatisfactione unam Scholam, ſeu Synagogam ad eorum voluntatem amovibilem in unoquoque loco Status Eccleſiaſtici, in quo ipſos reſidere contingeret, erigere, quæ ſua ipſorum Orientalium libera eſſet: ita quod nullus alius Hebræus, aut alia Univerſitas Hebræorum, vel cujuſvis alterius Nationis quam Orientalis in ipſa Schola, ſeu Synagoga imperium, ſeu ſuperioritatem haberet, quæ tamen honeſto loco ſervaretur, & ſi ipſi illam transferre vellent, nullam ob id licentiam a Notario petere cogerentur; ita tamen quod illa cuipiam Eccleſiæ vicina non eſſet ne aliquam ſcandali cauſam in vicinia habuerit, ad quod dicti Græci, Turci, Hebræi, aut alii Orientales a Civitate Anconitan., aut quovis alio loco, in quo ipſi reſiderent, tam ratione belli cum Infidelibus, quam ex alia cauſa ſoluto ordinario datio libere, cum omnibus eorum rebus, & perſonis, prout ipſi viderentur, recedere, nec propterea, aut quovis debito, vel alia cauſa repræſalari poſſent, ſed ſoluto ipſo datio ordinario liberi exiſterent, exceptis cauſis, in quibus ipſi pro ſe, vel aliis eſſent obligati.

Emptio mercium in Civitate Anconitana nemini prohibenda.

§.5. Quodque nemini, ſive Chriſtifideli, ſive Turcæ, aut Mauro, vel Hebræo interdiceretur, aut prohiberetur, ſeu directe, vel indirecte probiberi poſſet, quominus merces per dictos Hebræos Orientales tam in Civitate Anconitan. quam ad quemvis alium Eccleſiæ locum conducendas emerent, ſed omnibus emere integrum eſſet abſque metu alicujus pœnæ, etiam in proclamationibus de mandato cujuſvis Superioris ſeu Officialis publicatis & publicandis expreſſe, exceptis rebus communiter prohiberi ſolitis, de loco ad locum ſine certa diſpenſatione conduci.

Nemo Orientalium Milites in hoſpitium recipere tenetur, aut ad id quidquã contribuere.

§.6. Nulluſque Hebræus, Turcas, Græcus aut alius Orientalis teneretur recipere milites, aut illis domicilium dare, aut alicui etiam ex Hebræis, qui ipſos Milites hoſpitarentur, contribuere, nec propterea ab eorum habitationibus expelli poſſent, aut aliqua eorum res, tam de ſuppellectilibus, quam pecuniis ejici, dummodo habitationes eorum non eſſent coniunctæ muris Civitatis, vel alicui ſuſpecto loco.

Judex Ordinarius in eorum cauſis.

§.7. Et quod in cauſis ipſorum Hebræorum, Græcorum, Turcarum, & omnium aliorum Orientalium, in quibus de eorum intereſſe ageretur, tam in Civilibus, quam in Criminalibus nullus Officialis ſe intromittere poſſet, ſed omnis dictarum Cauſarum commiſſio fieri deberet per Gubernatorem Anconitan. ſeu illius Judices, & Conſules ipſorum Orientalium, aut ejus ſubſtitutum, quorum juriſdictio non inſolidum, ſed conjunctim intelligeretur, & differentias inter ipſos Orientales ſolus conſul, aut ejus ſubſtitutus, differentias vero, quæ inter ipſos Orientales, & alios reſpe-

ctive

Digitized by Google

ctive vertentes, dictus Gubernator, cum dicto Conſule, vel ejus ſubſtituto conjunctus reſpective cognoſcere deberet, ſed in cauſis Criminalibus dictus Conſul, vel ejus Subſtitutus vocari, & moneri deberet, data ſibi copia intentionis Cauſæ cum competenti termino ad ſe de re informanda, & ad pro inquiſiti defenſione, ſi voluerit, interveniendum, & omnis actus, ſeu proceſſus alias factus ipſo jure nullus, & invalidus exiſteret, & hoc intelligendum eſſet, quoad illos, qui in Civitate Anconitan., & illius territorio, & non alibi degerent, cui Judicio dicti Orientales, tam active, quam paſſive ſubiecti exiſterent.

Orientales conſtringi non poſſent in cauſis, quæ originem non habeant in Statu Eccleſiaſtico, niſi aliter conventum fuerit.

§.8. Quodque dicti Orientales conſtringi non poſſent quamvis ob cauſam tam Civilem, quam Criminalem, etiam quod corporalis pœna veniſſet imponenda, dummodo Cauſa ipſa originem non haberet, aut contractum, vel perpetratum foret in Statu Eccleſiaſtico, aut expreſſe per inſtrumentum, vel cedulam conventum non fuiſſet, quod ubi reperti fuiſſent, ad ſolvendum cogi poſſent (exceptis cauſis contra Chriſtianum) & occurrente aliquo maleficio, cujus cauſa veniſſet ultimum ſupplicium imponendum, dicti Judices poſſint formare proceſſum, illoque formato, & publicato, accuſatorem, & teſtes, & proceſſum hujuſmodi cum delinquente Romam mittere, ubi talis Cauſa terminari deberet, exceptis teſtibus, niſi forent requiſiti per Judicem in Urbe deputandum, & cauſis concernentibus ſervitium Principis, & celeritatem poſcentibus.

A bannimentis ſunt exempti, & ab impoſitionibus Hebræorum.

§.9. Et quia dicti Hebræi, Turcæ, Græci, & alii Orientales ibant, & redibant, etiam ſub bannimentis, quæ ab Officialibus locorum fieri contingerent, declaraverat ipſos Orientales ab omni pœna per hujuſmodi Bannimenta impoſita, & imponenda exceptos eſſe, dummodo per Civitatem, ſeu locum, in quo moram traxiſſent, arma non deferrent, nec noctu ultra ſolitum ſine lumine irent, ex certis rebus, & ſive Bannimentis communiter prohibitis, dictique Orientales, Hebræi, Turcæ, & Græci ſub decimarum vigeſimarum, & aliorum onerum tam ordinariorum, quam extraordinariorum impoſitionibus. Hebræis & per Hebræos pro tempore impoſtis non comprehenſi, ſed ipſi cum eorum rebus, & perſonis ab illis liberi, & immunes intelligerentur, niſi liquide apparuiſſet, hujuſmodi Levantinos ibi Domicilium elegiſſe. & contraxiſſe, non autem attenta forma ſtatutorum, ſed juris communis.

Libertas Orientalibus conceſſa manendi etiam ſine mercibus in Civitate Anconitana.

§.10. Quodque omnes Orientales mari, vel terra undecumque cum familia, & mercibus, vel ſine ipſis venientes, & fidem ſanitatis deferentes poſſent Portum, & Civitatem, ſeu locum abſque aliqua ſolutione, & ſine impedimento ingredi, & inibi ſtare, & quo vellent libere ſe conferre, notificata tamen prius eadem fide dicto Gubernatori, vel Deputatis ad curam, ac etiam, quod dictis Orientalibus, Hebræis, Græcis, & Turcis datium aliquod alterari

Datium alterari non poſſe.

aut aliquod extraordinarium tam in rebus, quam in perſonis augeri non poſſent, perſonæ quoque Orientales ad quartam partem ejus, quod lucrarentur, ulterius non cogerentur, nec cogi poſſent, quominus proxenetæ artem hujuſmodi exercerent.

Abſolutio eorum ab omni pœna.

§.11. Ipſique Hebræi, Turcæ, & Græci, & alii Orientales ab omni pœna legati, & per Conſtitutiones, Bannimenta maleficia, vel quaſi inter ipſos, vel quemlibet ipſorum quomodocumque, & qualitercumque incurſis, perpetratis, factis, vel dictis in genere, vel in ſpecie, directe, vel indirecte, tam cognitis, quam incognitis abſoluti eſſent, & liberi, & franchi intelligerentur, itaquod deſuper neque per viam accuſationis, neque ex officio inquiri poſſent, ſed perinde haberentur, ac ſi ea die nati eſſent, conceſſa ipſis omni indulgentia, & remiſſione plenarie, etiam in foro contentioſo, & quod Michelettus Hebræus, qui omnium ſcandalorum, quæ in Civitate Anconitan. occurrerant, cauſa, & fomentum fuerat, ab ipſa Civitate, & illius Territorio perpetuo exularet, ut inibi quiete, & in pace viverent.

Gubernator Anconitanus tenetur ſingulis annis Orientalium privilegia nota facere.

§.12. Et ſi placeret eidem Prædeceſſori per ſuas literas dicto Gubernatori Anconitan. res expedienda committeretur, & pro ipſorum Orientalium ſecuritate idem Gubernator Anconitan. teneretur, & obligatus exiſteret ſingulis annis ſicuti retroactis tunc temporibus conſueverant, ſub pœna publica proclamari facere, quod nemo deberet dictis Hebræis, Græcis, & Turcis, ac aliis Orientalibus moleſtiam inferre, patrem pro filio ad pœnam obligando, & in Hebdomada Sancta, dum clauſi manent, illos quovis modo aliquo moleſtari poſſent, cuſtodiri facerent, dummodo quoad Hebdomodam Sanctam de more ſe Domi honeſte continerent, de mandato ipſius Prædeceſſoris conceſſerat præfatus Prædeceſſor eorumdem Hebræorum, Turcarum, Græcorum, & aliorum Mercatorum ſupplicationibus in ea parte inclinatus capitula ipſa, quæ in Camera Apoſtolica inſpici, & diligenter examinari, & de vulgari italico in latinum ſermonem verti fecerat.

§.13. Ac omnia, & ſingula in eis contenta per ſuas in forma Brevis literas ex certa ſcientia approbavit, & confirmavit, ac ab omnibus, quos ea tangebat, firmiter, & inviolabiliter obſervari debere decrevit, ſupplens omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerant in eiſdem, nihilominus pro potiori cautela ea omnia, & ſingula per præfatum Guidonem Aſcanium Cardinalem, & Camerarium eiſdem Hebræis, Turcis, Græcis, & aliis Mercatoribus conceſſa fuerant, irritanti decreto deſuper interjecto de novo conceſſerat, prout in eiſdem literis plenius continetur.

§.14. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat dicti Hebræi, Græci, Turcæ, & Mercatores cupiant Capitula, & literas prædictas hujuſmodi pro illorum ſubſiſtentia firmiori etiam noſtro patrocinio communi-

muniri. Nos attendentes illorum commercium hujuſmodi magno dictæ noſtræ ditioni adjumento eſſe, ac ſperantes per diuturnam eorum cum Chriſtianis converſationem, Spiritus Sancti cooperante gratia, ad agnitionem veræ fidei tandem pervenire, poſſe, illorum ſupplicationibus in hac parte inclinati Literas, & Capitula prædicta, & prout illa concernunt, omnia, & ſingula in ipſis literis, & Capitulis contenta, necnon inde ſecuta quæcumque, licita tamen, & honeſta, & quatenus tempore piæ me. Julii Papæ III. etiam Prædeceſſoris noſtri fuerint in uſu, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, necnon omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ſupplemus.

Confirmatio Privilegiorũ.

§.15. Decernentes omnia, & ſingula præfata ſuos plenarios effectus ſortiri; ſicque per quoſcumque Judices, tam Ordinarios, quam delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſula.

§.16. Quocirca Venerabili Fratri Epiſcopo Amerin., & dilectis filiis Leonardo Triumpho Canonico Eccleſiæ Anconitan., ac Vicario Venerabilis Fratris Epiſcopi in ſpiritualibus generali per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Hebræorum, Turcarum, Græcorum, & aliorum Mercatorum Orientalium præfatorum, ſeu alicujus eorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari, ac ipſos Hebræos, Turcas, & Græcos prædictos, omneſque alios, & ſingulos, quos literæ ipſæ quomodolibet concernunt, illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eorum aliquem per quoſcumque deſuper quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas prædictas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Mandatur executio præfatarum Literarum.

§.17. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Anconitan. aliarumque Civitatum, Provinciarum, Terrarum, locorum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis illis, & pro tempore exiſten. dictæ Civitatis

Derogatio contrariorum

Anconitan. Gubernatori, ſeu Legato, aut Vicelegato, vel quibuſvis aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, necnon quavis conſideratione, atque quibuſvis cauſis quotieſcumque conceſſis, approbatis, & iteratis vicibus innovatis. Quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 21. Auguſti 1560. Pontificatus noſtri Anno Primo. Hieronymus Martinengus.

§.18. Cum autem Nobis nuper pro parte dictorum Hebræorum, Turcarum, Græcorum, & Mercatorum fuit humiliter ſupplicatum, ut præinſertas literas hujuſmodi, pro illorum majori validitate, & obſervantia noſtræ firmitatis robore communire, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos conſiderantes illorum Commercium ſtatui temporali noſtro Eccleſiaſtico non mediocri commodo eſſe, & adiumento, ſpemque habentes, quod ipſi inter Chriſtianos converſando, per divinæ bonitatis gratiam, & Spiritus Sancti illuſtrationem, ad viam veritatis, & ad Sanctæ Fidei agnitionem aliquando pervenire poterunt, eorum in hac parte Nobis humiliter porrectis ſupplicationibus inclinati literas, & Capitula prædicta, ac prout illa concernunt, omnia, & ſingula in ipſis literis, & Capitulis contenta, necnon inde ſecuta quæcumque licita tamen, & honeſta, & quatenus tempore ejuſdem Pii Prædeceſſoris fuerint in uſu, dummodo quoad Synagogam, quam ipſi Anconæ habent, illa ſit ſeparata ab habitatione Chriſtianorum, & in remota parte poſita, quoad vero alias Synagogas eorumdem, illæ intra Ghettum aliarum Hebræorum conſtituantur, & ſerventur: quos ad abſolutionem, & remiſſionem pœnarum occaſione maleficiorum per eos perpetratorum dummodo delicta contra fidem, vel crimina læſæ Majeſtatis non exiſtant, auctoritate Apoſtolica tenore præ-

Confirmatio præfatarum Literarum.

ſen-

ſentium approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis noſtræ robur adiicimus, necnon omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus.

Clauſulæ.

§.19. Decernentes omnia, & ſingula in præinſertis literis hujuſmodi contenta ſuos totales, ac plenarios effectus juxta præſentium noſtrarum tenorem ſortiri, ac per eos, ad quos ſpectat, debitæ executioni demandari, inviolabititerque ab omnibus obſervari, ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quacumque auctoritate fungentes tam ordinarios, quam delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis inſtantia ubique judicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executio prædictarum Literarum.

§.20. Et nihilominus dilectis filiis Gubernatori Provinciæ noſtræ Marchiæ Ancònitanæ, & Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, ac Vicario Venerabilis Fratris Epiſcopi Anconitan. in Spiritualibus generali, nunc, & pro tempore exiſtentibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præinſertas, ac præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorumdem Hebræorum, Turcarum, & Græcorum: & aliorum Mercatorum Orientalium, ſeu cujuſvis eorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque, & eorum ſingulis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra dictas, & præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi, ut præfertur, firmiter obſervari, ac ipſos Hebræos, Turcas, Græcos, & alios Mercatores omnes, & ſingulos, quos ipſe literæ quomodolibet concernunt, illis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eorum aliquem per quoſcumque contra illarum tenores quovis modo indebite moleſtari, perturbari, vel inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles, per pœnas, etiam pecuniarias ſibi viſas, ac demum per ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus pœnas, ſententias, & cenſuras prædictas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato, ſeu adhibito, etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§.21. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac literis Apoſtolicis, etiam noſtris deſuper emanatis, necnon omnibus illis, quæ idem Pius Prædeceſſor in dictis ſuis literis voluit non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 5. Aprilis 1562. Pontificatus noſtri Anno II. Cæſar Glorierius.

§.22. Cum autem Nobis nuper pro parte dictorum Hebræorum, Turcarum, Græcorum, & Mercatorum fuerit humiliter ſupplicatum, ut præinſertas literas pro illarum majori validitate, & obſervantia approbare, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur, eiſdem moti rationibus, quibus Prædeceſſores noſtri prædicti inducti ſunt, eorum in hac parte Nobis humiliter porrectis ſupplicationibus inclinati literas prædictas, necnon omnia, & ſingula Capitula, conceſſiones, indulta, & decreta in eis contenta, licita tamen, & honeſta, & quatenus ſint in uſu, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque plenariæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, omneſque, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui forſan intervenerint quomodolibet in eiſdem, ſupplemus.

Confirmatio dictarum Literarum.

§.23. Necnon Hebræos, Turcas, Græcos, & Mercatores præfatos amplioribus favoribus, & gratiis proſequentes ſtatuimus, & ordinamus, quod ex nunc, deinceps, & in perpetuum, quando aliquis ex dictis Orientalibus pro tempore decedet, quorum hæredes non ſint præſentes, ne bona dilapidentur, tunc eorum Conſul faciat fieri inventarium per manus Notarii publici; cum præſentia teſtium, & aſſiſtentia unius viri probi ab Epiſcopo Anconitan. deputan. de omnibus rebus, bonis, pecuniis, & effectis dicti Defuncti, qui debeant remanere in manibus ejuſdem Conſulis, prout ſolitum eſt fieri. Quodque nec Gubernator dictæ Civitatis, vel alterius loci, nec quivis alius, ſe ſuper præmiſſis ullatenus immiſcere, vel interponere, neque dictum Conſulem ſuper his moleſtare, perturbare, vel impedire poſſit, nec debeat.

Decedente aliquo Orientalium, cujus hæres præſens non fuerit, bonorum Inventarium fieri debet a Conſule Nationis defuncti.

§.24. Quodque nullus Hebræus Italicus, qui acceperit, vel accipiat merces ſeu mercantias, aut quaſvis alias res a dictis Hebræis, Græcis, & Turcis, & aliis Orientalibus, vel qui ſit eorum debitor, aliquod beneficium quinquennalis, vel alterius dilationis contra eoſdem Orientales deſuper obtinere poſſit, nec debeat, etiamſi a Sede Apoſtolica, aut Nobis, vel Romanis Pontificibus Succeſſoribus Noſtris obtinuerit, vel obtineat, nihilominus illud ſibi nullatenus ſuffragetur, nec eo uti poſſit, illoque non obſtante contra ipſum in Judicio, & extra perinde acſi tale beneficium non obtinuiſſet, vel obtineret, procedi, & executio fieri poteſt, & debeat.

Hæbræus Italicus beneficio quinquennali, aut alio favore debitorum, frui non poteſt cōtra Orientales præfatos.

§.25. Decernentes præſentes literas, & in eis contenta quæcumque nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, impugnari, aut invalidari non poſſe, ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ.

§.26. Quocirca eiſdem Gubernatori Pro-

Commiſſio pro executione.

Provinciæ Noſtræ Marchiæ Anconitan. & Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac Vicario Venerabilis Fratris Epiſcopi Anconitan. nunc, & pro tempore exiſtentibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præinſertas, & præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Hebræorum, Turcarum, Græcorum, & aliorum Orientalium, ſeu cujuſvis eorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque, & eorum ſingulis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra dictas, & præſentes literas, ac in eis contenta hujuſmodi, ut præfertur, firmiter obſervari, ac ipſos Hebræos, Turcas, Græcos, & alios Orientales, ac omnes, & ſingulos, quos ipſæ literæ quomodolibet concernunt, illis pacifice frui, & gaudere; non permittentes eorum aliquem per quoſcumque contra illorum tenores quovis modo indebite moleſtari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per poenas, etiam pecuniarias ſibi viſas, ac demum per ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus poenas, ſententias, & cenſuras præfatas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum.

§.27. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ in præinſertis expreſſum eſt non obſtare.

Dat. die 23. Februar. 1573 An.I.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die vigeſima tertia Februarii, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio, Pontificatus noſtri Anno I.

XV.

Reductio ad terminos juris communis, & Concilii Tridentini, trium Conſtitutionum a Pio V. pro Ordinibus Mendicantium; aliiſque editarum.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN tanta rerum, & negotiorum mole, qua Rom. Pont. ex omnibus mundi partibus aſſidue premitur, vix vitari poteſt, ne aliqua interdum exiliant, quibus poſtea recognitis, neceſſe eſt moderationis remedium adbibere.

Pius V. privilegia multa Mendicantibus conceſſit, ut in Tom.IV. Par.II. Conſtit. LVIII. Et ſ. fol. 373. 379 181.

§.1. Cum itaque alias fel. rec. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter, auditis gravaminibus, quæ Fratribus Ordinum Mendicantium ab Ordinariis locorum, & parochialium Eccleſiarum Rectoribus, multis modis inferri dicebantur, ſuper ſacris Canonibus, & lectionibus habendis, confeſſionibus audiendis, poenitentiis injungendis, Fratribus ad Ordines promovendis, celebratione Miſſarum, cura animarum, Sacramentorum miniſtratione, ſepulturis, quarta funeralium, legatis, donationibus, eleemoſynis, collectionibus, aliiſque hujuſmodi juribus, necnon decimis, & diverſis oneribus, ac etiam ſuper ſtatu, & regimine ſanctimonialium ipſis Fratribus ſubjectarum, formatione proceſſuum, cenſurarum publicatione, proceſſionibus, præcedentia, locorum acquiſitione, certiſque aliis rebus tunc expreſſis, multa per quaſdam ſuas literas pro dictis Fratribus non modo ſtatuerit, ſed & quæ jam in Concilio Tridentino decreta fuerant ad hæc pertinentia declaraverit, multaque præterea privilegia eiſdem decimoſeptimo Kal. Junii Pontificatus ſui Anno ſecundo.

Et illa extendit ad alios Ordines, ut ibid. i. fin.

§.2. Et deinde ea omnia diverſis aliis Ordinibus, & Congregationibus regularium non mendicantium, etiam per modum communicationis, conceſſerit.

Et alia decrevit circa Parochias, ut in T.IV. Par.II. Con. LXVIII Ad exequendum fol. 401.

§.3. Poſtea per quamdam ſuam Conſtitutionem de Vicariis perpetuis Parochialibus Eccleſiis unitis per Ordinarios locorum inſtituendis, & portione illarum Vicariis aſſignanda editam, alia ſuper Conſtitutione Fratrum eorumdem ad exercitium curæ animarum in eis Parochialibus Eccleſiis, quæ domibus, & locis ſuis unita ſunt, decreverit.

Poſtea alia ſtatuit.

§.4. Demum animadverſo quod ea omnia multis dubitationibus involuta, magniſque difficultatibus obſtructa, multas magnaſque diſſentiones, altercationes, & lites inter prædictos locorum Ordinarios, & Fratrum ipſorum Ordines, non ſine gravi divini cultus, & animarum detrimento, ac populorum ſcandalo concitaverant, contra ac ipſe ſperabat, & præter ſuam expectationem, ut qui interdum conquereretur, multa aliter, alioque ſenſu a ſe prolata fuiſſe, quam literis expreſſa eſſent. Cupiens his mederi incommodis, primum illa omnia quæ Regularibus aliorum Ordinum quam Mendicantium communicaverat, & ſecundum præmiſſa conceſſerat, Motu proprio reſtrinxerit. Deinde plenius providere volens, prioribus literis a ſe quoad ipſos Mendicantes magna in parte moderatis, omnes, & quaſcumque alias literas, quæ de aliis Ordinibus, & Congregationibus extra Mendicantium Ordines de Obſervantia nuncupatos emanaverant, omnino aboleverit, cauſas omnes jam de his etiam in Romana Curia pendentes ad ſe advocando, lites extinguendo, ac formatos ſuper illis proceſſus, lataſque ſententias annullando, quemadmodum aliis ſuis literis in regiſtro proxime compertis, nunquam tamen publicatis, plenius continetur.

Deinde circa Confeſſiones aliam edidit Bullam ſupra num. 183. fol. 177.

§.5. Poſtremo circa Confeſſariorum Regularium etiam Mendicantium approbationem juxta Concilii prædicti decretum faciendam, etiam lectores in Theologia graduatos, & certos alios tunc expreſſos comprehendi debere declaraverit.

Hic Pontifex omnes prædictas Conſtitutiones Pii V.

§.6. Nos hac tanta varietate cognita, quæ etiam ex multiplici literarum, & Conſti-

reducit ad ter minos juris, & Concilii Tridentini.

ſtitutionum editione procedit, præſentibus & futuris diſcriminibus occurrere volentes, de Nobis attributæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, & ordinamus, de prædictis, & aliis omnibus literis, & Conſtitutionibus, quæ ab eodem Prædeceſſore ciſdem de rebus pro quorumcumque Regularium, etiam Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuſcumque in eis contentis, eam deinceps diſpoſitionem atque deciſionem pro ſubiecta materia futuram eſſe, quæ ſive ex jure veteri, ſive ex ſacris dicti Concilii decretis, ſive alias legitime ante dictarum literarum, & Conſtitutionum editionem erat, & ſi ipſæ non emanaſſent, futura fuiſſet, ad quam diſpoſitionem, & deciſionem, ſuumque priſtinum, & integrum ſtatum, ac terminum illa omnia reducimus. Quin etiam tollimus, & abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, necnon prohibitiones, declarationes, mandata, & quæcumque alia ipſis literis, & Conſtitutionibus appoſita, & alias eorum occaſione, vel cauſa facta, his noſtris ſtatuto, ordinationi, & reductioni adverſantia, quiboſcumque illa ſint concepta formulis, ac præſervationibus, declarationibus, modificationibus, reſtitutionibus, mentis atteſtationibus, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortiſſimis, efficaciſſimis, & inviolabilibus clauſulis, etiam Motu, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & ex certa ſcientia, etiam pro conſervatione ſtatus regularis, & ex quibuſcumque aliis urgentiſſimis cauſis quotieſcumque roborata. Decernentes illa omnia pro nullis, & infectis haberi, omneſque ſupradictos illarum uſu commodo, & effectu carere.

Lites ſecundum hic Bullam decidi valet.

§.7. Ac omnes lites, & controverſias, quæ coram quibuſvis judicibus, ſive Ordinariis, ſive Commiſſariis, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus, & S. R. E. Cardinalibus, etiam de latere Legatis prædictarum literarum, & Conſtitutionum occaſione ſuper præmiſſis jam motæ ſunt, necdum deciſæ aut finitæ, vel etiam quæ jam deciſæ ſunt, ſi modo tractum habeant ſucceſſivum, eaſque rurſus, & inter quoſcumque excitari in poſterum contingat, ſecundum prædictam diſpoſitionem nec aliter decidendas.

Dubiorumque futurorũ declarationes Sedi Apoſtolicæ reſervat.

§.8. Futura vero dubia, & difficultates, quandocumque, & ubicumque orientur, ad Nos, & Sedem Apoſtolicam, ubi, & cetera quæ ad decreta dicti Concilii pertinent, quotidie declarantur, omnino referenda eſſe.

Præceptum obſervantiæ.

§.9. Necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his per quoſcumque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§.10. Mandantes itaque in virtute ſanctæ obedientiæ præſentes ab omnibus ubique Epiſcopis, & locorum Ordinariis, necnon Eccleſiarum Prælatis, Rectoribus, Fratribuſque prædictis, ac ceteris, ad quos pertinet, ſemper inviolata obſervari.

Derogatio contrariorum.

§.11. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conventuum, Domorum, locorum & Ordinum quorumcumque juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Maremagnum, Bulla Aurea nuncupatis, dictis Eccleſiis, & Ordinibus, & Congregationibus quomodolibet conceſſis, & confirmatis: quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, expreſſa, individua, & ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Juſſio publicandi.

§.12. Ut autem præſentes omnibus plenius innoteſcant, volumus earum exempla fieri, & etiam imprimi, illiſque Notarii publici manu, & Curiæ Eccleſiaſticæ, vel Prælati, aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo obſignatis, eamdem illam prorſus fidem, in judicio, & extra illud ubique locorum adhiberi, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino &c.

D. P. An.I. 1. Maii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio, Kal. Maii, Pont. noſtri Anno I.

XVI.

Quod omnibus liceat, in quacumque die octavæ Sanctiſſimi Corporis Chriſti, Proceſſionem ſolemniter facere in honorem ſuæ feſtivitatis.

De hujus feſtivitatis inſtitutione, & aliis eam concernentibus, dixi apud Conſt. XIX. Urb. IV. Tranſiturus *Tom. III. Par. I. fol.* 414.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

CUm interdum contingat Romanum Pontificem aliquas conceſſiones, & gratias elargiri, quas poſtmodum experientia rerum magiſtra docet in alterius præjudicium reſultare, mirum nemini videri debet, ſi tandem præjudicio cognito gratiæ ipſæ ſic conceſſæ in melius reformentur, prout, & Populi devotio expoſcit, ac rerum, & temporum qualitate penſata conſpicitur in Domino ſalubriter expedire.

Pius V. juſſit Ordini Fratrum Prædicatorum ſolummodo licere, ſolemnem proceſſionem Corporis Chriſti facere in die Dominica infra octavam.

§.1. Dudum ſiquidem fel. rec. Pio Papæ V. Prædeceſſori noſtro pro parte dilecti Joannis Gallo Ordinis Prædicatorum, & Theologiæ profeſſoris expoſito, quod licet in omnibus fere Conventibus Provinciæ Hiſpaniæ Ordinis prædicti, ſolemniter fieri conſueviſſet proceſſio Sanctiſſimi Sacramenti Corporis Chriſti die Dominica infra octa-

octavam illius feſtivitatis, idque ab immemorabili conſuetudine, propterea quod dicti Ordinis religio, utpote a B. Thoma de Aquino docta peculiarem ſemper geſſerat devotionem erga Sanctiſſimam Eucharistiam, unde eum magno apparatu, & frequentia Populi eadem feſtivitas a Fratribus Ordinis hujuſmodi celebrari ſolebat. Nihilominus ante aliquot annos aliqui alii partium illarum Religioſi, præſertim in Civitate Salamantina contendebant eiſdem die, & hora feſtivitatem, ſeu proceſſionem hujuſmodi celebrare, Populum ad ſe trahentes, & ornamenta, quæ ipſis Fratribus Ordini hujuſmodi concedi ſolebant, conquirentes, unde, & Populi devotio minuebatur, & aliquando viri timorati videntes religioſos pro hujuſmodi rebus inter ſe contendere, offendebantur, ejuſdem Joannis ſupplicationibus inclinatus eidem Ordinis Prædicatorum, ut in omnibus, & ſingulis Civitatibus, terris, Oppidis, & locis, tam dictæ Provinciæ, quam extra, & alii ubilibet. in quibus ab immemorabili conſuetudine Fratres dicti Ordinis proceſſionem hujuſmodi dicta die Dominica infra octavam ejuſdem Corporis Chriſti ſolemniter celebrari ſoliti fuerant, eiſdem Fratribus Ordinis Prædicatorum dumtaxat, eadem die Dominica ſolemnem Proceſſionem ejuſdem Corporis Chriſti celebrare liceret, ita ut nulli ſuper eo, illos impedire, ſeu eodem tempore, vel die eamdem Proceſſionem facere poſſent, & deberent, perpetuo conceſſit, & indulſit, ac aliis prædictis deſuper diſtrictius inhibuit, aliaque fecit, prout in dictis literis plenius continetur.

Hic modo Pontifex omnibus licere decernit dictâ proceſſionem celebrare, in quacumque die infra octavam d. feſtivitatis.

§.2. Nos tamen attendentes id non ſine Divini cultus diminutione eſſe aliquo modo poſſe, cum omnes ad unam, & eamdem dumtaxat Eccleſiam confluentes, in ea commode recipi, ſicque proceſſioni hujuſmodi intereſſe nequeant, præter id quod nimis ſæpe contingit, ut propter Populi frequentiam ſic confluentem, varia ſcandala, & jurgia oriantur, & Populus ipſe ſpirituali venerationis Sacramenti hujuſmodi multiplici fructu privetur. Neque propterea diutius diſcuſſa honeſtum eſſe cenſentes, literis prædictis modum aliquem præbere, illarum tenorem, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſertus foret, pro plene, & ſufficienter expreſſo habentes, Motu proprio non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia, noſtris univerſis, & ſingulis, Clero, & Clericis, ac perſonis Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quam quorumvis Ordinum, religionum, & Militiarum Regularibus, ut literis Pii Prædeceſſoris hujuſmodi non obſtantibus, liceat ipſis, tam die ipſa Dominica infra octavam Corporis Chriſti, quam aliis totius octavæ prædictæ diebus proceſſiones ſuas celebrare, nec ſuper eo tam ab Ordinis Prædicatorum hujuſmodi, quam aliis quibuſcumque perſonis, etiam prædictarum, aut quorumvis aliarum literarum privilegiorum, vel conceſſionum prætextu, ſeu alias quomodolibet moleſtari, inquietari, vel perturbari, nec etiam aliquibus cenſuris, vel pœnis, etiam Eccleſiaſticis innodari, ſeu illas incurrere poſſint, tenore præſentium concedimus, & permittimus.

Et Bullam Pii V. revocat.

§.3. Et nihilominus, pro potiori præmiſſorum cautela, literas Pii Prædeceſſoris hujuſmodi harum ſerie penitus, & omnino, quo ad effectum prohibitionis celebrandi proceſſiones hujuſmodi caſſamus, irritamus, & annullamus, viribuſque, & effectu evacuamus, & tamquam tales minime attendi, vel eiſdem Fratribus Prædicatoribus ſuffragari poſſe volumus.

Obſervantiâ hujus Conſtitutionis cuicumque præcipit.

§.4. Diſtrictius inhibentes eiſdem Fratribus Ordinis Prædicatorum, & quibuſvis aliis perſonis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ, necnon ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque arbitrio noſtro moderandis, infligendis, & imponendis pœnis, ne contra præſentium literarum tenorem venire, aut ſupraſcriptos, vel quoſcumque alios, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, quo minus præmiſſa libere fieri poſſint, per ſe, vel alium, ſeu alios publice vel occulte, directe vel indirecte, tacite vel expreſſe, quovis quæſito colore vel ingenio, impedire audeant, vel præſumant.

Eamque clauſulis præſervativis ornat.

§.5. Decernentes quoque præſentes literas nullo umquam tempore de ſubreptionis, aut obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo quod intereſſe habentes vocati non fuerint, notari, impugnari, invalidari, ad terminos juris reduci nullatenus poſſe, minuſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, & de novo conceſſas eſſe.

Decernens irritans apponit.

§.6. Sicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi facultate, judicari debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Executoreſque deputat.

§.7. Et nihilominus univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis Filiis ceteris locorum Ordinariis, necnon illorum, & eorum Vicariis, ſeu Officialibus, in ſpiritualibus, & cuilibet ipſorum inſolidum, motu ſimili per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte alicujus, ſeu aliquorum, & quorumcumque in præmiſſis intereſſe habentis, vel habentium fuerint requiſiti, ſolemniter publi-

Digitized by Google

blicari, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant præmiſſa omnia, & ſingula, ab omnibus, quos illa concernunt, inviolabiliter obſervari, ac prædictos intereſſe habentes, illis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos deſuper prædictos fratres Ordinis Prædicatorum, vel eorum conſervatores, judices, defenſores, ſeu protectores, aut quoſcumque alios quavis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus ſeotentias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contraria tollit.

§.8. Non obſtantibus literis Prædeceſſoris hujuſmodi cum inde ſequutis, & aliis prædictis, necnon piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas quis vigore præſentium ad judicium non extrahatur, & aliis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus, ac quibuſvis etiam dicti Ordinis Prædicatorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Ordini, illiuſque ſuperioribus, & perſonis, ac quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis, & Bulla Aurea, ac Mare magnum nuncupatis quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum prædictum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi Fratribus Ordinis Prædicatorum, eorumque conſervatoribus, ceteriſque prædictis, & quibuſvis aliis, communiter vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem: Ceterum quia difficile foret, præſentes literas ad quæquæ loca in quibus publicatio hujuſmodi facienda erit deferri.

Tranſumptis credi jubet.

§.9. Volumus, & ſimiliter Apoſtolica auctoritate decernimus quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, & manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 11. Martii, 1573. Pontificatus noſtri Anno I.

D. P. An.I. 11. Martii.

XVII.

Inſtitutio Feſtivitatis, ſub invocatione Roſarii B. Mariæ Virginis, prima Dominica die menſis Octobris, in Eccleſiis, vel Capellis Roſarii duplici majori Officio celebrandæ, pro gratiarum actione de Victoria die 7. d. menſis Octobris parta contra Turcas.

Hoc bellum paravit Pius V., & aliqua ſtatuit ſup. in Conſt.CXCIII., CXCVII., & CC. fol.189., 195., & 199. De Sodalitate autem Roſarii vide Conſt.XXI. Sixti IV. Ea quæ *Tom.III. Par.III. fol.172.*

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Feſtivitates celebrantur ad Deo gratias ferendas, præſertim pro aliquo Populi liberatione.

MOnet Apoſtolus in omnibus gratias agere, monent quoque Sacrarum literarum Hiſtoriæ, inſignia Dei beneficia, tum ut ei, a quo accepta ſint, meritæ referantur gratiæ, cum ut fideles, quibus collata ſunt, illorum memores ad divinum cultum magis in dies excitentur, ſolemnibus annis feſtivitatibus celebranda eſſent. Quod cum multoties inſtitutum fuerit, tum vero maxime, cum Deus Patrum noſtrorum Populum ſuum a ſervitute Ægyptiaca per manum fortem liberavit.

Et quia die 7. Octobris anni præteriti, Populus Chriſtianus contra Turcas victoriam habuit, Ideo hic Pontifex anniverſariam memoriam ad gratiarum actiones inſtituere decrevit.

§.1. Nos itaque, qui non minora beneficia quotidie a Deo Optimo Maximo accipimus, inter quæ illud ſingulariſſimum ſuperiore anno ab ineffabili ipſius clementia Nobis conceſſum fuit, ut Turcarum Claſſis, & numero longe ſuperior, & præteritis elata victoriis a Chriſtianorum claſſe in virtute Domini Dei Sabaoth decertante, die 7. Octobris, non longe a Corinthiaco ſinu penitus devicta, & quaſſata fuerit, qua nempe victoria univerſum Populum Chriſtianum, ab impiiſſimi Tyranni faucibus, & divino munere ereptum fuiſſe infieiari nemo poteſt, Apoſtoli præcepto parere, & Sanctorum Patrum exempla ſequi volentes, ut hujus ingentiſſimi beneficii anniverſaria habeatur memoria, inſtituere omnino decrevimus.

Memor quod B. Dominicus ad iram Dei placandam, Roſarii orandi modum inſtituit.

§.2. Quia vero præces ad Deum oblatæ eo gratiores ad illius, conſpectum aſcendunt, quo dignioribus interceſſoribus, & pro aliquo orandi modo offeruntur, memores Beatum Dominicum Ordinis Prædicatorum inſtitutorem, cum, & Gallia, & Italia a pernicioſis premeretur hæreſibus, ad iram Dei placandam, & Beatiſſimæ Virginis interceſſionem implorandam, piiſſimum illum orandi modum inſtituiſſe, quod Roſarium, ſeu Pſalterium Beatiſſimæ Virginis Mariæ nuncupatur.

Et quia d. die 7. Confraternitates Roſarii, quæ erat prima men-

§.3. Animadvertentes quoque eadem die ſeptima, quæ tunc fuit Dies Dominica prima dicti menſis Octobris, Fraternitates

Digitized by Google

ſi Dominica, proceſſiones de more facerent, quas pro dicta victoria multum profuiſſe, pie credi poteſt.

tes omnes, dicti Roſarii nuncupatione militantes per univerſum Orbem juxta earum laudabilia inſtituta, & conſuetudines, proceſſionaliter incedentes, pias ad Deum preces effudiſſe, quas per interceſſionem Beatiſſimæ Virginis ad dictam Victoriam conſequendam multum profuiſſe pie credendum eſt, operæ prætium Nos facturos eſſe exiſtimavimus, ſi ad tantæ victoriæ cœlitus proculdubio conceſſæ memoriam conſervandam, & ad gratias Deo, & Beatiſſimæ Virgini agendas, feſtum ſolemne ſub nuncupatione Roſarii, prima Dominica menſis Octobris ſingulis annis celebrandum inſtitueremus.

Hic ideo Pontifex Feſtum ſub invocatione Roſarii, qualibet prima Dominica d. menſis Octobris, in Eccleſiis, ubi ſit Altare Roſarii celebrari jubet.
Hoc ſit iam communiter S. Mariæ de Victoria nuncupatur.

§.4. Quocirca Motu proprio, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac laudem Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque Glorioſæ Virginis Matris, tenore præſentium decernimus, ut de cetero perpetuis futuris temporibus, qualibet prima die Dominica menſis Octobris, per univerſi Orbis partes, in iis videlicet Eccleſiis, in quibus Altare, vel Capella Roſarii fuerit, ab omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, feſtum ſolemne, ſub nuncupatione Roſarii prædicti, ſub duplici majori Officio ad inſtar aliarum ſolemnium feſtivitatum celebretur, & ſanctificetur, eademque die Officium de Beatiſſima Virgine novem lectionum more Eccleſiaſtico perſolvatur, & recitetur.

Clauſulæ præſervativa.

§.5. Decernentes præſentes, quas perpetuo valere volumus, nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, ſeu alio vitio, vel intentionis noſtræ, aut alio defectu notari, argui, vel impugnari poſſe, ſed plenarios effectus ſortiri debere.

Clauſula ſublata, &c.

§.6. Et ita per quoſcumque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S.R.E.Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, aut interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & interpretari, & definiri debere, ac ex nunc irritum, & inane, &c.

Quibuſcumq; non obſtan.

§.7. Contrariis quibuſcumque non obſtantibus.

Exemplorum fides.

§.8. Volumus autem quod præſentium tranſumptis &c.

D. P. An.I. 1. Aprilis.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 1. Aprilis, 1573. Pont. noſtri Anno I.

XVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Conſtitutio ſuper abolendo uſu Duellorum, ac bandoſitatum in Regnis Aragoniæ, & Valentiæ, ac Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſilionis cum graviſſimis pœnis.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD Romani Pontificis auctoritatem pertinere dignoſcitur, ut abuſibus quibuslibet, qui hominum malitia irrepſerunt, quantum poteſt, ubique provideatur.

Series Conſtitutionum Romanorū Pontificum, qui duella prohibuerunt.

§.1. Sane licet alias diverſi Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri provide attendentes quam deteſtabilis eſſet duellorum uſus fabricante Diabolo, & cruenta corporum morte animarum, etiam perniciem procurante introductus, cupienteſque, ut illa a Chriſtiano Orbe penitus exterminaretur diverſimode, & præcipue fel. rec. Julius Papa II. per quandam ſuam perpetuo valituram, ac Motu proprio confectam Conſtitutionem duellorum hujuſmodi uſum damnaverit, & improbaverit, ac tam ipſe, quam piæ mem. Leo X., & Clemens VII., ac poſtremo Pius IV. Romani Pontifices, & Prædeceſſores noſtri per diverſas eorum literas in terris Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectis per quoſcumque quavis auctoritate, & poteſtate, ac nobilitate fulgentes ſub Excommunicationis latæ ſententiæ pœna ex quacumque cauſa etiam a legibus permiſſa fieri omnino prohibuerunt, & taliter pugnantes ubique impune capi poſſe, & puniri pro homicidio, vel vulnere juxta juris communis diſpoſitionem, nulla eis conſuetudine ſuffragante ſtatuerit, corporaque in duello in Terris Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectis ſacto morientium in ſacro ſepelliri interdixerint, ſub ſimili excommunicationis pœna, & Interdicti Eccleſiaſtici omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Ducibus, Comitibus, Marchionibus, Domicellis, Baronibus, & aliis temporalibus Dominis, Vicariis, Communitatibus, & Univerſitatibus Civitatum, Terrarum, & locorum prædictæ Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectorum, mandantes ne de cetero perpetuis futuris temporibus aliquibus cujuſcumque dignitatis, & nobilitatis forent, & ex quacumque cauſa, etiam a legibus non improbata locum, ſeu campum liberum ad Duellum, ſeu alias ad pugnandum tutum, aut quomodolibet aſſignarent, traderent, & concederent, aut aſſignari, tradi, & concedi facerent, vel permitterent, ac ipſi certantes, comitantes, conſulentes, adhærentes, fautores, necnon cartas certaminis ſubſcribentes, & publicantes in excommunicationis latæ ſententiæ, a qua non niſi per Romanum Pontificem, & in mortis articulo abſolvi poſſent, & quatuor millium Ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pœnam pro qualibet vice incurrendam, & ſi hujuſmodi Conſtitutionis violatores ultra dictam primam vicem forent, ultra dictas pœnas feudo, ſeu Vicariato, quem a dicta Romana Eccleſia obtinuiſſent, privationem incidere, necnon Carceribus mancipari, & detineri, ac ad illarum executionem omnino procedi poſſe decreverint, & ſi Eccleſiaſtici forent, omnibus, & ſingulis Eccleſiis, Monaſteriis, dignitatibus, & aliis Beneficiis Eccleſiaſticis per eos obtentis, ſeu in quibus, & ad quæ Jus ſibi competebat eo ipſo privati, & ad illa, & alia in poſterum obtinenda inhabiles exiſterent, necnon illa tamquam per privationem hujuſmodi vacantia ab aliis impetrari poſſent, revocando omnes, & ſingulas conceſſiones duello-

rum

rum quovis modo per quoſcumque quibuſvis conceſſas, & pugnantes ipſis non ſolum pœnis prædictis ſubiacerent, ſed eorum memoria perpetuo damnata, & bona proſcripta, & Cameræ Apoſtolicæ eo ipſo confiſcata eſſent, Duces quoque, Barones, Comites, Marchiones, & Domini temporales, Vicarii, Feudatarii, eorum Capitanei, Communitates quoque Civitatum, Terrarum, & locorum eidem Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectorum campum ad pugnandum præſtantes, ultra præmiſſa ab omni Jure, quod in territoriis ſuis obtinebant, ipſo facto caderent, illudque ad Cameram Apoſtolicam devolveretur, & devolutum eſſe cenſeretur abſq; alia declaratione deſuper facienda: Qui vero ad talia cruenta ſpectacula conveniſſent, ſi nobiles, quingentorum, ſi mediocris fortunæ centum, ſi veri ignobiles 25. ducatorum necnon Excommunicationis, & perpetuæ maledictionis pœnam incurrerent, & locus ipſe Eccleſiaſtico ſubiaceret interdicto, ac ſi præmiſſa omnia etiam per Concilii Tridentini decreta comprobata, & efficaciſſime innovata fuerint.

Facti ſeries.

§.2. Cum tamen nuper accepimus in Regnis Aragoniæ, & Valentiæ ac Principatu Cathaloniæ necnon Comitatibus Ronſilionis, ac Ceretaniæ non ſolum præmiſſa exerceri, verum etiam aliquos illarum partium Incolas privatam ſibi adſtruere legem non dubitaſſe, & tam illius vigore; quam peſſimæ conſuetudinis, quæ inibi invaluit, prætextu aſſerere, licere ipſis, præſertim ſi nobiles fuerint, ut ubicumque agitur de tuendo honore, aut reparando, aut injuria propulſanda ab amicitia diſcedere, inimicitias, & factiones inter ſe exercere, ſatellites, & varii generis armatos homines ducere, & privatim habere, amicos, & neceſſarios ad arma excitare, damna viciſſim hoſtiliter quoquo modo afferre & ut ibi dici ſolet, bandoſitates exercere in grave animarum ſuarum periculum, ac præjudicium plurimorum.

§.3. Nos animo revolventes præmiſſa, quæ in Regnis, Principatu, & Comitatibus prædictis fiunt eo majori egere remedio, quam duella ipſa, quo per exercitum banditatum hujuſmodi, graviora quam ex duellis ipſis oriuntur, & ſubſequuntur mala; hujus enim deteſtandæ rei occaſione quamplurimi ibi fiunt Sicarii, & prædones, qui cum a potentioribus factionum capitibus, qua quiſque poteſt majori manu, & numero privatis odiis, inimicitiiſque exercendis foventur, etiam in diverſas alias cædes, & latrocinia, ac Sacrilegia, aliaque crimina prorumpunt, dignum quin potius debitum auctoritate noſtra eſſe cenſuimus iis opportuna adhibere remedia.

Pœna in eos, qui in duello pugnaverint, aut armorum uſum habuerint, & locum conceſſerint.

§.4. Hac itaque Noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſancimus, & decernimus, quod omnes, & ſinguli, etiamſi Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, & alii Domini temporales fuerint dictorum Regnorum Principatus, & Comitatuum, qui in Duello pugnaverint, aut duellorum, vel gladiatorum uſus exercuerint, locum, aut campum libere ad pugnandum conceſſerint, vel aſſignaverint, vel etiam pro ſua, vel amici, aut propinqui, conſanguinei, vel affinis iniuria vindicanda, aut alias ſimultates, bandoſitates nuncupatas exercere præſumpſerint, & præmiſſorum occaſione ſatellites, & armatos homines vocare, aut apud ſe, vel in Terris, & Dominiis, vel Domibus ſuis, aut alibi publice, vel occulte recipere, aut retinere, vel fovere propria auctoritate auſi fuerint, quique neceſſarios, conſanguineos, affines, & amicos in factionem, & partes ſuas contra aliquem, vel aliquos excitaverint, omneſque qui iverint, aut arma pro præmiſſis ſumpſerint, quique ſuper his rebus alteri conſilium, auxilium, vel favorem præſtiterint, auctoreſve, aut ſuaſores fuerint, necnon qui ſub prætextu abuſus hujuſmodi aliquem provocaverint, aut illi quomodolibet vim intulerint, quique eam prætenſam legem, aut conſuetudinem licitam, & non omnino damnatam eſſe aſſeruerint, excommunicationi, anathemati, maledictioni, perpetuæ infamiæ, diffidationi, criminibuſque læſæ majeſtatis, ſeditionis, rebellionis, confiſcationis, & privationis ſtatuum, & dominiorum, ac feudorum, & Vicariatuum, & omnium aliorum bonorum ſuorum, necnon inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinenda, ac Interdicti, omnibuſque aliis cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, etiam temporalibus prædictis per literas prædictas contra duellantes, & alios prædictos quomodocumque, & qualitercumque comminatis, quas contravenientes eo ipſo, & abſque alia declaratione incurrant, & inteſtabiles fiant.

Eccleſiaſticis bonis privantur, ſi Eccleſiaſtici fuerint.

§.5. Subiicimus pœnas prædictas, & ſi Eccleſiaſtici fuerint, etiam omnibus, & ſingulis Eccleſiis, Monaſteriis, Dignitatibus, & aliis beneficiis Eccleſiaſticis per eos obtentis, ſeu in quibus, & ad quæ Jus eis competit, eo ipſo, & abſque alia declaratione privati, & ad illa, & alia impoſterum obtinenda inhabiles exiſtant, necnon illa tamquam per privationem hujuſmodi vacantia ab aliis impetrari poſſint, volumus, & decernimus.

Pœna in Judices, qui ſecundum legẽ duelli judicaverint, & in Advocatos, qui reos patrocinaverint.

§.6. Inſuper Judices, & Magiſtratus quoſcumque quacumque auctoritate, & poteſtate præditos, qui aliquid ſecundum eam legem, aut conſuetudinem decreverint, privationis Judicaturæ, & Magiſtratuum, aliorumque per eos obtentorum, necnon Advocatos, & Procuratores, qui ſub ejuſdem legis, aut conſuetudinis prætextu aliquem, vel aliquos patrocinati fuerint, aut defenderint, inhabilitatis ad alios patrocinandum, & ad honores, pœnas eo ipſo incurrant.

Extenſio pœnarum.

§.7. Et nihilominus præmiſſa omnia, & ſingula, prout per Julium, & Leonem & Clementem, ac Pium Prædeceſſores prædictos ſtatuta, & ordinata, inhibita, decreta, & mandata fuerunt, in omnibus, & per omnia, quoad bandoſitates prædictas, exer-

exercentes extendimus, & ampliamus, ac omnes conceſſiones duellorum, & exercitii bandoſitatis hujuſmodi, & facultates deſuper prædictis, ſeu aliis quibuſcumque perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros ſub quibuſvis formis, & verborum expreſſionibus forſan conceſſas, approbatas, & innovatas, legemque, & conſuetudinem prædictam harum ſerie revocamus, caſſamus, & annullamus, ac reprobamus, ac quæcumque Juramenta per quaſcumque perſonas quacumque dignitate etiam Marchionali, Ducali, Regia, vel alia dignitate præditas, ac etiam per locorum Gubernatores, ac Juſtitiæ præſidentes forſan de obſervando prætenſam legem, ſeu conſuetudinem, aut forum ſuper præmiſſis diſponens eos non legari, ipſoſque ad illorum obſervationem minime teneri, declaramus.

Derogatio contrariorum

Committitur præſ. Conſtitutionis notitia omnibus facienda.

§.8. Mandantes omnibus, & ſingulis Venerabilibus Fratribus Noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ceteriſque Eccleſiarum Prælatis quacumque auctoritate, & dignitate fulgentibus, etiamſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales fuerint, in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub Excommunicationis majoris, aliiſque arbitrio noſtro moderandis pœnis, quatenus præſentes literas, & in eis contenta quæcumque in eorum, necnon ſingulorum partibus, & aliis Eccleſiis, ubi id neceſſarium eſſe judicaverint, publicent, ſeu publicari faciant auctoritate noſtra.

Derogatio contrariorum

§.9. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ ſinguli Prædeceſſores Noſtri prædicti voluerunt in ſingulis literis prædictis non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque: aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides tranſumptorum.

§.10. Ceterum, quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus publicari debent, deferri; volumus quod illarum tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, ac ne aliqui ex præmiſſorum ignorantia ſe excuſare poſſint, volumus, quod earum tranſumpta, etiam, ut præfertur, impreſſa & ſingulis Cathedralium, & Metropolitanarum Eccleſiarum Regnorum, Principatus, & Comitatuum prædictorum valvis affixa, veræ, & realis publicationis vim, & effectum ſortiantur, ac omnes, & ſingulos quos illæ concernunt, perinde afficiant, ac ſi ſingulariter, & perſonaliter ſingulis intimatæ fuiſſent.

Dat. die 15. Maii 1573. An. II.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 15. Maii 1573., Pontificatus noſtri Anno II.

XIX.

Conceſſio facultatis Judicibus ſæcularis Regnorum Aragoniæ, & Valentiæ facinoroſos, & latrones, etiam Clericos in minoribus Ordinibus conſtitutos, etiam aliquod tenue beneficium obtinentes puniendi &c. abſq. incurſu cenſurarum &c.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium, & facti ſeries.

§.1. EXponi Nobis nuper fecit Chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, quod Aragoniæ, & Valentiæ Regna, quorum ipſe etiam Rex exiſtit, a pluribus annis citra valde turpantur, & vexantur a latronibus, & facinoroſis hominibus, qui armati, & ſimul coadunati, per illam regionem paſſim vagantur, vias pro libito obſident, viatoreſque aggrediuntur, ſpoliant, & occidunt, Domos quoque ſæpe expugnant, diripiunt, & incendunt, ſtupra, raptus, ſacrilegia, & omnis generis crimina nefaria committendo: & licet idem Philippus Rex multa huic morbo remedia adhibuerit, tamen deſiderio ſuo hactenus fruſtratus exiſtit, ob diverſas cauſas, & propinquitatem Provinciæ Galliæ, & Principatus Cathaloniæ, ex quibus plurimi delinquentes in ipſa Aragoniæ, & Valentiæ Regna confluunt, & ibi commiſſis per eos latrociniis, & aliis gravibus delictis in loca tuta repente ſeſe recipiunt, ita ut Magiſtratus, eorumque familiam illos perſequentes facile eludant, & fruſtrentur, plerumque etiam evenit, quod ſcelerati hujuſmodi facinorum ſuorum pœnas ſæpe ſubterfugiant; ſicque majores animos ad delinquendum ſumunt.

§.2. Propterea quod dum Miniſtri juſtitiæ ſæcularis eos perſequuntur, ad Eccleſias, & alia loca ſacra illi ſtatim confugere ſoliti ſunt; unde aut extrahi non poſſunt, vel extracti immunitatem Eccleſiæ prætendentes, in eum, unde extracti ſunt, locum reſtitui obtinent. Quidam vero non contenti ſe prima tonſura eſſe initiatos, non ut divinis inſerviant, ſed ut Judicium ſæculare facilius effugiant, malitioſe, & fraudolenter aliquod tenue beneficium Eccleſiaſticum ſibi conferri procurant, nec tamen in habitu Clericali incedunt, aut aliquibus clericalibus funguntur muneribus, verum habitu ſæculari induti vagantur, liberiuſque delinquunt, nullaque in eos Eccleſiaſtica animadverſio exercetur, quoniam laici exiſtimantur: a juſtitia vero ſæculari deprehenſi ſtatim tanquam Clerici & beneficium eccleſiaſticum habentes ad Ordinarios Eccleſiaſticos declinant, a quibus aut nulla, aut leviori pœna affecti dimittuntur, ad vindictã in eos, qui ipſos perſequuti ſunt, & ad graviora ſcelera committenda ſe accingentes.

§.3. Quare idem Philippus Rex Nobis humiliter ſupplicari curavit, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.4. Nos igitur honeſtis Catholicorum

Digitized by Google

1573. Clericos delinquentes ex Locis ſacris evelli poſſe a Judicibus ſæcularibus cōcedit.

Regum votis quantum cum Domino poſſumus, paterne annuere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati latrones, & facinoroſos hujuſmodi, illorumque fautores, & receptores, etiam Clericos, etiam quatuor minoribus inſignitos, etiam beneficium aliquod tenue obtinentes ab Eccleſiis, & aliis locis Sacris avellere per Judices ſæculares licere, cum hujuſmodi genus hominum immuoitate Eccleſiaſtica gaudere, valde indignum ſit, ita tamen ut dicti ſæculares Judices facinoroſos ipſos a locis prædictis extractos Judici Eccleſiaſtico ad cauſas contra perſonas Eccleſiaſticas in Regnis prædictis atrocia crimina committentes alias a Sede Apoſtolica deputatos, & obi tales Judices deputati non fuerint, loci Ordinario Eccleſiaſtico, pro juſtitia in eos adminiſtranda conſignare teneantur, ipſiſque locorum Ordinariis præſentium literarum vigore per ſe, vel alium, ſeu alios contra omnes, & ſingulos prædictos, etiamſi ab eorum juriſdictione exempti quomodolibet fuerint, & quos homicidii, & aſſaſſinii, & atrocium criminum reos eſſe conſtiterit, & ad Curiæ ſæcularis traditionem per denunciationem, accuſationem, inquiſitionem, aut ex mero Officio, vel ad Procuratoris Fiſcalis inſtantiam, & alias juxta Juris formam abſque ipſius Judicis, ſeu loci Ordinarii, vel deputandorum hujuſmodi irregularitatis, aut infamiæ macula, vel incurſu, auctoritate noſtra procedere libere, & licite valeant, per præſentes plenam, & liberam facultatem impartimur.

Clerici Eccleſiaſticis veſtibus induti, ſi ita in fraganti crimine fuerint reperti ultimo ſupplicio afficiendi a Judice ſæculari.

§.5. Quodque ſi Clerici prædicti etiam in quatuor minoribus Ordinibus coſtituti, etiam tenue aliquod beneficium obtinentes veſtibus laicalibus induti in fraganti crimine craſſandi, per vias deprebenſi fuerint, tanquam in prædictos latrones, & viarum graſſatores a ſæcularibus Judicibus in eo, in quo reperiuntur habitu, uſque ad ultimi ſupplicii pœnam incluſive abſque metu cenſurarum in ipſos animadverti poſſe, tenore præſentium concedimus; inhibentes omnibus, & ſingulis locorum, etiam exemptorum Ordinariis, & eorum Officialibus, & quibuſcumque aliis Judicibus Eccleſiaſticis quocumque nomine nuncupatis, ne ſæculares Magiſtratus, Judices, & Miniſtros prædictos ſuper præmiſſis quomodolibet impedire, moleſtare, aut perturbare audeant, vel præſumaot.

Clauſulæ.

§.6. Ac decernentes præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu quovis alio defectu notari, vel impugnari ullo umqoam tempore nullatenus poſſe: ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter jodicandi, & interpretandi facultate judicari, & diffiniri debere: irritum quoque & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac generalis Concilii, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam ſæcularibus, & regularibus perſonis, Ordinibus, Monaſteriis, Eccleſiis, & aliis locis ſacris, necnon Congregationibus, & ſuperioribus eorumdem, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam irritantibus, & alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus innovatis, conceſſis, & approbatis. Quibus omnibus, illorum tenores, uti de verbo ad verbum insererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

1573. Contrariorũ derogatio.

§.8. Ceterum, quia difficile foret præſentes literas ad ſingula Regna prædicta, & alia loca, in qoibus de eis fides facienda eſt, deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod illarum tranſumptis manu alicujus Notari publici ſubſcriptis, &c.

Fides tranſumptorum.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 23. Junii 1573. Pontificatus noſtri Anno II.

Dat. die 23. Junii 1573. An. II.

XX.

Conſraternitatem Sanctiſſimi Sacramenti in Eccleſia B. Mariæ Supra Minervam Ordinis Prædicatorum, necnon alias in aliis inſtitutas indulgentiis exornat.

Ex Bullar. Ord. Prædic. T.V. pag. 320.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

PAſtoris æterni, qoi ut humanum genus ab illius inimici manibus liberaret, in ara crucis immolari, & in peccatorum noſtrorum remiſſionem pretioſiſſimum Sanguinem ſuum effundere non dubitavit, ac in ultima Cœna, quam cum Diſcipulis ſuis Paſcha celebrans manducavit, in tanti beneficii memoriam eis carnem ſuam in Cibum, & Sanguinem ſuum in potum, divina, & incomprehenſibili ordinatione, exhibuit, dicens hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis, vices, licet immeriti gerentes in terris, & profunda meditatione recolentes eam eſſe hujus Sacroſancti Sacramenti ſublimitatem, & excellentiam, ut numquam ſatis plene coli, numquam digne, quæ noſtra eſt imbecillitas adorari valeat, facere nullo modo poſſumus, quin Chriſti fideles, quos omnem operam impendere, omnemque diligentiam adhibere conſpicimus, ut Chriſti Corpus hujuſmodi honorificentiſſime in Eccleſiis cuſtodiatur, & in Proceſſionibus deducatur, ac ad infirmos deferatur, pieque a Chiſtifidelibus ſuſcipiatur, ad præmiſſorum ferventius exercitium, Indulgentiis videlicet, & peccatorum remiſſionibus crebro invitemus, ut ii quorum gubernium Nobis eſt commiſſum, tanti bene-

Exordium, & cauſa Conſtitutionis edēdæ.

fi-

ficii memoriam ſæpiſſime recolentes, illius inſtitutori gratias ſinceris agentes affectibus, quod ex ſe ipſis habere non poſſunt per hujuſmodi exercitia facilius conſequantur, ad quod peragendum, etiam Nos ipſos magis incitat, dum agnoſcimus hac ratione permotum felicis record. Urbanum Papam Quartum, Prædeceſſorem noſtrum, Sanctiſſimi Corporis hujuſmodi feſtivitatem indixiſſe, & ad illius celebrationem eoſdem Chriſtifideles indulgentiarum conceſſione invitaſſe.

§.2. Cupientes itaque piam Chriſtifidelium Confraternitatem, ſub invocatione ejuſdem Corporis Chriſti, in Eccleſia Domus B. Mariæ ſupra Minervam Ordinis Prædicatorum rite inſtitutam, & a piæ memoriæ Paulo Papa III., etiam Prædeceſſore noſtro approbatam, & confirmatam, ex qua, ſicut accepimus, uberes fructus provenerunt, ſpecialibus favoribus, & gratiis exornari, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus dictam Confraternitatem intrantibus, qui tempore ingreſſus ſui, ac iis ex Confratribus, qui in die feſto Corporis Chriſti, aut ejus octavæ vere pœnitentes peccata ſua confeſſi fuerint, & Sacramentum hujuſmodi ſumpſerint, & ſimiliter eiſdem Confratribus, etiam pœnitentibus, & confeſſis in ipſorum mortis articulo plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem, miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Indulgentiam plenariam cōcedit die ingreſſus in dictam Confraternitatem. Confratribus die Corporis Chriſti, aut infra octavam. Necnon in mortis articulo.

§.3. Præterea eiſdem Confratribus utriuſque ſexus extra Urbem exiſtentibus, qui in diebus, in quibus ſtationes in Eccleſiis in Urbe, & extra illam exiſtentibus habentur, Altare, ſeu locum, in quo Sacramentum cuſtoditur, viſitaverint, & ſepties orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam recitantes, pro exaltatione Fidei Catholicæ, & extirpatione hæreſum, & infidelium oraverint, eaſdem Indulgentias, quas conſequerentur, ſi ea die illam Eccleſiam, in Urbe, & extra eam viſitarent, in qua ipſa ſtatio habetur, inſuper eiſdem Confratribus hujuſmodi Altare, ſeu locum viſitantibus, & ut ſupra orantibus, ſexta quaque feria centum dies, ſingula vero die in Cœna Domini eiſdem Confratribus vero pœnitentibus, & confeſſis ſeptem annos, & totidem quadragenas.

Indulgentiæ Stationū Urbis.

§.4. Rurſus eiſdem Confratribus, qui ad Altare ipſius in tertia Dominica cujuslibet menſis, & in feria quinta in Cœna Domini Euchariſtiam pie ſuſceperint, decem annos, & totidem quadragenas: ulterius tam ipſis Confratribus, quam aliis Chriſtifidelibus utriuſque ſexus, dum ad ægrotos defertur, aſſociantibus, & iis qui id facere impediti ad ſonum parvæ Campanæ genuflexi ſemel orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam recitaverint, & pro infirmo oraverint, quoties id fecerint, centum dies, iis vero Confratribus, qui Sacramentum ipſum in proceſſione poſt majorem Miſſam eadem tertia Dominica fieri conſueta aſſociaverint, centum dies, & ſimiliter eiſdem Confratribus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ſepulcrum in dicta Eccleſia Beatæ Mariæ feria quinta in Cœna Domini conſtrui ſolitum viſitaverint, ſeptem annos, & totidem quadragenas de iniunctis ſibi, ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentiis relaxamus.

Nonnullæ aliæ Indulgētiæ pro piis operibus.

§.5. Poſtremo quia difficile eſſet certum locum, in quo Sacramentum reponatur, ubique uniformiter conſtituere, idcirco, ut Sacramentum ipſum, vel in medio Altaris majoris, vel in alio commodiori loco arbitrio loci Ordinarii, ſi Eccleſia, in qua Confraternitas celebratur, ſæcularis, ſi vero regularis fuerit, arbitrio ejuſdem Eccleſiæ ſuperioris reponatur, & conſtituatur.

Quo in loco SS. Sacramentum ſervandum ſit.

§.6. Et ut hujus Sanctiſſimi Sacramenti celebritas tanto in majori veneratione habeatur, quanto per diverſos orbis partes latius diffundetur, ut gratias, & indulgentias prædictas, præter quam eas, quæ ratione ſtationum Urbis lucri fiunt, aliis Sanctiſſimi Sacramenti Confraternitatibus extra Urbem erectis & erigendis, per tranſumpta manu unius ſaltem ex Miniſtris ad id deputatis, qui in Sacro Presbyteratus Ordine conſtitutus exiſtat, ſubſcripta gratis communicari valeat, eidem Confraternitati concedimus, literis ſuper præſentibus conficiendis perpetuo duraturis.

Facultas aggregationis aliarum Confraternitatum.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus, autem, quod ſi dictæ Confraternitati aliqua alia Indulgentia per Nos perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum conceſſa fuerit, præſentes noſtræ nullius ſint roboris, vel momenti.

Derogatio contrariorum.

§.8. Nulli ergo omnino hominum &c.

Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio, octavo Idus Auguſti Pontificatus noſtri Anno II.

Dat. die 6. Auguſti 1573 An. II.

XXI.

Nova inſtitutio Collegii Germanici in Urbe pro Scholaribus nationis Germanicæ, pie ibidem educandis, & inſtruendis, cum aſſignatione annui redditus, privilegioque exemptionis a decimis, & pedagiis.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Poſtquam Deo placuit Omnipotenti, qui ex ſumma miſericordia, & bonitate ſua, vocat ea, quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt, humilitatem noſtram ad univerſalis Eccleſiæ regimen vocare, ex eo tempore Nos, ejuſdem adiuvante gratia, ea co-

Cauſæ Conſtitutionis.

cogitare, & urgere non deſtitimus, quæ, ſicut officii noſtri ratio poſtulat, ad divinum ubique cultum, & Eccleſiaſticam diſciplinam reſtaurandam, & augendam, animarumque ſalutem procurandam maxime cognovimus pertinere. In primis vero animo recolentes ampliſſimam Germaniæ Provinciam, quæ perpetuis ſuperioribus ſæculis inter ceteras fortiſſimæ ipſius nationis laudes atque virtutes, tanto ſinceræ fidei, & Chriſtianæ Religionis cultu eminere ſolebat, ut reliquis Chriſtianæ Reipublicæ partibus non minori exemplo, quam ornamento, atque decori eſſet, nunc tot tantiſque in ea inſtinctu Satanæ excitatis de religione diſſidiis, ita miſerandum in modum afflictam & deformatam eſſe, ut nemo vel mediocri pietate præditus ſine lacrymis, tam gravem animarum jacturam recordari, nedum intueri queat, eam præcipue curam ſuſcepimus, ut quibuſcumque poſſimus, modis, nullis laboribus, nulliſve ſumptibus parcentes, apta ſanandis illius vulneribus remedia adhibeamus.

Julius III. erexit in Urbe Collegium Germanicum, ad alendum, & instruendū pueros Nationis Germanicæ, ſed quaſi deſtitutum remanſit.

§.1. Ac præter alia, quæ, & literis ſcribendis, & Nunciis in quaſdam Germaniæ partes hac ipſa de cauſa mittendis, agere aggreſſi ſumus, conſiderantes fel. rec. Julium Papam III. Prædeceſſorem noſtrum, optimo quidem conſilio Collegium in Urbe alendorum, & latinis, græcis, hebraiciſque literis, Logica, Phyſica, aliiſque liberalibus diſciplinis, & ſacra demum Theologica, ac piis & Chriſtiano homine dignis moribus inſtituendorum Germanicæ nationis puerorum cauſa erexiſſe, ut ii non per ſe ſolum boni doctique evaderent, ſed ad patriam remeantes, habendis concionibus, ac diſputationibus, refellendis hæreſibus, fideique orthodoxæ veritati dilucidandæ, & defendendæ, ac præterea exercendæ animarum curæ, aliiſque piis, & ſanctis operibus apti, & idonei eſſent, & quam maximum in Eccleſia Dei fructum ex ſe proferrent: tamen id ejus cœptum, atque conatum, tum propter obitum ipſius, tum ob varias, quæ poſtea ſequutæ ſunt temporum, & rerum difficultates, parum proceſſiſſe, nullumque incrementum ſuſcepiſſe. quin potius quaſi deſtitutum, ac prætermiſſum eſſe, quoniam nec redditus ullus, nec quicquam fere certi attributum eo Collegio fuerat, & ob id exiguum admodum puerorum hujuſmodi numerum præ magnitudine Provinciæ, & meſſis, quæ in ea eſt, hoc tempore ali & inſtitui.

Hic igitur Pontifex de novo illud erigit.

§.2. Nos propterea ad opus hoc eidem nationi adeo utile, & ſalutare, totis viribus promovendum, animum & mentem noſtram convertimus. Quocirca Omnipotentis laudem, ſanctæque ipſius Eccleſiæ incrementum, præcipuamque Germanicæ nationis ſalutem & commodum, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, auctoritate Apoſtolica Collegium prædictum Germanicum appellandum renovantes, illud rurſus & de integro in alma Urbe noſtra erigimus & inſtituimus. Volumuſque in eo poſt hac non minus quam centum pueros ex univerſa Germania, Septentrionalibuſque illi adiacentibus regionibus colligendos, dictis ſcientiis, ac diſciplinis, necnon ſacris Canonibus inſtitui atque erudiri.

Et pro illius ſubſtentatione, applicat annuos duc. decem mille.

§.3. Ad quorum ſubſtentationem redditus annuos decem millium aureorum attribuere ipſi Collegio decrevimus, ejuſque rei cauſa unionem, annexionem, & incorporationem Monaſterii SS. Sabæ, & Andreæ dictæ Urbis, olim Ordinis Ciſtercien. Hoſpitali noſtro Sancti Spiritus in Saxia de Urbe a f.re. Pio IV. Prædeceſſore noſtro prædicta Auctoritate perpetuo factas dilecti filii Bernardini Cirilli præceptoris dicti Hoſpitalis ad hoc accedente conſenſu harum ſerie perpetuo diſſolventes Monaſterium ipſum cura, & Conventu carens; ſuppreſſis in eo ſi quid adhuc ſint Ordine ſtatu, & aſſentia regularibus eum illius Eccleſiæ cellis, ædificiis, proprietatibus, bonis, juribus, juriſdictionibus, & actionibus quibuſcumque prædicto Collegio perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, illique in ſpecie in perpetuum dotis nomine concedimus, donamus, attribuimus, & aſſignamus, quatuor ipſius Monaſterii fundos, videlicet Montis Mariæ magnæ, Montis Mariæ parvæ, Quartinoli de Palo, & Quarti Sancti Sabæ vocabulos, pro quibus dilectus filius nobilis Vir Paulus Giordanus Urſinus dux Braciani Domicellus Romanus annuum Vectigal mille, & ducentorum aureorum ſolvere teneatur. Præterea fundum Turris de Valle, qui hoc tempore locatus eſt mille, & centum aureis: Item pedicam de Turre Cennorum annui redditus ducentorum aureorum, pedicam Grotonem appellatum annui redditus centum, & quadraginta aureorum, pedicam in Dogana ſub annua reſponſione quinquaginta aureorum Darium familiæ locatam, molam frumentariam, prope Eccleſiam S. Pauli locari ſolitam aureos quinquaginta annuos, Canones octoginta aureorum ex vineis Eccleſiæ SS. Sabæ, & Aodreæ pro decimis percipi ſolitos: in quibus omnibus ædibus, ædificiis, fundis, Vectigalibus, bonis, proprietatibus, redditibus, emolumentis, juribus, & actionibus univerſis idem Collegium ita plene ſuccedere, ſubrogare, & ſubſtitui, idemque ei jus directi, & utilis dominii competere decrevimus, quod Hoſpitali S. Spiritus quovis modo competebat, aut, competere poterat in futurum, eam tamen conditionem adiicientes ut ſumma duorum millium octingentorum, & quinquaginta aureorum, quæ ex dictis redditibus annuatim conſtituitur, tantum detrahatur, quantum impendi neceſſe fuerit, pro oneribus Monaſterii, & Eccleſiæ SS. Sabæ, & Andreæ, cujus hæc bona erant, ſuſtinendis, videlicet, pro penſione Fratribus dicti Ordinis Ciſtercien., qui ipſius Monaſterium SS. Sabæ, & Andreæ inhabitabant, & ad Eccleſiam S. Crucis in Hieruſalem traducti fuerunt, ibique degunt, perſolvenda, quingenti aurei pro victu, & ſtipendio quatuor miniſtrantium in ipſa Eccleſia SS. Sabæ, & Andreæ, trecenti aurei pro fabrica, utenſilibus, aliiſque rebus neceſſariis quinquaginta aurei, quibus deductis duo ſup-

Digitized by Google

ſuperſunt aureorum millia annui proventus. Aſſignamus præterea eidem Collegio annuam penſionem mille, & ducentorum aureorum ex diſtributionibus pilei appellatis totius Collegii Venerabilium Fratrum noſtrorum S. Rom. Eccleſiæ Cardinalium ſingulis menſibus pro rata percipiendam, reliqua autem ſex millia, & octingentos aureos, qui conficiendæ ſummæ decem millium aureorum deſunt, ex Fiſci, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ pecuniis quotannis numerari volumus, diſtributa in menſes ſingulos pro rata parte, ſolutione, quoad de totidem redituum ſumma in bonis ſtabilibus, Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus Collegio ipſi a Nobis fuerit proviſum, ita quod liceat dilectis filiis Rectori, & aliis Miniſtris dicti Collegii corporalem poſſeſſionem Monaſterii, bonorum, proprietatum, fuodorum, cenſuum, jurium, juriſdictionum, ceterorumque prædictorum, per ſe, vel alium, ſeu alios propria auctoritate, libere apprehendere, & perpetuo retinere, ac fructus, redditus, proventus illorum in dicti Collegii uſus, & utilitatem convertere, cujuſvis licentia deſuper minime requiſita. Ceterum cum Societatis presbyterorum Jeſu, in hoc educandorum inſtituendorumque puerorum munere diligentia, fides, integritas, & in aliis hujuſmodi Collegiis, & in hoc ipſo ſatis cognita ſit, atque perſpecta, volumus idem Collegium, atque ſcholares ſub ipſorum, ſicut adhuc fuit, regimine, inſtitutione, doctrina, atque obedientia eſſe.

Ejuſque gubernium concedit Presbyteris Societatis Jeſu.

§.4. Necnon Collegium ipſum, ipſiuſque Rectores, Gubernatores, Magiſtros, Præceptores, atque Scholares pro tempore in eo exiſtentes, eorumque bona, mobilia & immobilia cujuſcumque qualitatis & quantitatis, in dicta Urbe vel extra, ac alias ubique locorum conſiſtentia, ab omni juriſdictione, correctione, viſitatione, dominio, ſuperioritate, & poteſtate pro tempore exiſtentis Senatoris, & Conſulum, ac Conſervatorum, & Reformatorum dictæ Urbis, necnon Rectoris ſtudii generalis, aliorumve quorumcumque Judicum, & Officialium in ipſa Urbe, vel alias ubilibet conſtitutorum.

Exemptionéque a decimis, & gabellis concedit. Quod melius declarat infra.

§.5. Illaque ac in propriis eorum rebus, & bonis cum eis contrahentes, a ſolutione, & exactione quorumcumque pedagii, gabellæ, bollettini, decimarum, & cujuſvis alterius, tam ordinarii, quam extraordinarii oneris, ex quacumque cauſa impoſitorum & imponendorum, eximimus & prorſus liberamus, ac ſub beati Petri, & Sedis Apoſtolicæ, atque noſtra protectione ſuſcipimus, Nobiſque, & dictæ Sedi immediate ſubiicimus, ac liberos, immunes & exemptos declaramus.

Privilegia Studii Urbis tribuit.

§.6. Atque inſuper eidem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus, & Gubernatoribus, ut omnibus, & quibuſcumque privilegiis, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, & indultis, quibus ſtudium generale Almæ Urbis, & illius Rector, Doctoreſque, & in eo legentes quovis modo utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ſolum ad eorum inſtar, ſed æque, & pariformiter uti, potiri, & gaudere valeant in omnibus & per omnia, concedimus, & indulgemus, illaque eis communicamus.

Inhibetque omnibus Officialibus ne Collegii deſuper moleſtent.

§.7. Necnon Senatori, Conſulibus, Conſervatoribus, Reformatoribus, Rectorique & aliis Judicibus, Officialibus, & perſonis prædictis, ac pro tempore exiſtenti S. R. E. Camerario, Præſidentibuſque, & Clericis Cam. Ap., ac quibuſvis Commiſſariis ad exactionem decimarum, & aliorumve quorumcumq. onerum præfatorum pro tempore deputatis, ne quarumcumque literarum eis ſub quibuſcum. tenoribus, & formis conceſſarum prætextu, Collegium, Scholares, Rectores, & Gubernatores prædictos, ſeu eorum aliquem in præmiſſis quomodolibet moleſtent, ſeu moleſtari permittant, diſtrictius inhibemus.

Regentibus, & Superioribus Collegii concedit facultatem, ut cum Protectorum conſenſu ſcholares ad gradus promovere &c.

§.8. Et præterea Regentibus, ac Superioribus dicti Collegii, cum aſſiſtentia tamen Cardinalium Protectorum, qui pro tempore conſtituti fuerint, ſeu alicujus eorum, vel de ipſorum conſilio, & expreſſo conſenſu, illos, quos in dicto Collegio, & alibi per debitum tempus ſtuduiſſe, ac ſcientia, & moribus idoneos eſſe repererint, in prædictis facultatibus ad Baccalaureatus, Licentiaturæ, Doctoratuſque, & Magiſterii gradus, ſervata forma Concilii Viennen. juxta Univerſitatis ejuſdem Urbis conſuetudinem, ſeu alias promovendi, & ipſorum graduum ſolita inſignia eis exhibendi. Quodque in facultatibus ſupradictis ſic promoti, illas legere & interpretari, ac de eis diſputare, & quoſcumque gradui, ſeu gradibus hujuſmodi convenientes actus exercere, ac omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, favoribus, prærogativis, & indultis, quibus alii in prædicta, ſeu aliis Univerſitatibus, & alibi juxta illius, & aliarum Univerſitatum hujuſmodi conſtitutiones & mores, ad gradus prædictos promoti, de jure, vel conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere poſſint, ac debeant, perinde, ac ſi gradus prædictos in ipſa univerſitate, juxta conſuetudines & mores prædictos ſuſcepiſſent, concedendi & indulgendi, liberam eadem auctoritate damus facultatem & poteſtatem.

Deputatque Collegii Protectores pro ejus regimine.

§.9. Ut vero etiam ejuſdem Collegii conſervationi, bonoque regimini, tam in his quæ ad ſcholarium inſtitutionem, & diſciplinam, quam quæ ad victum, veſtitum, aliaque hujuſmodi neceſſaria pertinent, opportunius conſulatur, & promptum eis paratumque auxilium ſit, Venerabiles fratres noſtros Joannem Moronum Oſtien. & Alexandrum Farneſium Præneſtinen. Epiſcopos, ac dilectos filios Marcum S. Georgii ab Altemps, Ptolomeum Comen. S. Agathæ, ac Ludovicum Madruccium S. Honuphrii titulorum S. R. E. presbyteros Cardinales, ejuſdem Collegii Protectores & defenſores conſtituimus, & deputamus, quorum conſilio, & ope, tam ſupradicta, quam quæcumque ad eoſdem in Collegio admittendos ſcholares, retinendoſve, atque de beneficiis Eccleſiaſticis providendos ſpectan-

Digitized by Google

ſtantia agantur, ſtatuantur, & ordinentur. Dantes eiſdem, & pro tempore exiſtentibus Protectoribus, plenam & liberam facultatem, & auctoritatem pro ſalubri directione & conſervatione dicti Collegii, ipſiuſque bonorum & rerum, ac jurium, tam temporalium, quam ſpiritualium, Œconomos, Advocatos, Procuratores, alioſque Miniſtros, & Officiales in eo deputandi, amovendique, & alios eorum loco ſufficiendi. Ordinationes præterea, & ſtatuta (æqua tamen, & honeſta, ſacriſque Canonibus, & Conc. Trident. non repugnantia) faciendi, & edendi, eaque, cum opus viſum fuerit, revocandi, immutandi, corrigendi, aliaque de novo condendi, quæ poſtquam facta, edita, revocata, immutata, & correcta fuerint, perinde haberi volumus, ac ſi auctoritate Apoſtolica approbata & confirmata eſſent, illaque ab omnibus Rectoribus, Magiſtris, Scholaribus, aliiſve perſonis in Collegio ſervientibus & miniſtrantibus inviolabiliter obſervari, ac juxta eorumdem diſpoſitionem a quibuſvis Judicibus, ſublata quavis aliter judicandi facultate, judicari & definiri debere: & ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Contrariis derogat.

§.10. Non obſtantibus noſtra de unionibus committendis, & valore exprimendo, ac Lateranen. Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, ac aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, necnon Hoſpitalis, & Urbis prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alias roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis illis, & eiſdem Senatori, Conſulibus, Conſervatoribus, reformatoribus, Camerario, Univerſitatibus, ac earum Collegiis, Rectoribus, & perſonis, aliiſque prædictis, necnon prædictæ Urbi, & populo Romano ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis, necnon literis unionis, conceſſionis, & applicationis Monaſterii prædicti eidem Hoſpitali etiam in compenſationem aliorum jurium ceſſorum, vel oblatorum etiam intuitu Hoſpitalitatis, & quibuſcumque aliis cauſis factis. Quibus omnibus, illorum tenores quibus præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus: ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Indulgentias Scholaribus dicti Collegii elargitur.

§.11. Ut vero etiam temporalibus commodis ſpiritualia munera addamus, quibus fidelium devotio, & merita creſcere magis, & augeri poſſint, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate, noſtraque confiſi, omnibus & ſingulis ſcholaribus, qui in id Collegium recepti fuerint, in ipſo ingreſſu, ac deinde in exitu, ſi quidem confeſſi, & contriti ſacram communionem devote perceperint, atque etiam ſi eodem in Collegio decedere eos ab humanis contigerit, in mortis articulo plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem concedimus & elargimur.

Nulli ergo omnino hominum &c.

Transſumptis credi jubet. D. P. An. II. 6. Auguſti.

Datum Romæ apud S.Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ 1573. octavo Idus Auguſti, Pontificatus noſtri Anno II.

Sequitur amplior conceſſio exemptionis a Datiis &c.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

UT ceteri de Repub. benemeriti immunitate interdum juvandi ſunt, ita maxime eorum ratio hac in re habenda eſt, quos ad fidei catholicæ incrementum in ſinu noſtro confovemus.

Amplior exemptio a datiis, & gabellis.

§.1. Quocirca ut Collegium Germanicum pridem a Nobis in Urbe noſtra de integro inſtitutum, in quo non minus, quam centum pueros ex univerſa Germania, Septentrionalibuſque illi adjacentibus regionibus colligendos, liberalibus ſcientiis ac diſciplinis, necnon ſacris Canonibus & Theologia inſtitui atque erudiri volumus, & ad illorum ſuſtentationem redditus annuos decem millium aureorum ipſi Collegio perpetuo attribuimus, ſpeciali privilegio proſequi volentes, Motu proprio deque noſtra mera liberalitate, Collegium præfatum, ejuſque res, & bona quæcumque, præſentia, & futura, ac ipſius Collegii Scholares, & alios in eo degentes ab omnibus, & ſingulis Portarum, Molendinorum Farinæ, trium pro centenario, ac quatuor juliorum pro quolibet vegete vini ſolvi ſolitorum, aliiſque datiis, vectigalibus, angariis, ac terræ, mariſque gabellis, & dohanis, ordinariis, & extraordinariis hactenus quomodolibet impoſitis, & in poſterum quandocumque quavis occaſione, vel cauſa etiam de neceſſitate exprimenda imponendis, etiam ad inſtar exemptionis dilectorum filiorum Cameræ Apoſtolicæ Clericorum, etiam ratione Ripæ & Ripettæ, dohanæ terræ, ac etiam Graſciæ nuncupatæ Urbis prædictæ, necnon carnium, vinorum, pannorum lini, lanæ, ſerici, & quarumcumque aliarum rerum ad humanum victum & veſtitum neceſſariarum, ex toto Statu noſtro Eccleſiaſtico, & quibuſcumque aliis locis extra dictum Statum conſiſtentibus, ad Collegium præfatum, tam per terram, quam per mare & aquam dulcem, ac alias quomodolibet conducendorum, ac etiam jam ad dictam Urbem quomodolibet conductorum, ac in ea exiſtentium, pro eodem Collegio in magna ſeu parva quantitate, tam in barchis, quam in magazenis, & alias ubilibet emendorum, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo eximimus & liberamus, liberaq., immunia & exempta eſſe volumus.

§.2. Diſtrictius inhibentes omnibus, & ſin-

Inhibitio ne Collegium de ſuper moleſtent.

ſingulis tam Urbis, quam Status prædictorum gabellarum, datiorum, & vectigalium eorumdem Datiariis, Conductoribus, ſeu Appaltatoribus; ceteriſque ad quos ſpectat, & ſpectare poterit quomodolibet in futurum, ne Collegium præfatum, illiuſque Scholares & perſonas, vel pro eis agentes, & eorum bona quæcumque, aut eorum quemlibet directe vel indirecte, quovis quæſito colore vel ingenio moleſtare, impedire, vel perturbare audeant, ſeu præſumant. Quinimo eis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant ipſos, & eorum quemlibet immunitate, exemptione, & aliis præmiſſis pacifice frui, & gaudere. Ac decernentes irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.3. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Urbis, & dohanarum prædictarum, ac quorumcumque Tribunalium, & Curiarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis & literis Apoſtolicis eiſdem Tribunalibus, & Curiis, illorumque Judicibus, necnon Appaltatoribus & Dohaneriis prædictis, ac quibuſcumque aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere vel in ſpecie, etiam Motu & ſcientia ſimilibus, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam ſi pro ſufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica & expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus; ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.4. Volumus autem quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ejuſdem Collegii Secretarii ſubſcriptis, & ſigillo communi ejuſdem Collegii munitis, eadem prorſus fides in judicio & extra, ac alias ubicumque opus fuerit, adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo &c.

D. P. An. III. 15. Julii.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Idibus Julii, Pontificatus noſtri Anno III.

XXII.

Declarationes Conſtitutionis a Pio V. editæ, circa electionem, & munus Miniſtri generalis, aliorumque Prælatorum Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, ac formam, & qualitatem Novitiorum recipiendorum, &c.

De toto Ordine Franciſcano, notavi in Conſt. LXVII. Honorii III. Solet *T. III. P. I. fol. 229. & ſignanter de his Fratribus de Obſervantia ſcripſi ad Con. XXVI. Leon. X.* Ite *Tom. III. Par. III. fol. 450.*

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

CONſuevit Romanus Pontifex, cui univerſi Chriſtifideles curæ ſunt, de religioni adſcriptis viris, ut in regularis Obſervantiæ candore iidem conſerventur, ſpecialem cogitationem ſuſcipere, quod ſi aliqua per Prædeceſſores ſuos ad eum finem ſtatuta ſunt, quæ experientia docente minime expedire cognoſcit, declarationibus, aliiſque rationibus non deſinit proſpicere.

Pii V. ordinatio circa electionẽ Prælatorum, eſt ſupra in Conſtit. 117. *Faire lis* . fol. 97., ubi notavi.

§.1. Accepimus nuper fel. rec. Pium Papam V. Prædeceſſorem noſtrum per ſuas in forma Brevis literas, quarum ſeriem præſentibus pro expreſſis habentes, circa Ordinem Fratrum Minorum de obſervantia ſalubriter in via Domini dirigendum, inter alia de Miniſtro generali, Commiſſario, & procuratore, etiam generalibus, & provincialibus, ut eo in Capitulo, quo abſolvi debent, diffinitores non eſſent, neque vocem haberent, ſtatuiſſe.

Hujus Pontificis declaratio circa dictã electionem. *An vide hic infra, ubi declarant.*

§.2. Nos eam Prædeceſſoris ordinationem, nonnullis de cauſis, quæ rationi maxime conſonæ ſunt, adducti, ad eum actum coarctamus, dum in officio, quod geſſerunt, ſucceſſor eligitur.

Pii V. ordinatio de diſceſſu Prælatorum a Capit.

§.3. Dictarum vero literarum partem, quæ ante dictæ proxima eſt, in qua cavetur, ut iidem omnes Miniſter generalis, & alii prædicti, facta ſucceſſoris electione diſcedant.

Hujus Pontificis declaratio circa hunc diſceſſum *Aliam fecit declarationem hic infra.*

§.4. Nos ita declaramus, ut ſtatim facta renunciatione officii diſcedere debeant, ut ſi qui eos accuſare velint, durante tempore Sindicatus, libere id facere poſſint, eo autem finito, juxta ſeriem dicti Ordinis generalium ſtatutorum, in diffinitorio recipiantur.

Pii V ordinatio circa ſubornantes, & ſubornatos, pro electionibus.

§.5. Ac dum per eaſdem literas præcipiebatur, quod Provincialium Miniſtrorum electio, libere per vota ſecreta fieret, ita ut Commiſſarius generalis, vel qui electioni præſideret, ſi formam prædictam tranſgredi, ſeu electores, quominus libere eligerent, quovis modo impedire convictus fuiſſet, officio privatus exiſteret. Qui vero in electionibus omnibus, vel ante eas, per ſex menſes, pro ſe, vel pro alio ſubornaſſet, excommunicationis ſententiam, a qua non niſi per Rom. Pontificem pro tempore exiſtentem, præterquam in mortis articulo abſolvi poſſet, & voce activa, & paſſiva perpetuo careret.

§.6. Facul-

Digitized by Google

Hujus Pontificis declaratio quoad excommunicationem dictorum ſubornatum, & ſubornatorum.

§.6. Facultatem quo ad caſus prædictos Romano Pontifici dumtaxat per dictum Prędeceſſorem reſervatam, etiam Miniſtro, & Commiſſario generalibus, quando de ipſis non agitur, in omnes eventus prædictos impartimur. Quod autem de ſubornato, & eo pro quo ſubornatio fieret, qui ſubornautem non detuliſſet, ut eamdem excommunicationis pœnam incurreret, per dictum Prædeceſſorem ſtatutum fuit, penitus abolemus.

Pii V. ordinatio circa tempus quo Prælati durarent in officio, & ad illud reeligi non poſſent.

§.7. Et quod diſponebatur de officio generalis Miniſtri, quod per octo annos duraret; Commiſſarii vero, ac procuratoris generalis, necnon Provincialis per quatuor, ipſique ſemel officio functi, ad idem eligi non poſſent, niſi poſt ſexdecim annos.

Hujus Pontificis declaratio circa tempus reelectionis.

Hodie circa tempus ſervatur Bulla XXVI. ſeu Leonis X. in T. III. P. III. fol 410.

§.8. Nos ad Statutorum generalium dicti Ordinis ſeriem, & formam reducimus, quibus dicitur expreſſe quod officia ſemel exercentes, ab eis quæ geſſerunt, per duplum temporis vacare debent, ita ut duæ electiones celebrentur, antequam ad eadem officia iterum eligantur.

Hujus Pontificis correctio d. Bullæ Pii V circa electionem Miniſtri Gen. in Procuratorē &c.

Ad hoc vide aliam declarationem quæ mox ſubſequitur.

§.9. Corrigimus, etiam literarum prædictarum eam partem, in qua ſtatuitur, quod nec Commiſſarius generalis in Miniſtrum, ſeu Procuratorem generales, nec Miniſter Generalis in Procuratorem, vel Commiſſarium generales, niſi poſt dictos ſexdecim annos eligi poſſint, dantes, & concedentes eis ad quos ſpectat facultatem, Commiſſarium generalem in Miniſtrum, ſeu Procuratorem generales, & e converſo, etiam immediate poſtquam aliquo ex dictis officiis functi fuerint, etiamlapſu temporis prædicto non expectato pro tempore eligendi.

Et circa Cuſtodes, & Theologię lectores.

§.10. Præterea ex eiſdem literis quod de duobus Diſcretis, quorum conſilio generalis Miniſter uti deberet, mandatum fuerat, cum expertum ſit, dictos Diſcretos habere nequaquam Ordini prædicto expedire, quodque de Sacræ Theologiæ lectore, qui quatuor curſus abſolviſſet, ut activa, & paſſiva voce in Provinciali Capitulo uteretur, in eiſdem ſtatuebatur, tollimus.

Confirmatio Bullæ Pauli IV. circa deſcendentes ab Hæreticis &c.

§.11. Decernentes de novo quod quo ad illos, qui ex Mahometanorum, Judæorum, vel Hæreticorum damnatorum deſcendant origine, ſervetur quod Piæ mem. Paulus Papa IV. Prædeceſſor noſter per ſuas in forma Brevis literas ſub Dat. videlicet vigeſima quarta Aprilis 1559. Pontificatus ſui anno quarto, ſtatuit.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.12. Non obſtantibus literis prædictis in partibus per Nos alias declaratis, & reformatis, quas in reliquis firmas eſſe volumus, ceteriſque, contrariis quibuſcumque.

D. P. An. II. 8. Septemb.

Datum Romæ apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris die octava Septembris, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio, Pontificatus noſtri Anno II.

Sequitur alia declaratio præinſertæ Conſt. & alterius Pii V. de qua ibidem.

CONſuevit Romanus Pontifex, &c. *Omittitur hæc narrativa, quia ipſa Bulla eſt, quæ præcedit.*

Declaratio dictarum ordinationū circa vocē Prælatorum, & diſceſſum eorumdem a Diffinitorio.

§.1. Ad tollendam autem omnem ambiguitatem & difficultatem, quæ ſuper iſtis noſtris, vel Prædeceſſoris noſtri verbis oriri inter fratres prædictos poſſent, ita ut ſequitur, quid circa prædicta ſervari velimus; & expreſſius declaramus; Volentes omnes prædictos ſcilicet generalem Miniſtrum, Commiſſarium, & Procuratorem generales, vel Commiſſarium Curiæ non debere admitti in diffinitorio Capituli generalis, in quo a ſuis officiis abſolvuntur, neque in eo loco vocem habere, dum is actus agitur, in quo Syndicatus ſui rationem reddere tenentur, ſic quod Miniſter generalis facta officii renunciatione, antequam ſucceſſor eligatur, diſcedat ex diffinitorio, ut eo abſente libere agere poſſint contra eum, ſi qui ex Provinciis accuſare eum velint, & ullas habeant verſus eum querelas, quo actu finito, in omnibus aliis actibus, & electionibusſ, & deffinitoriis adeſſe poſſit, & vocem habere, in quibus ſecundum generalia Ordinis prædicti ſtatuta adeſſe, & vocem habere poſſit. Idem de Commiſſario generali reſpective ſervetur. Sic quod Commiſſarius generalis poſt redditam Syndicatus ſui rationem, in aliis actibus, & electionibus, vocem habere poſſit, in quibus ſecundum ſtatuta generalia vocem habere Commiſſarii generales hactenus potuere. Provinciales quoque Miniſtri poſt redditam Syndicatus ſui rationem, poſſint & debeant in diffinitorio admitti, & vocem in reliquis actibus Capituli Provincialis electionibuſque habere. Idem de Procuratore generali, Commiſſarioque Curiæ obſervetur, reſpectu Capituli generalis, quod ſcilicet ſint de diffinitorio, vocemque in omnibus actibus, & electionibus Capituli generalis habeant, præterquam dum is actus agitur, in quo Syndicatus ſui rationem reddere tenentur. Neque enim æquum cenſemus, ut iis qui negociorum Ordinis habeut experientiam & notitiam exclusis, per ſolos Generalem, & Diffinitores novos, rerum Religionis non ita gnaros aut expertos atque opus eſſet, de illis pronuntietur, ſtatuatur, & diffiniatur. Declarantes etiam, non eſſe mentis noſtræ aut voluntatis, generalem Miniſtrum, aut Commiſſarium generalem Ordinis, conceſſa illis per Statuta generalia voce privare, aut a Capituli generalis deffinitorio excludere, niſi tum, dum de particulari uniuſcujuſque eorum accuſatione, & correctione agitur, & deliberatur.

Alia declaratio.

§.2. Eam autem partem literarum noſtrarum qua diximus, corrigimus etiam literarum prædictarum eam partem in qua ſtatuitur, (quod nec Commiſſarius generalis in Miniſtrum ſeu Procuratorem generales, nec Procurator generalis in Miniſtrum, vel Commiſſarium generales, nec Miniſter Generalis in Procuratorem vel Commiſſarium generales, niſi poſt ſexdecim annos eligi poſſunt, dantes, & concedentes eis ad quos ſpectat facultatem, Commiſſarium generalem in Miniſtrum, ſeu Procuratorem generales, & e converſo, etiam immediate poſtquam aliquo ex dictis officiis

functi

functi fuerint, etiam laplu temporis prædicto non expectato, pro tempore eligendi) pariter mutandum decrevimus, ut omnino juxta Prædeceſſoris noſtri decretum illi, qui Miniſtri fuerint, Commiſſarii, aut Procuratores generales, vel Curiæ Commiſſarii, non poſſint niſi poſt ſexdecim a ſua ab officiis prædictis abſolutione finitos annos in generales Miniſtros, Commiſſarios, aut Procuratores, vel Curiæ commiſſarios eligi aut aſſumi, quatenus dum in officiis prædictis fuerint, ablata illis omni ambitionis occaſione, totos ſe ad ea, quæ ſuarum partium eſſe dignoſcuntur, ſincere diligenterque agenda convertant, & intendant, omni ambitus cogitatione abiecta. Miniſtri autem Provinciales per duplum temporis officii Miniſteriatus, poſtquam abſoluti a tali officio fuerint. in Miniſtros Provinciales reeligi non poſſint. In reliquis literas noſtras prædictas firmas eſſe volumus atque in ſuo permanere robore.

Declaratio Conſtitutionis Pii V. circa procurationem favorum extra Religionem.

§.3. Ad ea antem, quæ in prædictis Prædeceſſoris noſtri literis, contra recurrentes ad ſæcularium, & aliquarum extra dictum Ordinem perſonarum favores, ad aliquod officium in Ordine habendum ſtatuta ſunt, aliquid addendum cenſuimus. Nam dum aliquæ extra dictum Ordinem perſonæ pro aliquo Fratre officium quodpiam, vel per ſe ipſos, vel per nuncios ſuos aut per literas petebant, negare dicti Fratres conſueverunt, ſe ullo modo dictas perſonas ad prædicta ſollicitaſſe. Idem quoque dictæ perſonæ facere ſolitæ erant, negantes ſe a dictis fuiſſe Fratribus ſollicitatas ad tale pro eis faciendum officium, ſicque ad eorum correctionem, qui contra prædictam Prædeceſſoris noſtri ordinationem faciebant, procedi nullo modo poterat. Unde ut huic malo obviam convenienti eatur remedio, ſtatuimus, & decernimus, quod is Frater, pro quo ſæcularis aliquis, cujuſcumque gradus aut conditionis fuerit, & quæcumque alia extra dictum Ordinem perſona rogaverit, & petierit, verbo, literiſve, aut nunciis, ſeu alias quomodocumque per ſe, vel alios, ut aliquod illi officium in Ordine prædicto detur, ipſo facto activa, paſſivaque voce privatus ſit, ad omniaque Ordinis officia inhabilis habeatur, niſi legitime conſtiterit, aliquem ex malitia rogatorem hujuſmodi ſubornaſſe, ut illi pro quo rogarent, aut ſcriberent, occaſione hujuſmodi Statuti nocerent, & præjudicarent. ut pro eo quod amicos ſuos extra Ordinem officium eorum favore aſſequendum, majori utantur de cetero diligentia, ad hortandos, & rogandos, ne ullum pro ipſis officium petant, ant ad aliquod pro illis habendum officium ſuum interponant favorem.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, necnon omnibus illis, quæ in literis prædictis conceſſum fuerit non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

D.P. An.VII. 19. Aprilis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die vigeſima noua Aprilis, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, Pontificatus noſtri Anno VII.

XXIII.

Statuit, quod de cetero nominationes ad Beneficia, vel Officia Eccleſiaſtica per Collatores univerſitatis ſtudii generalis Lovanien. vigore literarum Sixti IV. facien., quæ intimandæ erant ordinariis, intimentur per affixionem ad valvas locorum, ubi ipſi Collatores reſident, & reſtituit ejus privilegia in priſtinum adverſus quaſcumque revocationes.

Ex Regeſt. in ſecret. Brev.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Factiſerier.

NUper cum per noſtras literas privilegia, & indulta nominandi ad Beneficia, vel officia Eccleſiaſtica vacatura alias Univerſitati Studii Generalis Oppidi Lovanien. olim Leodien. nunc vero Meclinien. Diœceſis per fel. recor. Sixtum IV., & facultati artium ejuſdem Univerſitatis per Leonem X. conceſſa, & poſtea, per Adrianum VI., & Clementem VII. Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros confirmata approbavimus, & confirmavimus, prout in eiſdem literis ſub Datum Kalendis Martii Pontificatus noſtri Anni I. expeditis plenius continetur. Animadvertimus in literis privilegiorum Univerſitatis hujuſmodi per Sixtum IV. Prædeceſſorem prædictum conceſſorum contineri, quod nominati ad aliqua Beneficia, ſeu Officia Eccleſiaſtica tenenantur Ordinariis Collatoribus nominationem de ſe factam præſentare, ſeu inſinuare, neque poſſunt ſibi provideri facere de aliquo Beneficio, vel Officio Eccleſiaſtico occurrente ejus vacatione ab executoribus in eiſdem literis Sixti deputatis, niſi prius ipſi ordinarii Collatores ad id requiſiti, literis Sixti parere recuſaverint, aut per triduum hujuſmodi Beneficium, vel Officium ipſis conferre, vel aſſignare neglexerint, vel diſtulerint.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.2. Quæ quidem cum ipſis nominatis diſpendioſa, ac laborioſa exiſtant, & interea temporis alii in ipſis Beneficiis intrudantur, vel intrudi poſſint. Nos volentes, hujuſmodi incommodis occurrere, & adverſus ea Univerſitati prædictæ providere, Motu proprio non ad alicujus ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione noſtra, ac ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, de cetero inſinuationem, ſeu præſentationem hujuſmodi ſufficienter facta intelligi debere, ſi fiat per literas ad valvas Eccleſiæ affixas, illarumque relicta copia in loco ſolitæ reſidentiæ ipſorum Collatorum, ſi eorumdem Collatorum præſentia commode haberi non poterit, etiamſi Collatores ipſi, quibus hujuſmodi nominationes Univerſitas prædicta facere teneretur, & ſint Cardinales, Collegia, Conventus, Epiſcopi, Archiepiſcopi, & S. R. E. Cardinales, ac alii quicumque, ad quæcumque Beneficia. etiam in Metropolitanis, & Cathedralibus Eccleſiis ſita abſque ulteriori requiſitione facienda, vel eorumdem Ordinariorum Collationem expectando, præſentium tenore perpe-

tuo ſtatuimus, decrevimus, & declaramus.

§.3. Et inſuper eamdem Univerſitatem, & facultatem artium amplioribus favoribus, & gratiis proſequi volentes, literas noſtras ſuper approbatione, confirmatione, ampliatione, ut præmittitur expeditas, illarum tenores hic pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, ac omnes, & quoſcumque defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplentes, dictaſque Univerſitatem, & Artium facultatem earumque perſonas adverſus quaſcumque Conſtitutiones, conceſſiones in præjudicium eorumdem privilegiorum, & contra illorum tenorem, & formam a quibuſvis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, etiam Motu proprio, & ſcientia ſimilibus emanatis in priſtinum, & in eum ſtatum, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, quatenus opus ſit, reſtituentes, & plenarie reintegrantes, eamdem vim, & robur ac validitatem obtinere volumus, ac ſi Motu, & poteſtate ſimilibus conceſſæ, & expeditæ fuiſſent, illaſque, & præſentes nullo umquam tempore, etiam ex quacumque cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu alio quopiam defectu ullatenus notari poſſe, & ſic ab omnibus, & ſingulis prædictis caſibus, & eventibus per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam Sacri Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, judicari, & diffiniri debere.

Privilegia concedit, & ad ea in priſtinum reſtituit Univerſitatem.

Clauſulæ.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam aliis, quæ in dictis noſtris literis obſtare voluimus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Derogatio contrariorum.

§.5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, &c.

Fides tranſumptorum.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die 8. Septem. 1573. Pontificatus noſtri Anno II.

Dat. die 8. Septem. 1573 An.II.

XXIV.

Ex Bull. Canon. Regul. Congr. Sanctiſſimi Salvatoris pag. 163 Par. I.

Gregorius Papa XIII. reſtituit Generali, & viſitatoribus omnium Prælatorum electionem. Quartum addit viſitatorem: Capitulum generale, & omnia officia triennalia declarat: Poſt triennium ad alias Prælaturas aſſumi, non autem in eiſdem confirmari poſſe decernit: Procurator Generalis, ut eligatur juxta ritum aliorum Prælatorum, ac in officio confirmari valeat, benigne concedit.

GREGORIUS PAPA XIII.

Dilectis filiis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Procemium, & facti ſeries.

Conſuevit Romanus Pontifex, cui univerſi Chriſtifideles curæ ſunt, de religioni adſcriptis viris, ut in regularis obſervantiæ candore, ſublatis quibuſcumque impedimentis, conſerventur, cogitationem ſuſcipere. Ea igitur intentione adductus felicis recordationis Pius Papa Quintus Prædeceſſor noſter, animadvertens plura ſcandala, perturbationes, ac mala in Congregatione veſtra eſorta, & excitata fuiſſe, pro illius generali reformatione ſuas literas ſub data videlicet 6. Decembris milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, Pontificatus vero ſui anno VI., quibus illis obviaretur, edidit: In eiſdemque præcipue inter alia, de Prioribus, aut Abbatibus, ſive præpoſitis, juxta cujuslibet Monaſterii ejuſdem Congregationis titulum, ac Vicariis Conventualibus, non ut antea in Capitulo generali conſueverat, ſed in Capitulis cujuslibet Monaſterii, in quibus ultra ſes Canonicorum numerus eſſet, per ſecreta ſuffragia, juxta Concilii Tridentini decreta eligendis decrevit, prout in eiſdem literis latius explicatur.

§.1. Cum autem, ſicut Nobis dilecti filii Raphael a Cento Viſitator, & Petrus Franciſcus Bononien. ejuſdem Congregationis Procurator generalis exponi curarunt, ex præmiſſa reformatione fructus, quos eamdem proferre poſſe ratio ipſa plane perſuadebat, conſecuti non fuerint, & propterea opportune circa ea omnia Nobis proſpiciendum eſſe cenſentes, vobis pro generali Capitulo de more celebrando in unum congregatis, ut ſi in eligendo prædictos Prælatos Conventuales alia ratione uti expedire duxeritis, idque major pars veſtrum exiſtimaverit dictis Prædeceſſoris literis non obſtantibus, ad Priorum, vel Abbatum, aut quavis alio nomine nuncupatorum Conventualium Prælatorum novam electionem, iis, qui in officio, & Prælatura adhuc ſunt, prius abſolutis, & liberatis, in Capituli definitorio, quarto Viſitatore adiuncto, ut novem perſonarum numerus conſtituatur per ſecreta ſuffragia, & in reliquis omnibus dictarum literarum Prædeceſſoris forma ſervata; etiam generalem Confeſſionem, & abſolutionem juxta earumdem Prædeceſſoris literarum ſeriem de Capitulis Conventualibus diſponentium præmittendo, quibus aliqua alia in parte detrahere, aut nullatenus derogare non intendimus, procedere valeatis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium facultatem concedimus, & impartimur.

A Generali, & Viſitatoribus eligi poſſunt omnes Prælati.

Addit quartum Viſitatorem.

§.2. Volumus etiam quod eorumdem Priorum, ſeu Abbatum, ac reliquorum Prælatorum Conventualium officia in poſterum triennalia ſint, ſicut generale Capitulum ſingulis etiam trienniis celebratur. Quo trienni tempore elapſo, iidem, qui Monaſteriis, & aliis ejuſdem Congregationis locis præfuerint, ad alias Prælaturas aſſumi, & eligi, necnon ad reliqua Monaſteria, & loca transferri poſſint: In eiſdem tamen ultra triennium, nec confirmationis, nec novæ electionis via ſub quovis prætextu eſſe queant.

Omnia officia triennalia declarat.

Poſt triennium ad alias Prælaturas aſſumi valent.

§.3. In proximo vero Capitulo tantum unus

In eiſdem cõ. firmare prohibet.

unus ex dictæ Congregationis Canonicis, qui ad illud convenerint, loco quarti Viſitatoris adſciſcatur, pro novem perſonarum numero prædicto explendo. In Officio vero Procuratoris generalis dictæ Congregationis committendo, & in eligenda perſona ad illud, ſimili forma, qua in electione Prælatorum Conventualium, procedatur. Quo in munere Procurator ipſe, id ſuadente Congregationis utilitate, etiam ultra triennium confirmari poſſit.

Procurator Generalis eligendus juxta ritum aliorum Prælatorum, & confirmari poteſt.

§.4. Quod ſi contingat triennio hujuſmodi durante, Priorem generalem, Viſitatores, Procuratorem etiam Generalem, aut Prælatos, vel Vicarios Conventuales vita fungi, aut ab Officio deponi juxta regularia ejuſdem Congregationis inſtituta, canonice de illis provideatur.

Clauſula.

§.5. Decernentes ex nunc Prælatos, & Procuratorem generalem ſic poſtmodum præſentium auctoritate electos, canonice electos fore; & ab omnibus, ut præfertur, cenſeri, & per quoſcumque, ad quos id pro tempore ſpectabit, judicari, & definiri debere; irritumque eſſe, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.6. Non obſtantibus literis prædictis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictæque Congregationis, illiuſque Monaſteriorum, & Conventuum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, illorumque ſuperioribus, & perſonis conceſſis, & confirmatis. Quibus omnibus, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 23. Martii 1574. An.II.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die vigeſima tertia Martii, Anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Pontificatus noſtri Anno II.

XXV.

Forma obſervanda in electione Abbatiſſarum Monaſteriorum Monialium Congregationis Caſſinenſis Ord. S. Benedicti.

De ætate, & qualitate Abbatiſſarum, habes in Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. de Regularibus. Et de iſta Congregatione vide etiam Conſt. ſubſequen. cum ibi indicandis.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX Noſtri Paſtoralis Officii debito ad ea libenter attendimus, per quæ Monaſteriorum quorumlibet, præſertim vero Sanctimonialium, quæ relictis hujus mundi illecebris, ſeſe earum Sponſo Jeſu Chriſto Salvatori, & Domino noſtro perpetuo manciparunt, proſpero ſtatui, & felici directioni conſulitur; quod potiſſimum ea animi noſtri voto ſucceſſurum conſpicitur, ſi in Abbatiſſarum ipſorum Monaſteriorum Monialium, dum pro tempore vacant, electionibus omnis dilatio, & tergiverſatio, quantum fieri poſſit, removeatur, & ad electionem ipſam quanto citius procedatur, ne alias Monaſteria ipſa diutinæ vacationis Abbatiſſarum ſentiant incommoda.

Cauſa hujus Cõſtitutionis.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, in electionibus Abbatiſſarum Monaſteriorum Monialium ſub cura, regimine, & gubernio Congregationis Caſſinen. alias S. Juſtinæ de Padua Ordinis S. Benedicti exiſtentium, dum eorum vacatio pro tempore occurrit, duæ partes ex tribus partibus vocum, ſeu votorum, vel ſuffragiorum Monialium ipſorum Monaſteriorum requiratur, & ea de cauſa ſæpenumero multæ difficultates, & diſcrepantiæ, ac ſcandala oriantur, priuſquam vota, ſeu ſuffragia unita, & concordantia uſque ad dictum numerum requiſitum inveniri, & haberi poſſint.

Forma eligendi Abbatiſſas Monialiũ regimini Congregat. Caſſinenſis ſubjectarum.

Scias autem vota ſecreta eſſe debere, ex Conc. Trident. Seſſ. 25. de Regularib. cap. 6.

§.2. Nos in præmiſſis opportunum remedium adhibere volentes, Motu proprio non ad alicujus Nobis ſuper hoc factæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod ea nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, dilecti filii, nunc, & pro tempore exiſtentes dictæ Congregationis Viſitatores, ac Abbates, ſeu Prælati reſpective, quibus Moniales ipſorum recommendatæ, ſeu ſub quorum regimine, gubernio, & cura, ut præfertur, exiſtunt, toties quoties faciendarum electionum Abbatiſſarum hujuſmodi pro tempore caſus evenerit, in eventum quod dictæ Moniales prædictorum Monaſteriorum in electionibus ipſarum Abbatiſſarum faciendis per duo ſcrutinia non convenerint, poſſint, valeant, & debeant ipſorum Monaſteriorum Monialibus proponere duas vel tres ejuſdem Monaſterii Moniales, quas ad regimen, & gubernium aptiores eſſe judicaverint, gravantes in hoc eorum conſcientiam, & illa ea dictis duabus vel tribus Monialibus ſic propoſitis, quæ plura Monialium vota, ſive ſuffragia in ſui favorem habuerit, ſit, & eſſe cenſeatur legitime, & canonice electa in Abbatiſſam ipſius Monaſterii, & tamquam talis in Abbatiſſam Monaſterii hujuſmodi, per eos, ad quos ſpectat, & ſpectabit, omnino inſtitui ſeu confirmari debeat: de cetero electiones dictarum Abbatiſſarum alias quam ut præfertur, & per præſentes diſponitur, fieri poſſint, nec debeant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, & ordinamus.

Prælatorum d. Congregationis facultas, circa proponendi Abbatiſſarum electionem.

§.3. Necnon etiam Viſitatoribus, & Abbatibus, ſeu Prælatis præfatis, ut duas vel tres Moniales, modo, & forma præmiſſis, ac ad effectum prædictum proponere, necnon Moniales dictorum Monaſteriorum ad eaſdem duas vel tres Moniales ſic pro tempore eis propoſitas acceptandum, & unam ex ipſis duabus vel tribus, ut præfertur, eligendum, aliaque præmiſſa omnia, & ſingula, necnon per præſentes diſpoſita obſervandum, etiam ſub Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccle-

Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis etiam ſæpius aggravandis, ceteriſque juris, & facti remediis opportunis, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, etiam quacumque appellatione, recurſu, & reclamatione poſtpoſitis penitus, & ſemotis, auctoritate noſtra cogere, & compellere, aliaque in præmiſſis & infraſcriptis, ac circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna facere, & exercere libere, & licite poſſint, & valeant, auctoritate, & tenore prædictis etiam perpetuo concedimus, & indulgemus, ac plenam, liberam, amplam, & omnimodam deſuper licentiam, poteſtatem, facultatem, & auctoritatem impartimur: necnon etiam dictis Monialibus ipſorum Monaſteriorum, ut præſentibus noſtris, ac Viſitatoribus, Abbatibus, & Prælatis prædictis in præmiſſis omnino pareant, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, necnon aliis pœnis diſtricte præcipiendo mandamus.

Clauſulę præſervativa hujus Conſtitutionis.

§.4. Præſentes quoque de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, aut alias quomodolibet infringi, vel retractari, nullatenus umquam poſſe, ſed eas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & obtinere; necnon ab omnibus, quos præmiſſa concernunt, & in futurum concernent, perpetuo inviolabiliter, & ad unguem obſervari, ſicque in præmiſſis ab omnibus cenſeri, ac ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus, & declaramus.

Clauſulæ derogatoria omnium contrariorum.

§.5. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo quis ultra tres dietas vigore præſentium ad judicium non trahatur, & quibuſvis aliis Apoſtolicis, Provincialibuſque, & Synodalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Monaſteriorum, & Ordinum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, illorumque ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & decretis, in genere vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, & innovatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, ac expreſſa, & individua mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus; aut ſi aliquibus, communiter vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die decima ſexta Aprilis, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Pontificatus noſtri Anno II. *D. P. An. II. 16. Aprilis.*

XXVI.

Innovatio Conſtitutionum Eugenii IV. circa poteſtatem Definitorum, & Viſitatorum Congregationis Caſſinen, alias Sanctæ Juſtinæ Monacorum Ordinis S. Benedicti; & prohibitio Ambitus, necnon appellationis a Prælatis ejuſdem Congregat.

Quæ reſpiciunt iſtam Congregationem vide in Conſt. II. Julii II. Super T. III. P. III. fol. 260.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

In Religione nihil utilius obedientia erga Superiores.

Nihil in unaquaque religioſa familia, in qua obedientia firmiſſime jactis fundamentis, plerique fideles in clauſtris Altiſſimo famulari ſtudent, æque arbitramur eſſe utile, quam ſupremam in eiſdem auctoritatem gerentibus omni contentione excluſam, ea qua decet reverentia, univerſos parere, eorumque dictis audientes eſſe, necnon a regularis obſervantiæ profeſſorum pectoribus, bonorum aſſequendorum nimiam cupiditatem exulare.

Hęc ut vigeat in Congreg. Caſſinenſi hic Pontifex exoptat.

§.1. Utque hæc divina aſſiſtente gratia, maxime in Congregatione Monachorum de obſervantia Congregationis Caſſinen. alias S. Juſtinæ de Padua Ordinis S. Benedicti, quæ vitæ ſanctitate claruit, ex ſententia noſtra ſuccedant, antiquas Conſtitutiones approbandas, & in illarum tranſgreſſores duriores pœnas proponendas, & alias opportune providendum eſſe cenſemus, prout in Domino conſpicimus expedire.

Eugenius IV. decrevit Definitoribus Capit. Generalis, hanc obedientiam præſtari, & ad eos electionē & deſtitutionem Abbatū ſpectare.

§.2. Accepimus enim, quod licet alias fel. rec. Eugen. Papa IV. Prædeceſſor noſter, ſub Datum Romæ apud S. Petrum, anno Domini 1432. nono Kal. Decembris Pontificatus ſui anno II. Inter alia voluerit, in Capitulo generali ejuſdem Congreg. ſingulis annis celebrando, novem Definitores es Monachis dictæ Congregationis eligi, qui vocem in Capitulo haberent, ſicque electos totum Capitulum præfatum repræſentare, eorumdemque Definitorum ſtatutis, Conſtitutionibus, Ordinationibus, definitionibus, & correctionibus, ſingulos Congregationis ejuſdem Monacos, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ſive conditionis exiſterent, in omnibus efficaciter parere, ac hujuſmodi Definitores de Monaſteriis, & locis, illorumque bonis (prout viderent

derent expedire) diſponere. Necnon ex Monachis tunc præſentibus, & futuris, quos ad id idoneos judicaviſſent, in Abbates pro tempore vacantium Monaſteriorum, ac Prioratuum hujuſmodi, alias juxta dictæ Congregationis conſtitutiones, ordinationes, & ſtatuta eligere, ſive nominare. Necnon ad eorum beneplacitum taliter electos abſque aliqua, etiam cauſæ cognitione, a regimine etiam dictorum Monaſteriorum, & Prioratuum, quibus tunc præfuerint, & quæ tunc propterea vacare cenſerentur, abſolvere, & amovere poſſe.

Voluitque ſervari, etiam ſi Abbatiæ vacarent apud Sedem Apoſtolicam, ſed ejus Conſtitutionem non poſuit.

Hæc autem decreta non obſervantur.

§.3. Idque per alias literas Datas Florentiæ Pontificatus ſui anno quarto, decreverit, dum occurrente vacatione Monaſteriorum, & Prioratuum dictæ Congregationis, etiam apud Sedem Apoſtolicam vacantium, qua illis ratione providendum eſſet ordinavit, prout in ſingulis ejuſdem Prædeceſſoris literis plenius continetur.

§.4. Nihilominus nonnullos dictæ Congregationis Monacos, ejus, quam Deo voverunt obedientiæ plane oblitos, præfatis Superioribus in electione, & amotione Abbatum, & aliorum ad eorumdem nutum & beneplacitum Monaſteriis, & aliis officiis abſolvendis, & liberandis, aut ad illa eligendis, & nominandis, adverſari, & contradicere, & cum illis ad contentiones devenire; alios vero, ne contra eos veluti inobedientes, vel alia etiam ex cauſa, aut ex quantomvis gravi crimine, & exceſſu procedi poſſit, contra ejuſdem Congregationis ſtatuta, & ordinationes varias appoſitiones, & ſubterſugia, aut alia impedimenta afferre, vel interponere; necnon abſque eorumdem Superiorum licentia, in his quæ ad morum correctionem, & regimen, adminiſtrationemque Congreg. ejuſdem pertinent, juriſperitos & alios conſulere temere auſos fuiſſe, & nunc præſumere; quoſdam etiam profeſſionis & regulæ quam ſub humilitatis habitu profeſſi ſunt immemores reperiri, qui ſic ambitione dignitatum, & officiorum Eccleſiaſticorum, in dicta Congregatione conſequendorum, quo facilius de Congregationis rebus, & perſonis ad eorum libitum diſponant, ſe efferri patiuntur, ut ad Eccleſiaſticorum & ſæcularium Principum auxilia, vel occulte vel palam recurrant, & a S. R. E. Cardinalibus, aliiſque Prælatis commendatitias literas propterea expetant, & novi aliquid ſemper, ut optati compotes fiant, in eorum animæ perniciem parando, ac moliendo, ejuſdem Congreg. quietem cum animarum illorum periculo non modico perturbent.

Hic ideo Pontifex ea iterato decernit.

§.5. Nos igitur præmiſſis occurrere, ac ejuſdem Congregationis Monacorum honori & quieti, quos in viſceribus gerimus caritatis; necnon ad deterrenda maleficia gravioribus etiam pœnis præpoſitis, conſulere cupientes, ac dictarum Prædeceſſoris literarum ſeriem, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro expreſſis habentes. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ſingulas Prædeceſſoris præfati literas, in ea parte, qua illæ auctoritatem illorum, qui pro tempore regendæ Congregationi deputati erunt, reſpiciunt, quod ad eorum nutum & beneplacitum, Abbates & alios quovis nomine nuncupatos dictæ Congregationis Prælatos, vel Officiales eligere, & electos ſimiliter abſque aliqua cauſæ cognitione, ſervatis alias ipſius Congregationis conſtitutionibus, ab officio amovere, & abſolvere poſſint, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, & quatenus etiam opus ſit, eaſdem quoad præmiſſa dumtaxat innovamus; quodque contra eos, qui in præmiſſis eiſdem Superioribus, in electionibus, vel amotionibus hujuſmodi contradicere, vel ſe opponere, aut cum illis contendere præſumpſerint, per pœnam privationis officiorum, quæ obtinuerint, ac perſonæ correctionem & carcerationem animadvertatur, ſtatuimus.

§.6. Cumque idem Prædeceſſor diſtrictius inhibuerit, ne cui Prælatorum, vel Monacorum dictæ Congregationis ab inſtitutis, ordinationibus & mandatis Capituli generalis, ſive Præſidentis, aut Viſitatorum, vel Rectorum ejuſdem Congregationis ad quemcumque etiam Sedem Apoſtolicam, niſi de ſpeciali indulto Summi Pontificis liceret appellare, quamcumque appellationem, ſi aliquam quandoque interponi contingeret, cum inde ſecutis irritam decernendo. Si autem contra aliquem Prælatum vel Monachum dictæ Congregationis civiliter aut criminaliter ageretur, ſecundum ſtatuta & conſuetudines Congreg. præfatæ juris communis apicibus, dilationibus, terminis & litium anfractibus omiſſis procedi debere mandaverit, ejuſdem Prædeceſſoris exemplo adducti, quod quandocumque contra Monachos judicium ex quavis cauſa inſtitui contigerit, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſola facti veritate inſpecta, necnon omni & quacumque appellatione remota agi.

Judicia contra Monacos ſummarie & appellatione remota legi, &c. debere declarat.

§.7. Appellantes vero, aut de nullitatibus ſententiarum, proceſſuum, & aliorum quorumcumque contra ſe decretorum vel actorum dicentes, vel aliquod aliud impedimentum interponentes, illis non obſtan. privatione officiorum, & carceris pœnis itidem affici, & ad ulteriora in cauſis, quas pro tempore agitari continget, privationiſque, carceris, & aliarum pœnarum propterea inflictarum executionem procedi poſſe volumus, eaſdemque pœnas ad eos etiam Monachos, qui a juriſperitis, aut aliis quibuſvis perſonis extra dictam Congregationem, abſque eorum Superiorum licentia, in his quæ ad obedientiam, aut correctionem, ejuſdemve Congregationis regimen pertinebunt, conſilium capient, extendimus.

Appellantes coerceri mandat, cum eorum conſultoribus.

§.8. Ac omnes & ſingulos Monachos Congregationis præfatæ cujuſcumque ætatis, gradus, conditionis, præeminentiæ, & literaturæ exiſtentes, & quacumque dignitate præfulgentes, qui ad Prælaturas, & alia officia dictæ Congregationis aſſequenda intenti, ad Principum & Prælatorum de gremio

Ambientibus, & eorum complicibus pœnas imponit.

mio dictæ Congregationis non exiſtentium fautores recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliiſque viis directe vel indirecte, palam vel occulte, ad dignitates, ſeu officia in Congregatione præfata obtinenda aſpiraverint, vel aliis minus legitimis & honeſtis rationibus ea obtinere quæſiverint, illorumque complices & fautores, ad quaſcumque Prælaturas, dignitates, & officia ſpiritualia, vel temporalia, & præſertim in ipſa Congregatione, obtenta & obtinenda, perpetuo inhabiles declaramus, ac obtentis Prælaturis, dignitatibus, adminiſtrationibus, vel officiis, eo ipſo privamus, ac privatus voce tum activa, tum paſſiva carere decernimus, & declaramus.

Promotiones canonice fieri jubet.

§.9. Et in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ omnibus dictæ Congregationis Monachis, qui pro tempore regimini dictæ Congregationis deputati erunt, præcipientes, diſtricteque mandantes, ne aliquos precibus, literis, vel ſavoribus Principum vel Prælatorum, aut aliorum extra dictum gremium exiſtentium adducti, ad cujuſvis generis prælaturas, dignitates, officia, adminiſtrationes, & gradus promovere præſumant; immo promovendorum meritis & virtutibus tantum inſpectis, quod Dei cauſam agant, memores ſint, quo magis puro & ſincero corde, nulla privata aut mundana affectione commoti, in electionum negocio procedant. Decernentes electiones & promotiones ad Monaſteria, ſic literis, aut aliis ſavoribus Principum & Prælatorum, vel aliorum extra gremium, ut præfertur, exiſtentium, eorumque precibus aut pollicitationibus, injuſte ac indebite extortas, nullas, invalidaſque eſſe, & adverſus eos, qui his minus legitimis rationibus ad regenda Monaſteria, vel prioratus, aut alia officia ſe eligi, aut aſſumi obtinuerint, per ejuſdem Congregat. Superiores quandocumque procedi, & rei veritate cognita, condignis pœnis tamquam publicæ dictæ Congregat. quietis perturbatores affici poſſe & debere. Et ita per quoſcumque Judices & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi auctoritate & facultate, judicari & definiri debere: irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.10. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in provincialibus & ſynodalibus Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, ac dictorum Congregat. & Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis & illorum Superioribus, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, conceſſis, & confirmatis. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro expreſſis & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice, Motu, & ſcientia ſimilibus latiſſime derogamus, ac derogatum eſſe volumus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi præfatis Congregationis & Monachis, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Tranſumptis credi jubet.

§.11. Ac ut harum literarum notitia ad omnes dictæ Congregationis Monachos facilius deveniat, volumus illas in generali dictæ Congregationis Capitulo ſingulo quoque anno publice legi, illaſque in dicto Capitulo lectas ſic arctare, ac ſi legitime unicuique intimatæ fuiſſent, illarumque exemplis vel impreſſis, manu Scribæ dicti Capituli, vel Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Præſidentis ipſius Congregationis vel alterius, in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti obſignati, eamdem prorſus fidem haberi, quæ præſentibus haberetur, ſi eædem exhiberentur.

D. P. An. II. 17. Aprilis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 17. Aprilis, 1574. Pontificatus noſtri Anno II.

XXVII.

Ordinationes circa electionem Præpoſiti generalis, & aliorum Prælatorum Congregationum Monachorum Eremitarum Sancti Hieronymi de Obſervantia, eorumq. ſtudia, & acceſſus ad Urbem.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

PRO noſtri muneris officio, & caritate Paterna: qua omnes Religioſorum Ordines proſequimur, quæcumque ad illorum ſtatum, ſalutaremque tranquillitatem pertinere arbitramur, ea adiuvante Domino inſtituere nitimur, atque ſtudemus.

Congregatio Monachorum S. Hieronymi ex ejus inſtituto habet Priores annales, & ii per tres annos in Priores eligi poſſunt, & poſtea per annum vacare debent.

§.1. Inter eos autem ad Congregationem Monachorum Eremitarum S. Hieronymi reſpeximus, quæ paucorum numero continetur, utpote cujus Monachi, & Fratres ad centum ſexaginta vis aſcendunt, & ex antiquis Conſtitutionibus, & Conſuetudinibus Priores habet annales; necnon in eodem Monaſterio, in quo Prioratus Officium aliquem gerere contigerit, vel aliis ejuſdem Congregationis Monaſteriis, poſſunt ſingulis annis uſque ad tres annos tantum, in Priores de novo eligi, ita tamen ut triennio elapſo, quo rurſus in Priores eligi valeant, ab hujuſmodi officio ſaltem per annum vacare debeant.

Ex qua frequenti mutatione, ambitus occaſio præbetur.

§.2. Hæc autem aſſidua mutatio, plurium deſideria ita excitat, ut nonnulli profeſſionis quam in habitu ſinceritatis, & humili-

Digitized by Google

militatis Deo voverunt, immemores, ambiendis illius dignitatibus, & Officiis aſſidue incumbant, quo magis pro eorum libito de rebus, & bonis ad eamdem Congregationem pertinentibus diſponere poſſint; effrenata vero hac cupiditate ſic nonnulli afferri patiuntur, ut Principum ſecularium, & aliorum auxilia, & fautores plerumque occulte, quandoque etiam palam expetant, illoſque implorare non vereantur, diverſa ſuper his pacta ineundo, ſeditiones excitando, prænſationes quas practicas vocant exercendo, in maximum Chriſtifidelium ſcandalum, ac publicam dictæ Congregationis perturbationem, quæ ad labefactandum Religioſorum ſtatum apertiſſime tendunt.

Hic ideo Pontifex præſentes Priores amovet, & alios deputat eiſque Prioratus a futuro Capitulo aſſignari mandat

§.3. Nos igitur his incommodis per novas editas ordinationes occurrendum eſſe cenſentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, modernos dictæ Congregationis Priores ab officiis Prioratuum hujuſmodi abſolvimus & amovemus; necnon dilectos filios Hieronymum Cremaſcum modernum Præpoſitum generalem, Martinum, Julium, Conſtantinum, Deodatum, Urbanum, Aloyſium Comenſem, Hippolytum, Euſebium, Leandrum, Angelicum Locatum, Felicem, & Stephanum, Dominicum, & Timotheum in Priores Monaſteriorum eorumdem loco prædictorum eligimus. Aſſignationem autem eorumdem Prioratuum unicuique Priori per Nos electo, a generali Capitulo faciendam remittimus.

Diffinitores d. Capituli aliquos dictorum Priorum conſtituit.

§.4. Ac ex ipſis Prioribus, Hieronymum, Deodatum, Urbanum, Aloyſium, Euſebium, Leandrum, Angelicum Locatum, Felicem, & Stephanum pro hac vice dumtaxat in ejuſdem Congregationis Definitores conſtituimus, & deputamus.

Priores poſtea eligendos perpetuo Priores remanere decernit.

§.5. Priores vero hujuſmodi in poſterum perpetuo Priores durare decernimus, niſi aliquis ſic ejus exigentibus demeritis Priorali dignitate privandus eſſet; qui privati ad dicta officia in poſterum exercenda inhabiles poſtmodum exiſtant.

Sed eosdem in Monaſt. triennio tantū permanere; & poſtea aliis præfici jubet.

§.6. Ultra autem tres annos Priores in adminiſtratione ejuſdem Monaſterii non permaneant, ſed illi aliis Monaſteriis ad miniſtrandis præficiantur, & ad illa transferantur; ac triennium hujuſmodi a Capitulo generali proximis temporibus celebrando numeretur.

Capitulum tamen ſingulis annis eos trāsferre valet.

§.7. Poſſit tamen idem generale Capitulum quos judicaverit expedire, de uno ad aliud Monaſterium regendum ſingulis annis transferre.

Capitulū proximum loco Priorum, ut ſupra deputatorum vacantium alios ſubrogare poteſt.

§.8. Quod ſi aliqui ex ſupranominatis, qui in Priores per Nos, ut præfertur, electi fuerunt, Prioratus ſibi delatos acceptare recuſaverint, aut eos vel ſtatim, vel paulo poſt dimittere voluerint, tunc, & eo caſu liceat Capitulo generali proxime celebrando hac vice dumtaxat eorum loco alios dictæ Congregationis profeſſores, etiam ſi de numero Vicariorum, ut infra dicetur, non extiterint, in Priores eligere, ac illos ſubrogare, & ad Prioratus hujuſmodi officia exercenda per tempus prædictum deputare.

Præpoſitū generalem, Viſitatores, Conſultores, & Diffinitores ex numero Priorum eligen. eſſe decernit.

§.9. Præterea cum antea liceret quemcumque Monachum in Presbyteratus ordinem conſtitutum, in Præpoſitum generalem, Viſitatorem, & Conſultorem eligere, & dummodo vocem haberet in generali Capitulo prædicto, etiam in Definitores illi omnes aſſumi valerent, & multitudo vocem, & ſuffragium in electione habentium, & eligendorum maximam pareret confuſionem propter varias, illicitaſque pactiones, & pollicitationes quæ præmiſſorum occaſione ineunt. Nos hujuſmodi malo obviare volentes, quod iidem omnes, Præpoſitus videlicet generalis, Viſitatores, Conſultores, & Definitores, ex numero Priorum, ab ipſiſmet Prioribus tantum eligantur mandamus, præterquam in S. Alexii de Urbe, & S. Pauli Civitatis Albanen. Monaſteriis, in quibus pro evitandis expenſis, & incommodis duos ex illis Monachis qui ad ibi degendum, aut eorum alter conſtituentur, pro tempore etiam ſi Priores non eſſent, viſitatores deputari poſſe permittitur. Qui tamen uti eorumdem Monaſteriorum Viſitatores in generali Præpoſito vel Definitoribus eligendis, vocem non habeant, quo ad reliqua autem conceſſa ſibi per generale Capitulum auctoritate fungantur.

Procuratores a Monaſteriis miſſos ad Capitulum generale, voce electiva carere declarat.

§.10. Inſuper ex cauſis prædictis, vitandique ambitus gratia, eos Procuratores, qui ab unoquoque Monaſterio ad generale Capitulum deſtinantur, ut de ſtatu Monaſteriorum, a quo miſſi fuerint, generale Capitulum prædictum plane edoceant, & ea omnia, quæ ad illud pertinent, poſtmodum referant, necnon vocem in electione Præpoſiti generalis, & deſinitorum, tam activam quam paſſivam habeant, illa in poſterum volumus carere.

Electio Prioris vacantis ad Capitulum differen. eſt, &c.

§.11. Ad hæc ſi medio tempore a celebrato Capitulo generali uſque ad aliud celebran. alicujus Monaſterii Prioratum, quomodocumque, & ex quavis cauſa vacare contigerit, novi Prioris electio uſque ad Capitulum generale proxime celebrandum, nec ultra differenda erit. Et interim Monaſterii Vicarium, quamvis alterum per Præpoſitum generalem, cum voto Conſultorum per modum proviſionis dumtaxat deputandum.

Priores ex Vicariis eligendi ſunt.

§.12. Nec aliquis ad Prioratum aſſumendus erit, niſi, & tempore vacationis, & tempore electionis ſit alicujus Monaſterii Vicarius.

Vicariorum electio ad quos ſpectat.

§.13. Vicariorum autem electio per Capitulum generale facienda erit, ut eſt moris. Quod ſi medio tempore aliqua Vicariatuum officia quomodocumque vacare contigerit, cum voto Conſultorum generalis Præpoſitus poterit Monachos in Vicarios eligere, prout ea in re duxerit expedire.

Monachis extra Clauſtra lectiones audire vel profiteri vetat. Et a Monaſterio certo modo permittit.

§.14. Ad evitandam etiam extra clauſtra Monaſteriorum Monachis præfatis vagandi, ac diſcurrendi occaſionem, Monachos ad quodcumque gymnaſium, vel publicam aca-

academiam quibuſvis ampliſſimis privilegiis ſuffultam, ad audiendas cujuſvis facultatis lectiones accedere, aut illas publice, vel privatim profiteri prohibemus. In propriis autem Monaſteriis dummodo in facultatibus, vel in Theologia Magiſterii, vel Licentiaturæ, aut alios gradus ſuſcipere non audeant, ipſis arbitrio Præpoſiti generalis dumtaxat literarum ſtudiis a jure permiſſis, operam dare concedimus.

Acceſſum ad Urbē, abſque Protectoris, vel Præpoſiti Generalis licencia prohibet.

§.15. Monachorum prædictorum nullus abſque expreſſa licentia a Venerabili fratre noſtro Joanne Epiſcopo Oſtienſi Cardinale Morono nuncupato, nunc dictæ Congregationis, & pro tempore exiſtente apud Nos Sedemque Apoſtolicam Protectore, aut a Præpoſito generali in ſcriptis obtenta, ad Almam Urbem noſtram ſub quovis prætextu ſe conferre audebit; ſi ſecus fecerit, Carceris, a quo per integrum annum ad pœnam inobedientiæ luendam detinebitur, ac vocis tam activæ, quam paſſivæ privationis, aliiſque etiam gravioribus arbitrio pro tempore generalis Præpoſiti imponendis pœnis plectendus erit.

Conſtitutionē Procuratoris ad negotia, vel cauſas Congregationis, vel ejus locorum, omnibus interdicit.

§.16. Sub eiſdem pœnis edicimus, ne aliquis dictæ Congregationis Ordinem expreſſe profeſſus, in Urbe, vel alibi procuratores, aut negociorum geſtores, aut alio nomine nuncupatos, circa cauſas, & negocia ad dictam Congregationem univerſam, vel illius Monaſteria, aut regularia loca quomodolibet directe vel indirecte ſpectantia, vel pertinentia, conſtituere audeat.

Præpoſitum Generalē ex Prioribus, & ad annum eligi mandat.

§.17. Demum Præpoſitum generalem ex Prioribus in poſterum eligi debere, & Capituli generalis auctoritate electum, ultra annum in generalatus officio minime perſeverare poſſe.

Aliter geſta irritat.

§.18. Sicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, judicari, definirique debere, prædictaque omnia firma & inviolabilia fore & eſſe, irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Omnes prædicta obſervare præcipit.

§.19. Quocirca moderno & pro tempore exiſtenti Præpoſito generali, ac univerſis & ſingulis dictæ Congregationis Monachis per Apoſtolica ſcripta, illis etiam in virtute ſanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus, ut præſentes literas humiliter recipiant, & quæcumque in ipſis continentur, alia deſuper a Nobis non expectata juſſione aut mentis noſtræ declaratione, firmiter cuſtodiant, & in omnibus illis ſtudioſe ac reverenter obedire procurent.

Publicationē hujus Conſtitutionis, & ejus executionem Præpoſito Generali demandat.

§.20. Quin etiam ipſi Præpoſito generali præcipimus, ut eaſdem præſentes in omnibus ejuſdem Congregationis Monaſteriis, necnon ab omnibus Monachis prædictis inviolabiliter faciat per ſe vel alium obſervari, quoſcumque contradictores & rebelles, ac etiam reclamantes, eiſque auxilium vel favorem, publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis quæſito colore vel ingenio præſtantes, tam Eccleſiaſticos, quam laicos cujuſcumque dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, ceteraque juris & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, cenſuraſque & pœnas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contrariis derogat.

§.21. Non obſtantibus fel. record. Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis edita de duabus dietis, & quibuſvis Apoſtolicis, ac Provincialibus & ſynodalibus Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, ac dictorum Congregationis & Ordinis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, & illorum ſuperioribus, ſuper quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque & aliis decretis, in genere vel in ſpecie, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet conceſſis, ac etiam pluries confirmatis & innovatis; quibus omnibus, etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia expreſſio, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, formas datas, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro expreſſis habentes & inſertis, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice, motu & ſcientia, ac poteſtatis plenitudine paribus, latiſſime derogamus, ac derogatum eſſe volumus, contrariis quibuſcumque, aut ſi prædictis Congregationi & Monachis, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Conſtitutiones Ordinis, quo ad caſus hic non expreſſos, & deputationem Præpoſiti Generalis factam a Pio V. præſervat.

§.22. Per hæc autem antiquis d. Congr. conſtitutionibus, & laudabilibus conſuetudinibus more utentium in dicta Congregatione comprobatis, aut ſtatutis, etiam forſan juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, vel privilegiis, indultis, vel literis Apoſtolicis ſuper præmiſſis forſan emanatis, niſi quo ad caſus expreſſos, in nihilo penitus detrahere, aut literis piæ mem. Pii Papæ Quinti circa deputationem moderni Præpoſiti generalis derogare non intendimus; quinimmo tempore deputationis expleto Capitulo generali minime ademptam eſſe volumus facultatem, quo minus idem ad officium generalis Præpoſiti eligi poſſit.

D. P. An.III. 26. Maii.

Dat. Romæ apud S.Petrum, ſub annulo Piſ. die 26. Maii 1574. Pontificat. noſtri Anno III.

Confir-

XXVIII.

Confirmatio, & extenſio gratiarum, privilegiorum, & indultorum Ordinis Ciſtercienſis Monacorum S. Benedicti, novæque ordinationes pro feliciori ejus regimine.

Alias ordinationes ad eumdem finem, ſtatuerunt Eugen. III. in Conſt.L. Sacroſancta *Tom.II.fol.*325.*Clem.IV.in Conſt.V.*Parvus *Tom.III.fol.*429. *Bened.XII. in Conſt.IV.* Fulgens *Tom.III.Par.II.fol.*203. *Pius IV. Conſtit.LXXXIV.* In eminenti *Tom.IV. Par.II.fol.*162. *ac Pius V. ſupra in Conſtit.CXXXIX.* Ex innumeris. *fol.*99. *De Inſtitutione autem hujus Ordinis, ac aliis eum concernentibus vide in Paſchalis II. Conſt.III.* Deſiderium *Tom.II. fol.*113.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

SUperna diſpoſitione, cujus inſcrutabili providentia ordinationem ſuſcipiunt univerſa, in ſupereminenti Apoſtolicæ dignitatis ſpecula meritis licet imparibus conſtituti, ad ea, per quæ Sacræ Religionis Ciſtercien. Ordinis. Nobis, & Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiecti, ſtatus feliciter dirigatur, & regularis vitæ inſtitutio jamdiu a Sanctis viris, tam pie, & religioſe tradita, & conſtituta conſervetur, & ſi quid deperire incœperint, Domino concedente reformationem ſuſcipiat, & in ſuum priſtinum ſtatum refloreſcat, ac denique perſonæ ſub ſuavi Religionis hujuſmodi jugo, Domino ſecundum regulæ ſuæ puritate famulantes, ſua in pacis, & quietis ſuavitate vota reddere, & fructus in Dei Eccleſia uberiores proferre valeant, libenter iotendimus, & his quæ per Rom. Pontifices Prædeceſſores noſtros propterea conceſſa, & ordinata fuiſſe reperiuntur, etiam noſtræ approbationis robur adiicimus, ac alias deſuper ſtatuimus, ordinamus, moderamur, & reformamus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Pius IV. confirmavit antiquas ordinationes, & indulta Ordinis & alia ſtatuit in ejus Conſtit.LXXXIV. In eminenti. Tom.IV.P.II fol.162.

§.1. Dudum ſiquidem ſel. rec. Pio Papa Quinto Prædeceſſori noſtro, pro parte bonæ mem. Ludovici olim Abbatis Monaſterii Ciſtercii, Cabilonen. Diœceſis expoſito, quod licet ſacer Ciſtercien. Ordo in ſumma puritatis, & devotionis perfectione, permulta retroactorum annorum ſæcula, ac tamdiu exemplari Religioſorum ſuorum vita atque ſanctimonia, noo ſolum in Regno Franciæ, ubi ſupremum ejus caput videlicet Ciſtercii præfatum, cum aliis quatuor illius præcipuis nempe Firmitatis, Pontigniaci, Clarevallis, & Morimoodi, Cabilonen. prædictæ, & Antiſiodoren., ac Lingonen. reſpective Diœc. Monaſteriis, filiabus Ciſtercii nuncupatis, ſed etiam per alia fere univerſa Chriſtiani Orbis climata cum bonæ famæ, & virtutum odore, eximioque Religionis decore, ad ædificationem militantis Eccleſiæ, quamdiu juxta Sanctorum Patrum inſtitutiones, & regularia illius inſtituta, præſatis, aliiſque Monaſteriis de Monachorum dicti Ordinis perſonis proviſum, ejuſque laudabilia inſtituta, ritus, conſuetudines & privilegia firmiter obſervata fuerint, Domino cooperante floruiſſet. Nihilominus tunc a pluribus annis citra, præſertim poſtquam pleraque Monaſteriorum, ac Prioratuum ſuorum, aliis quam dicti Ordinis perſonis commendari, ac ab eorum Superioris obedientia per exemptionum, unionum, aliaſque diverſaa vias tamquam membra a ſuo corpore divelli, abſtrahi, & diſmembrari cœperant, ſpecioſo illo regularis diſciplinæ candore paulatim offuſcato, univerſi Ordinis ſtatus in miſerabilem diſperſionem, & deſolationem prolapſus erat, & in eadem expoſitione ſubjuncto, quod tantis hujus olim Deo, mortalibuſq. gratiæ Religionis incommodis aliter quam per antiquorum ſtatutorum, conſuetudinum, rituum & privilegiorum prædictorum undique coovulſorum, & diverſimode oppreſſorum reſtitutionem mederi non poſſe videbatur, præfatus Prædeceſſor ſupplicationibus ipſius Ludovici Abbatis in ea parte tunc inclinatus, antiqua privilegia per quoſcumque Romanos Pontifices ſuos eidem Ciſtercien. Ordini, & ejus Capitulo generali indulta & conceſſa, per ſuas literas approbavit, confirmavit & innovavit, & alia deſuper ſtatuit & ordinavit.

Pius V. eis. in rubr. eadem confirmavit, & quædam alia de novo conceſſit pro reformatione ejuſdem Ordinis.

§.2. Et deinde piæ mem. Pius Papa Quintus etiam Prædeceſſor noſter eodem erga præfati Ciſtercien. Ordinis bonum ſtatum, & reformationem zelo, & animi propenſione affectus, antiqua illa eidem Ordini, ut præfertur, conceſſa privilegia & indulta, per ſuas literas, etiam approbavit, & confirmavit, ac literis Pii Quarti Prædeceſſoris ejuſmodi, etiam ſuæ approbationis robur adiecit. Necnon nonnulla alia opportuna pro temporis cooditione præfati Ciſtercien. Ordinis reformationem concernentia, de novo eidem Ordini, & Capitulo generali conceſſit & indulſit, prout in ſingulis literis præſatis plenius continetur. Cum autem firmiora ſint ea, quibus Sedis prædictæ ſæpius intercedit auctoritas.

Hic modo Pōtifex eorum Bullas approbat, & omnes ordinationes, & ſtatuta dicti Ordinis confirmat, volens quod Abbas & Prælati loca & perſonas viſitent & corripiant.

§.3. Nos cupientes, ut illa, quæ pro dicti Ordinis, cujus decus & integritatem, ac priſtini candoris reſtitutionem non minori, quam prædicti Prædeceſſores noſtri, zelo affectamus, ſalubri directione, tam pie ac ſancte ſtatuta ſunt, inconcuſſa perpetuo remaneant, omnium & ſingulorum immunitatum, libertatum, exemptionum, conſervationum, facultatum, ordinationum, ſtatutorum, privilegiorum, indultorum, & aliarum gratiarum, necnon literarum Pii Quarti, & Pii Quinti Prædeceſſorum hujuſmodi tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes Motu proprio, non ad Abbatis generalis, & Superiorum Ordinis hujuſmodi, vel quorumvis aliorum inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa noſtra ſcientia, omnes & ſingulas ab Abbate Monaſterii Ciſtercii, aliiſque Superioribus, & Capitulo

Digitized by Google

tulo generali Ordinis hujuſmodi, ejuſque deputatis, immunitates, libertates, & exemptiones quibuſvis, tam virorum, quam S. Catharinæ Cajetan., & S. Mariæ de Coeleſtia nuncupatæ Venetiarum, aliiſque Monialium Monaſteriis, ac Prioratibus, & aliis regularibus locis dicti Ordinis, ac dilectis filiis Abbatibus, & Prioribus, dilectiſque in Chriſto filiabus Abbatiſſis, & Prioriſſis, necnon Conventibus, Capitulis, & perſonis eorumdem, tam in Gallia, Italia, Hiſpania, Portugallia, Germania, Anglia, & Scotia, quam alibi ubilibet conſiſtentibus, ita quod immunitatibus, libertatibus, & exemptionibus hujuſmodi non obſtantibus, pro tempore exiſtentes Abbas generalis nuncupatus, & alii Superiores dicti Ordinis, eorumque Vicarii, juxta ipſius Ordinis inſtituta, Monaſteria, Prioratus, & loca prædicta, ac illorum perſonas, tam in capitibus quam in membris viſitare libere, & licite valeant.

Indulta Apoſtolica Epiſcopis, & aliis conceſſa viſitandi eadem loca, limitantur, ita ut Abbas præfatus, & Superiores illa etiam viſitare poſſint. *Hoc idem ſtatuit Pius IV. ibidem.*

§.4. Ac quæcumque privilegia, & indulta Apoſtolica viſitandi Monaſteria, tam virorum, quam mulierum Ordinis hujuſmodi quibuſvis Venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis aliis locorum Ordinariis, Abbatibus, & aliis, quam Generali Ciſtercien. prædicto, ac aliis quatuor primis nuncupatis quatuor Monaſteriorum filiarum Ciſtercii nuncupatorum præfatorum Abbatibus, ceteriſque Superioribus ejuſdem Ord. ad id ab ipſo generali Capitulo deputatis perſonis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ exiſtentibus, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & dictam Sedem, etiam ad quorumvis Imperatorum, Regum Reginarum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam, vel etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, etiam conſiſtorialiter, & cum cauſæ cognitione, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, hactenus quomodolibet conceſſa, & etiam iteratis vicibus approbata, & Apoſtolicas, & alias literas deſuper confectas, & inde ſecuta quæcumque, ad hoc dumtaxat, ut Abbati generali, & aliis Superioribus Ordinis, eorumque Vicariis, Monaſteria hujuſmodi, ut præfertur, viſitare liceat, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium moderamur, & limitamus.

Inhibitio contra Epiſcopos, & alios impedientes illos in viſitationibus. *Hoc idem voluit Pius IV. ibidem.*

§.5. Inhiben. Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Superioribus Prælatis, videlicet ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac ſuſpenſionis a divinis, Abbatibus vero, & aliis inferioribus prælatis, ceteriſque quibuſcumque perſonis, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, ne Abbatem generalem, & alios ſuperiores Ordinis, eorumque Vicarios præfatos quominus viſitationes, juxta regularia Ordinis inſtituta hujuſmodi libere facere poſſint, per ſe, vel per interpoſitas perſonas, directe, vel indirecte, aut alias quoquo modo impedire audeant, vel præſumant.

Monaci, & Moniales omnes, admittant Abbates, & alios Superiores viſitan. ſub pœnis hic expreſſis.

§.6. Ipſis autem Monaſteriorum, & aliorum locorum prædictorum Abbatibus, Abbatiſſis, Prioribus, Conventibus, Monacis, Monialibus, & perſonis, ut Generalem, alioſque Abbates, Superiores, & Vicarios præfatos, ut præfertur, viſitare volentes, benigne recipiant, eiſque, & eorum mandatis, in concernentibus eorum viſitandi officium hujuſmodi pareant, & humiliter obediant, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub ſimilis excommunicationis pœna diſtricte præcipiendo mandamus.

Confirmatio omnium gratiarum Ordinis. *Hoc habetur etiam in dicta Conſt. Pii IV.*

§.7. Et inſuper univerſa, & ſingula privilegia, prærogativas, immunitates, exemptiones, libertates, conſervatorias, facultates, indulta, & alias gratias Ciſtercii, & quatuor filiabus nuncupatis Monaſteriis, ac Ordini, ejuſque Capitulo generali, Definitoribus, & aliis Superioribus præfatis per piæ memoriæ Paſchalem Secundum, Caliſtum etiam Secundum, Eugenium Tertium, Alexandrum etiam Tertium, Lucium ſimiliter Tertium, Honorium pariter Tertium, Gregorium Nonum, Innocentium Quartum, Sixtum etiam Quartum præſertim commendas, & Commendatarios Monaſteriorum, & aliorum locorum Ordinis hujuſmodi concernentia, & quod Commendatarii pro tempore exiſtentes nullam in Monaſteria dicti Ordinis ſibi commendata, & eorum Monacos juriſdictionem exerceant, & quoſcumque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Sedem hujuſmodi hactenus quomodolibet conceſſa.

Confirmatio ordinationum & ſtatutorum d. Ordinis. *Hoc habetur in d. Conſtit. Pii IV.*

§.8. Necnon ordinationes, & ſtatuta ab exordio fundationis ejuſdem Ordinis uſque in præſentem diem in dicto Capitulo concorditer edita, etiam ſi in uſu eſſe deſierint, dummodo per lapſum temporis immemorabilis, videlicet centum annorum in deſuetudine non abierint. Ac præterea ſuper contributionibus, per omnia, & ſingula ejuſdem Ordinis Monaſteria Abbati Ciſtercii, ſeu Capitulo generali prædictis, faciendis, & ſolvendis, ac prout illa concernunt omnia, & ſingula alia in literis Apoſtolicis, aliiſque documentis deſuper confectis contenta, & inde ſecuta quæcumque, licita tamen, & honeſta, ac decretis Concilii Tridentini non adverſantia, eiſdem auctoritate, & tenore ex certa ſcientia confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis, & noſtræ approbationis robur adiicimus, omneſque, & ſingulos, juris, & facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem ſupplemus. Necnon potiori pro cautela eadem omnia, & ſingula privilegia, prærogativas, facultates, exemptiones, quatenus ſint in uſu, conſervatorias, indulta, & alias gratias eiſdem modo, & forma, quibus Ordini, ejuſque Abbatibus, Capitulo generali, & Superioribus prædictis per dictos Prædeceſſores conceſſa ſunt, illis de novo auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & innovamus.

In Monaſteriis Commendatis aliis perſonis

§.9. Et præterea quod in Monaſteriis dicti Ordinis, quæ diverſis perſonis, etiam ſi Epi-

Digitized by Google

perſonis, quæ ipſius Ord. inſtitui debet menſa Conventualis diſtincta ab Abbatia & ſufficiens pro Monachis.

ſi Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, & S. R. E. Cardinales exiſtant, de præſenti commendata, etiam reperiuntur, & in futurum commendari, ſeu alias quoquo modo alias quam Ordinis ipſius perſonis concedi contingeret, ubi non fuerit, inſtituatur menſa Conventualis, ab Abbatiali menſa diſtincta, & ſeparata, cum annuis fructibus, redditibus, & proventibus, juxta Monaſteriorum ipſorum facultates competentibus, & honeſtis, pro ſufficienti Conventus, & Monacorum, aliorumque Religioſorum ejuſdem Ordinis numero in unoquoque ex ipſis Monaſteriis per ipſos Generalem, & ceteros Ordinis ipſius Superiores aut eorum Vicarios ordinando, quam quidem menſam, quia etiam ædificiorum, & locorum ad diſciplinæ Monaſticæ obſervationem pertinentium, ſcilicet templorum, ornamentorum, jocalium, librorum Eccleſiaſticorum, dormitorii, refectorii, aliorumque locorum regularium, necnon Monaſteriorum clauſuræ neceſſariis, & ordinariis reparationibus faciendis obligatam, & obſtrictam eſſe volumus, ut in ea inſtituenda expenſarum annuarum ad hæc neceſſariarum ratio habeatur, ſtatuimus, & mandamus, ac ad eamdem menſam ſic inſtituendam, congruoſque redditus aſſignandos ipſi Commendatarii omnino teneantur, & ad id etiam per cenſuras eccleſiaſticas, fructuum, redditum, & proventuum ſequeſtrationes, & alia opportuna juris remedia cogi poſſint, & debeant.

Religioſi alterius Ordinis intruſi in locis hujus Ordinis aut inde ejiciantur, aut ejuſdem Ordinis profeſſionem faciat.

§.10. Et quia, ſicut accepimus, in multis dicti Ordinis tam virorum quam mulierum Monaſteriis quamplures Mendicantium aliorum Ordinum Religioſi utriuſque ſexus ab immemorabili tempore citra ſe intruſerunt, & perſæpe intrudere præſumunt, quod illi, vel inde realiter, & cum effectu ejiciantur, vel ſaltem habitum infra annum ſuſcipiant, ac profeſſionem regularem ejuſdem Ciſtercien. Ordinis expreſſe emittant, debitamque obedientiam, & reverentiam illius Abbati Generali, & reliquis Superioribus prædictis præſtent, ac Divinum Officium ſecundum ipſius Ordinis morem celebrent, ſeque regularibus ejus inſtitutis omnino conforment. Quodque Monaci in Monaſteriis, & Prioratibus ejuſdem Ordinis, aliis piis locis pro tempore unitis, annexis, & incorporatis degentes, ſint, & remaneant ſub obedientia, & correctione Abbatis generalis, aliorumque Superiorum Ordinis Ciſtercien. præfatorum, & ſuorum Vicariorum in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi uniones, annexiones, & incorporationes hujuſmodi non emanaſſent, etiam ſi in illis aliter caveretur, & uſus, non tamen a tempore immemorabili, ut præfertur, contrarium obtineat, quæ contra ſtatuti, hujuſmodi tenorem nemini ſuffragentur;

Moniales alterius Ordinis quando recipi poſſint in Abbatiſſas.

§.11. Quod nullæ alterius Ordinis Moniales niſi cauſa legitima ſubſiſtente, in Abbatiſſas Monaſteriorum Monialium dicti Ordinis aſſumi, vel ſi aſſumantur in eiſdem Monaſteriis recipi poſſint, niſi immediato Patre Superiore præſente, qui habitum illis exhibeat, & ab eis tria ſubſtantialia vota, necnon juramenta obſervandi ſtatuta dicti Ordinis, ac ſecundum ea viven. recipiat.

Monaſteria omnia teneantur ad contributionem ſolvendas Abbati, & Capitulo.

§.12. Quodque omnia, & ſingula Monaſteria Ordinis hujuſmodi, tam virorum quam mulierum ubicumque exiſten. ſeu eorum Abbates vel Priores, etiam Commendatarii, Abbatiſſæque, vel Prioriſſæ in ſignum obedientiæ, & ſuperioritatis ſolita regalia, videlicet, contributiones ſolitas Abbati Monaſterii Ciſtercii, & Capitulo generali prædictis, omnibus exceptione, recuſatione, præſcriptione, & alia excuſatione penitus ceſſan. annuatim ſolvere teneantur, & ad id compelli poſſint ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnas eadem auctoritate ſtatuimus, & ordinamus.

Monaſteria etiam commendata, & de jurepatronatus laicorum, deſtructa reficiantur ad clauſuram.

§.13. Et inſuper ut Monaſteria Ciſtercien. Ordinis hujuſmodi, quorum quamplurima, ut accepimus, præſertim in utraque Sicilia conſiſtentia, aut debitis officiis deſtituta, aut Monacis ob non præſtitam alimoniam deſerta, aut omnino collapſa, retecta, recluſa, patentia reperiuntur, & ut prophana habentur, ad Conventum, diſciplinam, & bonam frugem revocentur, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam ſtatuimus, & ordinamus, ut omnia Monaſteria, & loca dicti Ordinis, tam in utraque Sicilia, quam ceteris omnibus Orbis partibus conſtituta, etiam commendata, ac etiam de jurepatronatus laicorum quocumque modo exiſten. quæ convulſa, diruta, & extenuata exiſtunt, reficiantur, & ad debitam clauſuram reducantur. Ac pro faciliori præmiſſorum executione conveniens pecunia ſtatuatur, & quotannis in id opus, donec abſolutum fuerit, erogetur, ac in eiſdem, & ceteris locis, quemadmodum eorum facultates ad id fuerint ſufficientes, competens Monacorum, & Miniſtrorum numerus reſtituatur.

In Eccleſiis provideantur neceſſaria ad uſum Monachorū, & cultum divinum, Miſſæque, & alia officia in eiſdem quotidie celebrentur.

§.14. Ipſorumque quoque Eccleſiæ, ſacriſtiæ, dormitoria, & officinæ vaſis, veſtimentis, libris, ſacra, & communi ſupellectile, aceteris omnibus ad divinum cultum, & monaſticum uſum neceſſariis convenienter inſtruantur, Miſſæ præterea Sacrificium, & alia Divina Officia nocturna, & diurna quotidie in Choro pſallendo juxta ritum dicti Ordinis ſine intermiſſione celebrentur, Inſuper ubi ſacra lectio juxta Concilii Tridentini diſpoſitionem haberi non poterit, præter eos libros, qui ad Divini Officii, & Chori uſum neceſſarii ſunt, ſaltem Biblia, & Catechiſmus ad Parochos ante aliquot annos editus, item opera Sancti Bernardi, & ſi qui alii ad honeſtam Monacorum occupationem haberi poterunt, habeantur, niſi de illis in aſſignatione menſæ Conventualis jam proſpectum reperiatur, ita tamen, ut de his omnibus, necnon vaſis, veſtimentis, & cetera ſuppellectile præfata ſemel receptis, omnes Conventus rationem reddere debeant.

Novitii inſtruantur a duobus Mo-

§.15. Et ut Novitii ea, qua decet, diſciplina informentur, unum, aut duo Monaſteria

naſteriis cujuſcumq. Provinciæ.

ria in quacumque Provincia, ubi commode fieri poterit, ordinentur, in quibus Magiſtri etiam ceterorum Monaſteriorum Novitios Divini Officii rationem, & regularis Obſervantiæ inſtituta doceant, ita ut quodlibet Monaſterium ſuis neceſſaria ſuppeditet, & ſi nullos habuerit, alii pro eo cujuſque impenſis recipiantur, & inſtruantur.

Conventus clauſtrentur, & nullo modo impediantur a Commendatariis, vel aliis.

§.16. Omnia ædificia Conventus quoquo verſus claudantur, portæ non neceſſariæ obſtruantur, clathri feneſtris, ubicumque opus fuerit, infigantur, Templa, Sacriſtiæ, Capitula, Dormitoria, Refectoria, Infirmariæ, & omnino aliæ Clauſtri partes nihil prophani patiantur, nec Conventus horreum, penu, præſepia, nec prorſus ulla promercalia Abbatum, Commendatariorum, conductorum, aut aliorum recipiant, nec illa a Commendatariis, penſionariis, aliiſve de Clauſtro non exiſten. occupentur, ſed illis ſolum proprii clauſtrales utantur, prout ad divini officii celebrationem, regularemque obſervantiam fuerunt conſtituta.

Mulieres loca Ordinis non ingrediantur. *Hoc ſtrictius vetuit Pius V in ejus Bulla XXIX. Regulatium Tomo IV. P.II. fol.318.*

§.17. Mulieribus omnibus cujuſcumque qualitatis, dignitatis, & ætatis, ingreſſus clauſtri, & aliorum locorum regularium, etiam ædium partis, quæ ab Abbatibus, Commendatariis, Prioribus, aliiſve miniſtris, etiam diviſim poſſidentur, ſit penitus interdictus, & ſi ſecus factum erit, tam ingredientes, quam recipientes excommunicationis ſententiam incurrant, carcer quoque ad correctionem Monacorum, ubi non eſt, conſtituatur.

Inventarium fiat in quolibet Monaſterio omnium jurium & bonorum.

§.18. Et in omnibus Monaſteriis inventarium omnium præfatorum, necnon inſtrumentorum fundationum, dotationum, auctoritatum, exemplarium, omniumque munimentorum conſcribatur, & in formam authenticam redigatur, illudque & cetera omnia præfata fideliter aſſerventur, ſicubi vero locorum quicquam producendum erit, exemplum ab Archetypo deſumatur & tranſmittatur, niſi talis contigerit neceſſitas, ut ipſum exemplar producendum ſit, quod tunc in fidem alicujus probati deponatur, qui idonee caveat illud ipſum quamprimum reportandum.

Monaſteria exiſtentia in locis non tutis transferantur ad loca vicina

§.19. Illa quoque Monaſteria locis patentibus conſtituta, quæ propter Turcarum, ſeu Prædonum, vel hæreticorum incurſiones tunc ſervari non poterunt, facto de ipſorum juribus, literis, auctoritatibus, tabulis, monumentis, atque omni prorſus ſuppellectile, mobilibuſque bonis, jocalibus, & rebus fideli inventario, & ſi opus erit, earum omnium depoſitio fiat apud perſonam fide & facultatibus idoneam, ita ut nihil omnino inde ſine conſenſu expreſſo, & ſpeciali mandato Conventus moveri valeat, in Civitates, Oppidave vicina transferantur.

Viſitationes fiant ſollicite, & prudenter.

§.20. Ceterum ad reſtituendam monaſticam diſciplinam, & reſtitutam conſervandam, Ciſtercii, & ceteri patres Abbates in Capitulo generali provideant diligenter, ut omnes viſitationes ſollicite, & prudenter, ac cum pietate fiant, ſalutem animarum, Religionis zelum, perpetuum cultum divinum, clauſuram, obedientiam, & cetera omnia, quæ ad mores, correctionem, & Religioſorum ædificationem pertinent, procurando. Quibus in rebus ubicumque non ſunt menſæ Conventuali aſſignati redditus, qui hoc onus ferre poſſint, Abbates, & Commendatarii, ac alii quicumque adminiſtrationem ſpiritualium, & temporalium viſitandorum Monaſteriorum habentes, neceſſaria omnia miniſtrare, ac contributiones, & ſumptus pro gerendis aliis communibus negociis dictæ Sedis auctoritate impoſitas, ac etiam ad brachii ſæcularis adhibitionem præſtare.

Viſitatores hoſpitari debent a Commendatariis.

§.21. Viſitatores, ac ſolitos & neceſſarios ipſorum famulos, & jumenta debita Hoſpitalitate recipere, & eiſdem in omnibus auxiliari omnino debeant, & ad id etiam cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis per Capitulum, ac etiam per ipſos Viſitatores compellantur.

Commendatarii nihil detrahant de neceſſariis Monachorum. & eos ob delicta non ejiciant, ſed ad Superiores deferant.

§.22. Ne porro deſerendi Monaſterii occaſio Monacis præbeatur, quod ex vagandi libertate illis a Commendatariis oblata, ut expenſis parcant, plerumque evenit, præcipimus, & interdicimus, ne ulli omnino Commendatarii quicquam, vel minimum de menſa, & aliis neceſſariis detrahant, neque ullo modo diminuant, aut quempiam etiam propter delictum eiiciant, ſed quotieſcumque Monaci quid admiſerint, quod quidem animadverſione dignum ſit, id quamprimum Priori Clauſtrali, vel ſi gravius ſit delictum, Viſitatori ſignificent, qui correctionem juxta Eccleſiæ & dicti Ordinis ſtatuta faciat, qui ſi ultra ſex menſes diſtulerit, eo ipſo ſit ab officio depoſitus, & ad illud, ceteraque omnia Ordinis ejuſdem officia triennio inhabilis cenſeatur, ſtatimque Præſidentes correctionem hujuſmodi aliis committere teneantur.

Archiviũ fiat Ciſtercii cum Indice cujuſcumque Monaſterii & beneficiorum, ac bonorum, ac jurium eorũ.

§.23. Ad hæc volumus, & mandamus, ut apud dictum Monaſterium Ciſtercii conſtituatur, conſtitutumve reſtituatur Archivium, in quo Index ordine compoſitus omnium aliorũ Monaſteriorum, Prioratuum, Eccleſiarum, & beneficiorum dicti Ordinis in omni parte Orbis conſtitutorum, etiam in commendam obtentorum, vel unitorum habeatur, & item diſtinctum cujuſvis inventarium ſive repertorium bonorum, proprietatum, rerum, jurium, & actionum omnium, necnon exemplum authenticum inſtrumentorum, privilegiorum, fundationum, donationum, literarum, auctoritatum, & monumentorum quorumcumque conficiatur, confectumque fideliter aſſervetur.

Revocatio indultorum, & licentiarum habendi aliquid propriũ.

§.24. Revocamus quoque, & abolemus omnia & quæcumque privilegia, auctoritates, licentias, diſpenſationes, & indulta cuiuſque privati rerum, & bonorum uſus, proprietatis, poſſeſſionis, & dominii, omnibus cujuſcumque gradus, & dignitatis Monacis dicti Ordinis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & dictam Sedem, ejuſque Legatos ex quibuſcumque cauſis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſa, confirmata, & innovata, quibuſcumque concepta formulis, ac clauſulis, & decretis ſuffulta, quorum omnium

omnium tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ac volumus illa omnia vires, & effectum de cetero non habere, quin etiam Viſitatores, & ceteros omnes, qui in hujuſmodi proprietarios ſevere non animadverterint, ad officia hujuſmodi, & alia ipſius Ordinis miniſteria perpetuo inhabiles eſſe.

Eleemoſynas pauperibus ſubminiſtreat Commendatarii.

§.25. Ceterum, ut vicina plebs egena, pro Religioſis conſuetudine, & inſtituto confoveri, ac ceteri piam, & fidelem rerum adminiſtrationem collaudare poſſint, eiſdem Commendatariis præcipimus, ut in ſuis Monaſteriis pauperes eleemoſynis pro modo facultatum proſequantur.

Appellatio non datur ad Legatos, vel Nuncios Apoſtolicos a ſententia Abbatis, & aliorum Superiorum hujus Ordinis.

§.26. Quia vero nihil æque diſſolute, & indiſciplinate vivendi licentiam affert, quam impunitatis ſpes, eamque non ita pridem, tam nonnulla ejuſdem Ordinis Monaſteria, quam illorum perſonæ ex eo nancisci cœperint, quod a ſententiis, & decretis per ipſius Ordinis generalem, aut ejus Vicarios in Provinciis deputatos, contra ſe latis, ad noſtros, & dictæ Sedis Legatos, & Nuncios provocando, pœnas in ſe conſtitutas eludere ſatagunt, in antiquorum ſtatutorum, conſuetudinum, rituum, & privilegiorum præfatorum præjudicium, & ipſius Ordinis Superiorum contemptum ideo ne abuſus, & incommoda hujuſmodi tractu temporis altius irrepant, providere volentes, Motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus, ſtatuimus, & ordinamus, ac diſtricte præcipimus, & interdicimus, ne ulli omnino dictæ Sedis Legati, vel Nuncii appellationes a ſententiis, & decretis per Abbatem generalem, vel ejus Vicarios, aut Superiores præfatos, latis, vel promulgatis, ut præfertur, pro tempore interpoſitas ullo modo recipiant, aut admittant, neque de illis cognoſcant, ſeu illarum, vel quocumque alio prætextu, Monaſteria, Prioratus, aut alia loca ejuſdem Ordinis viſitent, ſed quotieſcumque ad illos aliquid in Monacos, aut perſonas hujuſmodi animadverſione dignum deferri contigerit, juxta formam Commendatarii circa delicta Monacorum, & perſonarum earumdem per Nos, ut præfertur, præſcriptam, Vicarium ipſius Ordinis in illa Provincia inſtitutum monendum curent, qui delinquentes ſub pœna ſuperius ad id conſtituta exemplariter corrigere, & punire teneatur. Decernen. appellationes, provocationes, aut quaſcumque alias reclamationes a Monacis, & perſonis hujuſmodi ad dictos Legatos, ſeu Nuncios, vel locorum Ordinarios, ut præfertur, pro tempore interpoſitas, vel interponendas, ac proceſſus deſuper habitos, vel habendos, necnon inde ſecuta, vel ſequenda quæcumque, nullius fore roboris, vel momenti, ac generalem Abbatem, & Vicarios, necnon Superiores præfatos, ad correctionem, & punitionem delinquentium Monacorum, & perſonarum Ordinis hujuſmodi, appellationibus, provocationibus, & reclamationibus hujuſmodi nequaquam obſtan. procedere poſſe, & debere.

Clauſula præſervativa hujus Conſtitutionis.

§.27. Præſentes quoque literas, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu, quovis prætextu, quæſitove colore, vel ingenio nullatenus notari, argui, vel impugnari poſſe, neminemque illas quavis de cauſa etiam juſtiſſima impugnantem in judicio, vel extra audiendum eſſe, nec illas ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium conceſſionum, gratiarumque revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, ac Sedem prædictam, etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum intuitu, & contemplatione, aut io eorum, vel etiam nullius favorem ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, ac etiam vim contractus, aut legis, ſeu ſtatuti perpetui inducentibus decretis, & alias quomodolibet conceſſis, & concedendis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis deſuper quomodolibet editis, & edendis aliquatenus comprehendi, neque illis aliquo umquam tempore, etiam per Sedem præfatam derogari poſſe, nec derogatum cenſeri, niſi de toto tenore, & dat. præſentium expreſſa mentio habita, & derogatio, ſuſpenſio, revocatio, limitatio, modificatio, aliaque præmiſſa de Ciſtercii aliorumque quatuor primorum nuncupatorum Abbatum prædictorum expreſſo conſenſu facta fuerint, & ſi aliter derogari, revocari, ſuſpendi, limitari, aut emendari contigerit, hujuſmodi derogationem, revocationem, ſuſpenſionem, limitationem, correctionem, & emendationem nullius eſſe roboris, vel momenti, & quoties illæ, vel illa emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtituta, & de novo, etiam ſub quacumque dat. per ipſum Abbatem Monaſterii Ciſtercii pro tempore exiſtentem eligen. conceſſa eſſe, & cenſeri.

Decretum irritans.

§.28. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, aut cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio executorum, & facultates.

§.29. Et nihilominus omnibus noſtris, & dictæ Sedis Legatis, & Nunciis, ubicumque exiſtentibus ac locorum Ordinariis, necnon Ordinis præfati Conſervatoribus, ipſorum ſingulis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatum, Vicariorum, Viſitatorum, & aliorum præfatorum, ſeu alicujus eorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publican. ipſiſque efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra Abbates, Vicarios, Viſitatores, & alios præfatos, confirmatione, approbatione, adiectione, ſuppletione,

Digitized by Google

tione, conceſſione, ſtatuto, ordinatione, innovatione, præcepto, interdicto, renovatione, abolitione, ac ſui generalis voluntatis, mandatis, decretis noſtris, aliiſque præmiſſis pacifice frui, & gaudere, ac præſentes literas ab omnibus, quos illæ concernunt, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari, non permittentes Abbates, Vicarios, Viſitatores, Superiores, ac alios præfatos deſuper contra earumdem præſentium tenorem quomodulibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per præfatas, ac alias ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.30. Non obſtantibus præmiſſis, & ſanctæ memoriæ Bonifacii Papæ Octavi pariter Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, aliiſque Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibuslibet etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, declarationibus, inhibitionibus, & decretis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Legatis, Nunciis, & Ordinariis præfatis, ac aliis quibuſvis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu ſimili, etiam conſiſtorialiter, aut alias quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum veriores tenores, formas, Datas, & decreta in eis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe decernimus, necnon omnibus illis, quæ in literis Pii IV. & Pii V., ac aliorum Prædeceſſorum præfatorum expreſſum fuit non obſtare, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides danda tranſumptis hujus Bullæ.

§.31. Ceterum quia difficile foret eaſdem præſentes ad diverſa loca, Provinciaſque circumferre, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod illarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam formis impreſſis, manu alicujus publici Notarii ſubſcriptis, & ſigillo Abbatis generalis, aut alicujus ex aliis Superioribus Ordinis hujuſmodi munitis, plena, & indubia, ac ea prorſus fides ubique etiam in judicio adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An. III. 12. Junii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 12. Junii, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Pontificatus noſtri Anno III.

XXIX.

Declaratio ſuper executione Brevium, ſeu literarum Apoſtolicarum de capienda poſſeſſione beneficiorum eccleſiaſticorum, cum interpretatione Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 20.

Contra impedientes executionem literarum Apoſtolicarum, vide Conſt. XLVII. Clem. VII. Romanus *Tom. IV. Par. I. fol.* 105.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD Romani Pontificis providentiam circumſpectam pertinere dignoſcitur, dubia ſuper ſacrorum Conciliorum Decretis pro tempore inſurgentia, ſic ſuæ declarationis oraculo dilucidari, & interpretari, ut exinde litium diſpendia inter fideles quoslibet valeant ſubmoveri.

Romanus Pontifex ſolet quandoque præcipere, ut poſſeſſio, & fructus beneficiorum Sedi Apoſtolicæ reſervatorum, nomine ejuſdem Sedis apprehendatur, donec literæ Apoſt. expediuntur, & quandoque etiam mandat, proviſos ipſos in poſſeſſionẽ induci &c.

§.1. Accepimus ſane nuper, quod licet multoties Romanus Pontifex, ut proviſiones, & gratiæ per eum de beneficiis pro tempore vacantibus, ac ſuæ, & Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni, & ordinationi reſervatis, in favorem diverſarum perſonarum ſibi gratiarum, & acceptarum factæ, executioni debitæ demandentur, & ne (dum literæ Apoſtolicæ ſub plumbo deſuper expediuntur) beneficia ipſa ab aliquibus indebite occupentur, aut aliqua in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta ſuſtineant, nonnumquam corporalem poſſeſſionem ipſorum beneficiorum, & illis annexorum, juriumque, & pertinentiarum quomodocumque Sedis, & Cameræ Apoſtolicarum nominibus apprehendi, ac omnes, & quoſcumque fructus, redditus, & proventus beneficiorum, & annexorum eorumdem percipi, exigi, eoſque integros perſonis prædictis, poſtquam ipſæ literas ſub plumbo expeditas haberent, una cum dicta poſſeſſione conſignari, quandoque vero, dum literæ ſub plumbo hujuſmodi expeditæ exiſtunt, ut jus ſuum unicuique illorum conſervetur, & temerariorum audacia debita caſtigatione compeſcatur, ac ipſæ literæ Apoſtolicæ facilius debitæ executioni, ut par eſt, demandentur, proviſos de beneficiis in corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem beneficiorum, & annexorum,

juriumque, & pertinentiarum prædictorum ioduci, & inductos in ea maouteneri, amotis quibuslibet intruſis detentoribus ab eiſdem, aliaſque fieri, & exequi per diverſas ſuas in forma Brevis, & ſub Annulo Piſcatoris confectas literas mandet, & præcipiat, certis inibi modo, & forma tunc præſcriptis dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ſeu aliis executoribus deſnper deputatis, quibus omnino parendum eſſet.

Multi tamen ad impediendam executionem dictarum literarũ Apoſtolicarũ dicebant cauſas omnes in prima inſtantia ſpectare ad Ordinarios exceptis cauſis a Pontifice per ſpeciale reſcriptũ cõmittendis.

§.2. Nihilominus nonnullis beneficiis prædictis inhiantes, ac gratias prædictas eludere, eorumque intruſiones, & detentiones improbe tueri ſatagentes, executionem literarum in forma Brevis hujuſmodi, & facultatem per eas ipſis executoribus attributam, diverſis dubiis, & cavillationibus remorentor, & proceſſus per eoſdem executores deſuper habitos, & formatos, ac inde ſecuta quæcumque nulla, & invalida, nulliuſque roboris, vel momenti eſſe, oeque attendi debere contendunt, ſub prætextu quod in Decreto Sacri Concilii Tridentini ſeſſione vigeſimaquarta, capitulo vigeſimo, diſpoſitom fuerit, quod cauſæ omnes ad forum eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiam ſi beneficiales ſint, in prima inſtantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoſcantur, exceptis his, quæ juxta Canonicas ſanctiones apud Sedem prædictam ſunt tractandæ, vel quas ex urgenti, rationabilique cauſa judicaverit Summus Pontifex Romanus, per ſpeciale reſcriptum Signaturæ ſuæ ejus manu propria ſuoſcribendum committere, aut avocare. Verum cum decretum hujuſmodi Concilii conceſſionem prædictarum literarum in forma Brevis, & illarum executionem nihil efficiat, neque per illos cauſa, ſeu inſtantia introducantur, ſed mere executive procedi mandetur, literæ quoque in forma Brevis Annulo Piſcatoris munitæ non minoris ſint efficaciæ, & auctoritatis, quam reſcripta Signaturæ Romani Pont. ejus manu propria ſubſcripta.

Ideo hic Pontifex declarat executionem hujuſmodi literarum Apoſtolicarum impedire non poſſe ea prædicta.

§.3. Nos in his noſtræ debitæ declarationis cautelam adhibentes, ac proviſorum prædictorum jus adverſus dubia, & cavillationes hujuſmodi, æquitate, & juſtitia ſuadentibus præſervare volentes, oecnon prædictarum, & quarumcumque literarum in forma Brevis ſuper capienda poſſeſſione nomine Cameræ hujuſmodi, aut in favorem literarum ſub plumbo expeditarum, tam a Prædeceſſoribus noſtris, quam Nobis & dicta Sede hactenus conceſſarum tenores, ac litis, & cauſæ, ſi quæ deſuper executæ fiot, ſtatum, & merita, nominaque, cognomina judicum, executorum, & collitigantium præſeotibus pro ſufficieuter expreſſis habentes, Motu proprio, non ad ipſorum proviſorum, aut aliorum Nobis pro eis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac de mera nnſtra deliberatione decernimus, & declaramus, per conceſſionem literarum in forma Brevis, & ſub annulo Piſcatoris ſuper capienda poſſeſſione quorumcumque beneficiorum diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatorum ſeu aſſectorum, Sedis, & Cam. Apoſtolicarum nominiius apprehendenda, & in ejuſdem poſſeſſionis in favorem proviſorum ab ipſa Sede de eiſdem beneficiis, poſtquam literaſ ſub plumbo ſuper proviſionis hujuſmodi habuerunt expeditas relaxatione, necnon aſſiſtentia ipſis proviſis literas deſuper ſub plumbo expeditas habentibus præſtanda, & aliorum ioibi expreſſorum executione facienda, quæ mandata executiva ſunt, & ſummariam dumtaxat cauſarum, propter quas illæ emanarunt, cognitionem requirunt, decretis Concilii hujuſmodi non contraveniri, nihilque præjudicii illis inferri, vel eorum formam in aliquo violari, neque id dici, aut cenſeri, vel executionem literarom earumdem propterea in aliquo ſuſpendi, ſive remorari, aut facultatem literarum executoribus conceſſam impediri, ſed executores ipſos, & ab eis deputatos ſubexecutores facultates ſibi per eaſdem literas, ut præfertur, conceſſas, uti, frui, gaudere, & contra illis non parentes ad declarationem incurſus pœnarum, & cenſurarum in eiſdem literis in forma Brevis contentarum, ac invocationem brachii ſæcularis procedere, ac alia omnia, & ſingula in eiſdem literis contenta (illarum tamen forma ſervata) facere, & exequi, libere, & licite potuiſſe, & poſſe, necnon proceſſus deſuper habitos, & formatos, habendoſque, & formandos, ac inde ſecuta, & ſequenda quæcumque, firma, valida, & efficacia fuiſſe, & eſſe, & fore, ſuoſque integros, & plenarios effectus ſortiri debere io omnibus, & per omnia.

Clauſulæ præſervativæ.

§.4. Præſentes quoque literas, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari nullatenus poſſe.

Decretum irritans.

§.5. Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quacumque auctoritate fungentes, etiam Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales (ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretaodi facultate, & auctoritate) jodicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoqoam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contravenientiuu pœnæ.

§.6. Diſtrictius inhibentes, in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſteutibus, & quavis etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, vel alia majori dignitate, & eccleſiaſtica, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, & quavis ſæculari poteſtate fungentibus, ne decreto, & declarationi noſtris prædictis, quovis quæſito colore directe, vel indirecte contravenire audeant, vel præſumant.

Executorum deputatio, & facultates.

§.7. Et oihilomioas univerſis, & ſingulis noſtris, & dictæ Sedis Nunciis, ac locorum Ordinariis, corumque officialibus, quatenus ipſi, & eorum ſinguli, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis con-

Contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte proviſorum, & executorum, & ſubexecutorum prædictorum, ſeu quarumcumque aliarum perſonarum in præmiſſis habentium, vel alicujus ex eis fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra prædictos proviſos, & executores, & ſubexecutores, ſeu alios in præmiſſis intereſſe habentes, eorumque ſingulos, decreto, declaratione, inhibitione, & aliis præmiſſis pacifice frui, & gaudere, ac præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi ab omnibus, quos illa concernunt, & concernent quomodolibet in futurum, inviolabiliter obſervari. Non permittentes aliquem deſuper contra illarum tenorem quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ. §.8. Non obſtan. fel. rec. Bonifacii PP. VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis (dummodo non ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur) aliiſq. Apoſtolicis, necnon in provincialibus, & Synodalibus Concil. editis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, contrariis quibuſcumq. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Exemplorum fides. §.9. Ceterum quia difficile foret præſentes literas ad ſingula loca, ubi opus fuerit, deferre, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An.III. 10. Julii. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 10. Julii, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Pontificatus noſtri Anno III.

XXX.

Juriſdictio, & facultates S. R. E. Card. Protectorum Collegii Germanici in Urbe.

De inſtitutione, & privilegiis ejus, attende in Conſt.XXI. Poſtquam. *fol.*259.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad futuram rei memoriam.

Exordium. PRO noſtri muneris officio æquum eſt providere, ut qui in ſcholis bonarum diſciplinarum operam dant, a perturbationibus, quantum poteſt, liberentur.

Juriſdictio Cardinalium Protectorum Collegii cognoſcendi ejus cauſas ſummarie &c. §.1. Quocirca ut Collegium Germanicum pridem a Nobis in Urbe noſtra inſtitutum, in quo non minus quam centum pueros, ex univerſa Germania, Septentrionalibuſque illi adiacentibus regionibus colligendos, liberalibus ſcientiis, ac diſciplinis, necnon ſacris Canonibus, & Theologia inſtrui, atque erudiri volumus, & ad illorum ſuſtentationem redditus annuos decem millium aureorum ipſi Collegio perpetuo attribuimus, ſpeciali privilegio proſequi volentes, Motu proprio Venerabilibus Fratribus noſtris Jo: Oſtien. Morono, & Alexandro Præneſtino Epiſcopis, Farneſio, ac dilectis filiis noſtris Marco S. Georgii ab Altaemps, & Ptolomæo S. Agathæ Comen. ac Ludovico S. Onuphrii titulorum Madrucio nuncupatis, Presbyteris Card. ejuſdem Collegii Protectoribus, & Defenſoribus a Nobis conſtitutis, ac eorum cuilibet, omnes, & ſingulas cauſas civiles, criminales, & mixtas d. Collegii, illiuſque Collegialium, Scholarium, Rectorum, Magiſtrorum, Œconomorum, Advocatorum, Procuratorum, aliorumque Miniſtrorum, & Officialium pro tempore exiſtentium, Collegium prædictum, illiuſque res, jura, actiones, & bona concernentes dumtaxat, tam active, quam paſſive, per ſe ipſos, aut quemlibet ipſorum, vel eorum, aut cuilibet ipſorum Auditorum, ſeu Auditores, aut alium, vel alios, qui eis videbuntur, etiam ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, necnon manu regia, nullaque tela judiciaria ſervata, ſed ſola facti veritate inſpecta, atque etiam omni, & quacumque appellatione remota, audiendi, cognoſcendi, decidendi, & fine debito terminandi, vel etiam delegandi, & ad hunc effectum quoſcumque citandi, ac quibus, & quoties inhibendum fuerit, etiam ſub pœnis pecuniariis, & aliis eorum arbitrio, ac in ſubſidium juris, cenſuris Eccleſiaſticis inhibendi, ceteraque omnia in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna faciendi, & exequendi, liberam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem.

Decretum irritans. §.2. Decernentes irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtylo Palatii, & Romanæ Curiæ, necnon quorumcumque tribunalium Urbis prædictæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Tribunalibus, & Curiis, illorumque Judicibus etiam ejuſdem Palatii Auditoribus, ac quibuſvis aliis perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus,

bus,

Digitized by Google

bus,& aliis decretis,in genere,vel in ſpecie, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, aut alias quomodolibet in genere, vel in ſpecie, ac alias conceſſis, approbatis, & innovatis quibus omnibus, etiam ſi pro ſufficienti eorum derogatione,de illis,eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides danda tranſumptis, & ſancitio pœnalis.

§.4. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis &c. etiam impreſſis, manu Notarii publici, dictique Collegii Secretarii ſubſcriptis & ſigillo communi ejuſdem Collegii munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud, ac alias ubicumque opus fuerit, adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum &c. Si quis autem hoc attentare, &c.

D. P. An. III. 15. Julii.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Idibus Julii, Pontificatus noſtri Anno III.

XXXI.

Juriſdictio Inquiſitorum hæreticæ pravitatis in eos, qui ad ordinem Presbyteratus minime promoti Miſſas celebrant, & Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrant.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

OFficii noſtri partes ſedulo præſtare tenemur, ut dubia, quæ variis doctorum opinionibus hinc inde diverſa ſentientibus agitantur, & ad juriſdictionem Sanctiſſimi Officii Inquiſitionis hæreticæ pravitatis pertinent, noſtræ declarationis oraculo (prout ratio ipſa ſuadere videtur) dilucidentur, ut nulla cuiquam dubitandi occaſio in poſterum relinquatur.

Dubium, an qui non ſunt in Ordine presbyteratus, & Miſſas celebrant &c. poſſint ab Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis puniri.

§.1. Ad aures noſtras ſiquidem nuper pervenit, multos eſſe qui publicent, an contra eos, qui in ſacro Presbyteratus ordine non conſtituti Miſſas celebrare, & confeſſiones, ac abſolutionem impartiri, auſi fuerint, per officium Sanctiſſimæ Inquiſitionis hæreticæ pravitatis, in Hiſpaniarum Regnis inſtitutum, & illius Inquiſitores procedendum, vel etiam animadvertendum ſit, ac hi, qui talia patraverint, per Inquiſitores prædictos puniri debeant, Nam etſi multorum ſententia affirmetur, prædictum delictum ab Inquiſitoribus plectendum eſſe, hiſce præſertim temporibus, quibus hæretici temere audeant proferre, vel ſæculares eorum ſacramentorum miniſtros eſſe poſſe, non deſunt tamen hi, qui contrariæ adhærent opinioni, unde plerumque per eorumdem Regnorum Inquiſitores diverſa feruntur in hujuſmodi cauſis ſuffragia.

Declaratio quod poſſint.

§.2. Nos itaque, ut omnis difficultas, dubitatioque tollatur, animadvertentes, eos, qui Presbyteratus ordine non ſunt inſigniti, & ſe in adminiſtrandis dictis Sacramentis ingerunt, facto catholicam veritatem impugnare, quæ ſolos Presbyteros miniſtros eorumdem Sacramentorum conſtituendo, illis dumtaxat, quibus eadem munera congruere exiſtimavit, committi voluit, eorum, qui in Presbyteratus ordine non conſtituti Miſſas celebrant, ac confeſſiones, ut præfertur, audiunt, cognitionem, & punitionem, etiam ad Inquiſitionis officium, & Inquiſitores ante dictos pertinere, ita ut hujuſmodi delicti ratione adverſus eos inquirere, procedere, ac culpabiles repertos punire, officium, & Inquiſitores prædicti valeant, Apoſtolica auctoritate præſentium tenore perpetuo declaramus, & definimus.

Et ita & non aliter judicetur.

§.3. Et ita ab omnibus, & ſingulis Ordinariis, & delegatis judicibus, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere, irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Quibuſcumque non obſtantibus.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon juribus municipalibus, legibus regionum prædictorum pragmaticiſque ſanctionibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Civitatum, & locorum quorumcumque dictorum regnorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis forſan per Nos, ac quoſcumque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ſub quibuſvis verborum formis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ſeu de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vel ad ſupplicationem Regum, Ducum, & aliorum Principum conceſſis, & confirmatis, quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An. III. 6. Auguſti.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die 6. Auguſti, 1574. Pontificatus noſtri Anno III.

XXXII.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Confirmatio & innovatio Conſtitutionum Rom. Pont. ne Alumina Infidelium ad Chriſtianorum partes importentur.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium, & facti ſeries.

§.1. MUneris noſtri debito incumbit, ut quæ a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris pro Chriſtianæ Reipublicæ utilitate ſtatuta, & decreta fuerunt, ea rata, & firma manere, atque ab omnibus diligenter obſervari curemus. Quo circa cum fe. re. Julius II., Paulus III., Julius etiam III., & Pius IV. Prædeceſſores noſtri prohibuerint, ne infidelium alumina ad Chriſtianorum Regiones, & loca adveherentur, & importarentur graviſſimis cenſurarum, anathematis, ammiſſionis bonorum, aliiſque contra inobedientes, eorumve ſocios, fautores, & auſiliatores propoſitis pœnis, idque propter juſtas rationes, & cauſas fecerint. Nos volentes quæ ab ipſis Anteceſſoribus ita ſancita fuerunt, ad debitum eſſectum perduci, omnes eorum hac de re editas literas, & Conſtitutiones tenore præſentium approbamus, & innovamus eiſdem cenſuris, & pœnis, ac omnibus Chriſtifidelibus cujuſcumque ſtatus, gradus ordinis, & conditionis exiſtentibus præcipimus, & interdicimus, ne adverſus præſcripta agendo, alumina ipſa Infidelium, ad Chriſtianorum partes quovis modo audeant importare, aut importantibus præbere conſilium, auſilium, vel favorem.

Confirmatio, & approbatio Conſtitutionũ Prædeceſſorũ Pontificũ hac de re editarum.

Derogatio contrariorum

§.2. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutiſque, & conſuetudinibus, etiam municipalibus, Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis perſonis publice, vel privatim ſub quibuſcumque tenoribus, & formis conceſſis, approbatis, & innovatis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum,

§.3. Ut autem præſentes literæ in omnium notitiam facilius perveniant, volumus earum exemplis manu Notarii publici ſubſcriptis &c.

Clauſula cõminatoriæ.

§.4. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, præcepti, interdicti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. ſi quis autem attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 13. Septem. 1574. An. III.

Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto. Idibus Septembris, Pont. noſtri Anno III.

XXXIII.

De Ædificiis, & Jure congrui, ac juriſdictione, & facultatibus S. R. E. Camerarii, & Magiſtrorum Viarum Urbis.

Hoc officium in Urbe antiquiſſimum reintegravit Martinus V. in Conſt. XV. Et ſi in cunctarum. *Tom. III. Par. II. fol. 452. Et ejus juriſdictionem ampliavit Sixtus IV. in Conſt. XXV.* Et ſi de. *T. III. P. III. fol. 179. Leo X. in Conſt. XX.* Inter. *Ibid. fol. 427. ac Pius IV. in Conſt. CXX.* Inter. *Tom. IV. Par. II. fol. 247. ac Pius V. omnes eorum diſpoſitiones ad terminos juris reduxit ſup. in Conſt. CLXXI.* Ad hoc Nos. *fol. 162. Et idcirco iſte Pont. d. officium innovat, & facultates, juriſdictionemque præſcribit, ampliat, & declarat.*

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

QUÆ publice utilia, & decora eſſe huic Almæ Urbi ratio ipſa atque uſus docuit, ea privatis cupiditatibus, ac commodis præferenda cenſemus.

Cauſa hujus Conſtitutionis

§.1. Cum itaque fel. mem. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter nonnullas per fel. rec. Sixtum IV. Leonem X. & Pium etiam IV. ſimiliter Prædeceſſores noſtros ad ornatum Urbis editas Conſtitutiones, una cum decreto Cameræ Apoſtolicæ de inquilinis in emptionibus domorum præferendis, tamquam juris communis correctorias, & quæ nimis late a Judicibus interpretatæ cauſam injuriæ quamplurimis pauperibus inferendæ præberent, duobus editis ſcriptis, quorum ſolam ſignaturam ſufficere voluit, Motu proprio abrogaſſet, & ad viam juris communis reduxiſſet, Dilecti filii S. P. Q. R. abrogationem, & reductionem hujuſmodi ægre ferentes, initio Pontificatus noſtri, & alias perſæpe publico decreto, a Nobis enixe poſtularunt ſupplices, ut literas præfatas Pii V. uti decori publico, ac multorum Civium commoditati infenſas tollere pro noſtro erga hanc Almam Urbem paterno amore dignaremur. Quam rem dum Nos diutius differimus, plurimorum eamdem ob cauſam querimonias expoſtulantium ſubſtinuimus, quin etiam intelleximus publicum ipſius Urbis ornatum diferri, & magnifica ædificia jampridem inchoata, propter nimiam quorumdam cupiditatem interrupta pendere, plurimoſque ea de cauſa ædificandi conſilium abieciſſe. Quibus malis, quod minimo Civium noſtrorum, ac Curialium detrimento fieri poſſit, mederi cupientes, cum etiam in literis Siſti, ac Leonis, & Pii Quarti hujuſmodi multa addenda, & minuenda, ac alias animadverſione digna appareant, opportunum arbitrati ſumus, omnibus prædictis Sixti, Leonis, & Piorum literis antiquatis, & abrogatis, quæ ab illis ad publicum Urbis, illiuſque diſtrictus ornatum, aeris ſalubritatem, ac privatorum, etiam commoditatem provide tunc ordinata fuerant, ea magis commoda his temporibus ratio-

Digitized by Google

ratione moderata, ſimulque ea, quæ Nos de novo ſtatuenda duximus, Conſtitutione complecti omnia, ne publicum bonum, ac decus jacere diutius pateremur.

Abrogatio Conſtitutionū Apoſtolicarū circa diſpoſita in hac Conſtitutione, & facultas Camerarii, & Magiſtrorum cogendi dominos locorum ad ea vendendum pro viis, & locis publicis dirigendis.

§.2. Itaque dictas, ac quaſcumque alias Prædeceſſorum literas, quatenus ad aliquod eorum, quæ his noſtris literis continebuntur, pertinent, deque aliquo eorum ſtatuunt, aut diſponunt antiquantes, & abrogantes, atque penitus revocantes, & tollentes, de poteſtatis Nobis tributæ plenitudine ſtatuimus, quod qui pro tempore fuerint S. R. E. Camerarius, atque ædificiorum, & viarum Urbis Magiſtri, quacumque Urbis parte neceſſarium atque utile fore cognoverint, poſſint, pro viis, areis, plateis, aliiſque locis publicis, ſive veteribus dirigendis, & ampliandis, ſive novis ducendis, & conſtituendis, cogere dominos domorum, & locorum quorumlibet, tam eccleſiaſticos quam ſæculares quacumque dignitate præditos, ut vendant Conſervatoribus, aut Sindico ejuſdem Urbis domos, & loca, quæ Camerarius, & Magiſtri prædicti ad id neceſſaria duxerint, ſive illa domini ipſi habitent, ſive aliis locare ſoliti ſint, pretio a Magiſtris prædictis ſtatuendo.

Domoſque dirutas, areas, aliaque loca vacua exiſtentia penes vias publicas claudendi.

§.3. Ubi vero aliquas ruinas eſſe perceperint, locave aperta viis publicis hærentia, ne laceræ atque inhabitatæ domus, interruptaque ſpaciis interiacentibus viarum ſepta, Urbis deformitatem atque incommoditatem afferant, curent ipſi Camerarius, & Magiſtri eas celeriter ſarciri: itaque quoſcumque dominos, ſive directos, ſive utiles domorum dirutarum, vel arearum, aliorumve locorum vacuorum ſecus vias publicas jacentium gravibus pœnis propoſitis, brevique ipſorum arbitrio præſipito tempore, cogant domos dirutas, vel areas, aliave loca hujuſmodi ab eis poſſeſſa muro ſaltem claudere, murumque ipſum ad eam altitudinem, quæ proxima ædificia proximoſque muros æquet, vel ad aliam, quam ipſi præſcripſerint, attolere. Eamque ob cauſam iidem Camerarius, & Magiſtri, ſi ipſis viſum fuerit, interdicant interim inde dominis exactionem, ac conductoribus, ſi qui forte fuerint, ſolutionem penſionum, ſeu canonum, aut cenſuum, eaſque faciant in hujuſmodi opus ipſos net conductores impendere, quas cum conductores ita impenderint, domini acceptas ferre debeant, cum vero impendere juſſi neglexerint, opus quod in tempore juxta hujuſmodi præſcriptum factum non fuerit, ſua ipſi impenſa perficient. Quod ſi vel nulli ſint conductores, vel penſiones interea temporis debitæ ſatis operi non ſint, neque tamen domini poſſidentes domos dirutas, aut areas, locave aperta hujuſmodi ſic clauſerint, ex tunc præfinito tempore elapſo, ſi utiles tantum domini ſint, ab utili eorum dominio, omnique jure, quod inde eis competebat, cecidiſſe intelligantur, locaque ipſa ad directos dominos libere, cum onere tamen illa ita claudendi, devoluta ſint eo ipſo. Si vero etiam directum dominium, ſive per proxime dictam devolutionem, ſive alias habeant, liceat prædictis Camerario, & Magiſtris, poſtquam ſic præfinitum ipſis dominis tempus diſluxerit, tum exigendis propoſitis pœnis, tum aliis creſcente contumacia, etiam gravioribus, & ſæpius incutiendis eos plectere, tum vero etiam captis ex aliis illorum bonis pignoribus, eiſque per ſubhaſtationem de mure diſtractis, pecuniam cogere, unde murus, & præſcriptum opus omnino perficiatur, vel ſi hac quoque ratione non profecerint, loca eadem, modo domini ipſi illa incolant, propoſitis ad hoc ſemel, vel pluries edictis, quibuſcumque perſonis illa novis ædificiis inſtaurare, vel ſaltem ſic claudere volentibus locare, aut in emphyteuſim, etiam ad longum tempus, vel ad unius aut plurium perſonarum, ſive ſucceſſivarum, ſive nominandarum vitas, atque etiam perpetuo concedere, vel etiam vendere, aut alias alienare, pro penſione, aut canone, aut pretio, quod reperiri poterit, ita quidem ut ex pluribus hoc caſu, oblatoribus, ſi quis rei particeps aut conſors fuerit, is præ omnibus obtineat, niſi forſan, & ipſe in claudendo negligens fuerit, præter hunc autem, vicinis ceteris & inter vicinos, qui magis indiget, vel qui vicinus eſt a pluribus partibus, inter ceteros vero qui plus, quique ad majorē Urbis ornatum ædificare voluerit, præferatur, judicio eorumdem Camerarii, & Magiſtrorum.

Ædificantes poſſint muro propinquo ut ſoluto pretio,

§.4. Pro privatis autem ædificiis ſimiliter, aut novis conſtruendis, aut veteribus ampliandis, liceat cuicumque quovis muro ſibi propinquo libere uti, eique tigna lapides, aliamque materiam ædificii ſui, totumque ipſum ædificium injungere, & annectere, etiam ſi murus is ad vicinum ſuum totum pertineat, perſoluto tamen ejuſdem muri dimidio pretio, ad eam æſtimationem, quam duo periti, quorum ſingulos ſingulæ partes elegerint; vel illis diſcordibus, ipſi viarum Magiſtri declaraverint.

Viculoſque inter medios, eorum domibus adjungere

§.5. Et ſi inter duas domos viculus forte ſive intercapedo trium circiter, ut ſolet palmorum interſit, liceat ei qui primus in altera earumdem domorum ædificare cœperit, habita tamen ab ipſis Magiſtris licentia, totum ſibi viculum nullo perſoluto pretio occupare, ac domui ſuæ adiungere, domumq; ad vicini murum producere, muroque ut ſupra dictum eſt, communiter uti.

Vicinos etiam cogere, ad eis vendēdum loca vicina aliis locata, vel etiam ab eis inhabitata, aucto pretio, ad 12. vel 5. partem reſpective.

§.6. At ſi quis domum, fundum, ſolumve habens, ibi ædificare voluerit, illi Camerarius, & Magiſtri præfati cogant vendi domos, aliaque loca eidem domui, fundo, ſolo vicina, quæ eorum domini non incolunt, ſed locare ſolent, quæque iidem Camerarius, & Magiſtri hujuſmodi ædificio utilia, & neceſſaria putaverint, pretio tamen aucto duodecima ejus parte, ultra æſtimationem modo prædicto faciendam. Et nihilominus ſi ædificium ipſum inſigne futurum ſit, eique perficiendo aliqua domus etiam a domino habitata, vel hortus, aliuſve locus muris clauſus opportunus cohæreat, eo caſu (dummodo ædificium jam cœptum ſit, idque a duobus ſaltem lateribus cohæreat domui, horto, vel loco hujuſmodi,

illiuſque æſtimationem quadruplo ſit exceſſurum) cogant dominum etiam ſic habitantem, ut domum, hortum, vel locum vendat, aucto tamen dicto pretio ad quintam ejus partem, dataque ipſi domino ſex menſium dilatione poſt factam venditionem, quo interim ibidem permanens aliam ſibi habitationem parare poſſit.

Domini domus partem dirutā ob ornatum Urbis, cogant vicinos contiguos domus, non habitantes, eis vendere. Et ſi plures ſint domus, electio datur ei, qui minorem jacturam paſſus eſt, vel qui domum ſuam ſarſit.

§.7. Præterea cum ob ducendam, ſive dirigendam viam, vel ob aliud opus publicum, aliqua pars alicujus domus, quam dominus ſine ulla fraude tunc habitaret, mandato dictorum Magiſtrorum diruta fuerit, unde domus habitationi domini incommoda efficiatur, ut familiam non capiat, ſi juxta illam fuerit alia domus annua penſione, vel alias locari ſolita, cujus conjunctione hujuſmodi incommoditati ſubveniri poſſit, ut id fiat cogant eam domino domus dirutæ, ſi ibi deinceps habitaturus ſit, vendi pretio, quod ſupradicto modo æſtimatum fuerit. Quod ſi diverſorum dominorum domus hujuſmodi jacturam paſſæ locari ſolebant, non autem habitari, alio ipſorum dominorum petente, cogatur alius domum ſuam ſic dirutam vel exciſam vendere, conſtituto pretio ad æſtimationem prædictam, hac tamen diſtinctione habita, ut detur optio illi, qui minorem jacturam in ſua paſſus fuerit, an ipſe velit aliam emere. Quin etiam, ſi quis poſt hujuſmodi ruinas, propter publicum aliquod opus factas propriam domum, ea de cauſa aliqua parte dirutam vel exciſam, quā ipſe habitare ſolebat, ſarſerit, eique alia domus ſimilem paſſa jacturam contigua ſit, quam dominus ſimiliter habitans intra tempus a Magiſtris præfinitum neque ſarſerit, neq; muro clauſerit, ſed deformem reliquerit velitque is, qui ſuam ſarſit, truncam illam ſibi contiguam ſuæ conjungere, & ædificare, ac propterea pretio, ut ſupra dictum eſt, æſtimando, & amplius addita ejuſdem pretii quinta parte emere, cogatur ejus dominus, licet habitans, ita vendere.

Vendere volentes fundos, debent vicinis intimare, ipſique, ac emptores jurare venditionem eſſe veram, aliaquin vicini retrahunt infra annum a die ſcientiæ. *Imo debent intimare etiam Inquilino, ut mox ſequitur.*

§.8. Sed, & cum aliqua domus, ſive fundus, aut ſolum, volente ſua ſponte domino vendendum erit, teneatur venditor perquirere a vicinis, quotquot erunt, qui rem aliquam immobilem illi contiguam habuerint (etiam ſi ſe empturos nullo modo antea profeſſi ſint) an aliquis eorum velit rem vendendam emere, eiſque pretium atque omnia pacta, & conditiones, quibus cum alio vere, omnique procul fictione contraxit, intimare, perquiſitio autem, & intimatio fiat per unum ex Curſoribus, ſeu mandatariis perſonaliter quidem ſi reperti fuerint, ſin autem, duorum Curſorum, ſeu Mandatariorum diligentia repériri commode non poterint, fiant domi dimiſſa copia, abſentibus autem ab Urbe, docto extrajudicialiter, & ſummarie coram eiſdem Camerario, & Magiſtris eos abeſſe, fiant per publicum edictum locis, quibus in Urbe conſuetum eſt, aſſignandum. Quibus ita factis jurent tam venditor quam emptor apud acta Notarii dictorum Magiſtrorum, venditionem de hujuſmodi re jam factam, & intimatam, eſſe veram, & in ea ejuſque pretio non interceſſiſſe dolumve fraudem, ſimulationem aliquam.

Vicini autem quibus venditiones intimatæ fuerint, ſi emere voluerint, debent hoc declarare &c. *Imo Inquilini præferuntur vicinis nolentibus ædificare, ut mox ſequitur.*

§.9. Poſt hæc ſi vicini prædicti ſe eiſdē pretio ac pactis, & conditionibus empturos non deliberaverint, & ibi ædificaturos non promiſerint præſentes ſcilicet intra quindecim dies, abſentes vero intra triginta, a die præſtitorum hujuſmodi juramentorum, rurſus tam præſentes, quam abſentes intra alios quindecim dies ab hujuſmodi declaratione, & promiſſione, ſi fiat, omnia juxta ea quæ in venditione intimata continebuntur, non præſtiterint, pretiumque, ſi quod in illa ſolutum fuerat, non perſolverint, & de ædificando ibi ad certam ſummam, certumque tempus, aut ſub certa pœna, prout ab eiſdem Magiſtris præſcriptum fuerit, ſe non obligaverint illis poſthabitis, venditio cuicumque alii facta maneat, & rata ſit. Qui vero intra utrumque dictorum terminorum prædicta impleverit, ei ceteris excluſis venditio ſic fieri debeat. At ſi perquiſitio, & intimatio ita factæ, juramentaque ita præſtita non fuerint, quæcumque venditio de ea domo, ſive ſolo cuicumque alii facta, nullum jus emptori tribuat, & quoad illum pro infecta ſit, quamdiu vicini intra annum a die quo illam reſciverint, ſe oppoſuerint. Siquidem aliquo ipſorum intra dictum annum petente, ſeque ut prædictum eſt, obligante ad ædificandum, & pretium emptori (ſi is illud accipere, & emptioni ſuæ renunciare, ac ratione illius, prout Camerarius, & Magiſtri mandaverint, cavere voluerit) reſtituente, alioquin pretium ipſum deponente, venditio ei facta cenſeatur, & perinde ex illa in rei poſſeſſione inducatur, expulſo inde dicto primo emptore, ac ſi cum eo & ad ejus commodum celebrata eſſet, reſciviſſe autem, quoad hoc attinet, intelligatur, quocumque modo perceperint, vel hoc ſolum, rem ſcilicet, fuiſſe venditam, licet neque pretium, neque alias conditiones, aut qualitates perceperint, poſt dictum vero annum maneat prima venditio, neque hac de cauſa a quoquam amplius impetratur.

Simulatoreſque hujuſmodi venditione pœnas hic expreſſas incurrant.

§.10. Ceterum eo caſu quo perquiſitio, & intimatio prædictæ fient, ſi in illa venditione aliqua ſimulatio, præſertim circa pretium augendum, admiſſa fuerit, tum venditio nulla ſit, tum ſimulatores ipſi alter re, alter pretio privati ſint, ipſumque pretium ipſaque res Cameræ Apoſtolicæ applicentur eo ipſo. Et præterea iidem ſimulatores pœnis falſi, &, ſi juraverint, etiam perjurii puniantur.

Inquilino etiam intimatio præfata fieri debet & ipſi præſtare tenentur contenta in venditione non autem ædificare; Vicini autem eis præferuntur, ſi ædificare volunt.

§.11. Eadem omnia & inquilino locum habeant, cum domus volente Domino venalis erit, videlicet ut etiam ipſius domus inquilino, ſi quis erit, perquiſitio, & intimatio fiant modo prædicto, ipſeque, ſi emere voluerit, tum intra eoſdem terminos, tum deinceps eadem faciat, quæ vicini facere debent, excepta dumtaxat oblatione & obligatione de ædificando. Etenim inter inquilinum, & vicinos ea ſit diſtinctio, ut volentibus ædificare vicinis, inquilini nulla ratio habeatur, ſed tantum vicinorum.

At

Digitized by Google

At illis non promittentibus ædificare, in quolibet, etiam ſi ædificaturus non ſit, idem jus in emptionem competat, quod vicinis, ſi ædificare vellent, ſecundum prædicta competeret.

Viciniſque pluribus concurrentibus, quis præferri debeat.

§.12. Verumtamen quando in ſingulis caſibus prædictis, ſive coactæ, ſive ſpontaneæ venditionis, duo vicini fuerint, quorum ædificiis vendenda res opportuna exiſtat, & propterea illam ſibi quiſque ex hac conſtitutione vendi poſtulet, is obtineat, qui magis illa indiguerit, aut ſi uterque æque indigeat, inter utrumque dividatur, quatenus utrique commoda portio tribuatur. At ſi hujuſmodi portiones utrique fierint inutiles, tota illi detur, cujus ædificia a pluribus partibus, vel alias magis adhæſerit. Si vero alteri tantum diviſio inutilis futura ſit, nihil illi, ſed tota alteri detur. Quod ſi nulla fuerit ædificantium indigentia, is præferatur, qui magis fuerit vicinus vel in vicinitate pari, is qui plus, quique ad majorem Urbis ornatum, judicio eorumdem Camerarii, & Magiſtrorum ædificare voluerit.

Ædificare volentes in re ſtabili in emphyteuſim &c conceſſis, obtinebunt a Camerario & Magiſtris eorum liberationem, præſtita alia re ſtabili ejuſdem pretii & redditus cum oneribus quæ erunt in re ſic liberata.

§.13. Præter ſupradictos autem vicinitatis caſus, ſi quis domum, aliumve fundum aut ſolum in emphiteuſim, aliumve titulum, perpetuo vel ad unius, aut plurium perſonarum vitam, pro annuo canone, aliave reſponſione conceſſum habeat, ibique ædificare velit, liceat eiſdem Camerario & Magiſtris, eo petente, domum, fundum, aut ſolum hujuſmodi ab ejus directi domini, licet, nolentis proprietate, dominio, ac jure, nec non a canonis, ſeu reſponſionis præſtatione eximere, & liberare alia re ſtabili prius conſtituta, pretii, commoditatis, redditus, ac bonitatis ſaltem paris, quæ loco illius liberatæ ſit quoad omnia, & ad eumdem directum dominium ratione proprietatis, dominii, devolutionis & alias cujuſcumque juris & oneris, eiſdem modo & forma pertineat, quibus illa pertinebat, tranſlato quoque ad iſtam hujuſmodi canone ſive reſponſione, cum augmento quintæ illius partis, & inſuper præſtita idonea cautione, & etiam facta per illum, qui ædificaturus eſt, obligatione omnium ſuorum bonorum, tum quod res in quam facta eſt hujuſmodi tranſlatio libera eſt, tum etiam de evictione in ea forma, quæ in Urbe præſtari ſolet.

Vineæ aut canneta intra milliaria tria ab Urbe exiſtentia, & locari ſolita, vendenda ſunt vicinis habentibus ibi vineas majores, & nobiliores.

§.14. In ruſticis quoque prædiis, ut illorum nitori ad honeſtam in illis hominum commoditatem, ſalutaremque ſive animi, ſive corporis refectionem, aliqua ratione conſulatur, illud obſervetur, ut qui vineas, aut canneta intra tria ab Urbe milliaria, ſive partiariis colonis aliqua parte fructuum, ſive aliis pecunia ſolent locare, cogi poſſint eadem vendere pretio æſtimando, ut ſupra dictum eſt, & amplius duodecima ejuſdem pretii parte, iis qui prope illa vineas poſſident, quas colunt ſua impenſa, dummodo emptorum vineæ ſint non ſolum majoris pretii & menſuræ, ſed magis etiam & cultæ, & ædificiorum ſtructuris conſpicuæ, hiſque omnibus illa tantopere ſuperent, ut magna inter utraque adſit inæqualitas, judicio eorumdem Camerarii, & Magiſtrorum. Non poſſint autem cogi, ut partem tantummodo earum vendant.

Prædiola decem rubrorū intra 12. milliaria ab Urbe exiſtentia, & majoribus prædiis contigua, vel ea interſecantia, vicinis vendenda ſunt.

§.15. Ii vero qui uſque ad duodecim ab Urbe milliaria habent prædiola menſuræ decem dumtaxat, vel pauciorum rubrorum, quas linguas, ſeu pedicas dicunt, contigua majoribus aliorum prædiis, quæ caſalia appellantur. Item ii quoque, ex quorum caſalibus ſimiles linguæ, ſeu pedicæ ejuſdem menſuræ, in aliorum intra idem ſpatium duodecim milliarium conſtituta caſalia excurrunt, eaque interſecant, ut a duobus, ut minus lateribus linguæ ipſæ a vicinis caſalibus circumdentur, cogi poſſint, ſive ipſi colant, ſive aliis locent, illas vendere, conſtituto pretio ad æſtimationem, de qua ſupra dictum eſt, adiectaque ejuſdem pretii quinta parte.

Declaratio quod diſpoſitio circa prædictas venditiones ſponte, vel coacte fiedas, locum habent etiam in bonis ad pia loca ſpectantibus, aut fideicommiſſo ſubiectis.

§.16. Quæcumque autem ſupra ſtatuta ſunt, tum de Urbanis, tum de ruſticis prædiis, aut ſponte aut coacte vendendis, vel etiam a directis dominis liberandis, ea locum habeant omnino, ſive prædia ipſa ſint Eccleſiaſtica, & ad quaſcumque Eccleſias, & Baſilicas etiam dictæ Urbis etiam Patriarchales, aut cujuſvis Ordinis Monaſteria, & etiam Mendicantium domos, aliaque loca religioſa, necnon hoſpitalia, etiam nationum, aut regularium, militiarum, ſodalitateſque aut confraternitates, cæteraque pia loca pertinentia, dummodo neque contigua Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, religioſiſque ac piis locis hujuſmodi, neque intra illorum ſepta conſiſtant, ſive ſint privatarum perſonarum capellæ, & oratoria, vel domus, aut loca ſervandæ hoſpitalitati deſtinata, modo hoſpitalitas inibi jam neque exerceatur actu, neque amplius exerceri debeat, ſive ſint laicalia, & cuicumque fideicommiſſo, ſubſtitutioni, ſucceſſioni, vel diſpoſitioni obnoxia, & tam hæc laicalia, quam illa Eccleſiaſtica, eorum, qui illa reliquerunt ſeu dederunt, ultima vel alia voluntate alienari prohibita, ac quocumque onere gravata.

Facultas Camerarii & Magiſtrorum, & forma procedendi in caſibus, in quibus recuſat quis vendere aliquis bona, juxta formam hujus Conſtitutionis.

§.17. Sed quoties caſus evenerit, quo res aliqua hac conſtitutione vendi debeat, ſi is ad quem pertinet eam vendere, bis monitus a Camerario & Magiſtris, cum aſſignatione convenientis termini ad vendendum, id recuſaverit, vel malitioſe diſtulerit, tunc Camerarius, & Magiſtri vice ac nomine recuſantis, vel differentis rem ipſam vendant, cum promiſſionibus, obligationibus, renunciationibus, pactis etiam pœnalibus, & clauſulis conſuetis, pretiumque quod inde cum ejus augmento proveniet, apud ædem ſacram, vel perſonam fide & facultatibus idoneam deponant. Deinde ſi res Eccleſiaſtica erat, vel etiam ſi laicalis, ſed quod ſciatur, fideicommiſſo, ſimilive diſpoſitioni ſubjecta, alienarive prohibita, aut onere gravata, antequam emptor ejus poſſeſſionem aſſequatur, pretium ipſum totum in aliquorum bonorum immobilium emptionem utiliter convertatur, cavente de evictione etiam ipſo emptore & ad id omnia bona obligante, denturque bona inde

empta

Digitized by Google

empta Domino rei venditæ. Quo facto, venditio rei illius nequaquam reſcindi, aut etiam impugnari poſſit, prætextu quarumvis obſtantium diſpoſitionum, ſive etiam inutilitatis Eccleſiæ, aut loci, vel perſonæ cujuſquam. Et inſuper res illa vendita libera ſit, & exempta ab omnibus hujuſmodi diſpoſitionibus, prohibitionibus, & oueribus, eaque ad bona, in quæ illius pretium converſum eſt, ſint translata. Et ex inde bona ipſa dictæ venditæ rei loco remancant, eiſdemque prorſus diſpoſitionibus, prohibitionibus, & oneribus ſubjaceant, quibus illa ſubjacebat, ſintque nihilominus de evictione illius emptori, obligata eo ipſo.

Et procedendi etiam quando quis conſenſit vendere juxta hanc diſpoſitionem.

§.18. Siu autem res vendita neque Eccleſiaſtica erat, neque ejuſmodi vinculis obnoxia habebatur, & qui ejus dominus fuerat, venditioni ita factæ conſentire velit, ac fidejuſſores de evictione præſtare, pretium illi ſolvatur. Quod ſi hujuſmodi fidejuſſores præſtare noluerit, vel etiam non potuerit, emantur ex ipſo pretio, arbitrio eorumdem Camerarii & Magiſtrorum, vel loca montium non vacabilium, vel alia bona immobilia, de quorum evictione idoneis fidejuſſuribus ſit cautum, eaque dicto domino tradita ſint loco ſimilis cautionis pro re vendita, donec aliter emptori idonee caveatur, & interim vendi, aut alias alienari nullo modo poſſint. Verum uſquequo pretium, vel ex pretio alia res empta, ut præfertur, domino tradatur, penſio quæ ex ipſius rei venditæ locatione percipi ſolebat, vel percipi veriſimiliter potuiſſet, eidem ab emptore perſolvatur.

Facultas eorumdem præſcribendi tempus ad ædificandum, & ſummam ibi exponendam a volentibus uti favore hujus Conſtitutionis ex cauſa ædificandi.

§.19. Curent etiam Camerarius, & Magiſtri, ut quiſquis ner cauſam ædificandi hujus Conſtitutionis favore uti voluerit, ei ante omnia, conſideratis tum ipſius, tum loci qualitatibus, ſummam, quam ædificando, ut minimum, impendere, ac tempus quo inchoaſſe, quoque perfeciſſe debeat, propoſitis quas voluerint pœnis, præſcribant, iſque ad præſcriptum hujuſmodi promittat, & ſe bonaque ſua omnia arctiſſime obliget, ſubiturus omnino pœnas ipſas niſi promiſſa præſtiterit, omni purgatione moræ ex quocumque jure, & etiam canonica æquitate competenti penitus ſublata. Et nihilominus compelleudus ab eiſdem Camerario, & Magiſtris, vel promiſſa perficere, vel quæ propterea emit, & etiam illis vicina, quorum occaſione emit, & in quibus ſe ædificaturum propoſuerat, loca, & domos aliis ædificare volentibus, juſto pretio, ſicut ſupradictum eſt, æſtimando, abſque ullo augmento vendere.

Qui emerunt bona vigore dictarum literarũ Sixti IV. Leonis X., ac Pii IV. & ædificare promiſerunt, debent ea adimplere infra ſex menſes.

§.20. Sed ne aliquorum impunitas, qui nt accepimus, beneficio literarum Sixti & Leonis, ac Pii Quarti dum illæ vigerent abuſi, domos, & loca ex illarum depoſitione acquiſita, inſabricata adhuc retinent, aliis admittendi ſimilia audaciam præbeat, iidem Camerarius & Magiſtri, illos omnes, qui a viginti annis citra loca aliqua ex dictarum literarum diſpoſitione emerunt, ſeque in illis ædificaturos promiſerunt, nec præſtiterunt, cogant ea omnia, quæ tunc facere debebant, intra ſpatium ſex menſium a die præcepti cis hae de re ſaciendi implere, alioquin pœnas præmiſſas ab iis exigant omnino. Et præter illas, loca eadem dominis quibus ablata fuerunt, ſi ipſi velint, eadem pretio, quod tunc ſolutum ſuit, reſtitui, vel illis nolentibus aliis, qui ibi ædificaturi ſint pretio, ut ſupradictum eſt, æſtimando, vendi compellant.

Applicatio locis piis pœnarum incurrendarum ob côtraventiones.

§.21. Ceterum pœnæ omnes, quas incurrent, qui adverſus Conſtitutionem hanc, ſeu Camerarii & Magiſtrorum, pro ipſius Conſtitutionis executione mandata, vel decreta admiſerint, piis locis dictæ Urbis ita applicata ſint, ut illis ex ipſis locis irrevocabiliter debeantur, pro quo primom pœnæ ipſæ poſt illarum incurſum petitæ fuerint, ad quam petitionem, lapſis ab hujuſmodi incurſu triginta diebus, niſi dicti Camerarius, & Magiſtri illas jam pro eorum debito exegerint, quilibet in dicta Urbe, vel in Romana Curia judex ad illarum exactionem indeſinenter procedat, donec eidem loco vere & integre perſolutæ fuerint. Nullo autem dictorum locorum petente, noſter in Urbe Vicarius eas de manu dictorum Camerarii & Magiſtrorum acceptas, vel eis ab ipſo interpellatis negligentibus, ab eorum debitoribus exactas, inter dicta loca, juxta eorum indigentiam arbitrio ſuo diſtribuat.

Facultas Camerarii & Magiſtrorũ procedendi ſummarie &c. pro executione prædictorum.

§.22. Nos enim ad ſupradicta omnia & ſingula faciendum, & exequendum, inque illis, & pro illius ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſolaque veritate inſpecta, ac manu regia, etiam ex officio procedeodum plenariam, expeditam, liberamque auctoritatem, & poteſtatem, Camerario ſcilicet in Eccleſiaſticas, eidemque & Magiſtris viarum prædictis in laicas, ac quoad pœnas prædictas Vicario, ac ſingulis Urbis, vel Curiæ Judicibus hujuſmodi, in quaſcumque perſonas, de eadem poteſtate plenitndine præſentis Conſtitutionis auctoritate tribuimus, & demandamus.

Decretum irritans.

§.23. Decernentes eadem omnia, & ſingula quæ ſupra ſtatuta ſunt, ſi quando in aliquo caſu de eorum ſenſu controverſia continget, in earum partem interpretanda eſſe, quæ ad Urbis ornatum magis facere videbitur: Ac ſemper, & ubique, ſive in judicio, ſine extra judicium favorabilia cenſeri. Et ita ab omnibus judicibus etiam Palatii Apoſtolici Auditoribus, & Cardinalibus, ſublata quavis aliter interpretandi, & judicandi poteſtate, interpretari, & judicari debere. Et ſi ſecus fiat, ſore irritum, & inane.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.24. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. rec. Symmachi, & Pauli II. de rebus Eccleſiæ non alienandis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, legibus etiam Imperialibus, dictæque Urbis, atque Eccleſiarum, Monaſteriorum, & locorum religioſorum, ſive piorum, Ordinumque, quorum bona hujuſmodi fuerint, ſtatutis & conſuetudinibus, necnon teſtantium voluntatibus, aliiſque diſpoſitionibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privile-

Digitized by Google

vilegiis quoque, & literis Apoſtolicis eiſdem Eccleſiis, Monaſteriis & locis, eorumque Superioribus, Capitulis, & Conventibus, ſeu Populo Romano, aliiſque quibuſcumque conceſſis, & quibuſvis aliis Sedis Apoſtolicæ indulgentiis, per quæ præſentium executio, & per eas tributæ juriſdictionis explicatio poſſet quomodolibet impediri vel retardari, quibus omnibus eorum tenores, pro plene & integre expreſſis habentes, de poteſtatis plenitudioe prædicta derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

D. P. An.III. 1. Octobris. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Kal. Octobris, Pontificatus noſtri Aono III.

XXXIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Conceditur facultas Deputatis Principatus Cathalooiæ nunc, & pro tempore exiſtentibus percipiendi Diſtributiones quotidianas in abſentia.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium, & facti ſeries.

PAſtoralis Officii ſollicitudo Nos admonet, & Apoſtolicæ Sedis benignitas perſuadet, ut votis illis, gratum præbeamus aſſenſum, per quæ Eccleſiaſticarum perſonarum quarumlibet præſertim Eccleſiaſticæ libertati aſſidue invigilantium valeat opportunitatibus provideri.

§.1. Dudom ſiquidem pro parte Deputatorum, & Auditorum computorum generalis Principatus Cathaloniæ ſel. rec. Eugenio Papæ IV. Prædeceſſori noſtro expoſito, quod cum ad gubernationem, protectionem, & tuitionem Immunitatum, & libertatum, necnon utilitatem communem, & bonum regimen ejuſdem Principatus perſonæ ſex numero, duæ videlicet Eccleſiaſticæ, & reliquæ ſæculares, quæ in Civitate Barcbinonen. moram trahen., & in Domo ad hoc ibidem ordinata, certis diebus inſimul convenire tenebantur, quarum tres Deputati, & reliqui tres Auditores Computorum erant, ſingulis trienniis eligi conſueviſſent, & Perſonæ Eccleſiaſticæ ſic dictæ, quæ etiam quandoque Pontificali, & Abbatiali, ſive alia dignitate ſungebantur, pro eo, quod gubernationi, protectioni, & tuitioni hujuſmodi inſiſtendo ab Eccleſiis, Monaſteriis, quibus præerant, & Beneficiis Eccleſiaſticis, quæ obtinebant, abſentes exiſterent, juxta Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Beneficiorum eorumdem diverſa ſtatuta, conſuetudines, & Ordinationes, illorum fructibus, redditibus, & proventibus, ſeu aliquibus eorum Partionibus privarentur: Ac propterea eidem Prædeceſſori pro ipſorum Deputatorum, & Auditorum parte humiliter ſupplicato, ut ſuper eo providere de benignitate Apoſtolica dignaretur. Idem Prædeceſſor attendens quod dictæ perſonæ Eccleſiaſticæ non minus conſulebant publicæ, quam privatæ utilitati, quodque gubernationi, protectioni, & tuitioni Principatus hujuſmodi, ac præſertim Eccleſiaſtici Status inſiſtebant fideliter, & devote, ac propterea perſonas Eccleſiaſticas prædictas condigno favore proſequi cupiens, eiſdem, & pro tempore Deputato, & Auditori Eccleſiaſticis eorumdem Computorum, & eorum cuilibet, ut deputationi, & auditioni computorum hujuſmodi tam in dicta Civitate, quam alibi inſiſten. fructus, redditus, & proventus omnium, & ſingulorum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Beneficiorum prædictorum per eos pro tempore obtentorum, ipſorumque fructuum, reddituum, & proventuum portiones cum ea integritate libere perpetuo percipere valerent, diſtributionibus quotidianis dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent, ſi in eiſdem Eccleſiis, Monaſteriis, ac Beneficiis perſonaliter reſiderent, & ad reſidentiam in eiſdem interim minime tenerentur, nec ad id a quoquam inviti valerent coarctari, auctoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia indulſit, proviſo tamen, quod Eccleſiæ, Monaſteria, ac Beneficia hujuſmodi debitis propterea non fraudentur obſequiis, & deinde piæ me. Clemens Papa VII. etiam Prædeceſſor noſter indultum hujuſmodi eadem auctoritate approbavit, & inoovavit, prout in ſuis, & dicti Eugenii Prædeceſſoris literis deſuper confectis plenius continetur.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.2. Cum autem ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Deputati, & Auditoris Eccleſiaſticorum Computorum Principatus hujuſmodi petitio continebat, ipſi ratione deputationis, & auditionis Computorum hujuſmodi propria domicilia quæcumque, etiam valde remota derelinquere, & ad dictam Civitatem ſe transferre, & ibidem per triennium moram trahere, ac ut ſtatum ſuum decenter juxta dignitatis officii hujuſmodi exigentiam tenere valeant, magna expenſarum onera de neceſſitate ſubire cogantur, & fructus Beneficiorum illarum partium plerumque adeo tenues exiſtant, ut ex illis abſque diſtributionibus quotidianis commode ſuſtentari, & onera antedicta perſerre non valeant, pro illorum parte Nobis fuit humiliter ſupplicatum ut eis in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.3. Nos igitur attendentes, quod eorum abſentia, qui Reipublicæ Cauſa abſunt, illis non debet eſſe damnoſa, & propterea ipſos Deputatos, & Auditores Eccleſiaſticos amplioribus ſavoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, ceoſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiſdem

Digitized by Google

Deputato, & Auditori Eccleſiaſt. Principatus Cataloniæ facultatem concedit percipiendi diſtributiones quotidianas, etiamſi abſentes fuerint.

dem, & pro tempore exiſtentibus Deputato, ac Auditori Eccleſiaſticis, nt deinceps triennio præſcripto durante non ſolum fructus, redditus, & proventus Eccleſiarum Monaſteriorum, & Beneficiorum præſcriptornm, ſed etiam jura, obventionem, & emolumenta quæcumque, ac diſtributiones quotidianas, etiam ſolis præſentibus, & divinis officiis intereſſentibus dumtaxat dari, & per eos lucrari ſolita cum ea integritate, cum qua illa perciperent, ſi omnibus Divinis Officiis tam diurnis, quam nocturnis intereſſent, percipere libere, & licite valeant, ita quod ſuper integra perceptione hujuſmodi per locorum Ordinarios, ſeu quoſvis alios quomodolibet moleſtari, impediri, vel perturbari, aut aliqua etiam minima parte diſtributionum præſtantem propter abſentiam hujuſmodi privari nequeant, dicta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Decernentes irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his per quoſcumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores præſentiũ literarum.

§.4. Quocirca Ven. Fratri noſtro Epiſcopo Amerin., & dilectis filiis Barchinonen., ac Gerunden. Eccleſiarum Archidiaconis per Apoſtolica ſeripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Deputati, & Auditoris Eccleſiaſticorum pro tempore exiſten., ſeu alterius eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publican., eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eos, & eorum alterum, dicto triennio durante indulto prædicto pacifice gaudere, ac juxta illius tenorem eis, & ipſorum Procuratoribus eorum nomine, etiam diſtributiones quotidianas integre miniſtrari. Non permittentes eos per locorum Ordinarios, & dilectos filios Eccleſiarum Capitula, & Monaſteriorum Conventus, ſeu quoſcumque alios contra hujuſmodi indulti noſtri tenorem quomodolibet indebite moleſtari: Contradictores per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, & alia remedia opportuna appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus fe. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dictam a fine ſuę Diœceſis ad judicium evocetur; ſeu ne Judices a Sede præſcripta deputati extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere præſumant, & in Concilio generali edita de duabus dietis, ac aliis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Eccleſiarum, etiam in quibus ſæcularia, & Monaſteriorum, aliorumque regularium locorum, etiam in quibus regularia Beneficia hujuſmodi forſan fuerint, ſeu a quibus ipſa regularia Beneficia dependere contigerit, & ordinum, quorum illa extiterint juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiamſi de illis obſervandis, & non impetrandis literis Apoſtolicis contra ea, aut etiam ab alio, vel aliis impetrandis literis Apoſtolicis contra ea, aut etiam ab alio, vel aliis impetratis, ſeu alias quovis modo conceſſis non utendo, fuerit ab eis præſtitum hactenus, vel impoſterum præſtare contigerit juramentum. Necnon privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis Eccleſiis, & Monaſteriis illorumque Prælatis, Capitulis, Conventibus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis conceſſis, approbatis, & innovotis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac omnibus illis, quæ Eugenius, & Clemens Prædeceſſores præfati in ſuis literis præfatis voluerint non obſtare, contrariis quibuſcumque. Aut ſi locorum Ordinariis, ac Capitulis, & Conventibus præfatis, aut quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede conceſſum, ſeu impoſterum concedi contingat, quod diſtributiones quotidianas divinis Officiis, non intereſſentibus miniſtrare minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, Indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impedire valeant quomodolibet, vel diferre, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis.

Clauſulæ cōminatoriæ.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, Indulti, Decreti, Mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentari præſumpſerit, indignationem Omnipot. Dei, ac Beat. Petri, & Pauli Apoſt. ejus ſe noverit incurſurum.

Datum

Digitized by Google

Dat. die 1. Octob. 1574. An. III.

Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Kalendis Octobris, Pontificatus noſtri Anno III.

XXXV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Ut Deputati nunc & pro tempore exiſten. Principatus Cathaloniæ ſe immiſcere poſſint in Criminalibus.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium, & cauſa Conſtitutionis edendæ.

§. 1. Romanum decet Pontificem perſonarum ſibi fidelium, & devotarum præſertim publicæ utilitati jugiter inſiſtentium precibus libenter annuere, illaſque favoribus proſequi opportunis. Sane pro parte dilectorum filiorum Deputatorum, & Auditorum Computorum generalis Principatus Cathaloniæ Nobis nuper exbibita petitio continebat, quod licet ad gubernationem, protectionem, & tuitionem Immunitatum, & libertatum, necnon utilitatem communem, & bonum regimen dicti Principatus perſonæ ſes numero, duæ videlicet Eccleſiaſticæ, & aliæ quatuor ſæculares, quarum tres *Deputati*, & reliquæ tres *Auditores Computorum* nuncupantur, ſingulis trienniis eligi conſueverunt, & perſonæ ſic electæ in Civitate Barchinonen. triennio hujuſmodi durante continuo commorari, & in certis diebus in Domo ad hoc deſignata inſimul convenire teneantur, ut in cauſis omnibus eorum juriſdictionem non niſi conjunctim valeant, quoquo modo exercere, ſententiæ quoque ſuper Deputatorum, & Auditorum protectorum, tam Eccleſiaſticorum, quam ſæcularium nominibus proferantur. Nihilominus quando de cauſis criminalibus agitur, Deputatus, & Auditor Eccleſiaſtici, ne aliquam propterea contrahant irregularitatem, ab aliorum Deputatorum, & Auditorum ſæcularium conſenſu recedant, & ſententiæ ſuper cauſis criminalibus hujuſmodi ſæcularium Deputatorum, & Auditorum prædictorum nominibus dumtaxat proferuntur.

§. 2. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat in cauſis criminalibus prædictis ipſorum Deputatorum, & Auditorum ſæcularium munus in hoc tantum conſiſtat, ut cauſas ipſas certis eorum Acceſſoribus Juſtitia mediante, terminandas committant, & poſtmodum Acceſſores eorumdem relaxationes audiant, ſententiaſque deſuper ab eiſdem Acceſſoribus dictatas, & ſubſcriptas, ipſorummet Auditorum, & Deputatorum ſæcularium nominibus faciant publicari, & ſi modernis, & pro tempore exiſtentibus Deputato, & Auditori Eccleſiaſticis concederetur, quod etiam ubi de Cauſis criminalibus præfatis tractatur, abſque conſcientiæ ſcrupulo, ſeu alicujus irregularitatis incurſu cum aliis intereſſe valerent, & quod ſententiæ illorum etiam nomine proferri, ſeu publicari deberent, ſtatueretur, ex hoc profecto inter eoſdem Deputatos, & Auditores æqualitas ſervaretur, nec impoſterum eorum Tribunal, prout hactenus quaſi claudicans appareret, perſonarum, item, ac rerum Eccleſiaſticarum auctoritati, atque conſervationi cum Deputatus, & Auditor Eccleſiaſtici prædicti libertati Eccleſiaſticæ potiſſimum invigilent, amplius conſuleretur: Quare pro parte omnium Deputatorum, & Auditorum præfatorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Conceditur, ut Deputatus & Auditor eccleſiaſtici adeſſe poſſint cum ceteris ſæcularibus in cauſis criminalibus ſine conſcientiæ ſcrupulo.

§. 3. Nos igitur Deputatos, & Auditores prædictos, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati concedimus, & indulgemus, ut Deputatus, & Auditor Eccleſiaſtici prædicti præſentes, & futuri in perpetuum, etiamſi Pontificali, aut alia Eccleſiaſtica Dignitate præditi, ac etiam in Sacris Ordinibus conſtituti ſint, vel fuerint, in Cauſis Criminalibus prædictis cum aliis Deputatis, & Auditoribus ſæcularibus prædictis, etiam ſi exinde membrorum mutilationes, ſeu quævis aliæ ultimi ſupplicii pœnæ ſubſequantur, abſque conſcientiæ ſcrupulo, ſeu inhabilitatis, vel irregularitatis, aut alicujus pœnæ incurſu, licite intereſſe valeant. Quodque ſententiæ deſuper ferendæ omnium Deputatorum, & Auditorum, tam ſæcularium, quam Eccleſiaſticorum prædictorum nominibus deinceps omnino proferantur, dummodo ipſi Deputatus, & Auditor Eccleſiaſtici a voto in his debeant abſtinere.

A voto ferendo tamen in prædictis cauſis abſtinere debeant.

Derogatio contrariorum

§. 4. Non Obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum etiam in quibus Beneficia hujùſmodi forſan fuerint, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque.

Clauſula comminatoria.

§. 5. Nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, & indulti infringere, aut ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, Indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. 1. die Octob. 1574. An. III.

Datum Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Kalendis Octobris, Pontificatus noſtri Anno III.

XXXVI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Statuitur, ut qnicumque in Eccleſiis Regnorum Hiſpaniarum inſervientes, etiamſi juxta novum Miſſale, & Breviarium, Miſſas & alia divina Officia celebraverint, fructus, & diſtributiones quotidianas, pro celebratione alicujus ſpecialis feſtivitatis relictas lucrare valeant, cum diverſis aliis ordinationibus.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium, & facti ſeries.

Significavit Nobis nuper Chariſſimus in Chriſto Filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, a pluribus fidelibus varias celebrationes feſtivitatum in honorem diverſorum Sanctorum, & Sanctarum Dei, prout unicuique ſuggeſſit devotio in Eccleſiis Regnorum Hiſpaniarum, & illis adiacentibus Inſularum inſtitutas fuiſſe, emolumentis pro diſtributionibus quotidianis inter eos, qui Divinis obſequiis in eiſdem Eccleſiis mancipati Officio in eorumdem Sanctorum honorem celebrando interfuiſſent, dividendis ad id conſtitutis, ex quibus forſan pleræque feſtivitates, ex nuper æditi Breviarii, ac Miſſalis præſcripto celebrari non debent, necnon per plures etiam Reges, vel alios ſæculares Principes, aut Eccleſiæ Dei Prælatos non ſolum pro ſimilibus Feſtivitatibus Sanctorum, quæ Miſſali, & Breviario prædictis minime continentur, aut nequaquam in eis comprehenſæ ſunt, quibuſdam in Eccleſiis celebrandis quoſdam reditus legatos, & etiam pro diſtributionibus, ut præfertur, verum etiam relictos fuiſſe in alicujus inſignis victoriæ memoriam pro gratiis Deo agendis, quandoque idem factum fuiſſe prout bo. mem. Franciſcus Ximen dum vixit S. R. E. Cardinalis Arcede Oran tunc capta, idemque Philippus Rex bello navali prope Corinthicoſium ſinom inſigni Victoria de Turcis proximis annis reportata, inſtructiſſimaque eorum claſſe, dextera Domini faciente virtutem, pœnæ deleta, in Eccleſia Toletana inter alia fieri curarunt, quæ Feſtivitates cum ut præfertur, ex præſcripto Breviarii, & Miſſalis noviſſime æditorum non celebrante, apud nonnullos dubitandi occaſionem ſubortam eſſe, an divina Officia, illaque nuper æditi Miſſalis, & Breviarii formam celebrantes, Divino Officio de eo Sancto, quem celebrare bona ſua relinquentes, voluerunt, ut prius fructus, & diſtributiones dicta de cauſa conſtitutas lucrentur, & iidem Eccleſiarum prædictarum ſervitiis adſcripti, illas tuta conſcientia conſeqni, & percipere valeant, & an dictarum Victoriarum pro Chriſti nomine tot laboribus, & ſanguinis effuſione conſecutarum commemoratio aliquo modo retineri poſſit.

Facultas conceditur, ut commemoratio ejus feſtivitatis, aut Sancti fiat, pro quorum celebratione diſtributiones, & fructus fuere relicta.

§. 1. Nos igitur auctoritatem noſtram in præmiſſis interponendam eſſe Philippo Regi prædicto id vehementer deſiderante, exiſtimantes, etiamſi juxta novum Miſſale, & Breviarium Miſſæ, & alia divina Officia celebrabuntur, quicumque in dictis Eccleſiis deſervientes fructus, & diſtributiones quotidianas pro celebratione alicujus ſpecialis feſtivitatis relictas, ut antea dum Feſtivitates juxta pias voluntates Fidelium celebrabantur, ſecura conſcientia lucrari, exigere, & levare, eaſdemque in ſuos uſus, & utilitatem convertere valeant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, eiſdemque, ut de eodem Sancto, pro quo Officium fuiſſet ex voluntate fidelium celebrandum in Miſſa Conventuali celebranda, commemorationem per congruam Orationem juxta nuper æditi Miſſalis formam facere poſſint, facultatem impartimur.

Commemoratio quomodo facienda ſit, & quo in loco.

§. 2. Præterea ſtatuimus, quod in Eccleſiis, in quibus Dotes per Reges, Principes, aut Prælatos, vel alios quoſcumque pro Feſtis in Breviario, aut Miſſali non comprehenſis, celebrandis conſtitutæ fuerunt, ut præfertur, quod de ea Feſtivitate in dicta Eccleſia, in qua illa inſtituta fuerit, dumtaxat, & non extra illam Commemoratio fieri poſſit poſt Orationem dici tam in Officio, quam in Miſſa occurrente, vel poſt Miſſam diei cantare alia Miſſa de hujuſmodi Feſto votivo, ſeu dotato; ubi vero de partis Victoriis erit agendum, ſi in illa diei, occurrat Feſtum duplex, de ipſo feſto duplici Officium, & Miſſa fient, & nona lectio legatur. de ipſa Victoria, & de illa fiet commemoratio, tam in Officio, quam in Miſſa, per Antiphonas, & verſiculos ſuos, & orationem de gratiarum actione; ſi autem in ipſa die occurrat Feſtum ſimplex, vel ſemiduplex, vel Feria, totum Officium, & Miſſa fient de ipſa Victoria, prout hactenus de illo facere ſoliti erant cum commemoratione S. Simplicis, vel Semiduplicis, ac etiam Feriæ, ſi de illis erit, de quibus dum occurrit Feſtum, Commemoratio facienda eſt.

Ad ea non eſſe obſtrictos, qui ejuſmodi feſta celebrare debent, præter ea, quæ præſenti Conſtitutione declarat.

§. 3. Decernentes per præſentes Adminiſtratores, Capitula, Dignitates, vel Perſonatus in dictis Eccleſiis obtinentes, illarumque Canonicos, Beneficiatos, & alias perſonas quaſcumqne dictarum Eccleſiarum quocumque nomine nuncupat. ad alium, quam, ut præſcriptum eſt, recitandi modum, & ritum, ac morem obſervandum minime teneri, nec ad id per aliquos etiam ſi devolutionis bonorum pœna, Teſtamentis, Legatis, Codicillis, aliiſque quibuſcumque diſpoſitionibus ad favorem Eccleſiarum, illorumque Miniſtrorum factis adiecta eſſet, ſi in eis contenta non adimpleverint, per aliquos etiam locorum Ordinarios, vel quavis alia auctoritate fungentes cogi, vel compelli poſſe, ac præſentes literas nullo unquam tempore revocari, vel immutari valeant, ſed ſemper perpetuo firmas, & validas exiſtere, & illa per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, necnon ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane.

Clauſulæ.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, ac voluntatibus eorum, qui ad favorem ſingula-

rum

Digitized by Google

rum Eccleſiarum prædictarum de bonis ſuis diſpoſuerunt, quos ad effectum præſentium, quatenus opus ſit, commutamus, necnon literas ſe. re. Pii Papæ V. Prædeceſſoris noſtri in Breviario, & Miſſali, ac clauſulis ipſiſmet Breviariis, & Miſſale præinſertis, necnon omnibus in eis contentis prohibitionibus, & clauſulis, derogationibuſque, in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quarumcumque Eccleſiarum prædictarum forſan Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis dilectis filiis Capitulis, aliiſque Superioribus, & perſonis conceſſis, & confirmatis. Quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hacvice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus.

Fides tranſumptorum.

§.5. Ut autem præſentes literæ omnibus, quos illæ quomodolibet reſpiciunt, innoteſcant, illarum exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo &c.

Dat. die 12. Octob. 1574. An.III.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 12. Octobris, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Pontificatus noſtri Anno III.

XXXVII.

Privilegium Doctorum Romanorum, publice legendi in quacumque facultate, in generali Studio Almæ Urbis.

Hujus Studii erectionem, & alia quæ ipſum concernunt, vide in Conſt. XX. Bonif. VIII. In ſuprema *Tom. III. Par. II. fol.* 100., *& Leone X. Conſt. IV.* Dum ſuaviſſimos *Tomo III. Par. III. fol.* 370.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa Conſt.

CUpientes univerſos Almæ Urbis noſtræ origine Civium filios ad bonarum literarum cognitionem, & doctrinam, pro communi, & publica utilitate, dictæque Urbis ornamento, & honore, paterna caritate, & Sedis Apoſtolicæ munificentia, atque liberalitate allicere, ut ipſis, & etiam ceteris ad virtutem calcar honorificum, & fructuoſum addatur; Motu proprio non ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de mera noſtra liberalitate dilectis filiis Senatui, & Populo Romano.

Doctores ex patre, & avo Romæ natis, admittantur ad legendum in hoc Studio.

§.1. Quod ex nunc deinceps, & perpetuis futuris temporibus omnes, & ſingulos adoleſcentes, & juvenes Doctores ex Patre, & Avo Romæ natis Romani, & excedentes vigeſimum ſecundum ſuæ ætatis annum, qui in Studio, ſeu Gymnaſio publico dictæ Urbis in quacumque facultate pro tempore legere voluerint, ad lecturam hujuſmodi, facta tamen prius per eos coram dilectis filiis noſtris S. R. E. Cardinalibus ſuper eodem Studio, ſeu Gymnaſio deputatis, ac illius Rectore, & Reformatoribus pro tempore exiſtentibus, una lectione, admitti debeant cum ſalario vigintiquinque ſcutorum quolibet anno pro unoquoque, qui ut præfertur, legere voluerit, Apoſtolica auctoritate tenure præſentium perpetuo concedimus, & elargimur. Necnon eiſdem Doctoribus, ut præfertur, qui in eodem Gymnaſio munus legendi ſubibunt, dictum ſalarium annuum vigintiquinque ſcutorum, ipſis, & eorum cuilibet debitis, & conſuetis in eodem Studio, ſeu Gymnaſio temporibus, ac de, & ex ejuſdem Studii, ſeu Gymnaſii redditibus, proventibus, vectigalibus, & aliis emolumentis univerſis per eos, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, perſolvendum, Motu, & auctoritate ſimilibus conſtituimus, & aſſignamus, ipſoſque ad lecturam hujuſmodi recipi, & admitti, & ſalarium eis, & eorum ſingulis perſolvi debere, ut præfertur, decernimus.

Executorum deputatio.

§.2. Mandantes propterea dilectis filiis Conſervatoribus Cameræ dictæ Urbis, ac Rectori, & Reformatoribus dicti Studii, ſeu Gymnaſii, præſentibus, & futuris, aliiſque omnibus, & ſingulis, ad quos id quomodolibet ſpectat, & pro tempore ſpectabit, quatenus præſentes noſtras literas recipiant, & admittant, ac inviolabiliter obſervent, & ab omnibus, quos ea quomodolibet concernunt, & quomodolibet concernent, obſervari mandent, & faciant; necnon Doctoribus legentibus hujuſmodi de dicto ſalario, debitis ut præfertur, temporibus annuatim reſpondeant, & etiam faciant ab aliis reſponderi realiter, & cum effectu. Et ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter cotigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Derogatio contrariorũ.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Studii, ſeu Gymnaſii, necnon Urbis hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis ſuperioribus, & perſonis, in genere, vel in ſpecie, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam motu ſimili, ac conſiſtorialiter, & alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An.III. 12. Octobris.

Datum Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris die 12. Octobris 1574. Pontificatus noſtri Anno III.

XXXVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Erectio Eccleſiæ Burgen. in Metropolitanam.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

UNiverſis Orbis Eccleſiis, eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui etiam obediunt, meritis licet inſufficientibus præſidentes in circuitu agri Dominici oculos noſtræ mentis vigilis more paſtoris levamus, inſpicientes quid Eccleſiarum ipſarum ſtatui, & decori maxime conveniat, & Divino fulti præſidio illius, qui cuncta ex ſua benignitate ad fidelis Populi ſui ſalutem diſpouit, ad ea, quæ ad dignitatem, & ſtatum Eccleſiarum hujuſmodi augendum pertinent, Officii noſtri partes libenter convertimus, præſertim ubi Catbolicorum Regum preces id expoſcunt, Noſque in Domino idem conſpicimus expedire.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. Cum itaque Eccleſia Burgen. Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecta de jure patronatus Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici, ex privilegio Apoſtolico, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum, cui dilectus filius noſter Franciſcus tit. S. Crucis in Hyeruſalem Presbyter Cardinalis Paceco de Toledo nuncupatus ex diſpenſatione Apoſtolica præeſt ceterarum omnium ejus partis Regni Caſtellæ, quæ vetus appellatur, antiquiſſima, & nobiliſſima, & Cleri dignitate, ac numero, & Diœceſis amplitudine præſtare noſcatur, itidemque Civitas ſua dicti Regni caput, & Camera Regia vocata, dictaque Diœceſis illuſtrium Virorum copia maxime inſignes ſint, apud quos etiam veræ Religionis cultus, & ſumma in Romanos Pontifices, dictamque Sedem obſervantia omni tempore emicuit.

§.2. Nos ad utramque meritis honoribus augendam, & promovendam adducti, piis quoque ſupplicationibus prædicti Philippi Regis excitati poſt habitam cum Fratribus noſtris maturam deliberationem, de eorum conſilio, atque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad laudem, gloriam, & honorem Omnipotentis Dei, & Univerſalis Eccleſiæ exaltationem Pampilonen., & Calaguritan. Eccleſias, quæ de ſimili jurepatronatus prædicti Philippi Regis ſunt, earumque Civitates, & Diœceſes cum omnibus, & quibuſcumque earum territoriis, & terminis ac dilectos filios earum ſingularum Clerum, & Populum univerſum, cum ſuis Collegiatis, parochialibus, & aliis Eccleſiis, necnon Monaſteriis utriuſque ſexus, ceteriſque Beneficiis, & Officiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſæcularibus, & quorumvis Ordinum regularibus, necnon Hoſpitalibus, domibus, Collegiis, & locis Religioſis quibuſcumque a Provincia Cæſarauguſtan., cui Metropolitico jure ſubſunt, tenore præſentium perpetuo dividimus, & ſeparamus, & ab Archiepiſcopi pro tempore exiſtentis ac dilectorum filiorum Capituli Cæſarauguſtan. ſuperioritate, poteſtate, ſubjectione, viſitatione, correctione, ac omni, & quacumque alia juriſdictione, necnon a ſolutione Jurium quorumcumque ratione juriſdictionis, ſubjectionis, & legis Metropoliticæ, ita ut ipſe, aut ſui in prædictis ſe poſt hac interponere non audeant quoquo modo, ſeu præſumant, etiam perpetuo eximimus, & liberamus.

Diviſio Eccleſiarū Pampilonen., & Calaguritan. a juriſdictione Archiepiſcopi Cæſarauguſtan.

Erectio Eccleſiæ Burgen. in Metropolitanam, cui ſubjicit Eccleſias Pampilonen., & Calaguritan., ut in §. ſequenti.

§.3. Ac dictam Eccleſiam Burgen. in Metropolitanam Eccleſiam, & Sedem Epiſcopalem Burgen. in Archiepiſcopalem, Archiepiſcopaliſque, & Metropolitani Præſulis Sedem, & Provinciæ caput, pro uno deinceps Archiepiſcopo, qui Pallii & Crucis uſum aliorum Archiepiſcoporum more habeat, omnibuſque aliis inſignibus Archiepiſcopalibus, necnon privilegiis, honoribus, & prærogativis Archiepiſcopis debitis, & conceſſis gaudeat prædicto jurepatronatus ad ipſam Eccleſiam Burgen. dicto Philippo Regi ſalvo remanente, ſimiliter perpetuo erigimus, & inſtituimus, ac nomine, titulo, & honore Archiepiſcopali, & Metropolitano decoramus.

§.4. Præterea Eccleſiæ Burgen. prædictæ Pampilonen., & Calaguritan. Civitates, & Diœceſ. pro ſua Metropolitana Provincia, ac Pampilonen. & Calaguritan. Eccleſias moderno ſque, & pro tempore exiſten. illarum Præſules, pro ſuis, & pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Burgen. ſuffraganeis, qui tanquam membra capiti eidem Archiepiſcopo Burgen. jure Metropolitico ſubſint, Provinciæ quoque Burgen. prædictæ Clerum, & Populum univerſum, pro eorumdem Eccleſiæ, & Archiepiſcopi Burgen. Provincialibus, quorum ſingulorum Cauſæ, & querelæ ad dictum Archiepiſcopum Burgen. juxta Sacrorum Canonum ſtatuta referantur, concedimus, & aſſignamus. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Pampilonen., & Calaguritan., necnon Cæſarauguſtan., Eccleſiarum prædictarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Eccleſiis, illarumque Præſulibus, & adminiſtratoribus, ac Capitulis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de ſimili Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conſiſtorialiter, ac de Fratrum eorumdem conſilio, ac alias quomodolibet, etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad

hoc

Digitized by Google

hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie de conſilio, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque,

Clauſula comminatoriæ.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum diviſionis, ſeparationis, exemptionis, liberationis, erectionis, inſtitutionis, declarationis, conceſſionis aſſignationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 21. Octob. 1574. An.III.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, 11. Kal. Novembris, Pontificatus noſtri Anno III.

XXXIX.

Confirmatio, & extenſio Conſtitutionis Bonif. VIII. editæ contra dantes aliquid, vel promittentes, vel recipientes, pro obtinenda gratia, vel juſtitia apud Sedem Apoſtolicam.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

AB ipſo Pontificatus noſtri principio quã maxime poſſumus, enitimur, atque contendimus, ut domus, & curia noſtra ſordibus expurgetur,

Bonif. VIII. excommunicavit dantes, vel recipientes.

§.1. Cum ſalubri conſilio incumbens fe. rec. Bonifacius Papa VIII. excommunicavit, & anathematizavit omnes Clericos, religioſos, & laicos utriuſque ſexus, ſive familiares Curiæ, ſive undecumque alios, qui aliquod pactum facerent, ſeu quid parvum, vel magnum promitterent &c. *Reſiduum prætermittimus, quia eſt in Tom. III. Par. II. fol. 76.*

Hic Pontifex eam confirmat, & ad fautores extendit.

§.2. Sed hoc ſcelus ita hodie in mores inductum eſt, ut plerique cupiditate improbi quæſtus, potentiorum ſuffragationibus adnixi, hujuſmodi negotiorum expeditiones hac illac conquirentes turpiſſime nundinantur. Alii alios, quos gratia præſtare arbitrantur, donis, pollicitationibuſque ambiant. Quidam etiam ſe talium operam atque induſtriam pretio, & muneribus quæſiſſe affingant. Quæ cum peſſima ſint, & Curiæ prædictæ exiſtimationem graviſſime offendant, in eos, qui talia agunt animadvertendum fore arbitrati, Conſtitutionem prædictam cum ſuis cenſuris, & pœnis omnibus innovamus, eaſdemque omnes extendimus ad audentes qualecumque horum facinorum, quæ adſcripſimus, danteſque illis, & aliis ſupradictis auxilium, conſilium, vel favorem.

Aliaſque pœnas anponit.

§.3. Quin etiam eos omnes, omni beneficio, & officio eccleſiaſtico, & ſeculari, ſive temporali ſive perpetuo ipſo jure privamus, ac privatos eſſe declaramus, & præterea infamiæ ſubiectos perpetuo, ac inhabiles ad illa, & alia eſſe volumus. A quibus etiam, prout quæque res erit, tales pœnæ exigantur, ut ceteris ſint exemplo.

Revelantibus eas condonat.

§.4. Illis tamen qui rem adhuc incognitam, compliceſque, ac fautores, & ſocios retexerint, impunitas concedatur.

D.P. An.III. 9. Novemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Nonis Novemb., Pont. noſtri Anno III.

XL.

Quod Subcollectores, & Commiſſarii Nuntii Apoſtolici in Regno Neapolitano, ejus dumtaxat juriſdictioni ſubiaceant, in cauſis criminalibus contra eos promovendis.

GREGORIUS PAPA XIII.

Dilecto filio Magiſtro Antonio Saulio utriuſque Signaturæ noſtræ Referendario, moderno, & pro tempore exiſtenti in Regno Neapolitano Nuncio, & Collectori noſtro Generali,

Exordium.

CUpientes pro noſtri officii cura indemnitati dilectorum filiorum Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Miniſtrorum, ne illi moleſtiis, litibus, vel incommodis fatigentur, quantum cum Deo poſſumus opportune providere, Motu proprio, & ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtra, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus.

Privilegium fore pro Subcollectoribus, & Commiſſarius Nuntii Apoſtolici in Regno Neapolis.

§.1. Quod omnes, & ſingulæ cauſæ nunc motæ, & pro tempore movendæ, quorumvis prætenſorum exceſſuum, criminum, & delictorum per quoſcumque ſubcollectores, & Commiſſarios, tam generales quã particulares in quibuſlibet provinciis, & Civitatibus, & Diœceſibus iſtius Regni Neapolitani, per te, & pro tempore iſthic exiſtentem noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ Nuncium, & Collectorem generalem deputatos commiſſorum, a te, & pro tempore exiſtente Nuncio ſolum, non autem a quibuſvis aliis Judicibus, etiam locorum Ordinariis deinceps in futurum, non modo durante eorum officio, ſed etiam poſt ipſum dimiſſum, donec vixerint, audiri, cognoſci, & decidi poſſint, & debeant. Aliiſque Judicibus, & locorum Ordinariis, ne in illis ſeſe quovis prætextu, ſeu quæſito colore intromittere quoquomodo ullatenus audeant, vel præſumant, diſtrictius inhibemus.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.2. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate Judicari, & definiri debere. Necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Facultas Nuntii in contravenientes.

§.3. Quocirca tibi, & pro tempore exiſtenti Nuncio, contradictores quoslibet, & rebel-

Digitized by Google

rebelles, etiamſi Epiſcopali, ant Archiepiſcopali dignitate ſungentes ſnerint, ſub interdicti ingreſſos Eccleſiæ, ac ſuſpenſionis a divinis quoad Epiſcopos, & Archiepiſcopos, quo vero ad inferiores, ſub pecuniariis arbitrio veſtro declarandis, & applicandis pœnis, & demum ſub ſententiis, & cenſuris Eccleſiaſticis, & per alia juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, brachiumque ſæculare ad hoc, ſi opus fuerit, invocandi, ceteraque ad id neceſſaria faciendi, mandandi, & exequendi, plenam & liberam per eaſdem præſentes facultatem concedimus, & poteſtatem.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium forſan conceſſis, & confirmatis, quibus omnibus, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

D. P. An.III, 4. Januarii.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 4. Januarii 1575. Pontificatus noſtri Anno III.

XLI.

Reformatio Curiæ de Sabellis, Mareſcalli Almæ Urbis.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Dum recte adminiſtrandæ ubique juſtitiæ rationes omnes bene conſtitutas, & cupimus, & pro noſtro munere veterique ſtudio, quo poſſumus, enitimur, haud poſtrema eſſe debet minorum hujus Urbis Tribunalium cura, in quibus quicquid delinquitur, eo deterius contingit, quo pauperiores afficit, quibus in re tenui, & acrius ex injuria damnum, & difficilius remedium afferri ſolet.

Cauſa reformationis.

§.1. Dum igitur nuper officium Mareſcallatus Sedis Apoſtolicæ dilecto filio nobili viro Bernardino de Sabellis Mareſcallo dictæ Sedis conceſſerimus, volentes eidem officio non minus de legum præſtantia, quã de viri ſolertia eſſe proſpectum, ut in illius Curia de Sabellis nuncupata, tum judicia, tum cetera ad id munus pertinentia, ad juſti, & recti normam directa, ſine ſorde peragantur, infraſcripta hæc, quorum aliqua pridem a Julio II., & Paulo IV. fel. recor. Prædeceſſoribus noſtris, licet prudenter conſtituta, jam in uſu non erant, ibi deinceps inviolate ſervanda perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, atque etiam innovamus.

Judex gratuito deputetur.

§.2. Judex ibi jus dicturus, gratuito a Mareſcallo deputetur, adeo ut neque Judici dare, neque Mareſcallo accipere propter hoc quidquam liceat, etiam motu aliove nomine quavis de cauſa, vel ante, vel poſt deputationem, etiam auctoritate, ſive prætextu cujuſcumque conſuetudinis, aut etiam indulti a Sede Apoſtolica conceſſi, illam enim improbamus, hoc autem revocamus expreſſe.

Et ad annum, & ex rationabili cauſa ad biennium.

§.3. Deputatio vero fiat ad annum dumtaxat, quo finito finitum etiam ſit ejus Judicis officium, niſi propter aliquam rationabilem cauſam omnino non excedat, ſemel tantum fieri poſſit.

Sindicatuique ſtare caveat.

§.4. Antequam incipiat exercere officium, caveat idoneis fidejuſſoribus de ſtando ſindicatui. Finito officio, etiam ſi nec querelatus, nec requiſitus fuerit, offerat ſe ſindicatui coram Gubernatore Urbis, & Auditore Cameræ, illi vero quadraginta diebus ſindicatum abſolvant, Judicemque, prout jure faciendum erit, vel liberent, vel condemnent, & puniant, quod ſi intra dictorum dierum numerum non fecerint, Camerarius S. R. E. qui tunc erit, duos viros deputet, qui intra alios viginti dies hujuſmodi ſindicatum peragant. Lapſis autem dictis terminis pro abſoluto habeatur.

Commentarienſis, & Capitanei, ac Executoris, officia non vendantur nec locentur.

§.5. Commentarienſis, & Capitanei, necnon executoris ejuſdem Curiæ munia, per idoneos, & fidos miniſtros gerantur, & neque vendantur, neque locentur ullo modo, neque quicquam pro illis habendis, aut exercendis quovis nomine, & prætextu ſolvatur, ſive reſpondeatur, qui aliquid ſolverint, ſive reſponderint, officio privati ſint, & publice fuſtigentur.

Notarii ſint duo tantum.

§.6. Notariorum officia ibi duo tantummodo habeantur, duoque ſoli Notarii ſint, neque hic numerus aliquo prætextu augeri unquam poſſit.

Judex nõ cognoſcat cauſas pro quibus ſtatuta eſt pœna corporalis.

§.7. Ceterum de cauſis criminum capitalium, item de illis criminibus, pro quibus pœna corporis afflictiva, vel jure, vel ſtatutis, vel bannimentis a majoribus magiſtratibus promulgatis eſt impoſita, neque Mareſcallus, neque Judex ab eo deputatus cognoſcant.

Neque alias ſi alibi ſit preventum.

§.8. Sed de aliis minoribus delictis, niſi jam in alio Tribunali Judicium de illis finitum, aut prius cœptum fuerit, cognoſcere poſſint.

Significationeſque non concedat.

§.9. Nunquam tamen ſalvum conductum, aut ſignificationem, ut vocant, vel in leviſſimis delictis, & prætextu cujuſvis dependen. concedant, niſi forte reus data fidejuſſione relaxatus eſſet, aliter conceſſum, vel conceſſam ceteri Judices non ſervent.

Fiſcus citetur in cauſis criminalibus ejuſdem Curiæ.

§.10. In quacumque autem cauſa criminali, quæ in hac Curia cœpta fuerit, citetur Procurator Fiſci in omnibus illis terminis, & actis, in quibus ſolet in aliis Curiis Urbis citari.

§.11. Præ-

Pœnarum ſolutiones adnotentur ut hic.

§.11. Præterea in quacumque cauſa ibi cœpta proferatur omnino ſententia, ſive abſolvendo, ſive condemnando. Et ſi quæ ſolutiones pœnarum in eadem Curia recipientur, ſcribantur in libro ad hoc ordinato, ſinguliſque ſolutionibus ſubſcribat ipſemet reus, vel ſi is neſciverit, ipſius Procurator, vel alius in cauſa defenſor.

Appell. detur in Civilibus cauſis ad A.C.

§.12. In civilibus vero cauſis, a gravaminibus in dicta Curia illatis, appelletur ad Auditorem.

Tributum nõ exigatur ab inhoneſtibus mulieribus.

§.13. Poſtremo exactiones illas, quæ a mulieribus inhoneſtis ſingulis annis, ſinguliſque ſex menſibus, aut alias ſuo nomine tributi fieri ſolebant, omnino prohibemus, propoſita Mareſcallo illas attentanti pœna privationis officii ipſo facto incurrenda.

Clauſulas derogat.

§.14. Non obſtan. dictæ Curiæ, etiam longiſſimi, & immemorabilis temporis obſervantia, ac confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, & ſtylo, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis illi, vel pro tempore exiſtenti Mareſcallo ex quavis cauſa conceſſis, & etiam ſæpius confirmatis, quibus omnibus, illorum tenores hic pro integre expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo omnino, &c.

D.P. An.III. 27. Januarii.

Datum Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto, ſexto Kal. Feb., Pontificatus noſtri Anno III.

XLII.

Prohibitio appellandi per Religioſos Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, a Prælatis ejudem Ordinis ad Tribunalia ſæcularia, vel mutandi ordinationes Miniſtri Generalis. Permiſſioque habendi recurſum ad ipſum Miniſtrum, vel Protectorem, aut Rom. Pont.

Alia de hoc Ordine attende in Conſtit. XXVI. Leonis X. Ite *Tom. III. Part. III. fol.* 450.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

QUoniam noſtro Paſtorali potiſſimum incumbit officio, ut ea, quæ auſu temerario ab Eccleſiaſticis, præſertim regularibus perſonis plerumque attentantur, quantum Nobis ex alto conceditur, opportunis remediis compeſcamus, & removeamus.

Cauſæ hujus prohibitionis.

§.1. Idcirco cum referente dilecto filio Fratre Chriſtophoro de Capite fontium, Fratrum Minorum de Obſervantia Ordinis S. Franciſci Generali Miniſtro, non ſine animi noſtri moleſtia, nuper intellexerimus, nonnumquam quoſdam Religioſos, & Religioſas Ordinis ſui hujuſmodi, Dei timore poſtpoſito, & ſuæ profeſſionis immemores, ut in eorum malefactis & inobedientia ſe diutius confoveant, ab iis, quæ per Prælatos ejuſdem Ordinis, etiam Guardianos, ſive Provinciales, vel Commiſſarios ab ipſo Generali Miniſtro pro tempore deputatos acta ſunt, & decreta, ad Tribunalia ſæcularia appellare, & ad ea temere confugere.

Prohibitio appellandi a Prælatis hujus Ordinis ad ſæcularia Tribunalia.

§.2. Auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium præcipimus, & inhibemus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, a qua non niſi a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo abſolvi poſſint, necnon privationis perpetuæ officiorum per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcumque dicti Ordinis officia exercenda, ac vocis, tam activæ, quam paſſivæ eo ipſo incurrendis pœnis, ne quis Provincialis, aut alius cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis Ordinis hujuſmodi Religioſus, aut Religioſa ad ipſa Tribunalia ſæcularia quovis prætextu, aut quæſito colore, ut præfertur, appellare, vel illa propterea quoquo modo adire audeant, vel præſumant, ſed ſi ſe a Prælatis ſuis gravari prætendent, ad Generalem Miniſtrum ipſius Ordinis, ſeu illius Protectorem, aut Vice-Protectorem in Romana Curia, vel ad Nos, ſive Romanum Pontificem ſucceſſorem noſtrum ſupremum in Eccleſia Dei Judicem, ſicut antiquitus ſemper conſuetum fuit, recurſum habeant, unde illis brevi manu Juſtitia miniſtrabitur.

Contravenientes eorumque fautores pœnæ.

§.3. Declarantes nihilominus non modo eorumdem Religioſos, & Religioſas contrafacientes, in dictas pœnas incidere, verum etiam eorum quomodolibet directe, vel indirecte fautores, & conſultores, illas quoque incurrere.

Prohibitio reſiſtendi Commiſſariis miſſis pro viſitandis Provinciis ſub eiſdem pœnis.

§.4. Præterea ſub pœnis prædictis prohibemus, ne quis Provincialis, aut Guardianus, vel cujuſcumque alterius gradus Religioſus, aut Religioſa ejuſdem Ordinis ab ipſo Miniſtro generali miſſus pro viſitandis Provinciis, Commiſſariis reſiſtere, nec eis ſe opponere, aut contradicere, ſeu ſe rebellem exhibere, ipſos quacumque de cauſa, vel quæſito colore non recipiendo, audeat, neque debeat.

Facultas Miniſtr. Generalis mittendi Commiſſarios.

§.5. Volentes eumdem Miniſtrum generalem, quotieſcumque ſibi expedire videbitur, quos voluerit Commiſſarios ad quaſcumque ſui Ordinis utriuſque familiæ Provincias, quibuſvis conſuetudinibus, ac ſtatutis per quaslibet perſonas in contrarium factis, non obſtan. libere mittere poſſe.

Miniſtri Provinciales non immutent ordinata ab ipſis Commiſſariis.

§.6. Inſuper, quia, ut etiam accepimus, aliquando nonnulli Miniſtri ex viſitatis Provinciis, per Commiſſarios ad hoc ab ipſo Generali Miniſtro deputatos, quæ a dictis Commiſſariis recte, & ſalubriter ordinata, & geſta fuerunt, reſcindere, mutare, aut contemnere ſolent, ſub omnibus, & ſingulis pœnis ſupradictis expreſſe prohibemus, ne quiſquam ab eiſdem Commiſſariis facta, & ordinata, mutare, alterare, aut pervertere ſine expreſſa licentia, & permiſſione ipſius Miniſtri generalis, qui ſolus ea mutare valeat, ullo modo præſumant. Decernentes irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contig. attentari.

§.7. Non

Digitized by Google

Clauſulæ derogatoriæ.

§.7. Non obſtantibus Conſtitntionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis. & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, & confirmatis, quibus omnibus eorum tenores præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſno robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis qnibuſcumque.

D. P. An.III. 8. Aprilis.

Datum Romæ apud S. Petrum, &c. die octava Aprilis, 1575. Pontificatus noſtri Anno III.

XLIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Declarat Conceſſiones, gratias, privilegia &c. conceſſa & concedenda, tam in genere, quam in ſpecie Militiis de Spatha, de Calatrava, & Alcantara in Caſtellæ, & Legionis Regnis, ad Militias de Spatha, & de Avis Portugalliæ extendi, inhærendo veſtigiis Nicolai V., & Julii II., ac Pauli III. Prædeceſſor. cum deputatione Judicum &c.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetnam rei memoriam.

Procemium.

EX Apoſtolicæ Sedis, in qua meritis licet inſufficientibus, divina diſponente Clementia conſtituti ſumus, benignitate procedit, ut ſuper eis, quæ perſonis ſub regulari habitu, contra Chriſti nominis æmulos, pro Orthodoxæ fidei ampliatione, & conſervatione continue militantibus, per ejuſdem Sedis clementiam circumſpectam, pro tempore conceſſa reperinntur, an ad alias ejuſdem profeſſionis extendantur perſonas, amhiguitatis ſcrupulos pro tempore exerceutes declarationis noſtræ miniſterio dilucidemus, ac in his Officii noſtri partes favorabiliter impartiamur.

Militiæ Regulares in Portugallia.

§.1. Sane Chariſſimus in Chriſto filius noſter Sebaſtianus Portugalliæ, & Algarbiorum Rex Illuſtris, qui Militiarum Sancti Jacobi de Spatha, Sancti Auguſtini de Avis Ciſtercien. Ordinnm Regni Portugalliæ magnus Magiſter, ſeu perpetuus Adminiſtrator, per Sedem Apoſtolicam deputatus exiſtit, tam ſuo, quam dilectorum filiorum Magiſtrorum Conventus, Priorum, Commendatorum, Præceptorum, fratrum militum, & aliorum Religioſorum, ac perſonarum militiarum prædictarum nominibus Nobis nuper exponi fecit. Quod licet ex diverſis Romanorum Pontificum, & præſertim felic. recor. Nicolai Quinti; & Julii II., & Pauli III. Prædeceſſorum noſtrorum privilegiis, & conceſſionibus prædictæ Militiæ in eodem Regno adverſus Mauros, alioſque Fidei Catholicę Hoſtes antiquitus per Sedem prædictam ſulubriter inſtitutæ, illarumque tunc, & pro tempore exiſtentes Magiſtri Conventus, Priores, & Commendatores, Præceptores, Fratres, ſeu Adminiſtratores & milites, eorumque ſinguli, necnon perſonæ, & loca, domus, & Eccleſiæ Militiarum earundem perpetuis futuris temporibus omnibus, & ſingulis privilegiis, prærogativis, conceſſionibus, Indultis, libertatibus, conſervatoriis, Indulgentiis, exemptionibus, honoribus, literis Apoſtolicis, & aliis gratiis Magiſtris, ſen Adminiſtratoribus, Conventibus, Priorihus, Commendatoribus, Præceptoribus fratribus, & militibus ejuſdem Sancti Jacobi, & de Alcantara Militiarum in Caſtellæ, & Legionis Regnis inſtitutarum, & quovis modo ab ipſis Romanis Pontificibus, & Sede prædicta conceſſis, & in poſterum concedendis, & quibus illi utebantur, potiebantur, & gaudebant, ac uti, potiri, & gaodere poſſent, quomodolibet in futurum uti, potiri, & gaudere, ae ſi eis, in quem conceſſæ fuiſſent, & loco Judicum in literis Apoſtolicis Regnorum Caſtellæ, & Legionis militiis hujuſmodi, pro tempore conceſſis deputatorum, alios Judices in dignitate tamen Eccleſiaſtica ſimiliter conſtitutos, in dicto Regno Portugalliæ, qui eandem poteſtatem haberent, qnam Judices in eiſdem literis deputati habebant, ſeu habere poſſent, quomodolibet in futurum deputare libere, & licite poſſent, & valeant.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.2. Nihilominus a nimium forſan ſcrupuloſis locorum Ordinariis ejuſdem Regni Portugalliæ certis prætenſionibus dnbitari contingit, eædem literæ per piæ memoriæ Pium Papam Quintum, etiam Prædeceſſorem noſtrum, ſub datum quinto Idus Januarii Pontificatus ſui Anno primo procurante Chariſſimo in Chriſto filio Philippo Rege Catholico, qui Militiarum in Caſtellæ, & Legionis Regnis inſtitutarum hujuſmodi perpetnus Adminiſtrator, per eamdem Sedem deputatus exiſtit, conceſſæ, privilegiorum, Indultorum, conſervatoriarum, & aliarum gratiarum ipſis Militiis Regnorum Caſtellæ, & Legionis conceſſorum prædictorum præſervatione, & innovatione militiis Regni Portugalliæ, & Sebaſtiano Regi, & pro tempore exiſtentibus maguis Magiſtris, Conventibus, Prioribus, Commendatoribus, Præceptoribus, Fratribus, Militibns, perſonis, Eccleſiis, Domibus, locis, bonis, poſſeſſionibus, Juribus, & Juriſdictionibus Militiarum Regni Portugalliæ hujuſmodi ſuffragari, & illis gaodere poſſint, vel debeant, & exinde effectus literarum Pii Prædeceſſoris hujuſmodi, quoad Regni Portugalliæ militias, illarumque ſingulas perſonas prædictas frequenter impeditur, & retardatur, militiæque Regni Portugalliæ, & illarum perſonæ hujuſmodi ſæpenumero, gravamina, injnrias, & incommoda ſubſtinent in earum detrimentum, ac privilegiorum, Indnltorum, & facultatum ſibi conceſſorum prædictorum læſionem.

Militia S. Jacobi de Spatha eadem eſt in Regnis Hiſpaniarum, & Luſitaniæ.

§.3. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat Magiſtri, Conventus, Priores, Commendatores, Præceptores Fratres, milites, & aliæ perſonæ ejuſdem Sancti Jacobi de Spatha, ſive in Legionis, Caſtellæ,

& Ara-

& Aragonum, ſive in Portugalliæ, ſeu Algarbiorum Regnis conſtituti ſint, ejuſdem profeſſionis exiſtant, & ſub eiſdem regularibus inſtitutis militent, neque alia inter eos differentia, quam quod in diverſis Regnis conſiſtunt, fore dignoſcatur, ac præmiſſa in favorem ipſius Militiæ de Spatha, & de Avis, in quem conceſſa appareat, & neutiquam conveniens videatur, ut militiæ prædictæ, etiam ſi in diverſis Regnis inſtitutæ diverſo jure ſulciri, aut inniti debeant, præſertim quod fere ſemper in omnibus, & per omnia, per alios Romanos Pontifices prædictos æquiparata fuerint, ac propterea idem Sebaſtianus Rex nominibus prædictis Nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus ambignitatis prædictæ ſcrupulos antequam altius irrepant, ac jurgiorum, & litigiorum materiam parturiant, declarationis noſtræ Miniſterio ſubmovere, & alias in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.4. Nos igitur, qui præter commune debitum, quo ex Apoſtolatus Officio ceteris fidelibus debitores exiſtimus, militias Regni Portugalliæ, illarumque perſonas hujuſmodi eo ſpecialius paterna dilectione complectimur, quæ pro tuitione prædictæ fidei, ejuſque propagatione, atque præſidio, contra immaniſſimos Chriſtiani nominis hoſtes Mauros ſcilicet, & alias barbaras nationes, cum proprii effuſione cruoris & vitæ periculo continue decertare facti evidentia cognoſcimus, eumdemque Sebaſtianum Regem a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eorumdem Nicolai, Julii, & Pauli Prædeceſſorum prædictorum veſtigiis inhærentes, omnemque dubitationem in præmiſſis removere volentes, necnon omnium, & ſingulorum privilegiorum, conceſſionum, Indultorum, conſervatoriarum, & aliarum gratiarum, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Sedem prædictam eiſdem militiis, tam in Legionis, & Caſtellæ, quam Portugalliæ Regnis prædictis inſtitutis, illarumque magnis Magiſtris, ſeu adminiſtratoribus, Conventibus, Prioribus, Commendatoribus, Præceptoribus, Fratribus, militibus, & perſonis prædictis, ac deſuper confectarum & dictarum Pii Prædeceſſoris literarum tenores præſentibus, pro expreſſis habentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula privilegia, prærogativas, immunitates, exemptiones, libertates, facultates, Indulgentias, conſervatorias, indulta, & alias gratias Militiis Caſtellæ, & Legionis Regnorum hujuſmodi, ac prædicto Philippo Regi, & pro tempore exiſtentibus Adminiſtratoribus, Conventibus, Prioribus, Commendatoribus, Præceptoribus, Fratribus, Militibus, & aliis perſonis Eccleſiaſticis, domibus, locis, bonis, poſſeſſionibus, Juribus, Juriſdictionibus Militiarum in Caſtellæ, & Legionis Regnis inſtitutarum hujuſmodi per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem eamdem hactenus quomodolibet, tam in genere, quam in ſpecie conceſſa, & in poſterum concedenda eiſdem modo, & forma, quibus conceſſa ſunt, & in poſterum concedentur, ad Militias Regni Portugalliæ, ac Sebaſtianum Regem, & pro tempore exiſtentes Magnos Magiſtros, ſeu Adminiſtratores, Conventus, Priores, Commendatores, Præceptores, Fratres, Milites, perſonas Eccleſiaſticas, domos, loca, bona, poſſeſſiones, jura, Juriſdictiones Militiarum in Regno Portugalliæ inſtitutarum hujuſmodi extendi, & illa eis in omnibus, & per omnia, & pariter, pariformiter, & æque principaliter abſque ulla prorſus differentia, ac ſi Militiis Regni Portugalliæ, & Sebaſtiano Regi, ac pro tempore exiſtentibus magnis Magiſtris, ſeu Adminiſtratoribus, Conventibus, Prioribus, Commendatoribus, Præceptoribus, Fratribus, Militibus, perſonis Eccleſiaſticis domibus, locis, bonis, poſſeſſionibus, Juribus, Juriſdictionibus Militiarum Regni Portugalliæ hujuſmodi ſpecifice, & expreſſe conceſſa fuiſſent, & concederentur, perpetuo ſuffragari, ac illis uti, potiri, necnon loco Judicum in privilegiis, & aliis literis Apoſtolicis Regnorum Caſtellæ, & Legionis Militiis hujuſmodi pro tempore conceſſis deputatorum dilectos filios Cappellanum majorem prædicti Regis, & Succeſſorum Regum Portugalliæ, Archidiaconos Polevenza, Bracharen. & Elboren. Eccleſiarum nunc, & pro tempore exiſten. in dicto Regno Portugalliæ, qui eamdem poteſtatem habeant, quam Judices in ejuſdem literis, & privilegiis deputati habent, ſeu habere poterunt quomodolibet in futurum, deputatos eſſe, nec deſuper per prædictos Ordinarios, ſeu alios cujuſcumque gradus, ſtatus, conditionis, ordinis, præeminentiæ, & qualitatis exiſtentes, etiam Cardinalatus honore fulgentes moleſtari, perturbari, aut inquietari poſſe, ipſaſque militias Regni Portugalliæ, illarumque ſingulares perſonas in eodemmet ſtatu, in quo Militiæ Regnorum Caſtellæ, & Legionis, illarumque perſonæ hujuſmodi quomodolibet exiſtunt, & pro tempore reperientur, etiam perpetuo conſervari debere, & ita intentionis prædictæ Prædeceſſorum fuiſſe, & etiam noſtræ eſſe, & perpetuo fore Apoſtolica auctoritate tenore præſentium decernimus, & declaramus.

Omnia Privilegia Militiis Regularibus in Regnis Hiſpaniarum conceſſa ad eaſdem Militias in Regnis Luſitaniæ extendit.

§.5. Et nihilominus pro potiori cautela eadem omnia, & ſingula privilegia, prærogativas, exemptiones, facultates, indulgentias, conſervatorias, indulta, & alias gratias eiſdem modo, & forma, quibus Militiis Caſtellæ, & Legionis Regnorum, earumque Superioribus, & perſonis hujuſmodi, ut præfertur, conceſſa ſunt, & in poſterum concedentur, ad Militias Regni Portugalliæ, illarumque Superiores, & perſonas

Eadem omnia Privilegia pro potiori cautela de novo concedit.

nas hujuſmodi ſimiliter perpetuo extendimus, illaque eis auctoritate, & tenore prædictis, modo tamen,& forma in literis Pii V. Prædeceſſoris hujuſmodi contentis, concedimus, & indulgemus.

Clauſula. §.6. Decernentes præſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari poſſe, nec illas ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, modificationibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, comprehendi; ſicque per quoſcumque Judices, etiam Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales, ac cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, ac cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio executorum. §.7. Quocirca Venerabili Fratri Epiſcopo Amerin., & dilectis filiis Cappellano majori prædicti Sebaſtiani Regis moderno, & pro tempore exiſtenti, & Archidiacono Elboren. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte prædicti Regis moderni, & pro tempore exiſtentium Magni Magiſtri, ſeu Adminiſtratoris, Conventuum, Priorum, Commendatorum, Præceptorum, Fratrum, Militum, perſonarum, Eccleſiarum, domorum, locorum, bonorum, poſſeſſionum, Jurium, Juriſdictionum Militiæ Regni Portugalliæ hujuſmodi, ſeu alicujus eorum deſuper requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra literas hujuſmodi, & in eis contenta quæcumque firmiter obſervari, ac ſingulos, quos eædem literæ concernunt, illis pacifice gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita, compeſcendo,

Derogatio contrariorum. §.8. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Militiarum prædictarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, necnon quibuſvis declarationibus, inhibitionibus, & decretis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet; tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent; præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum. §.9. Volumus autem, quod privilegiorum, Indultorum, & aliarum gratiarum prædictarum, ac etiam præſentium literarum tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ &c.

Dat. die 8. Junii 1575. An.IV. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 8. Junii 1575. Pontificatus noſtri Anno IV.

XLIV.

Revocatio licentiarum, & indultorum quibuſcumque mulieribus conceſſoinm ingrediendi Monaſteria cujuſcumque Ordinis Regularium. Prohibitioque utendi ejuſmodi licentiis pro caſibus neceſſariis concedendis, præterquam ipſis neceſſitatibus urgentibus. Et declaratio, quod Prælati Monialium, in caſibus neceſſariis, & paucis comitati Religioſis ingredi poſſint.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. UBI gratiæ, & indulta ab hac Sede conceſſa, ſucceſſu temporis incommodum afferre noſcuntur, expedit illa ſalubri præſidentis conſilio ſubmoveri.

Revocatio licentiarum ingrediendi Monaſteria Monialium, & virorum cujuſcumque ordinis. §.1. Proinde Sanctimonialium quieti, & tranquillitati conſulere, ac omnia quæ illas a ſpiritualium rerum cogitatione, & exercitio avocant, impedimenta tollere, periculaque, & ſcandala ab eis removere cupientes, auctoritate præſentium revocamus, & abolemus omnes, & quaſcumque licentias, ac facultates ingrediendi Monaſteria, Domos, & loca Monialium, ac etiam virorum quorumvis Ordinum, quibuſvis, etiam Comitiſſis, Marchioniſſis, Duciſſis, & aliis cujuſcumque ſtatus, & conditionis mulieribus, ac etiam omnes, & quaſcumque licentias ingrediendi Monaſteria, Domos, & loca ipſarum Sanctimonialium quibuſcumque viris, etiam ejuſdem ſtatus, & dignitatis, tam a Prædeceſſoribus noſtris, quam etiam a Nobis, & Sedis Apoſtolicæ Legatis, aut aliis ex quibuſvis quantumcumque urgentibus cauſis ſub quibuſcumque tenoribus, & etiam derogatoriarum derogatoriis, revocatorum reſtitutoriis, aliiſque efficacioribus clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam

Motu

Digitized by Google

Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumve Principum contemplationem, vel ſupplicationem conceſſas, confirmatas, & etiam iteratis vicibus renovatas. Caſſamuſque, & annullamus literas deſuper confectas, & proceſſus habitos per eaſdem.

Prohibitio, & pœna Monaſteria ingredientium vigore licentiarum.

§.2. Inhibentes eiſdem, qui illas obtinnerunt, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, ſuper qua a nemine niſi a Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) abſolutionis beneficium poſſit impetrari, ne ipſarum licentiarum prætextu Monaſteria hujuſmodi quovis modo ingredi audeant.

Pœnæ Religioſorum eos admittentium.

§.3. Abbatiſſis vero necnon Abbatibus, Conventibus, ac aliis Monaſteriorum utriuſque ſexus ſuperioribus, & perſonis quocumque nomine vocentur, diſtricte præcipimus ſub eadem excommunicationis pœna, necnon privationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum ſuorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ne in Monaſteria, Domos, & loca ſua, quemquam prætextu hujuſmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciant, vel permittant.

Prohibitio necendi licentias in caſibus neceſſariis concedendis, niſi ipſæ neceſſitates urgeant.

§.4. Quin etiam ſub eiſdem pœnis ipſo facto incurrendis prohibemus, atque interdicimus omnibus, & quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis, & ſecularibus, ac etiam Ordinum quorumcumque, etiam Mendicantium Regularibus, ne prætextu licentiarum ab Epiſcopis, vel Superioribus, quibus illas concedendi in caſibus neceſſariis tantum ex decreto Concilii Tridentini tribuitur, ne Monaſteria ipſa Monialium pro libito, ſed neceſſitatibus urgentibus dumtaxat præſumant.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Monaſteriorumque, & Ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, exemptionibus, & indultis Apoſtolicis illis, eorumque ſuperioribus prædictis, ac aliis quibuſcumque per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & etiam Sedem ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, conceſſis, & confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis, quibus omnibus, eorum tenores, perinde ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.6. Quoniam autem difficile eſſet præſentes ad omnia loca perferri, volumus earum exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii publici, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eamdem fidem in judicio, & extra illud ubique locorum adhiberi, quæ adhiberetur præſentibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto, Idibus Junii Pontificatus noſtri Anno IV.

Sequitur declaratio d. Conſtitutionis quoad Prælatos Monialium.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad futuram rei memoriam.

Cauſa Conſtitutionis.

DUbiis, quæ emergunt, declarationis remedium expedit adhibere. Cum igitur ſuper eo quod optima primum ratione Concilium ſanxit Tridentinum, deinde in Conſtitutione fel. rec. Pii Papæ V. Prædeceſſoris noſtri nonis Julii, Pontificatus ſui Anno tertio, atque item noſtra Idibus Junii, Pontificatus noſtri Anno quarto editis, fuit proviſum, ne cui in poſterum, niſi in caſibus neceſſariis, ſepta Monaſteriorum Monialium ingrediendi concederetur licentia, a nonnullis dubitatum fuiſſe ſciamus circa perſonas, quæ alterius ad id licentia non indigent, ſed ſui auctoritate officii nituntur, an liceat eis pro libito ſuæ voluntatis hujuſmodi ſepta ingredi, vel potius ſervare debeant ipſi quoque regulam a Concilio præſcriptam.

Declaratio, quod Prælati Monaſteriorũ Monialium in caſibus tantũmodo neceſſariis, ea ingredi valeant.

§.1. Nos omnem hæſitationis materiam tollere, & viam ſcandalis præcidere, ac Sanctimonialium quieti conſulere volentes, harum tenore auctoritate Apoſtolica declaramus, Prælatos omnes, tam ſeculares, quam regulares, quibus cura & regimen Monaſteriorum Monialium quovis modo incumbit, facultate ſibi ex officio attributa ingrediendi Monaſteria prædicta ita demum uti poſſe, ſi id faciant in caſibus neceſſariis, & a paucis iiſque ſenioribus, ac Religioſis perſonis comitati. Quocirca univerſos & ſingulos Epiſcopali, ſeu majori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditos, necnon quorumvis Ordinum Abbates, Priores, Miniſtros, & alios quoſcumque Superiores regulares ſerie monemus, ut facultate hujuſmodi, qui eam habent, præterquam in caſibus, ut præfertur, neceſſariis neutiquam utantur.

Contravenientium pœnæ.

§.2. Quod ſi contrafecerint, eadem auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, atque decernimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qua contrafecerint, ingreſſu Eccleſiæ interdictos, pro ſecunda a munere Pontificali, & a divinis ſuſpenſos, ac deinceps ipſo facto abſque alia declaratione excommunicatos exiſtere, regulares vero omni officio, ac miniſterio privatos excommunicationi ſubjacere.

Derogatio contrariorum.

§.3. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in generalibus, & Provincialibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis Eccleſiis, earumve Prælatis, aut Ordinibus, in genere vel in ſpecie, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis

etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis quovis modo conceſſis, approbatis, & innovatis, etiam ſi illis caveretur expreſſe, quod nemo interdici, ſuſpendi, vel excommunicari poſſet per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem, quibus, eorumque totis tenoribus, perinde ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus, ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſſumptorum.

§.4. Quoniam vero difficile eſſet &c.

D. P. An. X. 23. Decemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 23. Decemb. 1581. Pontificatus noſtri Anno X.

XLV.

Ex Bullar. Ord. Prædic. Tom. VIII. pag. 334.

Eccleſiam Sancti Nicolai de Præfectis de Urbe de novo in Parochialem præficit.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Paſtoralis officii cura Nobis meritis licet imparibus, ex alto commiſſa Nos admonet, & inducit, ut circa Statum Eccleſiarum quarumlibet proſpere dirigendum ſolicite intendentes, quæ per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ex cauſis tunc apparentibus interdum conceſſa ſunt, ſi Eccleſiis ipſis, & illarum perſonis incommodo ſint non mediocri, ac cultus divini, ſalutiſque animarum jacturam inducant, in ea parte revocemus, & ad priſtinum, & debitum ſtatum reducamus, aliaſque deſuper diſponamus, prout perſonarum, rerum, & locorum conditionibus penſatis conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Facti ſeries, & ſynopſis Cōſtitutionis S. Pii V.

§.1. Dudum ſiquidem Eccleſia tunc Parochialis Sancti Nicolai de Præfectis nuncupata, Regionis Campi Martii, de Urbe per reſignationem dilecti filii Brancadori Tornaboni de Petriculo olim ipſius Rectoris, de illa, quam tunc obtinebat in manibus felicis recordationis Pii Papæ Quinti Prædeceſſoris noſtri, ad effectum ſibi de Canonicatus, & Præbenda Eccleſiæ S. Laurentii in Damaſo, etiam de Urbe, quos dilectus filius Robertus Fontana olim ipſius Eccleſiæ Sancti Laurentii Canonicus tunc obtinebat, pro ipſa Eccleſia S. Nicolai provideretur, nec aliter ſponte, & alias libere factam, & per eumdem Prædeceſſorem admiſſam vacantem, idem Prædeceſſor ex certis tunc expreſſis cauſis Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine curam omnimodam Parochianorum juſque, & exercitium Parochiale univerſum a dicta Eccleſia, per ſuas literas perpetuo abdicavit, illaque, ac dilectos filios univerſos, & ſingulos ejuſdem Eccleſiæ S. Nicolai tunc Parochianos utriuſque ſexus ad Eccleſiam S. Laurentii in Lucina ſimiliter de Urbe, quæ etiam tunc Parochialis exiſtebat, parum inde remotam, & alioquin capacem, tranſtulit, & in Parochianos adſcripſit, ac juſſit illos ad eam tranſire, ac per dilectos filios illius Archipresbyterum, Rectorem, & ceteros ad quos id ſpectaret, eos in ſuos recipere, itaut deinceps illi, æque, ac ceteri dictæ Eccleſiæ S. Laurentii in Lucina Parochiani haberentur, & in eos omnia jura, & officia Parochialia exercere deberent, Eccleſiam vero Sancti Nicolai hujuſmodi, etiamſi ſub titulo Presbyteri Cardinalis ejuſdem Eccleſiæ S. Laurentii in Lucina exiſteret, & ab eo, vel alio, & quocumque loco dependeret, nomine titulo, & denominatione Rectoris, & Eccleſiæ Parochialis in ea perpetuo ſuppreſſis, & extinctis, ipſaque Eccleſia S. Nicolai omni prorſus cura, titulo, & dependentia vacua, & expedita remanente, cum illi forſan annexis, ac omnibus, & ſingulis ædibus, bonis, proprietatibus, poſſeſſionibus, cenſibus, juribus, juriſdictionibus, & pertinentiis ſuis Domui S. Sabinæ pariter de Urbe Ordinis Fratrum Prędicatorum de obſervantia nuncupatorum Provinciæ Lombardiæ, ac dilectis filiis illius Priori, & Fratribus per eos pro Domo ſui ordinis habendam, regendam, & poſſidendam, ac juxta ipſius Ordinis ritus, & mores reformandam, & adminiſtrandam perpetuo donavit, conceſſit, & aſſignavit, ac etiam ipſi Domui perpetuo appropriavit, ita quod liceret eiſdem Priori, & Fratribus per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ Sancti Nicolai, & annexorum, necnon proprietatum, poſſeſſionum, & aliorum prædictorum, propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, ac eidem Eccleſiæ S. Nicolai in divinis deſervire, illiuſque, ac dictorum annexorum fructus, redditus, & proventus in ejus, & dictæ Domus commodum, ac utilitatem convertere, dilecti filii, tunc ſui, Judicii tituli ejuſdem Eccleſiæ S. Laurentii in Lucina, aut alterius Presbyteri Cardinalis, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita, inhibitione ſub cenſuris, & pœnis contra quoſcumque præmiſſorum executionem quovis quæſito colore impedientes, & moleſtantes, ac irritanti, aliiſque diverſis decretis deſuper adiectis, prout in ipſis literis plenius continetur.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.2. Cum autem exhibita Nobis nuper pro parte dictorum olim Parochianorum ejuſdem Eccleſiæ S. Nicolai, petitio continebat, præfata Eccleſia S. Laurentii in Lucina adeo ſuæ Parochiæ præſertim poſt tranſlationem hujuſmodi limites extenderit, ac tot Parochianorum cura illi immineat animarum, ut illius Archipresbyter, & Miniſtri curæ hujuſmodi exercitio ea, qua vellent, ac deceret diligentia, incumbere non valeant, ſi ipſa Eccleſia S. Nicolai, prout ante tranſlationem hujuſmodi habebat, proprium deinceps haberet Rectorem, qui populum ſuæ Curæ commiſſum diligenter cuſtodiret, & ex hoc profecto, cura hujuſmodi commodius, & diligentius exerceretur, necnon alia Parochialia tam Sancti

Digitized by Google

Laurentii in Lucina, quam S. Nicolai Eccleſiis hujuſmodi incumbentia onera facilius ſupportarentur. Quare pro parte eorumdem olim Parochianorum dictæ Eccleſiæ S.Nicolai Nobis fuit humiliter ſupplicatum quatenus ipſos eidem Eccleſiæ Sancti Nicolai adverſus literas prædictas reſtituere, ac alias in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Derogatio Conſtitutionis S. Pii V., & reſtitutio juris Paroch. Eccleſiæ S. Nicolai de Perſeſiis.

§.3. Nos igitur, qui circa animarum curam proſpere, & fructuoſe exercendam eo impenſius officii noſtri partes interponimus, quanto illa ceteras omnes ſuperat, & excellit, eoſdem olim Parochianos dictæ Eccleſiæ Sancti Nicolai, & eorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiia, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavia occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon literarum prædictarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, abdicationem curæ Parochianorum, & translationem univerſi juris, & exercitii Parochialis, ac ſuppreſſionem extinctionemque nominis Rectoris, ac denominationis, & effectus Parochialis, nec non quo ad hoc tantum literas hujuſmodi Apoſtolica authoritate, tenore præſentium revocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, viribuſque omnino evacuamus, ac pro nullis, & infectis, viribuſque vacuis haberi, & cenſeri, cetera vero in ſuo robore remanere volumus, necnon Eccleſiam Sancti Nicolai, & illius Rectorem pro tempore exiſtentem, & qui antea fuerunt, Parochianos hujuſmodi adverſus abdicationem, translationem, ſuppreſſionem, & extinctionem, ac literas prædictas in priſtinum, & eum, in quo antequam illæ emanarent, quomodolibet erant, ſtatum auctoritate, & tenore prædictis reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi abdicatio, translatio, ſuppreſſio, & extinctio prædictæ nunquam factæ extitiſſent.

Jura omnia Parochialia in priſtinum reſtituit.

§.4. Decernentes Eccleſiam Sancti Nicolai prædictam de cetero, ut prius ante abdicationem, translationem, ſuppreſſionem, & cstinctionem hujuſmodi exiſtebat, Parochialem Eccleſiam, & qui antea fuerunt, illius Parochianos pariter exiſtere, nec illi propter præmiſſa aliquid detractum, ſeo in aliquo quomodolibet derogatum, aut dictæ Eccleſiæ Sancti Laurentii in Lucina aliquid propterea acquiſitum cenſeri poſſe, aut debere, aut Eccleſiam Sancti Nicolai prædictam, ejuſque Parochianos, qui ante abdicationem, translationem, ſuppreſſionem, extinctionem prædictas erant, regi, & gubernari, eiſdemque Parochianis Sacramenta omnia, quæ ad Rectorem, qui antea erat, de jure, vel conſuetudine ſpectabant, per unum ex Fratribus dictæ Domus Sanctæ Sabinæ ad hoc idoneum per præfatum Priorem pro tempore deputandum, & a dilecto filio noſtro in Alma Urbe, & illius diſtrictu Vicario generali approbandum adminiſtrari.

Clauſula.

§.5. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & deſiniri debere, irritum quoque decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, & noſtra de non tolleodo jure quæſito, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiæ Sancti Laurentii in Lucina, & Domus, ac Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, tam Judice, & aliis aliarum Eccleſiarum, ſub quibus forſan dicta Eccleſia Sancti Nicolai conſiſtit, Presbyteris Cardinalibua, quam Priori, & Fratribus, ac Ordini prædictis, illorumque ſuperioribus, & perſonis, ac quibuſvis aliis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, tam per præfatum Pium, quam alios quoſcumque Romanos Pontifices, Prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos, etiam motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus, etiam conſiſtorialiter de Fratrum noſtrorum conſilio, ac alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma adhoc ſervanda foret illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Concluſiones

§.7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, revocationis, irritationis, annullationis, evacuationis, voluntatis, reſtitutionis, repoſitionis, reintegrationis decretorum, & derogationia infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 21. Junii 1575. An.IV.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto, nono Kalendas Julii, Pontificatus noſtri An.IV.

Ordi-

XLVI.

Ordinationes a Collegio Phyſicorum, necnon a Collegio Aromatariorum Urbis, obſervandæ, eorumque, in prima, & Auditoris Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ in ſecunda inſtantia jurisdictiones.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

CUM officio Paſtorali incumbat gregem ſibi commiſſum ſecundum juris tramites, ac etiam juxta facti exigentiam vigili cura gubernare, ac abuſus, & pravas corruptelas introductas, liteſque, & controverſias, ex quibus maxime reſultant diſpendia partium, & totius populi damnum, maximaque jactura non ſine vitæ periculo pro viribus tollere, acceperimus autem inter Collegium Medicorum Almæ Urbis noſtræ, & Collegium Aramatariorum circa modum viſitationis Apothecarum, juriſdictione, pœnarum applicatione, ac rebus aliis diu controverſum fuiſſe, & quotidie hinc inde querelæ ad aures noſtras deferantur.

Prima diffinitio ſuum non fortita effectum.

§.1. Ac volentes has controverſias, & differentias omnino, & in perpetuum extinguere, vivæ vocis oraculo dilecto filio noſtro Franciſco Tituli S. Mariæ in Porticu Alciato, ac bo. me. Joanni Paulo Tituli Sancti Pancratii Presbyteris Cardinalibus ab Eccleſia nuncupatis, ut tam Collegium Medicorum, quam Collegium Aromatariorum, ac ſeparatim, & in contradictorio audirent, jura ipſa viderent, Nobiſque referrent, & cum pluries hoc feciſtent, & deinde re imperfecta ab eadem Urbe dictum Joannem Paulum Cardinalem recedere contigiſſet, in locum illius ſimilis me. Julium S. Theodori Diaconum Cardinalem de Aquaviva nuncupatum deputavimus, qui ſimul cum prædicto Franciſco Cardinali differentias prædictas, & jura Medicorum, & Aromatariorum audiverunt, & cognoverunt, Nobiſque retulerunt, & relatione facta quædam Capitula ab ipſis concepta, Motu proprio confirmavimus, & obſervari mandavimus, prout in ſchedula dicti Motus proprii manu noſtra ſignata, ſub dat. videlicet Romæ apud Sanctum Petrum Kalendis Decembris, Pontificatus noſtri Anno II., apparet.

Poſtrema diffinitio nunc firmata ſuper.

§.2. Cumque deinde pro parte Cellegii Medicorum prædictorum, iterum fuerit ſupplicatum ſuper novis rationibus, & juribus audiri, Nos, ut omnis materia, & occaſio conquirendi, & reclamandi in perpetuum tolleretur, commiſimus eidem Franciſco, & Julio Cardinalibus, ut Medicorum, & Aromatariorum Collegia iterum audirent, & cum differentiæ jam fere ſopitæ eſſent, ab humanis, ſicut Altiſſimo placuit, dictus Julius Cardinalis deceſſit, unde Nos cupientes has differentias quantocitius terminari, commiſimus dicto Franciſco Cardinali informato, ut iterum (ſi opus eſſet) audiret Collegium Medicorum, & deinde Nobis referret, qui Franciſcus Cardinalis iterum de novo Medicorum, & Aromatariorum Collegiis hujuſmodi auditis, Nobis retulit, Medicos, & Aromatarios hujuſmodi ad infraſcripta Capitula conveniſſe, & concordaſſe, videlicet.

Aromatariorum punitione, ſi aromatarias non approbati exercent.

§.3. Quod nemini liceat artem Aromatariam Magiſtri Inſtitoris, ſive Apothecæ præpoſiti, aut quovis alio nomine, ac titulo exercere, niſi antea a Protomedico, ejuſque Conſiliariis, & ab Aromatariorum Conſulibus examinatus, probatuſque fuerit, qui ſecus fecerit, vigintiquinque ducatorum pœna mulctetur, eaque de re ſoli Protomedicus, & Conſiliarii ejus in ſuo ſolo Tribunali, vocatis etiam Aromatariorum Conſulibus inquirant, procedant, cognoſcant, decidant, puniant, ſed in ſingulis actibus cum dictorum Conſulum Aromatariorum conſilio, quod ſi a Protomedico, & Conſiliariis non probabitur, tunc recta via ad pro tempore exiſtentem Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generalem Auditorem, pro ejus deciſione eatur, & deciſo eo articulo, in quo Protomedicus & Conſiliarii non probabunt Conſilium Conſulum Aromatariorum, revertatur in reliquis cognitio, & deciſio ad ipſos ſolos Protomedicum, & Conſiliarios, qui in aliis ſequentibus actibus idem obſervare teneantur.

Patentium expeditione.

§.4. Patentes autem approbationis juxta ſtylum, & ſolitum fient.

Aromatariorum coercitione, quando ex ſimplicibus compoſita medicamenta conficiunt, non ſervata forma hic tradita.

§.5. Nullus Aromatarius ex ſimplicibus compoſita medicamenta conficiat, eadem vigintiquinque ducatorum pœna propoſita, niſi prius Simplicia hujuſmodi inſpecta, & probata ſint a Protomedico, & Conſiliariis, aut certe ab aliis idoneis perſonis Protomedici juſſu, præſente etiam uno aliquo ex Collegii Medicis, qui ſemper intereſſe debeat, donec omnis inſpectio abſolvatur, qui contrafecerint in eum Protomedicus, & Conſiliarii inquirant, & animadvertant de conſilio Conſulum Aromatariorum, ſervata forma, & modo expreſſo in proximo præcedenti Capitulo, & non alias aliter, nec alio modo. Quod ſi Protomedicus, & Conſiliarii Simplicia inſpicere, aut alios ad hanc inſpectionem, ut ſupra deligere rogati prætermittent, mulctentur arbitrio Collegii Medicorum, quod ſi iterum lapſo triduo rogati negligant, liceat Aromatariis ſolis ſua compoſita facere.

Viſitatione Aromatariorum.

§.6. Protomedicus, ſemel, iterum, ac ſæpius in eodem anno, & deinde quoties id expedire judicaverit, per ſe, aut per alios, a ſe eligendos, ut ſupra dictum eſt, una cum Conſulibus Aromatariorum, omnia ſimplicia, & compoſita medicamenta inſpiciet, eaque oſtendere Aromatarii ſine recuſatione debeant, ut quæ proba, & idonea videbuntur, probari poſſint, quæ vero tamquam mala, & vitioſa reiiciantur, ea in Capitulo legitimo die, quo jus dicetur publice comburantur, iique apud quos inventa fuerint, luant pœnas contentas in Motu proprio fel. rec. Pauli IV. Prædeceſſoris noſtri, cui nolumus in hac parte derogare. Qui non obtemperaverit, a Protomedico, & Conſiliariis, de conſilio Conſulum

ſulum Aromatariorum, ſervata ſemper forma, de qua in primo Capitulo, & non alias, ut ſupra, eadem pœna coerceatur, ut multis incommodis, & periculis, quæ facile oriri poſſint, occurratur.

Venditione medicamentorum.

§.7. Nulli Aromatario liceat rem medicinalem in medicamentum redactam elective evacuantem, neque Scamoneatam, aut valde opiatam vendere, donare, aut nullo modo cuiquam viro, vel mulieri capiendam dare, niſi id ei verbo, aut ſcripto imperarit Medicus Phyſicus, qui ex alicujus probati Collegii auctoritate doctor, aut Licentiatus, aut denique is ſit, cui in Urbe medicinam exercere ſit permiſſum. Qui deliquerit a Protomedico, & Conſiliariis ejus eadem pœna puniatur.

Rerumque venenatarum.

§.8. Nemini venena, aut res venenatæ dent, niſi eis conſtet, ad quem uſum expetantur. Qui contrafecerit eadem vigintiquinque ducatorum pœna Protomedici, & Conſiliariorum ſententia mulctetur.

Libro receptarum.

§.9. Librum habeat, in quo diligenter medicinas omnes a Medicis imperatas, quas vulgo receptas vocant, nec uſquam alibi deſcribant, qui ſecus ſecerit, a Protomedico, & Conſiliariis quinque ducatorum pœna plectatur.

Rebus retinendis.

§.10. Res omnes, quæ uſu quotidiano, & more ad medicinam pertinent, Aromatarii in ſuis Apothecis habeant, atque aſſervent, quænam vero res illæ ſint, Protomedicus, & Collegium Medicorum, & Conſules Aromatariorum declarabunt, eaſque in Indice notatas, & deſcriptas ſingulis Aromatariis dabunt. Teneantur autem Aromatarii infra menſem a die declarationis hujuſmodi, ſive intra aliud certum tempus, Protomedici, & Conſiliariorum ſuorum arbitrio præfiniendum, res illas ſibi, ſive parce, ſive copioſe, pro cujuſque facultate emere, qui neglexerint, decem ducatorum pœnam ſubeant, deque eo Protomedicus, & Conſiliarii de conſilio Conſulum Aromatariorum, & ſervata forma, de qua in Capitulo, & non alias, ut ſupra cognoſcant, & puniant, citent, inquirant, procedant, ſeu cognoſci, puniri, citari, inquiri, & procedi, ac alias faciant, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna.

Vendendiſque.

§.11. Ne cui det Aromatarius rem medicinalem a Medico præſcriptam, niſi ad pondus, quod quidem in pagella, quam receptam dicunt, diſerte expreſſum ſit, rem ipſam appendent, delinquenti Protomedicus, & Conſiliarii quinque ducatorum pœnam irrogent.

Pretio rerum aromatariæ præſcribendo.

§.12. Singulis annis Protomedicus, Conſiliarii, & Conſules Aromatariorum, coram dictæ Cameræ Præſidentibus, rebus artis Aromatariæ certum pretium conſtituant, ne quis de injuſto pretio, jure queri poſſit, quod ſi quo minus id fiat, per Conſules ſteterit, quivis ex ipſis, & quoties in eo peccavit, ducatos vigintiquinque pendat pœnæ nomine. Cognitio autem conſtitutionis pretii ad Protomedicum, & Conſiliarios, de conſilio Conſulum Aromatariorum, ſervata ſemper forma, de qua in primo Capitulo, & non alias, aliter, nec alio modo pertinet, animadverſio autem in Conſules ad ſolum Protomedicum, & ejus Conſiliarios, a quibus ſi Conſules ſe gravari putaverint, adeant dictum Auditorem Cameræ, qui quod juris erit præcipiat, exequatur.

Societate inter Medicos, & Aromatarios interdicta.

§.13. Neque Medico, ſive Phyſico, ſive Chirurgo cum Aromatario, neque Aromatario cum Medico ſocietatem ullo modo inire liceat, qui aliter fecerit, vigintiquinque ducatorum pœna a Collegio Medicorum, ſi Medicus fuerit, ſi vero Aromatarius, a Conſulibus Aromatariorum afficiatur.

Taxatione pretii.

§.14. Si in rebus medicinalibus a taxatione Conſulum, eorumque calculis appellatum ſit, & Protomedicus, & Reviſores, ex forma Conſtitutionum artis Aromatariorum adeantur, qui ſi diſcordes intra ſe fuerint, de eo dictus Auditor cognoſcat, & decidat.

Medicinis per Aromatarios ſubminiſtrandis.

§.15. Nulli Phyſico, nulli Chirurgo, aut cuivis alteri medicinam, aut rem ad medicamentum pertinentem cuipiam, præterquam ex juſta aliqua cauſa a Protomedico, & ejus Conſiliariis in ſcriptis probanda, vendere liceat, niſi prius ea res in Aromataria ſit conſignata, & per ipſum Aromatarium ſubminiſtrata, qui ſecus ſecerit, a Collegio Medicorum, ſi Medicus fuerit, ſi vero Aromatarius, vel extraneus, ab Aromatariorum Conſulibus vigintiquinque ducatorum pœna plectatur.

Protomedici viſitatione aromatariarū.

§.16. Protomedicus, per ſe, aut per alium a ſe electum uno præterea aliquo ex Medicorum Collegio adhibito, ut ſupra explicatum eſt, quoties ei libuerit etiam extra ordinationem, apothecas Aromatariorum viſitare, inſpicere, & perquirere libere quidem poſſit, nihil vero abſque Conſiliariis, & Conſulibus Aromatariorum damnare, aut improbare poſſit, liceat ei tantum arbitratu ſuo, quæ voluerit, obſignare, & ne quiſquam iis utatur, interdicere, quoad ipſius Protomedici, & Conſiliariorum judicio de conſilio, ut ſupra Conſulum de tota re definiatur, ſervata forma, de qua in primo Capitulo, & non alias aliter, nec alio modo.

Librorum Aromatariorū fide.

§.17. Quod autem ad fraudum occaſiones tollendas facit, Aromatariorum libri ultra tres annos fides in judiciis ne habeatur, niſi aut inſtrumentum publicum, aut ſyngrapha exhibeatur, quæ fidem faciat, quæque cum nominibus, & rationibus in eiſdem libris deſcriptis conſentiat, aut certe conſtet de diligentia ab Aromatariis infra dictum tempus adhibita, adverſus debitores ob cauſas in libris notatas, planumque ſit, per debitores ipſos ſtetiſſe, quo minus ſolverent, aut aliter Aromatariis caverent, ut poſtremo nomina, & partitæ, ut appellant, in libris deſcriptæ a debitoribus recognitæ, earumdem ſubſcriptione comprobentur, non obſtante diſpoſitione dicti Pauli, & aliorum forſan Prædeceſſorum contrarium determinante.

§.18. Quivis etiam Eccleſiaſticus quantum

Conſulum aromatariorũ juriſdictione.

tum ad medicamenta, & certa ad artem Aromatariam ſpectantia Conſulibus Aromatariorum ſubiectus ſit, atque apud illos, & non alibi querelæ de hujuſmodi rebus habeantur, & decidantur, ſervatis ſervandis. Hi vero ex præſcripto Statutorum, tam dictæ Urbis, quam artis ſuæ cognoſcant, & procedant.

Moratoriarũ prohibitione.

§.19. Nemo cujuſvis conditionis ſit, ob res Medicinales, & Aromatarias ſolutionis dilationem, quam notoriam, aut cinquinam vocant, impetrare poſſit.

Viſitatione aromatariarũ extra Urbem.

§.20. Quotieſcumque ad viſitandas tabernas Aromatarias, quæ extra Urbem ſunt, Medicus ex Urbe mittendus erit, ne is forſan artis Aromatariæ imperitum ſibi comitem adjungat, Protomedicus, qui viſitatoris deſignandi jus obtinet, Urbanis Aromatariis id denuntiet, atque ab eis exquirat, habeant ne aliquem peritum, & idoneum hominem, qui Medico illi in hujuſmodi viſitationis munere Comes, & Miniſter eſſe velit, quo invento Protomedicus utriſque eam viſitandi Provinciam delegabit, curabitque Aromatario viaticum competens præſtari, quod ſi Aromatarii negligentes ea in re fuerint, ſolus Protomedicus hunc etiam eligat. Si autem Protomedicus non adnunciaverit, in vigintiquinque ducatis a Sindicis, tempore ſindicatus mulctetur.

Medico ad viſitandum aromatarias deſtinato.

§.21. Medicus vero ad viſitandum deſtinatus, ſingulas apotheeas, & officinas Aromatarias, non ficte aut fallaciter, ſed vere viſitet, atque inſpiciat, & debitis pœnis puniat, idque ſe feciſſe teſtimonio publico allato doceat, ſi contrafecerit, Protomedici, & Conſiliariorum communi decreto, vigintiquinque ducatorum pœnam ſubeat, quæ pœna pro numero apothecarum, quas non inſpexerit, toties ab eo exigatur.

Pœnarum exactione, ac ratione.

§.22. Ut autem pecuniæ, quæ ab his, decretis non obtemperaverint, pœnæ nomine exigentur, ratio conſtet, ſingulis annis a Protomedico, & Conſulibus unus Depoſitarius ex Aromatariis conjunctim eligatur, penes quem pecunia omnis ex hujuſmodi mulctatione collecta deponatur, eique ex pœnis exigendis certum ſtipendium Protomedici, & Conſulum arbitrio ſtatuatur, ita tamen ut antea de reliqua ſumma reſtituenda idoneam cautionem præbeat. Is autem in fine cujuslibet anni, de pœnis exactis Protomedico, & Conſuli Aromatariorum rationem reddat. Duo autem libri rationum fiant, quorum alter apud Protomedicum, alter vero apud Conſules ſit.

Earumque partitione.

§.23. In partiendis vero pœnis, & multis, quæ ex delictis, & contraventionibus Urbanorum Aromatariorum, ſive alias, & ex quacumque cauſa, etiam extra viſitationem, a quibuſcumque exigerentur, piæ me. Pii Papæ V. etiam Prædeceſſoris noſtri Motus proprius ſervetur, qui datus eſt die duodecima Auguſti, Pontificatus ſui Anno Quinto. Ita videlicet, ut quarta pars Medicorum Collegio attribuatur, reliquæ Hoſpitali S. Laurentii in Miranda, non obſtan. altero poſteriore ejuſdem Pii V. Motu proprio, quo pecuniæ omnes pœnæ nomine colligendæ, domui dicti Hoſpitalis attribui videbantur.

Earumdemque applicatione.

§.24. Si ex cujuſvis accuſatione, aut denunciatione aliquem ex Aromatariorum, vel Medicorum numero adverſum hæc decreta deliquiſſe conſtiterit, tunc ex integra ſumma, qua reus mulctabitur, quarta pars a Protomedico, & Conſiliariis eidem accuſatori, aut denunciatori, ſtatim adiudicetur, quod reliquum erit, a Depoſitario conſervetur, ut in fine anni inter Collegium Medicorum, & Hoſpitale Aromatariorum, ratione paulo ante dicta dividatur.

Cognitione quoque, ac declaratione tranſgreſſionũ.

§.25. Cognitio, & declaratio, an aliquis adverſus ſupradicta decreta deliquerit, & in pœnam inciderit, necne, ejuſque pœnæ exigendæ juſſio ad eos ſolos, & in ea forma pertineat, quibus in ipſis ſingulis Capitulis Decretorum expreſſis verbis definitum eſt, quoties autem his Decretis Protomedico, & ejus Conſiliariis, de conſilio Conſulum Aromatariorum, ut ſupra aliquod mandatum eſt, ita ſemper intelligatur, ut tam in inquirendo quam in procedendo, citando, cognoſcendo, declarando, decidendo, & puniendo, & in quoſcumque alios actus ſimiles faciendo, ipſorum Conſulum Aromatariorum conſilium petere teneantur, quod ſi Protomedicus, & Conſiliarii minus probaverint, neque cum iis conſenſerint, tunc eatur recta ad Auditorem prædictum, qui manu regia, omni, & quacumque appellatione remota, cognoſcat, & decidat, & deinceps ſervetur forma ſupra in primo Capitulo expreſſa.

A. C. Juriſdictione.

§.26. Idem Auditor his omnibus decretis exequendis præſit, ac quibus in rebus ſolis Protomedico, & Conſiliariis cognoſcendi, & decidendi, puniendique facultas abſque alio conſilio Conſulum Aromatariorum data eſt, liceat Aromatariis, ſi quando ſe injuſte lædi conqoerantur, coram eodem Auditore, de eorum iniuriis agere, qui pariter manu regia, omni, & quacumque appellatione remota, eos audiat, & pront juris erit, præcipiat, & exequatur, & quos calumnioſe conqueſtos eſſe repererit, arbitrio ſuo mulctet, mulctaſque hac ex cauſa exactas, Phyſicorum Collegio, & Hoſpitali prædicto in totum applicet.

Protomedici, & Conſiliariorum Conventu.

§.27. Conſules Aromatariorum ex eorum Decretorum facultate cum Protomedico, & Conſiliariis de re aliqua in conſilium venire debent, Protomedici domum adeant, quoties ab eo fuerint vocati, facta prius præcedenti die intimatione, quod ſi venire neglexerint, Protomedicus, & Conſiliarii abſque conſulibus omnia agere, & decernere poſſint.

Supplicatio pro approbatione Papæ.

§.28. Quare pro parte Medicorum, & Aromatariorum prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Capitulis prædictis pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, aliaſque in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Approbatio Papæ.

§.29. Nos igitur eoſdem Medicos, & Aromatarios, illorumque ſingulares perſonas

ſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ac ſtatum & merita cauſarum hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati dicta Statuta, & Decreta, de Medicorum, & Aromatariorum prædictorum conſenſu, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac illa inviolabiliter in perpetuum, & ſingulis futuris temporibus, per Protomedicum, & Collegium Medicorum, ac Conſules, & Collegium Aromatariorum, pro tempore exiſten., & alios quoſcumque inviolabiliter obſervari, proceſſuſque, & acta quæcumque in cauſis hujuſmodi facta caſſari, & annullari, ac Medicis, & Aromatariis perpetuum ſilentium imponi, & impoſitum eſſe volumus, prout caſſamus, & ſilentium imponimus.

Clauſula ſublata &c. §.30. Et ita tam per dictum Auditorem & ejus in civilibus Locumtenentem pro tempore exiſtentem, quam etiam per alios quoſcumque Judices, etiam Rotæ Auditores, ac S. R. E. Cardinales decerni, & judicari debere, irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Clauſulæ præſervativæ. §.31. Et ita perpetuæ ſententiæ, & voluntatis incommutabilis noſtræ eſſe dicimus neque has noſtras literas de ſubreptionis, vel obreptionis, vel intentionis noſtræ fraudatæ, vel alio quoquam vitio notari, impugnari, revocari, moderari, vel annullari poſſe, & quoties illas annullari, moderari, revocari, impugnari, vel notari contigerit, toties in priſtinum ſtatum repoſitas, reintegratas, & reſtitutas eſſe, & illis nullatenus derogari, niſi Conſiſtorialiter, de trina derogatione ſeparata, intercedente uno anno inter unam, & aliam, etiam Conſiſtorialiter, & accedente conſenſu amborum Collegiorum, & cum inſertione præſentium, volumus, & mandamus.

Clauſulæ derogatoriæ. §.32. Non obſtantibus reſcriptis felicis rec. Julii III., & Pauli IV., ac Pii V., & aliorum Prædeceſſorum noſtrorum, ac Capitulis factis per quondam Cæſarem Brancatium, & Cardinalem de Salviatis, dictæque Cameræ decretis, vel confirmationibus, ſeu declarationibus, Statutis dicti Collegii Medicorum, etiam juramento, & auctoritate Apoſtolica confirmatis, quorum tenores, & formas, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, haberi volumus pro expreſſis, conſuetudinibus, & uſibus quibuſcumque quibus omnibus, & ſingulis, ad effectum præſentium dumtaxat derogamus, & derogatum eſſe intendimus, ac præcipimus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An.IV. 1. Julii. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die prima Julii, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto, Pontificatus noſtri Anno IV.

XLVII.

Diſmembratio Provinciæ Fluvii Januarii ab Eccleſia S. Salvatoris Braſilii, & erectio in Vicariam perpetuam. *Ex Regeſt. in Secret. Brev.*

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium. IN ſupereminenti Militantis Eccleſiæ ſpecula meritis licet imparibus, divina diſpoſitione conſtituti ad univerſa Orbis loca, ac Provincias præſertim Omnipotentis Dei miſericordia per Catholicos Reges, & Principes ab Infidelibus, & Barbaris nationibus recuperata, & acquiſita, aciem noſtræ meditationis reflectimus, etiam locis, ac Provinciis ipſis plantetur, & plantata confirmetur radicitus Chriſtiana religio, eorumque Incolæ, & habitatores propriorum Præſulum aſſiſtentia, & regimine ſuffulti proficiant ſemper in fide, & quod in temporalibus ſunt adepti, non careant in ſpiritualibus incremento, opem, & operam libenter impendimus efficaces, prout eorumdem Regum expoſcit devotio, Noſque locorum, & rerum circumſtantiis mature penſatis ad Fidei ortodoxæ conſervationem, & propagationem, animarumque ſalutem, & profectum conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Facti ſeries. §.1. Exponi Nobis ſane nuper fecit Chariſſimus in Chriſto filius noſter Sebaſtianus Portugalliæ, & Algarbiorum Rex Illuſtris, quod alias eum inter ceteras Provincias progenitorum ſuorum auſpiciis repertas, & acquiſitas, ac ſub ejus temporali dominio reductas, Provincia Braſilii in partibus occidentalibus conſiſtens longe, lateque ſe extenderet, illiuſque Incolæ, & habitatores divinæ legis expertes, abſque aliqua Fidei Ortodoxæ inſtitutione viverent, prædicti progenitores pro effectu moti, ac deſiderantes in dicta Provincia Braſilii illius glorioſiſſimi nominis cultum, cujus eſt Orbis Terrarum, & plenitudo ejus, ac univerſi, qui in eo habitant, propagari, & Incolas prædictos ad lucem veritatis perduci, totque animas Deo lucrifieri, non ſine gravium expenſarum, & ſumptuum mole ad Provinciam Braſilii hujuſmodi pro gentilium, & aliorum Infidelium ad dictam fidem converſione, & ad Apoſtolicæ Sedis obedientiam reductione, ac humani generis redemptoris agnitione, & veneratione diverſos Religioſos, & præſertim Presbyterorum regularium Societatis Jeſu perſonas vitæ exemplo, & morum honeſtate inſignes, multi quidem doctrina, & lectione præditos tranſmiſerunt, & inibi Dei cultum, ac Miniſtros Eccleſiaſticos paulatim introduci, necnon Eccleſias, Monaſteria, Collegia, & alia pia loca edificari, & fabricari, ac illa paramentis, & ornamentis Eccleſiaſticis fulciri, & tandem in ſinu omnium Sancto-

Sanctorum *Baja de todos los Sanctos* nuncupatum Partium Braſilii hujuſmodi unam Cathedralem Eccleſiam ſub invocatione S. Salvatoris nuncupatam de Jurepatronatus prædicti Sebaſtiani Regis ex privilegio Apoſtolico, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum, exiſtentem, & ad præſens Paſtoris ſolatio deſtitutam, ſub certis modo, & forma tunc expreſſis Apoſtolica auctoritate erigi, & inſtitui, ac eidem Eccleſiæ ſic erectæ certum tunc expreſſum Oppidum pro Civitate, & ſinu omnium Sanctorum hujuſmodi, necnon Provinciam ſeu partem Terræ Fluvium Januarii nuncupatam, oràque in dictis partibus Braſilii, tam verſus partem ſeptentrionalem, quam meridionalem, ac alias conſiſtentia loca, & terras pro Diœceſi, ipſarumque Civitatis, & Diœceſis Incolas, & habitatores pro Clero, & Populo concedi, & aſſignari, etiam procurarunt.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat in dictis partibus Braſilii, benedicente Domino Oppida, loca, & terræ, illorumque Incolæ, & habitatores hujuſmodi Chriſtiani, quam Gentiles ita multiplicaſſe noſcatur, ut Epiſcopus Sancti Salvatoris pro tempore exiſtens ob ipſius Diœceſis per duo millia, & ſeptingenta milliaria ſe extendentis amplitudine frequentiſſimorũ, ac longe lateque diſſitorum locorum & terrarum copiam, necnon Provinciæ, ſeu partis terrę Fluvii Januarii hujuſmodi diſtantiæ, mariſque incommoda, ac difficilem, & diſpendioſam navigationem, piratarumque illic diſcurrentium periculum curæ, regimini, & adminiſtrationi ſui gregis in partibus Fluvii Januarii hujuſmodi conſiſtentis, prout ejus Paſtorali Officio incumbit, commode, nec ſine Incolarum, & habitatorum alterius partis ſuæ Diœceſis, videlicet ſinus Omnium Sanctorum hujuſmodi ſalutis diſpendio, & ipſius vitæ periculo intendere nequeat, ac exinde Incolæ, & habitatores Fluvii Januarii hujuſmodi, nec fidei doctrina, nec pie vivendi præceptis commode inſtrui, aut ſi quid deliquerint, facta haud corrigi ab Epiſcopo ſuo poſſint, illorumque multitudo copioſa miniſtrorum numero, ſpecialiſque Paſtoris, qui eos ſpirituali, & Cœleſti pabulo perſonaliter paſcat, & reficiat, illorumque animarum ſaluti, ac in his, quæ ad Divini cultus, fideique Catholicæ conſervationem, & Incrementum, neceſſaria, & proficua eſſe dignoſcuntur, ſpecialiter intendat, ne aſſiſtentia, & regimine ob ejuſdem Paſtoris carentiam, & penuriam, quod tanta cura ſeminatum fuit, inter tot tribulos, & ſpinas ſuffocetur, & intereat, non parum indigere dignoſcantur, ſi Diœceſis ipſa in duas partes divideretur, ejuſque rei cauſa tota provincia, ſeu pars terræ Fluvii Januarii & exinde uſque ad terminos, & limites, quibus gubernium temporale ejuſdem Fluvii Januarii extenditur, ab Eccleſia, & Diœceſi Sancti Salvatoris hujuſmodi penitus ſepararetur, & diſmembraretur, illaque ſic ſeparata, & diſmembrata in Vicariam, ſeu Adminiſtrationem ſpiritualem Fluvii Januarii nuncupandam pro uno Vicario, ſeu Adminiſtratore in ſpiritualibus Fluvii Januarii nuncupando, qui inibi omnimodam ſpiritualem, & Eccleſiaſticam, ac ordinariam, & quaſi Epiſcopalem juriſdictionem tam in foro interiori, quam exteriori haberet, & exerceret, erigeretur, & inſtitueretur, ex hoc profecto Provincia Fluvii Januarii hujuſmodi felicioribus proficeret incrementis, illiuſque Cleri, & Populi prædictorum ſaluti, ac dictæ fidei profectui, & exaltationi, diurnique cultus incremento, ac tot incommodis, & animarum periculis opportune conſuleretur. Quare idem Sebaſtianus Rex Nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus eandem Provinciam, ſeu partem terrę Fluvii Januarii ab Eccleſia, & Diœceſi Sancti Salvatoris hujuſmodi perpetuo ſeparare, & diſmembrare, ac inibi Vicariam, ſeu adminiſtrationem prædictam erigere, & inſtituere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.3. Nos igitur, qui Dei cultum, & illius incrementum, ac provinciarum ſalubrem directionem cum animarum Chriſtifidelium ſalute, & ſpirituali conſolatione intenſis deſideriis affectamus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac glorioſiſſimæ ejus Genitricis Virginis Mariæ, totiuſque Curiæ Cœleſtis honorem, & ipſius fidei Catholicæ exaltationem, eam Diœceſis Sancti Salvatoris partem, in qua Provincia, ſeu pars terræ Fluvii Januarii hujuſmodi conſiſtit, ut præfertur, cum illius territorio Oppidis, Villis, locis, necnon Clero, Populo, & perſonis, ac Monaſteriis, Eccleſiis, Collegiis, & piis locis, ac beneficiis Eccleſiaſticis, ſæcularibus, & quorumvis Ordinum regularibus ab Eccleſia S. Salvatoris, & Diœceſi prædictis perpetuo ſeparamus, & diſmembramus, & ab omni ſubjectione, juriſdictione, ſuperioritate, correctione, viſitatione, & poteſtate pro tempore exiſtentis Epiſcopi Sancti Salvatoris, ejuſque Vicariorum, & Officialium, ac a ſolutione quorumcumque jurium eidem Epiſcopo, & dilectis filiis Capitulo dictæ Eccleſiæ Sancti Salvatoris per Clerum, populum, & perſonas Fluvii Januarii hujuſmodi ratione ſubjectionis, juriſdictionis, ſuperioritatis, aut viſitationis, etiam Diœceſis; Ita quod de cetero prædictus Epiſcopus Sancti Salvatoris aliquam juriſdictionem ſpiritualem, præterquam in his, quæ ſunt Ordinis, demptis inferius expreſſis, in Oppida, terminos, territoria, villas, & loca, ac Clerum, populum, perſonas, Monaſteria, Eccleſias, & pia loca, necnon beneficia ſub ſeparatione, & diſmembratione hujuſmodi comprehenſa exerceri, nec eadem beneficia, quę antea ad ipſius collationem, proviſionem, inſtitutionem, vel quamlibet aliam diſpoſitionem pertinebant, conferre, ſeu de illis provideri, aut alias diſponere, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta per eum in Fluvio Januarii, illiuſque terminis, territoriis,

Erectio Provinciæ Fluminis Januarii in Vicariam perpetuam.

Digitized by Google

toriis, Oppidis, Villis, & locis prædictis ratione viſitationis, aut legis Diœceſis percipere nullatenus poſſit, dicta auctoritate, etiam perpetuo eximimus, & totaliter liberamus, ipſamque Provinciam Fluvii Januarii ſic ſeparatam, & diſmembratam in Vicariam, ſeu adminiſtrationem ſpiritualem Provinciæ Fluvii Januarii nuncupan., & pro uno Presbytero ſæculari, vel cujuſvis Ordinis Regulari Vicario, ſeu Adminiſtratore in ſpiritualibus Provinciæ Fluvii Januarii nuncupan. in Theologia, ſeu Decretis graduato, vel alias prævio examine, ſeu Judicio deputatorum Senatus.menſæ Regiæ, conſcientiæ, & Ordinum Militiarum, in quo complures viri, tam ſæculares, quam regulares literarum ſcientia, moribuſque, & virtute inſignes reperiuntur, habiles, & idonei ad alios docendum approbato, ac per ipſum Sebaſtianum, & pro tempore exiſtentem Portugalliæ, & Algarbiorum Regem perpetuis futuris temporibus, etiam hac prima vice, libere nullius ad id requiſito conſenſu, etiam ad tempus ſibi beneviſum deputando, & conſtituendo.

Facultates Vicarii in prædicta Provincia.

§.4. Qui deputationis, & conſtitutionis hujuſmodi vigore abſque alia Romani Pontificis, vel Epiſcopi Sancti Salvatoris pro tempore exiſtentis, aut cujuſvis alterius confirmatione, approbatione, commiſſione, licentia, vel conſenſu curam, regimen, & adminiſtrationem Provinciæ Fluvii Januarii, ac Cleri, ac Populi tam Chriſtiani, quam Gentilis, necnon Oppidorum, terrarum, & locorum in illius diſtrictu, limitibus, & terminis prædictis conſiſtentium, habere, ac inibi prædicare, & prædicari facere, Gentileſque prædictos ad Orthodoxæ Fidei cultum convertere, & converſos in eadem Fide inſtruere, & confirmare, eiſque Baptiſmi gratiam, & Confirmationis Sacramentum impendere, ac tam illis ſic converſis, quam aliis omnibus fidelibus in Provincia Fluvii Januarii, ac illius Oppidis, Terris, Villis, locis, territoriis, diſtrictu, limitibus, & terminis prædictis pro tempore degentibus, & eo declinantibus Sacramenta Eccleſiaſtica, & alia ſpiritualia munia, non autem ea, quæ ſunt Ordinis, ut præfertur, miniſtrare, & adminiſtrari etiam facere, & procurare, ac quæcumque beneficia Eccleſiaſtica ſub ſeparatione, & diſmembratione hujuſmodi comprehenſa, & quæ antea ad ipſius Epiſcopi Sancti Salvatoris collationem, proviſionem, Inſtitutionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem pertinebant, jure tamen patronatus Sebaſtiano, & pro tempore exiſtenti Regi prædicto ad ipſa beneficia ex privilegio Apoſtolico, vel alias quomodolibet competente ſemper ſalvo, & illæſo remanente, conferre, & de illis diſponere, & in eis inſtituere, Calices, Campanas, Veſtimenta, Corporalia, & alia paramenta, & ornamenta Eccleſiaſtica conſervare, & benedicere, Eccleſias, Cemeteria, & loca Eccleſiaſtica ſanguinis, & ſeminis effuſione, ſive alias quomodolibet polluta, vel profanata aqua per ipſum benedicta reconciliare, ipſaſque Eccleſias, & loca ſub ejus diſtrictu comprehenſa, ac illorum perſonas viſitare, ac in illorum ſtatum, regimen, ſtatuta, conſuetudines, vitam, ritus, mores, delicta, & diſciplinam tam in capite, quam in membris inquirere, necnon Evangelicæ, & Apoſtolicæ doctrinæ, Sacrorumque Canonum, & generalium Conciliorum Decretis, & Inſtitutis inhærendo, & prout occaſio, rerumque qualitas exegerit, quæcumque mutatione, correctione, emendatione, punitione, revocatione, ac etiam ex integro editione indigere cognoverit, reformare, mutare, corrigere, punire, & etiam de novo condere, necnon beneficiales, matrimonialeſque, & quaſcumque alias Eccleſiaſticas, & Civiles, & ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes Cauſas motas, & inchoatas, ac interim movendas cum earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis audire, decidere, & fine debito, prout juris fuerit, terminare, ſeu Cauſas ipſas aliis, vel aliis idoneis modo, & forma prædictis, ac cum ſimili, vel limitata poteſtate pariter audiendas, decidendas, & terminandas delegare, ac denique plenam, meram, & omnimodam Spiritualem, & Eccleſiaſticam, ac ordinariam juriſdictionem tam in foro interiori, quam exteriori habere, & eam, ac omnia, & ſingula alia, quæ pro tempore exiſtens Epiſcopus Sancti Salvatori in illis partibus hactenus habere, gerere, & exercere debuit, potuit, & conſuevit, ſimiliter, & pariformiter, nullaque prorſus differentia, exceptis tamen iis, quæ ut dictum eſt, ſunt Ordinis, prout divini cultus augumento, ac ipſorum Cleri, & Populi animarum ſaluti expedire cognoverit, gerere, exercere, facere, & exequi cum omnibus, & ſingulis aliis privilegiis, facultatibus, exemptionibus, libertatibus, juriſdictionibus, præeminentiis, ſavoribus, gratiis, Indultis, quibus inde Ormuz, & Mozambique, ac Cofola, necnon Moluco, aliiſque Provinciis, & locis, erectæ adminiſtrationes, & illarum pro tempore deputati adminiſtratores ſimiliter ordinariam, ut præfertur, juriſdictionem inibi habentes utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere potuerunt, & poterunt quomodolibet in futurum auctoritate, & tenore prædictis ſimiliter perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Clauſulæ.

§.5. Decernentes eaſdem præſentes literas, nullo umquam tempore ex quavis cauſa, etiam ex eo, quod illa dicta Eccleſia S. Salvatoris Paſtoris ſolatio deſtituta, nec ei Curatore deputato, vel alias intereſſe habentibus minime vocatis de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ vel alio quovis defectu notari, vel impugnari, aut in jus, vel controverſiam vocare, aut contra illas reſtitutionis in integrum, reductionem ad terminos juris, aut quodvis alium gratiæ, vel Juſtitiæ remedium impetrari poſſe, cauſamque, vel cauſas, propter quas præmiſſa conceſſa fuerunt, minime verificare, aut ob id viribus carere,

minuſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, ſuſpenſionibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam eis in toto, vel in parte derogantibus, vel obviantibus, etiam a Nobis, & dicta Sede quomodolibet pro tempore emanatis nullatenus comprehendi, ſed ſemper validas, & ab illis prorſus exceptas, & quoties illæ emanabunt, aut ſub eis quovis modo comprehendi viderentur, toties in priſtinum, & eum, in quo antequam illa emanarent, ſtatum restitutas, & plenarie reintegratas, ac denuo conceſſas eſſe, & cenſeri, & ad hoc, ut ſub illis non comprehendantur vim validi, & efficacis contractus inter Nos, & dictam Sedem, ac Sebaſtianum, & pro tempore exiſtentem Regem prædictum initi, & ſtipulati obtinere, & omni tempore ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, & quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictæ Eccleſiæ Sancti Salvatoris Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac fundatione, erectione, & inſtitutione; privilegiis quoque, & indultis, & literis Apoſtolicis eidem Eccleſiæ Sancti Salvatoris, & illius Præſuli pro tempore exiſtenti, ac prædictis Capitulo, & aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac etiam conſiſtorialiter, vel alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis, ac inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

In iis, quæ ſunt ordinis ab Epiſcopi S. Salvatoris Juriſdictione Provinciam præfatam declarat non eſſe exemptam.

§.7. Volumus autem, ſtatuimus, & ordinamus, quod Clerus, & populus aliique Incolæ, & habitatores, tam ſub per præſentes erecta Fluvii Januarii, quam de cetero earumdem præſentium vigore erigendis Vicariis, ſeu adminiſtrationibus prædictis comprehenſi, & comprehendendi, in his, quæ ſunt Ordinis, ut præfertur, ad prædictum Epiſcopum Sancti Salvatoris pro tempore exiſtentem, habitis tamen a ſuis Vicariis, ſeu adminiſtratoribus ad id literis dimiſſorialibus recurrere teneantur. Quodque Fluvii Januarii, & alii præſentium vigore pro tempore deputati Vicarii, ſeu adminiſtratores rationes perſonarum ſuarum dumtaxat viſitationi, correctioni, ſuperioritati, & juriſdictioni prædicti Epiſcopi Sancti Salvatoris pro tempore exiſtentis ſubſint, & a ſententiis diffinitivis tantum, uti vim diffinitivarum habentibus, & quarum gravamen per appellationem a diffinitiva reparari nequeat per Epiſcopos, Vicarios, ſeu adminiſtratores, aut eorum Officiales pro tempore latis, appellationes ad eundem Epiſcopum Sancti Salvatoris pro tempore exiſtentem interponi, ipſarumque appellationum Cauſæ per eum cognoſci, decidi, & fine debito, prout Juris erit, terminari poſſint.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 19. Julii, 1575. Pontificatus noſtri Anno IV.

Dat. die 19. Julii 1575. An.IV.

XLVIII.

Tollit Cenſuras, & pœnas in literis Pii V. contentas contra agitantes tauros in Hiſpaniarum Regnis, quoad laicos, & milites, dummodo in Sacris non ſint, & agitationes taurorum diebus feſtis non fiant.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. Exponi Nobis nuper fecit Chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, quod licet fel. rec. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter periculis fidelium occurrere volens, per ſuam Conſtitutionem omnibus Principibus Chriſtianis, ceteriſque perſonis in ea expreſſis, ſub excommunicationis, & anathematis, & aliis cenſuris, ac pœnis prohibuit, ne in eorum locis ſpectacula, ubi taurorum, aliarumque ferarum, & beſtiarum agitationes exercentur, fieri permitterent, aut illis quomodolibet intereſſent, prout in eadem Conſtitutione latius continetur; nihilominus idem Philippus Rex Regnorum ſuorum Hiſpaniarum utilitate motus, quæ ex agitatione taurorum hujuſmodi provenire ſolita erant, Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.2. Nos ipſius Philippi Regis, Nobis in hac parte humiliter porrectis ſupplicationibus inclinati, excommunicationis anathematis, & interdicti aliarumque Eccleſiaſticarum ſententiarum, & cenſurarum in ipſius Pii Prædeceſſoris Conſtitutione contentas pœnas, in eiſdem Hiſpaniarum Regnis, quoad Laicos, ac Fratres milites tantum quarumcumque Militiarum, etiam Præceptorias, & beneficia ipſarum militiarum pro tempore obtinentes, dummodo dicti fratres milites Sacris Ordinibus initiati non fuerint, & agitationes Taurorum feſtis diebus non fiant, auctoritate Apoſtolica tenore

nore præſentium tollimus, & amovemus: præmiſſiſque aliis in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Proviſo tamen per eos, ad quos ſpectabit, ut exinde alicujus mors quoad fieri poterit, ſequi non poſſit.

Clauſulæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 25. Auguſti, 1575. Pontificatus noſtri Anno IV.

Dat. die 25. Auguſti 1575. An. IV.

XLIX.

Reintegratio licentiarum, & facultatum, Fratrum, & militum Hoſpitalium, & Militiarum, tam S. Jacobi de Spatha, quam de Calatrava, & etiam de Alcantara teſtandi, & diſponendi de eorum bonis.

Vide de ejuſmodi Militiis in Conſt. IV. Adriani VI. Dum intra. *Tom. IV. Par. I. fol. 9.*

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Romani Pontificis providentiæ, & benignitatis proprium eſt ubi æquitas ſuadet, ac Catholicorum vota expoſcunt, quæ generaliter a Prædeceſſoribus ſuis ſtatuta ſunt, moderari, illaque interdum tollere, quæ facultatem teſtandi, & diſponendi de bonis, quæ ſub regulari habitu militiarum degentes perſonæ poſſident, adimunt.

Pius V. facultatem teſtandi, Militum S. Jacobi de Spatha, de Calatrava & de Alcantara revocavit, ut ſupra in ejus Co. XCVIII. Sacroſanctum fol. 38.

§. 1. Licet enim fel. rec. Pius Quintus Prædeceſſor noſter, per ſuam perpetuo valituram Conſtitutionem, inter alia omnes, & quaſcumque licentias, & facultates teſtandi, & alias quomodolibet diſponendi, & ad certam quantumvis modicam ſummam, & quantitatem, de rebus, fructibus, & bonis immobilibus, mobilibus, & ſemoventibus, inter alios, ad Magiſtros, Priores, Præceptores, milites, fratres, & perſonas militiarum, & Hoſpitalium videlicet Sancti Jacobi de Spatha, de Calatrava, & Alcantara militiarum Hiſpaniarum, ratione præceptoriarum, Hoſpitalium & beneficiorum Eccleſiaſticorum etiam ſæcularium, & aliorum Ordinum Regularium, ac penſionum, fructuum quorumcumque provenientium, necnon facta uſque tunc non tamen effectum ſortita vigore licentiarum, & facultatum prædictarum teſtamenta, & alias diſpoſitiones hujuſmodi, etiam ſi per eaſdem licentias, & facultates diſponeretur, quod dimidia, vel alia pars rerum, & bonorum prædictorum militiis, Hoſpitalibus, domibus & locis, unde illa provenirent, vel aliis piis locis relinquerentur, revocaverit, & aboleverit, decernens teſtamenta, donationes, & alias diſpoſitiones, quas prætextu privilegiorum, facultatum, diſpenſationum, & indultorum prædictorum ſic revocatorum, ac contra dictarum literarum tenorem, per quoſcumque etiam Apoſtolica auctoritate, fieri, vel factas proſequi contigerit, tamquam ſubreptitie extortas nullius prorſus roboris vel momenti eſſe, nec per eas, jus, aut titulum etiam coloratum cuiquam acquiri poſſe, & alias prout in ejuſdem Prædeceſſoris literis latius explicatur.

Philippus Hiſpaniarum Rex huic Pontifici exponit hanc revocationem dictis Militiis damnoſam eſſe, & ſupplicavit pro opportuna proviſione.

§. 2. Nihilominus Cariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, Sancti Jacobi de Spatha, de Calatrava, & de Alcantara militiarum perpetuus adminiſtrator Apoſtolica auctoritate deputatus, animadvertens, pleroſque ex militibus militiarum prædictarum pro fide Catholica tuenda, & conſervanda, arma induere, & ei rei plerumque perpetuam operam (ut veros Chriſti athletas decet) navare, alios vero gravibus negociis pertractandis eſſe diſtentos, & ex earumdem militiarum ſtabilimentis, aut etiam Apoſtolicis indultis, libere uxores ducere poſſe, & in habitu militari, quamdam Religioſorum imaginem referre, nihilque hominibus præſertim militibus prædictis gratius evenire poſſe intelligeos, quam ut libera eis ſit de bonis, quæ viventes poſſident, tam in ultima voluntate (quando amplius velle non poſſunt) quam alias diſponendi tributa poteſtas, propterea Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut ex conſueta Sedis Apoſtolicæ benignitate opportune circa præmiſſa providere dignaremur.

Qui Pontifex dat facultatſ.

§. 3. Nos igitur commodis Militum Militiarum prædictarum quibus idem Philippus Rex præeſt, conſulere, ac Philippi Regis voluntati hac in parte ſatisfacere volentes, Conſtitutioniſque prædictæ ſeriem, ac ſi de verbo ad verbum inſereretur præſentibus, pro expreſſa habentes, illam, necnon omnes illius effectus quoad hoc, ut Sancti Jacobi de Spatha, & de Calatrava, & de Alcantara prioribus, præceptoribus, & aliis ipſarum Militiarum obtinentibus beneficia, & quovis nomine nuncupatis Militibus, quæcumque licentiæ & facultates teſtandi, & alias quomodolibet diſponendi de rebus, fructibus, & bonis mobilibus, immobilibus, & ſemoventibus, ut præfertur, ſuffragentor, eædemque licentiæ, & facultates in poſterum valeant, ac perpetuam roboris firmitatem obtineant, ſuoſque effectus plene ſortiantur, penitus, & omnino, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium tollimus, & abolemus.

Teſtamentaque eorumdem quorum cauſa integra eſt, plenarium effectum ſortiri decernit.

§. 4. Necnon teſtamenta, & alias diſpoſitiones in vim licentiarum, facultatum, & conſuetudinum prædictarum jam condita, diſpoſita, & ordinata, quæ prædicta edita Conſtitutione juxta teſtatoris, vel diſponentis voluntatem, effectum minime ſortiri potuerunt, & quorum cauſa adhuc integra eſt, & medio hoc tempore nihil novi acciderit adverſus ejuſdem Conſtitutionis diſpoſitionem, omniaque & ſingula, quæ in ea continentur, in eum, in quem antequam a dicto Pio Prædeceſſore conſtituto prædicta edita fuiſſet, quomodolibet erant, ſtatum reſtituimus, & reponimus, & plenarie reintegramus, ſuoſque plenarios & integros effectus, impedimentis omnibus ſublatis, quæ ex dicta Conſtitutione provenerunt, ſortiri debere volumus, ſtatuimus, & ordina-

dinamus, omneſque & ſingulos earumdem trium Militiarum militibus præſentibus, & futuris teſtandi, & alias diſponendi de bonis prædictis conceſſas facultates, & conſuetudines, potiori pro cautela approbamus, & firmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus.

Clauſula ſublata.

§.5. Sicque in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios earumdem Militiarum, & delegatos, & quoſcumque alios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales (ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate) ubique judicari, & definiri debere, irritumque & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, tam per dictum, quam per quoſcumque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, ſub quibuſcumque tenoribus ac formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſis, etiam iteratis vicibus approbatis, quibus omnibus etiam ſi de eis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua mentio, aut quævis alia expreſſio habenda eſſet, illorum tenores præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumq.

Tranſumptorum fides.

§.7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis &c.

D. P. An.IV. 6. Octobris.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 6. Octobris, 1575. Pontificatus noſtri Anno IV.

L.

Quod Prælati Ordinis Fratrum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum benedicere poſſint vaſa, veſtimenta, & ornamenta Eccleſiaſtica.

De hoc Ordine vide in Conſt.XVII. Innoc.III. Operante. *Tom.III. Par.I.fol.76.*

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EXpoſcit paſtoralis officii cura Nobis ex alto commiſſa, ut ſingulorum Chriſtifidelium, præſertim ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantium votis rationi non contradicentibus, favorabiliter annuamus.

Cauſa hujus conceſſionis.

§.1. Sane pro parte dilecti Fratris Franciſci Bochet in Theologia Magiſtri Pariſienſis, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, Vicarii Generalis in Romana Curia reſidentis, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet dilecti Provinciales, Vicarii, & Miniſtri prædicti Ordinis in Hiſpaniarum Regnis conſiſtentes, qui Triennales dumtaxat exiſtunt, caſulas, tunicas, albas, & mappas, & alia veſtimenta, & ornamenta, ac etiam vaſa Eccleſiaſtica ad divinum officium peragendum neceſſaria, ac ſolita, & conſueta, benedicendi a Sede Apoſtolica licentiam habeant, nihilominus Provinciales, Vicarii, & Miniſtri Ordinis prædicti in Galliis, Flandria, ac Provincia Provinciæ, aliiſque Galliarum Regnis, & dominiis conſiſtentes, qui ad vitam eligi, & deputari conſueverunt, eadem licentia hactenus minime uſi ſunt, nec in futurum abſque ſpeciali indulto noſtro uti poſſunt, cuperet idem Franciſcus ſibi a Provincialibus, & aliis Vicariis, & Miniſtris ejuſdem Ordinis in Galliis, Flandria, & Provincia Provinciæ hujuſmodi, aliiſque Galliarum Regnis, & dominiis, nunc & pro tempore exiſtentibus licentiam prædictam per Nos concedi. Quare Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Conceſſio facultatis, de qua in rubric.

§.2. Nos igitur honeſtis ejuſdem Franciſci poſtulatis grato concurrentes affectu, ipſumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ac licentiæ hujuſmodi, & literarum deſuper expeditarum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati eidem Franciſco, ac aliis Vicariis generalibus, Provincialibus, & Miniſtris dicti Ordinis in Galliis, Flandria, & Provincia Provinciæ hujuſmodi, aliiſque Galliarum Regnis, & dominiis, nunc & pro tempore exiſtentibus, caſulas, tunicas, albas, zonas, mappas, corporalia, & alia quæcumque ornamenta, ac vaſa Eccleſiaſtica (illis tamen exceptis, quibus Sanctum Chriſma applicandum eſt) benedicendi juxta tenorem licentiæ Vicariis, Miniſtris, & aliis prædictis Regnorum Hiſpaniarum conceſſam tantum licentiam Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo concedimus, & indulgemus, illamque ad eoſdem Galliæ, Flandriæ, Provinciæque hujuſmodi, ac aliorum Galliarum Dominiorum, & Regnorum Vicarios, Provinciales, & alios prædictos, nunc, & pro tempore exiſtentes, etiam perpetuo extendimus, & ampliamus: Ipſoſque, ut de cetero illa uti, frui, & gaudere libere, & licite valeant, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi illis principaliter eadem licentia Apoſtolica auctoritate conceſſa fuiſſet, decernimus.

Derogatio contrariorum.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſt., necnon omnibus illis, quæ in literis ejuſdem licentiæ expreſſa ſunt, non obſtare, ceteriſq. contrariis quibuſcumq.

Datum

Digitized by Google

D. P. An.IV. 7. Octobris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 7. Octobris, 1575. Pontificatus noſtri Anno IV.

LI.

Profeſſio Orthodoxæ fidei a Græcis emittenda.

De materia Græcorum vide in Conſt. XXXV. Innoc. IV. Sub Catholicæ *Tom. III. Par. I. fol.* 340.

Forma profeſſionis Fidei. SAnctiſſimus Dominus noſter Dominus Gregorius &c. Ego N. firma fide credo & profiteor omnia & ſingula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Eccleſia utitur, videlicet.

Artic. 1. §. 1. Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem Cœli, & Terræ, viſibilium omnium & inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum. Et ex patre natum ante omnia ſecula. Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, conſubſtantialem Patri: per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis, ſub Pontio Pilato paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas, & aſcendit in cœlum: ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dominum, & vivificantem: qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus eſt per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi. Amen.

Artic. 2. §. 2. Credo etiam, ſuſcipio, atque profiteor ea omnia, quæ ſacra œcumenica Synodus Florentina ſuper unione Occidentalis, & Orientalis Eccleſiæ definivit & declaravit, videlicet, quod Spiritus ſanctus a Patre, & Filio æternaliter eſt, & eſſentiam ſuam, ſuumque eſſe ſubſiſtens habet ex Patre ſimul & Filio, & ex utroque æternaliter, tamquam ab uno principio, & unica Spiratione procedit. Cum id quod Sancti Doctores, & Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendat, ut per hoc ſignificetur Filium quoque eſſe, ſecundum Græcos quidem, cauſam, ſecundum Latinos vero, principium ſubſiſtentiæ Spiritus ſancti, ſicut & Patrem. Cumque omnia quæ Patris ſunt, ipſe Pater unigenito Filio ſuo gignendo dederit, præter eſſe Patrem; hoc ipſum quod Spiritus ſanctus procedit ex Filio, ipſe Filius a Patre æternaliter habet, a quo æternaliter etiam genitus eſt. Illamq; verborum illorum, Filioque explicationem, veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc neceſſitate, licite ac rationabiliter Symbolo fuiſſe appoſitam.

Artic. 3. §. 3. Item in azymo, ſive fermentato pane triticeo corpus Chriſti veraciter confici. Sacerdoteſque in altero ipſum Domini corpus conficere debere, unumquemque ſcilicet juxta ſuæ Eccleſiæ, ſive Occidentalis, ſive Orientalis conſuetudinem.

Artic. 4. §. 4. Item ſi vere pœnitentes in Dei caritate deceſſerint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint, & omiſſis, eorum animas pœnis Purgatorii poſt mortem purgari, ut & a penis hujuſmodi releventur, prodeſſe eis fidelium vivorum ſuffragia, Miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, & eleemoſynas, & alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri conſueverunt ſecundum Eccleſiæ inſtituta. Illorumque animas, qui poſt Baptiſma ſuſceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus, prout ſuperius dictum eſt, ſunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & intueri clare ipſum Deum trinum & unum ſicuti eſt, meritorum tamen diverſitate alium alio perfectius: illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas.

Artic. 5. §. 5. Item Sanctam Apoſtolicam Sedem & Romanum Pontificem in univerſum orbem tenere primatum, & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum Patrem ac doctorem exiſtere, & ipſi in Beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi univerſalem Eccleſiam a Domino noſtro Jeſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in actis œcumenicorum Conciliorum, & in ſacris Canonibus continetur.

Artic. 6. §. 6. Inſuper profiteor, ac recipio alia omnia, quæ ex decretis ſacræ œcumenicæ Generalis Synodi Tridentinæ, ſacroſancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia, etiam ultra contenta in ſupradicto Fidei Symbolo, profitenda ac recipienda propoſuit, atque præſcripſit, ut ſequitur.

Artic. 7. §. 7. Apoſtolicas & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque ejuſdem Eccleſiæ obſervationes, & Conſtitutiones firmiſſime admitto & amplector.

Artic. 8. §. 8. Item Sacram Scripturam juxta eum ſenſum, quem tenuit & tenet Sancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu & interpretatione ſacrarum ſcripturarum, admitto; nec eam umquam niſi juxta unanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor.

Artic. 9. §. 9. Profiteor quoque ſeptem eſſe vere & proprie ſacramenta novæ legis a Jeſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam,

Extre-

Digitized by Google

Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium: illaque gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem: & Ordinem ſine Sacrilegio reiterari uon poſſe.

Artic. 10. §. 10. Receptos quoque & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus, in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione, recipio, & admitto.

Artic. 11. §. 11. Omnia & ſingula, quæ de peccato Originali, & de Juſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio.

Artic. 12. §. 12. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro vivis, & defunctis, atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe vere, realiter, & ſubſtantialiter Corpus, & Sanguinem, uua cum ahima, & divinitate D. N. Jeſu Chriſti; fierique converſionem totius ſubſtantiæ panis in Corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, quam converſionem Catholica Eccleſia Tranſubſtantiationem appellat.

Artic. 13. §. 13. Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie, totum atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi.

Artic. 14. §. 14. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis juvari. Similiter, & Sanctos una cum Chriſto regnantes, venerandos atque invocandos eſſe, eoſque Orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe venerandas.

Artic. 15. §. 15. Firmiſſime aſſero imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque debitum honorem, ac venerationem impartiendam.

Artic. 16. §. 16. Indulgentiarum etiam poteſtatem, a Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque uſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe affirmo.

Artic. 17. §. 17. Sanctam Catholicam & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram agnoſco, Romanoque Pontifici, Beati Petri Apoſt. Principis ſucceſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac juro.

Artic. 18. §. 18. Cetera item omnia a ſacris Canonibus, & Œcumenicis Conciliis, ac præcipue a Sacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio atque profiteor, ſimulque contraria omnia, & ſchiſmata, atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reiicio, anathematizo, & abjuro.

Iterata ſponſio. §. 19. Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eamdem integram, & inviolatam uſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſime, Deo adjuvante, retinere, & confiteri, atque a meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. Spondeo.

Juramentum. §. 20. Voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet; & hæc Sancta Dei Evang.

LII.

Quod liceat Fratribus, & Monialibus Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, bona etiam ſtabilia pro neceſſitate, vel utilitate Monaſteriorum alienare.

Alia, quæ hunc Ordinem reſpiciunt, indicavi tibi in Conſt. LXXXIII. Honorii III. Ut vivendi. *Tom. III. Part. I. fol. 242.*

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. EX incumbenti Nobis Apoſtolicæ ſervitutis officio, ad ea libenter animum noſtrum convertimus, per quæ religioſam vitam ducentibus perſonis, quæ aſſiduos labores pro fide Catholica conſtanter tuenda, & defendenda, ſuſtinent, inter quas familia Fratrum Ordinis Glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmelo, jure enumerari poteſt, commodis, & utilitati opportune conſulatur.

Ordo Carmelitarum ſupplicat Papæ pro proviſione alienandi ſua bona occurrente aliqua neceſſitate, vel utilitate. §. 1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt Fratres dicti Ordinis, quod ſæpenumero accidit, ut pro aliqua urgenti neceſſitate, vel utilitate Monaſteriorum, domorum, & locorum dicti Ordinis, tam virorum, quam mulierum illorum bona alienare, vel permutare expediret, ac quandoque contingit, ut conditio ſemel oblata, ſi prætermittatur, maximam afferat jacturam, præterquam quod difficile admodum exiſtit, pro ſingulis faciendis permutationibus, & aliis contractibus, ad Sedem Apoſtolicam recurrere, ac id non ſine Fratrum ipſius Ordinis moleſtia fieri poteſt. Quare iidem Fratres Nobis humiliter ſupplicare fecerunt, ut in præmiſſis providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Hic ideo Pontifex dat Ordini facultatem alienandi bona etiam ſtabilia, abſque aliqua Sedis Apoſt. vel alterius licentia. §. 2. Nos ipſos Fratres, & eorum quemlibet a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati eiſdem Fratribus, ut ex nunc de cetero, perpetuis futuris temporibus, Fratres, & Moniales dicti totius Ordinis Carmelitarum, omnium, & quorumcumque Monaſteriorum, Domorum, & locorum ejuſdem Ordinis ubilibet nunc, & pro tempore conſiſtentium, libere, & licite poſſint, & valeant quæcumque bona ſtabilia, & immobilia, ſeu quaſi ſtabilia cujuſcumque qualitatis, & quantitatis, & valoris, & in quocumque loco exiſtentia eorumdem Monaſteriorum, Domorum, & locorum, vendere, alienare, & permutare pro precio, pactis, modis, & formis, hinc inde conveniendis, licentiam, & facultatem, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimus: Proviſo tamen quod præmiſſa omnia fiant pro commoditate, vel utilitate ipſorum Monaſteriorum, Domorum, & locorum, &

quod

quod conſenſus duarum partium, ex tribus partibus Fratrum, vel Monialium ipſius Monaſterii, Domus, vel loci, cujus dicta bona erunt, accedat, & interveniat abſque alia a Nobis, vel Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, pro tempore exiſtentibus, aut Sede Apoſtolica, vel illius de latere Legatis, ſeu Nunciis, aut etiam locorum Ordinariis petenda, vel obtinenda licentia, ſeu confirmatione.

Dummodo alienationes fiant pro utilitate, vel cōmoditate Monaſteriorum, & accedat cōſenſus duarū ex tribus partium Fratrum vel Monialiū, loci, & accedat conſenſus, vel ratificatio Generalis. Imo requiritur, quod fiat inveſtimentum, ut hic infra ad fin.

§.3. Ita tamen, quod loco conſenſus Sedis Apoſtolicæ dilectus filius Prior Generalis dicti Ordinis nunc, & pro tempore exiſtentes, & diligenter examinata, & re evidenter utili comprobata habeat, prout ſibi ex nunc perpetuo concedimus poteſtatem ratificandi hujuſmodi permutationes, & alienationes, ac contractus, ſicque ubi talis ordo non fuit ſervatus, conceſſio, venditio, alienatio, ac contractus, deſuper aliter facti, nulli, & invalidi, nulliuſque roboris, ac momenti exiſtant, & donec prædictus Prior Generalis, modo prædicto non ratificaverit, poſſeſſio remaneat, & remanere intelligatur penes ipſos Fratres, ſeu Moniales dicti Monaſterii, ſeu domus, aut loci, ſeu permutantis, & alienantis, ac ita in præmiſſis perpetuo declaramus, & decernimus. Et nihilominus ex nunc prout ex tunc, & e contra, poſtquam permutationes, alienationeſque, necnon contractus, ſervatis enarratis pro tempore facti, & per dictum Priorem Generalem ratificati fuerint, ut præfertur, ſeu conſenſus ejuſdem Prioris Generalis intervenerit, eaſdem permutationes, & alienationes, ac contractus, & deinde ſequuta quæcumque, necnon inſtrumenta, & ſcripturas deſuper pro tempore confecta, approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere ſtatuimus.

Utilitas autē & neceſſitas probata ſit aſſertione dictarum duarum partium Fratrum vel Monialium alienantium. Ad hoc vide quod hic infra ſequitur ad fin.

§.4. Decernentes, quod ad utilitatem, ſeu commoditatem Monaſteriorum, Domorum, & locorum prædictorum aſſertioni duarum partium ex tribus partibus Fratrum, vel Monialium illius loci, cujus bona erunt, poſtquam ratificatio facta fuit, illaſque, & illa, necnon præſentes, & in eis contenta, validas, & efficaces, ac valida, & efficacia perpetuo fore, necnon ab omnibus obſervari debere, ipſiſque, & cum eis contrahentes prædictos ſuper præmiſſis, & inde ſequutis quibuſcumque, per quoſcumque quavis auctoritate, quomodolibet moleſtari, vel impediri non poſſe, necnon irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit, attentari.

Executores hujus conceſſionis deputat.

§.5. Quo circa Vener. fratri Epiſcopo Maceratenſi, & dilectis filiis cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regenti, nunc, & pro tempore exiſtentibus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuit, & quoties pro parte eorumdem Fratrum Carmelitarum, vel Monialium, aut alicujus eorum ſuper his fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque, & eorum cuilibet in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eaſdem præſentes, & in eis contenta quæcumque ab omnibus, quos illa concernunt, integre, & inviolabiliter obſervari. Non permittentes, eos, aut eorum aliquem deſuper contra earumdem præſentium tenorem, quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulas, contrariorum derogatorias apponit.

§.6. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ Octavi de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas quis vigore præſentium ad judicium non trahatur, & piæ mem. Symachi, ac Pauli Papæ Secundi, Prædeceſſorum noſtrorum, de rebus Eccleſiæ non alienandis, vel alienatis recuperandis, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis: Necnon quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Monaſteriorum, Domorum, & Ordinis prædictorum ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & irritantibus, ac aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, ac alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, ac totis eorum tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus insererentur, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Alienationes non antea fieri permittit, quam ſit repertum inveſtimentū Ordini utilius.

§.7. Volumus autem, quod ſi ad alienationem bonorum ſtabilium, ex cauſa majoris utilitatis, aut alia ratione ſuadente deveniendum erit, alienationes bonorum ad Monaſteria, & domos ejuſdem Ordinis ſpectantium, non antea fiant, quam cum reperta fuerint bona, eiſdem Monaſteriis, & Domibus utiliora, in quibus pretium rerum hujuſmodi alienatarum unico concentu, realiter, & cum effectu inveſtiatur, vel convertatur, alias alienatio ipſa ſit ipſo jure nulla.

Tranſumptis credi jubet.

§.8. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, etiam impreſſis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An.IV. 3. Februarii.

Datum Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris die tertia Februar. 1576. Pontificatus noſtri Anno IV.

LIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultas Ordinario Hiſpalen. in perpetuum, ut tanquam loci Ordinarius in caſibus ad juriſdictionem ordinariam pertinentibus; in aliis vero Officium Inquiſitionis concernentibus, adhibitis Inquiſitoribus Hiſpalen. abſolvere poſſit ab omnibus peccatis, etiam hæreſis &c. ac in priſtinum reſtituere, necnon Sacerdotibus captivis licentiam baptizandi pueros a Matribus oblatos, dare poſſit &c.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Hiſpalen.

GREGORIUS PAPA XIII.

Venerabilis frater ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

OFficii noſtri partes exequimur cum pœnitentibus, qui miſera infidelium ſervitute oppreſſi a fide Catholica deſciverunt, illico pietatis Januam reſeramus.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. Nuper ſiquidem exponi Nobis fecit Chariſſimus in Chriſto Filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, quod poſtquam plerique forſan utriuſque ſexus Chriſtiani diverſis temporibus in Maurorum, & Turcarum poteſtatem redacti fidem Catholicam deſeruerunt, & ab illa apoſtatarunt, nonnulli etiam maſculi ſe circumcidi paſſi fuerunt, habitumque Infidelium publice geſtando uti Mauros, & Infideles ſe geſſerunt; aliqui autem ſe Mauros eſſe aſſeverarunt, nonnulli ex eis tacti dolore cordis intrinſecus eorum peccati pœnituiſſe, divinamque miſericordiam in eo imploraſſe, inter quos aliqui ad Chriſtianos Sacerdotes eis in locis in eadem captivitate retentos, pro abſolutionis beneficio obtinendo, ac ut Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & illius gremio reconcilientur recurrerunt; alii autem publice ſe Chriſtianos eſſe profitentes Maurorum habitu palam derelicto, nunquam intentionis eorum fuiſſe Infidelium ſectam ſequi dixerunt; id vero quod eo uſque ab eis extrinſecus demonſtratum fuerit, cauſa petiendæ libertatis factum fuiſſe dixerunt, ut aliquando ad Chriſtianorum loca accedere, & ſi in libertatem revocare poſſent, quorum ſermone Infideles indignati, ut ferreis manubiis, & compedibus revinctos in tetros detrudunt Carceres, peſſimeque afficiunt, demum aliqui in infirmitate, & articulo mortis conſtituti corde Chriſtianos ſe fuiſſe, & eſſe affirmant, neque unquam animo a fide Catholica avertiſſe, aut de ea male ſenſiſſe dicant.

§.2. Omnes igitur prædicti pœnitentes in captivitate redempti, per prædictos Sacerdotes Sanctæ Matri Eccleſiæ, extra quam nulla ſalus, reconciliari, & ab exceſſibus, & delictis ab eis commiſſis, de quibus corde contrito, & ore eiſdem Sacerdotibus confeſſi fuerunt per confeſſionis, & pœnitentiæ Sacramentum abſoluti, & ad Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, & aliorum Eccleſiæ Sacramentorum participationem reſtitui inſtanter poſtulant, his accedit, quod nonnullæ mulieres, quæ animo, & corde Chriſti fidem colere dicunt, natos ſuos eiſdem Sacerdotibus baptizandos offerunt, curantque eoſdem natos ab eiſdem Sacerdotibus Baptiſmatis aqua more Romanæ Eccleſiæ ablui. Quare dictus Philippus Rex Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis, ac aliis caſibus ſimilibus, qui jam acciderunt, vel in poſterum, donec vixerit, evenire poterunt earum captivorum animarum ſaluti proſpiciendo, ex conſueta Sedis Apoſtolicæ benignitate opportune providere dignaremur.

Facultates conceſſa Ordinario Hiſpalen. pro lapſis a fide.

§.3. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ac etiam eorumdem Captivorum miſeriæ, & infirmitati more pii patris compatiendum eſſe cenſentes fraternitati tuæ, de cujus prudentia, & probitate plurimum in domino confidimus, & cujus eximiam fidem, atque integritatem optime cognitam habemus. Ut tanquam loci Ordinarius quoad caſus, tam expreſſos, quam qui poſtmodum evenerint, ad Ordinarii Juriſdictionem ſpectantes, & pertinentes; quo vero ad caſus, qui Officium S. Inquiſitionis reſpiciunt, adhibitis præſentibus, & qui pro tempore fuerint, Inquiſitoribus ejuſdem Archiepiſcopatus, eoſdem, qui tam prædictos errores, exceſſus, & crimina commiſerint, quam in alios fidem Catholicam corde, vel facto deſerendo, vel alias quomodolibet ab illa pro tempore apoſtatando inciderint, ſe humiliter, & pura mente, cordeque ſincero, & contrito, ac cum certo propoſito ab illis, & aliis ſimilibus in poſterum abſtinendi, & alias integre peccata ſua Fidelibus Sacerdotibus, ſi eorum copiam habere potuerint, confeſſi fuerint, ab eiſdem erroribus, criminibus, & exceſſibus, etiamſi in illis ſemel, vel bis, aut etiam pluries relapſi fuerint, & propterea notam requirerent magis ſpecialem, necnon a quibuſvis excommunicationis etiam majoris, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, tam a jure communi, quam per quaſcumque Apoſtolicas, Provinciales, & Synodales Conſtitutiones, ac ab homine contra quoſcumque talia, vel ſimilia exceſſus, errores, & crimina, etiam prædictis graviora committentes inflictis, & illatis, ſeu inferri comminatis per te, vel alios, quos ad id tu quandocumque expedire cognoveris, ſemel vel pluries, ac quoties tibi quomodolibet opportunum fore videbitur, deputandos, injuncta eis pro modo culpæ ſalutari pœnitentia, pro qualitate fa-

Digitized by Google

ctorum arbitrio tuo, ac quoad caſus, qui Officium inquiſitionis concernunt, Inquiſitorum prædictorum adhibito conſilio, abſolvendi, Sanctæque Matri Eccleſiæ reconciliandi, & ad illius gremium conſtituendi, ac quaſcumque pœnas propter eadem delicta incurſas remittendi, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſive notam per eos, eorumque filios, & deſcendentes, quomodolibet contractam abſolvendi, eoſque in priſtinum, & eum, in quo antequam præmiſſa committerent, erant ſtatum reſtituendi, reponendi, & plenarie reintegrandi, ac eiſdem Sacerdotibus captivis per te, quando tibi viſum fuerit, in genere, vel in ſpecie ſubdelegandos, ut ubi non fuerint proprii Sacerdotes pueros a Matribus oblatos juxta Eccleſiæ ritum, & morem baptizari, habita tamen prius promiſſione a Matribus infantium eos in fide Catholica educandi, & quamprimum fieri poterit, in Eccleſia ſiſtendi, ut ibi ceremoniæ, & ritus ab eadem Eccleſia in Baptiſmo Ordinis ſuppleantur, amplam, & liberam Apoſtolica auctoritate tenore præſentium facultatem, concedimus, & impartimur.

§.4. Necnon tibi quando, & quoties, ut præfertur, expediens eſſe judicaveris, ut non ſolum in prædictos caſus, & eventus tamquam loci Ordinarius, in caſibus ordinariæ juriſdictionis, quam etiam in aliis, qui pro tempore occurrerint, ad Sanctiſſimæ Inquiſitionis Officium prædictum pertinentibus, adhibitis dicti Archiepiſcopatus Inquiſitoribus, ut præfertur, de opportuno tam abſolutionis, quam alio remedio eiſdem captivis, pro eorum animæ ſalute providere, ceteraque omnia, & ſingula, tam in præmiſſis, quam aliis caſibus, qui evenient, neceſſaria, & opportuna facere, & exequi, & ad ea facienda, & exequenda quoſcumque quandocumque ſubdelegare libere, & licite valeas, auctoritate, & tenore prædictis indulgemus.

Derogatio contrariorum

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, legibus Regni, pracmaticiſque ſanctionibus in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus. & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.6. Ceterum, quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca, ubi neceſſe fuerit, deferri, volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod tranſumpto præſentium literarum ſigillo alicujus Prælati Eccleſiaſtici munito, & manu Notarii publici ſubſcripto eadem fides, tam in judicio, quam extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 28. Febr. 1576. An. IV.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 28. Februarii 1576. Pontificatus noſtri Anno IV.

LIV.

Juriſdictio, & facultates Præfecti Annonæ Urbis, & totius Status Eccleſiaſtici.

GREGORIUS PAPA XIII.

Motu proprio &c.

Exordium.

INter ceteras Paſtoralis Officii noſtri curas, quibus aſſidue premimur, libenti illam fovemus animo, per quam in Statu noſtro Eccleſiaſtico Annona, & abunde inveniri, & communi haberi precio poſſit, noſtrique ex hoc ſubditi, quo ad fieri poſſit, ſubleventur.

Deputatio Andreæ Spinolæ Præfecti Annonæ: cum facultatibus & privilegiis conſuetis, & maxime infraſcriptis.

§.1. Quare cupientes inſignem probitate, & experientia virum, qui prout res expoſtulat ipſa, Nos adire quotidie, cuncta ad Annonam hujuſmodi pertinentia collaturus commode poſſit, de dilectorum tamen filiorum Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Clericorum Præſiden. numero juxta antiquam hactenus obſervatam conſuetudinem præficere, ac de fide, probitate, integritate, prudentia, & multiplici rerum gerendarum experientia, Dilecti filii Andreæ Spinolæ in utraque ſignatura noſtra Referendarii, dictæque Cameræ Clerici Præſiden. Nobis affatim perſpectis, plurimum in Domino confiſi, ſperanteſque ea, quæ ejus curæ demandaverimus, omni cum laude geſſurum, & executurum fore. Motu ſimili &c. eumdem Andream frumentariæ Annonæ Almæ Urbis, & reliqui Status noſtri Eccleſiaſtici generalem Præfectum, ad noſtrum, & dictæ Sedis beneplacitum, cum honoribus, oneribus, facultatibus, & auctoritatibus juriſdictione, privilegiis, exemptionibus, & prærogativis ſolitis, & conſuetis, ac dilecto filio noſtro Cæſari Brumano tunc ejuſdem Cameræ Clerico præſiden., & dictæ Annonæ nuper præfecto, & quibuſvis aliis ad hujuſmodi Præfecturæ officium Annonæ hactenus deputatis quomodolibet in hunc uſque diem conceſſis, Apoſtolica auctoritate harum ſerie approbantes, & ratificantes omnia, & quæcumque per eum hactenus geſta, facta, & ordinata hucuſque, de novo conſtituimus, facimus, & deputamus.

Facultas cogendi quoſcūque ad notificandum eorum frumenta, & legumina.

§.2. Dantes illi in præmiſſis omnibus, & ſingulis plenam facultatem, & auctoritatem, tam in præfata Alma Urbe, quam quibuſvis aliis Nobis, & S. R. E. mediate, vel immediate ſubiectis Provinciis, Civitatibus, oppidis, & locis, frumenta, ac legumina cujuſvis generis, ſeu ſpeciei annotandi, & deſcribendi, ſeu annotari, & deſcribi faciendi, ac univerſas, & ſingulas utriuſque ſexus perſonas cujuſvis ſtatus, gra-

dus, ordinis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtentes, eidem S. R. E. mediate, vel immediate ſubiectas, tam Eccleſiaſticas quam ſæculares, etiam ſi perſonæ ſæculares hujuſmodi Ducali, Marchionali, & Comitis, vel alia majori, Eccleſiaſticæ vero, Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, vel alia majori dignitate, ſeu dignitatibus præfulgeant, ac etiam ſi Cardinalatus fungantur honore, vel etiam majores exiſtant, ad veram frumentorum, & leguminum, quæ ipſos tempore deſuper publicandorum edictorum, ſeu bannimentorum habere contingef, quantitatem, etiam in ſcriptis medio juramento denunciandi, quarum denunciationum notulam, etiam ad dilectum filium Aloyſium Card. Cornelium, necnon & pro tempore Camerarium noſtrum deferri volumus, ſub cenſuris Eccleſiaſticis, ac pecuniariis, necnon manifeſtæ rebellionis, læſæque Majeſtatis, ac dominiorum, & aliorum bonorum ſuorum confiſcationis, aliiſque ejus arbitrio imponendis, & applicandis, ceteriſque pœnis, etiam quibuſvis eidem Andreæ videbitur, etiam per publicum edictum in locis ſibi beneviſis affigendum, vel alias publicandum monendi, & requirendi.

Et prohibendi ne illa aſportentur de loco ad locum ſine ejus licentia.

§.3. Eiſque ne frumenta, & legumina hujuſmodi extra dictum Statum Eccleſiaſticum, neque de loco ad locum, etiam loca ejuſdem ſtatus ſine ejuſdem Andreæ licentia aſportare ullo modo audeant, ſub ſimilibus pœnis inhiben. inobedientes, ſeu contravenientes quoslibet cenſuras, & pœnas prædictas incidiſſe, & incurriſſe declarandi, aggravandi, & reaggravandi, invocato etiam auxilio brachii ſæcularis, necnon executiones quaslibet, tam reales quam perſonales fieri mandandi.

Fraudeſque deſuper committentes coercendi.

§.4. Præterea quoſcumque in præmiſſis fraudes committentes, vel alias noxios, & delinquentes mulctandi, ac quibuſvis etiam ultimi ſupplicii, vel aliis corporis afflictivis pœnis condemnandi, & ſeu ipſos, ac prædictos inobedientes, ſeu non parentes a quibuſvis cenſuris, & mulctis, ac ut præfertur, afflictivis, etiam ultimi ſupplicii pœnis abſolvendi, & liberandi, deſuperque cum eis concordandi, & accordandi, componendi, & tranſigendi, ac quaſcumque ſibi beneviſas concordias, compoſitiones, & tranſactiones faciendi.

Frumentaque & legumina undique cogendi, & emendi pro preciis ſibi beneviſis.

§.5. Item quaſcumque frumentorum, & leguminum hujuſmodi quantitates cogendi, ac emptionis, & mutui, vel alio quovis titulo pro preciis, & modis, de quibus ſibi videbitur, acquirendi, proptereaque quaſvis pecuniarum ſummas mutuo, vel aliter capiendi, ac ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis cum quibuſvis Mercatoribus, & aliis perſonis quibuslibet conventiones, & partitas quaſcumque, etiam cum quorumvis donativo, cum mutuantibus donandorum promiſſione, & donatione faciendi, ac deſuper contractus, & inſtrumenta quælibet, cum pactis, conditionibus, capitulis, & clauſulis ſibi beneviſis celebrandi, & ineundi, ac pro illorum obſervatione præfatam Cameram, & omnia illius bona præſentia, & futura, in quavis, etiam pleniori ipſius Cameræ forma obligandi.

Miniſtros deſuper deputandi cum ſalariis ab eo declarandis.

§.6. Necnon quoſcumque Commiſſarios, Officiales, & Miniſtros opportunos, aut alias ſibi beneviſos deputandi, & hactenus quomodolibet deputatos revocandi, & removendi, prout Nos harum ſerie quoſcumque Commiſſarios, officiales, & miniſtros ſuper hujuſmodi frumentorum negocio hactenus, etiam per Nos quomodolibet deputatos revocamus, & removemus, eorumque proviſiones, & ſalaria declarandi, eiſque illas, & illa, ac aliis, quibus opus fuerit, quaſvis pecuniarum ſummas, & quantitates ex frumentorum, & leguminum hujuſmodi venditione conventionibuſque, ſeu partitis ineundis, vel alias hujuſmodi rei frumentariæ negocio quomodolibet provenientes, ſolvi, & exburſari mandandi, omneſque, & ſingulos quarumvis Civitatum Annonæ Præfectorum a Nobis hactenus quomodolibet deputatorum miniſtros, quovis nomine nuncupatos, quos circa hujuſmodi Annonæ negocium ſe quomodolibet ingeſſiſſe conſtabit, ad ſibi, ſeu a ſe deputandis de a ſe geſtis, & adminiſtratis rationes, & computa redden., & reliqua ſi quæ ſint, reſtituendi per ſimiles cenſuras, & pœnas, aliaque juris, & facti remedia opportuna cogendi, & compellendi, cogique, & compelli faciendi.

Ceteraque omnia neceſſaria, & opportuna faciendi.

§.7. Ac denique cetera omnia, & ſingula ad hujuſmodi rei frumentariæ negocium quomodolibet pertinentia gerendi, exercendi, & exequendi, ac edicendi, ſeu edici, & proclamari faciendi, neceſſaria, & opportuna, quæque omnes Clerici Præſiden. Cameræ hujuſmodi, dum ſimul coadunati, & congregati ipſam Cameram faciunt, & repræſentant, facere, gerere, exercere, & exequi, ac edicere, ſeu edici, & proclamari facere poſſit, & valeat. Unumque, vel plures loco ſui cum ſimili, vel limitata poteſtate ſubſtituen., & ejus arbitrio removendi.

Officiales ſtatus, & alii omnes obediant Præfecto.

§.8. Mandantes propterea dilectis filiis Camerario, & Theſaurario generali noſtris necnon Clericis præſidentibus dictæ Cameræ, ceteriſque, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, ut has noſtras in præfata Camera admittant, & in illius libris deſcribi, & regiſtrari faciant, deſuperque patentes literas, & alias ſcripturas opportunas expediant, & expediri mandent, auctoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ, & Legatis de latere, eorumque Vicelegatis, ac tam dictæ Urbis, quam aliarum Provinciarum, Civitatum, & locorum Nobis, & S. R. E. mediate, vel immediate ſubiectorum quorumcumque Gubernatoribus, Locatenentibus, Prætoribus, Vicariis, & aliis quovis nomine nuncupatis officialibus, & juſtitiæ miniſtris, necnon Communitatibus, & Univerſitatibus, eorumque Magiſtratibus, & perſonis publicis, & privatis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna, etiam ſtrictius inhibendo, ne eum-

dem

Digitized by Google

dem Andream, aut ejus pro tempore Miniſtros in præmiſſis, vel aliis ad dictum rei frumentariæ negocium pertinentibus ullo modo, vel contemptu impendiat, vel remorentur, aut moleſtent, immo ejus, & eorum nomine requiſiti, illi, & illis deſuper opportune faveant, & aſſiſtant, ejuſque, & eorum mandata, edicta, ſeu proclamationes, aut alias ordinationes exequi maudent, & faciant realiter, & cum effectu.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.9. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, etiam Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & reformationibus, etiam juramento, &c. roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam eiſdem perſonis, & earumdem Urbis, Civitatum, Provinciarum, Oppidorum, & locorum populis, Communitatibus, ſeu Univerſitatibus, necnon tam eccleſiaſticis quam ſæcularibus, ceteriſque ſupra deſignatis, & aliis quibuſvis perſonis, etiam ſuper eatractione frumentorum, & leguminum, etiam per Sedem Apoſtolicam, & Cameram præfatam, in genere, vel in ſpecie, tam ea cauſa onerosa, ac ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac alias quomodolibet conceſſis, & concedendis: quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis &c. eorum tenores, &c. illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie latiſſime derogamus, illaque adverſus præmiſſa nullatenus ſuffragari poſſe, ſeu debere decernimus; ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Sola ſignatura ſufficit.

§.10. Decernentes præſentium noſtrarum ſolam ſignaturam ſufficere, & ubique in judicio, & extra, in Romana Curia, & extra, plenam fidem facere, regula contraria non obſtante, ſeu ſi eidem Andreæ videbitur, deſuper literas, etiam per Breve noſtrum, etiam cum omnium, & ſingulorum præmiſſorum pleniori ſpecificatione, & expreſſione, ac quarumcumque ſcripturarum deſuper neceſſariarum ad verbum ſi videbitur, inſertione, aliiſque clauſulis, & cautelis neceſſariis, & opportunis, adeo quod contraria quæcumque prorſus tollantur, & non obſtent, ſimul, vel ſeparatim expediri poſſe.

Fides tranſumptorum.

§.11. Ipſarumque præſentium, & etiam dictarum literarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitute munitis, eamdem prorſus fidem adhiberi, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent eahibitæ, vel oſtenſæ.

Papæ ſubſcr.

Placet Motu proprio V.

Die 7. Maii 1576. admiſſa fuit in Camera Apoſt. & per RR. PP. DD. Clericos regiſtrari mandata, quam ego Not. infraſcriptus in lib. diverſ. fol. 39. regiſtravi.

LV.

Quod religioſi & perſonæ Societatis Jeſu ad publicas proceſſiones accedere non cogantur.

Alia de hac Societate vide in Conſtit. XXXI. Pauli III. Regimini. *Tom. IV. Par. I. fol.* 185.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

QUæcumque ſacrarum Religionum Inſtituta offendere, & illarum perſonarum functiones, & ſalutaria miniſteria retardare noſcuntur, noſtrum Nos incitat officium de medio removere.

Hic Societas et ejus inſtitutio non agitur ire ad publicas ſupplicationes.

§.1. Sane licet ſicut accepimus dilecti filii Præpoſitus Generalis, & alii presbyteri religioſi Societatis Jeſu, ab illius primæva erectione, a Sede hac Apoſtolica juxta divinæ vocationis directionem emanata, & per Nos etiam confirmata, ad divinum officium privatim tantum, & non in communi ſeu in choro recitandum teneantur, ac propter ipſius Societatis, tam multa Collegia, & Seminaria, quæ ſpecialem poſtulant inſtituti religioſi modum, necnon miniſteriorum illius amplitudinem, ac difficultatem, & in Eccleſia Dei utilitatem, ex antiqua conſuetudine jam inde ab hujuſmodi erectione recepta obſervatum, decretoque etiam generalis eorum Congregationis deſuper edito, ne ad publicas ſupplicationes, ſeu proceſſiones quivis ex illius perſonis accederet, niſi ubi propter hæreticorum, vel gentilium converſionem, aut alias expediens eſſe pro tempore exiſtens Generalis ipſius Societatis Præpoſitus judicaret, ordinatum fuerit.

Ordinarii tamen cogebant vigore Conc. Trid. Seſs. 25. cap. 3.

§.2. Nihilominus nonnulli locorum Ordinarii, forſan Concilii Tridentini auctoritate & decreto moti, dictos presbyteros ad ſupplicationes prædictas procedere nuper coegerunt, non ſine illorum functionum, ac miniſteriorum recordatione.

Hic modo Pōtifex juſtis de cauſis, eos eximit ab hujuſmodi publicis ſupplicationibus.

§.3. Nos igitur, qui præfatos presbyteros & religioſos dictæ Societatis a ſtudiis, lectionibus, prædicationibus, confeſſionibus audiendis, & aliis verbi Dei miniſteriis, ac pietatis operibus, quibus continue laudabiliter incubuerunt, & incumbere non deſiſtunt, quavis ea cauſa diſtrahi nolumus; Conſiderantes in Eccleſia Dei non deeſſe alios Ordines religionum, qui vel ex inſtituto, vel abſque propriarum functionum impedimento ſupplicationibus hujuſmodi intereſſe, aliaque publica divina officia exercere, ſancte, continenterque valeant, in præmiſſis opportune providere, ipſoſque Præpoſitum, presbyteros, & eorum ſingulos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum. Harum ſerie abſol-

ſolventes ; & abſolutos fore cenſentes, Motu proprio, non ad dictorum Præpoſiti, & presbyterorum, vel aliorum pro eis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera noſtra deliberatiooe, Præpoſitum, ac omoes & ſingulos presbyteros, ac religioſos & perſonas alias omnes dictæ Societatis, ubique locorum exiſtentes ab intereſſentia ſupplicationum, ſeu precum, aot proceſſionum hujuſmodi, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo eximimus, & liberamus.

Nulli igitur eam deſuper moleſtent.

§.4. Diſtrictius inhibentes quibuſvis locorum Ordinariis, etiam Patriarchali, vel Archiepiſcopali dignitate, ac etiam Cardinalatus & Legationibus Sedis Apoſtolicæ honore præfulgentibus,& aliis perſonis quacumque auctoritate fungentibus, ne modernos, & pro tempore exiſtentes Præpoſitum, & alios presbyteros,& Religioſos Societatis hujoſmodi ad proceſſionibus præfatis intereſſendum, quavis occaſione, cauſa, ſeu quovis prætextu, ingenio vel colore, directe vel indirecte, mediate vel immediate cogere, aut eos deſuper præmiſſis moleſtare, perturbare, vel inquietare ſeu moleſtari, perturbari, aut inquietari facere, audeant, vel præſumant, ſeu permittant.

Executorum & defenſorum Societatis deputatio.

§.5. Quocirca Venerabilibus fratribos Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis, ac dilectis filiis eorum Vicariis in ſpitritualibus, aut Officialibus generalibus, & Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, necnon Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Canouicis, & Capitulis, ac aliis, ad quos id quomodolibet ſpectat, & ſpectabit, per eaſdem præſentes mandamus,quatenus ipſi vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas,& in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Præpoſiti, presbyterorum, & religioſorum Societatis hujuſmodi, vel alicujns eorum fuerint requiſiti,ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos, præmiſſis omoibus & ſingulis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando: invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§.6. Non obſtantibus fel. recor. Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo non oltra tres dietas quis vigore præſentium ad judicium trahatur, & aliis Apoſtolicis, necnon in generalibus, provincialibus & ſynodalibus Conciliis editis generalibos vel ſpecialibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter vel diviſim, Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam,ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Transſumptorum fides.

§.7. Volumus autem qnod earumdem præſentium tranſumptis &c.

D. P. An.V. 16. Julii.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 16. Julii 1576. Pontificatus noſtri Anno V.

LVI.

Quod Confeſſores in vim privilegiorum Cruciatæ ſanctæ eligendi, neminem ab incurſu & lapſu in hæreſim abſolvere poſſint.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Officii noſtri partes ſedulo præſtare tenemur, ne gratiæ & privilegia a Sede Apoſtolica ad animarum ſalutem emanata, in illarum detrimentum interpretentur aut extendantur.

Cauſa hujus declarationis,

§.1. Nuper ſiquidem accepimus, nonnullos curioſa & ſubtili magis quam vera interpretatione prætendere, in vim privilegiorum Cruciatæ ſanctæ ab eadem Sede conceſſorum eligendi Confeſſores, qui a nonnullis criminibos,& exceſſibus abſolvere poſſint, a lapſu, & incurſu in hæreſim abſolvendi facultatem & auctoritatem, ſaltem in foro conſcientiæ habere.

Declaratio. de qua in rub.

§.2. Nos autem omnem dobitandi occaſionem in præmiſſis removendam eſſe exiſtimantes, ne circa id ullo tempore hæſitari contingat, Motu proprio & ex certa noſtra ſcientia fel. recor. Pii Papæ V. Prædeceſſoris noſtri, ac noſtræ intentionis nunquam fuiſſe,vel eſſe, dictis Confeſſoribos aliquo modo abſolvendi ab incurſu & lapſu in hæreſim, quod crimen uti ceteris graviſſimum ſpeciali nota eſt dignum, facultatem concedere, nec illam per dictum Prædeceſſorem, & Nos unquam conceſſam fuiſſe, vel eſſe cenſeri, aut ipſis Confeſſoribus dictorum privilegiorum auctoritate electis abſolutionem impartiri licuiſſe, neque in poſterum licere, aut abſolutiones, quæ jam forſan eo caſu ſub datorum privilegiorum prætextu per Confeſſores impenſas, nemini ſuffragari potuiſſe ſive poſſe, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus.

Facultas Cōmiſſarii Cruciatæ,illam in vulgare idiomate redigendi &c.

§.3. Et ut Chriſtifideles ſupradictæ declarationis commodius notitiam habere poſſiut, licentiam & facultatem concedimus Commiſſario generali dictæ Cruciatæ,illam de latino ſermone in vulgari juxta linguam provinciæ, ubi publicatio ipſius Cruciatæ facienda erit, redactam, una cum facultatibus dictæ Cruciatæ, & per modum exceptionis, in ſuo loco, ſive ad partem imprimi poſſe facere, in contrarium facientibus quibuſcumque non obſtantibus.

Fides transſumptorum.

§.4. Ceterum quia difficile foret præſen-

ſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus de eis fides facienda erit, deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod illorum tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii Apoſtolici ſubſcriptis, & ſigillo dicti Commiſſarii, ſeu alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An. V. 22. Septemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 22. Septembris, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, Pontificatus noſtri Anno V.

LVII.

De Confraternitate Recommendatorum B. Mariæ Virginis, Confalonis poſtea nuncupata, Romæ anno 1264. a nonnullis Patritiis Romanis inſtituta. Ac de modo orandi, ſive Corona a S. Bonaventura ejus Confratribus præſcripta, indulgentiarumque elargitione.

GREGORIUS PAPA XIII.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

PAſtoris æterni, qui non vult mortem ſed converſionem peccatoris, vices licet immeriti gerentes in terris, Chriſtifideles ſingulos, præſertim piis ſodalitatibus, ad caritatis & miſericordiæ opera exercenda, ſub glorioſiſſimæ Virginis Mariæ nomine, & vexillo inſtitutis adſcriptos, ad devotionis ſinceritatem erga Salvatorem, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cui pro ipſis ab æterna morte redimendis in ara Crucis immolato, nulla condigna reverentia, nulluſque ſatis congruus honor, ulla ratione poſſet umquam exhiberi, per amplius augendum, frequenteſque & efficaces orationes ſibi., tam pro eorum, quam aliorum Chriſtifidelium, etiam defunctorum animarum ſalute devote effundendum, eſca ſpiritualium alimentorum, indulgentiis videlicet, & peccatorum remiſſionibus libenter invitamus, ut exinde ſuorum abolita macula delictorum, promiſſæ redemptionis fructum facilius conſequi, & ad ſempiternæ gloriæ beatitudinem feliciter pervenire mereantur.

Sodalitas Beatæ Mariæ Confalonis de anno 1264. in Urbe inſtituta fuit, & a Pontificibus decorata diverſis privilegiis.

§. 1. Cum itaque ſicut accepimus, ſuperioribus temporibus, videlicet de Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quarto, in Alma Urbe noſtra admodum inſignis Societas Regulæ Recommendatorum ejuſdem B. Mariæ Virginis primo, & deinde Confalonis nuncupata, per nonnullos patritios Romanos, & alios eximios ac egregios viros ex revelatione ipſius B. Mariæ Virginis ut pie creditur, canonice inſtituta, ac inſignibus, & præclaris privilegiis, indulgentiis, aliiſque peccatorum remiſſionibus per diverſos Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros decorata.

Et quadam Corona pro modo orandi a S. Bonaventura Confratribus data fuit.

§. 2. Et inter cetera pro illius felici directione, & animarum dilectorum filiorum ipſius Societatis Confratrum, tunc & pro tempore exiſtentium ſalute, eorumque devotionis incremento, & divini nominis, ac ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis honore, & gloria per Sanctum Bonaventuram tunc in humanis agentem, & Ordini Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum profeſſorem, pie ſtatuta & ordinata, eiſdem Confratribus, certa, facilis, commoda, & omnibus pervia orandi, & Altiſſimo preces effundendi ratio, & forma, Corona nuncupata, præſcripta fuerit, videlicet quod ipſi Confratres loco horarum canonicarum, viginti quinquies orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam, cum verſu incipiente Gloria Patri, in fine pſalmorum recitari ſolito, necnon ſepties orationem, ſalutationemque hujuſmodi, cum verſiculo Defunctorum nuncupato, qui incipit, Requiem æternam, & ejus reſponſorio recitare tenerentur.

Confratribus ſic orantibus variæ Indulgentiæ conceſſæ fuerunt.

§. 3. Ipſis autem Confratribus ſub hujuſmodi forma pie orantibus varias indulgentias, & peccatorum remiſſiones conceſſas fuiſſe, multorum fide dignorum teſtimonia a ſuis majoribus quaſi per manus tradita & accepta comprobent. Ceterum propter diuturni temporis hujuſmodi lapſum, illiuſque varias calamitates ac injurias, de conceſſionibus indulgentiarum, & remiſſionum hujuſmodi, aliter quam ut præfertur, non conſtet.

Hic modo Pontifex, ut illi ferventius dictam formam orandi obſervent, & aliis piis operibus attendere ſtudeant.

§. 4. Nos cupientes ut ipſa Societas, cujus Confratres prædicti, ut etiam accepimus, in Virginibus pauperibus nuptui ſingulis annis tradendis, Miſſis & aliis divinis Officiis in eorum Oratorio celebrandis, aliiſque piis operibus, non ſine ſummo religionis, & caritatis Chriſtianæ fervore intenti, laudabiles effectus producere non ceſſant, & ad quam dilectus filius noſter Alexander tituli Sanctæ Mariæ in Via presbyter Cardinalis Sfortia nuncupatus, Viceprotector, & Angelus Capranica, ac Hortenſius Francipanis, necnon Joannes Dominicus Guelphus, & Valerius de Valle Patritii Romani moderni Cuſtodes ejuſdem Societatis dilecti filii ſingularem gerunt devotionis affectum, proſperis incrementis jugiter proficiat, & in debita veneratione habeatur, ac non ſolum illius, ſed etiam quarumcumque aliarum ei nunc aggregatarum, & deinceps aggregandarum Societatum Confratres pro tempore exiſtentes, eo ferventius & libentius formam orandi hujuſmodi cum devotionis incremento obſervent, & recitationi Coronæ præfatæ intendant, quo exinde majoribus donis ſpiritualibus ſe refectos fore conſpexerint, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi.

Indulgentiæ hic enunciatæ elargitur.

§. 5. Omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus in confratres, tam Confalonis, quam aliarum ei aggregatarum & aggregandarum Societatum hujuſmodi pro tempore receptis, qui forma præſcripta hujuſmodi oraverint, & dictam Coronam devote

devote recitaverint, Dominicis & aliis feſtivis viginti, ceteris vero non feriatis diebus decem annos de eis injunctis, vel alias quomodolibet debitis pœnitentiis, quo die prædictorum id fecerint, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium miſericorditer in Domino relaxamus. Dictis vero Confratribus in Nativitatis & Reſurrectionis, ac Pentecoſtes Domini noſtri Jeſu Chriſti, ceteriſque tam in illius, quam ejuſdem B. Mariæ Virgiois honorem celebrari ſolitis feſtivitatibus, eamdem Coronam etiam recitantibus, quo die feſtivitatum id fecerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum, de quibus ore confeſſi, & corde contriti fuerint, indulgentiam & remiſſionem auctoritate & tenore prædictis concedimus & elargimur. Declarantes eamdem indulgentiam aſſequi, etiam illos ex Confratribus prædictis, qui eorum vita durante ſingulis diebus ceſſante legitimo impedimento, eamdem Coronam ſimiliter recitaverint, & in mortis articulo confeſſi & contriti deceſſerint, ſeu id facere nequeuntes, contritionis ſigna exhibuerint & oſtenderint, vel ad minus ter in qualibet hebdomada eamdem Coronam recitantes, & in illorum mortis articulo dictam Coronam ſupra ſe habentes, ſanctiſſimum nomen Jeſu ore, ſen ſaltem corde invocaverint. Et inſuper ut animarum Chriſtifidelium, tam vivorum, quam defunctorum ſaluti per amplius conſulatur, eiſdem Confratribus nunc & pro tempore exiſtentibus, ut Coronam prædictam quadrageſimalibos, & aliis anni temporibus, ac diebus, quibus in Eccleſiis dictæ Urbis & extra illius muros exiſtentibus ſtationes ſunt indictæ recitando, omnes & ſingulas indulgentias, peccatorumque remiſſiones, tam pro ſe, quam per mndum ſuffragii, pro Confratribus in Chriſti caritate defunctis, pro quibus illam recitaverint, conſequantur, quas conſequerentur, ſi eiſdem temporibus & diebus, Eccleſias ipſas pro eiſdem ſtationibus & indulgentiis deputatas perſonaliter viſitarent. Et poſtremo ut ſi ipſi Confratres pariter confeſſi & contriti ſingulis ſecundis feriis cujuslibet menſis, ac etiam die Commemorationis defunctorum Coronam ipſam cum verſiculo & reſponſorio prædictis incipien. Requiem æternam, genibus flexis, pro cujuſcumque Confratris anima, quæ Deo in caritate conjuncta ab hac luce migraverit, pariter recitaverint, per hujuſmodi recitationem anima ipſa. eorumdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & beatiſſimæ Virginis Mariæ, ac beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, aliorumque Sanctorum meritis ſuffragantibus, a Purgatorii pœnis liberari valeat, eiſdem auctoritate & tenore etiam concedimus & indulgemus.

Clauſulæ præſervativæ.

§.6. Præſentibus literis, quas ſub quibuſcumque ſimilium vel diſſimilium indulgentiarium revocationibus, limitationibus, ſuſpenſionibus, ac aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, quavis etiam dicta auctoritate, etiam per Nos & pro tempore exiſtentes Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam, aut alias ex quacumque quantumvis urgentiſſima ac neceſſaria cauſa, etiam in favorem Baſilicæ ejuſdem Sancti Petri de Urbe, Cruciatæ ſanctæ, vel expeditionis contra infideles, ac etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, in genere vel in ſpecie, & alias quomodolibet factis & emanatis nullatenus umquam comprehenſas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum & validiſſimum ſtatum reſtitutas, ac de novo, etiam ſub quacumque etiam poſteriori data per pro tempore exiſtentes ipſius Societatis Confalonis Cuſtodes eligenda, conceſſas, reſtitutas, & plenarie reintegratas eſſe, fore & cenſeri, ac Confratribus, & aliis prædictis ſuffragari debere decernimus, perpetuis futuris temporibus valituris, etiam ſi Societati & illius Confratribus prædictis aliqua alia indulgentia, perpetuo vel ad tempus nondum elapſum duratura, per Nos vel Sedem eamdem conceſſa fuerit.

§.7. Volumus autem quod præſentium tranſumptis &c. — Fides tranſumptorum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 12. Octobris, milleſimo quingenteſimo ſeptnageſimo ſexto, Pontificatus noſtri Anno V. — D. P. An. V 12. Octobris

LVIII.

Quod pro Religione Clericorum Regularium Societatis Jeſu, nbique Eccleſiæ & domus ædificari poſſint, non obſtan. privilegio aliis Ordinibus conceſſo & concedendo, quod prope eorum loca nova, Monaſteria conſtitui nequeant.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SAlvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti qui caritas eſt, & Deus Pacis, his in terris vices licet immeriti gerentes, ea quæ pacis ſunt, præſertim cum militantis Eccleſiæ firmamentum, omniſque filiæ Sion decor in animorum conjunctione, pace, & tranquillitate verſetur, Noſque unum in Chriſto corpus ſimus, pro noſtri debiti officio, tamquam ipſius myſtici corporis caput quærentes, litium quarumvis, quæ fraternam dilectionem lacerant, maxime vero quæ inter religioſas perſonas ventilantur, occaſionibus obviamus, exortaſque, quantum cum Deo poſſumus, conſopimus.

Societatis Jeſu multa ſunt pia opera, & fructus.

§.1. Sane, ut accepimus, licet dilecti filii presbyteri venerabilis Societatis Jeſu in vinea Domini, tamquam fructiferi palmites, in toto fere orbe, tam in continendis in via mandatorum Chriſtifidelibus, infirmis in fide conſolidandis, ægrotiſque ſanandis, confractis alligandis, & abiectis reducendis, ovibus diſperſis, & lupis veſpertinis, leonumque famelicis catulis in devorationem expoſitis, reclamandis & defendendis, quam etiam iis, quæ extra ovile Chriſti. ſacroſanctique Imperii noſtri tutelam, ſub ignorantiæ jugo in obſcuris, & tene-

tenebricoſis lucis, ac deſertis, per montuoſas, ac difficiles vias aberrant, convertendis, & ad nationes catholica religione imbutas, & ad immanes, barbaraſque divini cultus, politicique ornatus ignaras gentes, ferino potius quam homano more viventes, ſeſe extendentes, optimum, & uberrimum fructum attulerint, & in dies majori cum ſolicitudine afferre, zizania extirpare, bonum ſemen revocare, plantare, terraſque incultas Evangelico ſulco, ac eccleſiaſticæ diſciplinæ vomere erudarare non ceſſant.

Ideoque Paulus III. ejus inſtitutum cōfirmavit, ut in Conſt. XXXI. *Regiminis* Tomo IV. Par. I. fol. 185.

§.2. Ac dudum propter ipſius Societatis, tam utiles, tamque neceſſarias functiones, quæ tum in domibus per frequentem Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramentorum adminiſtrationem, & ad eorum frequentationem ſectandam exhortationem, prædicationemque, & ſpiritualia exercitia, ac alia verbi Dei miniſteria, tum in Collegiis per lectiones, tam bonarum literarum quam Philoſophiæ, etiam, & Theologiæ ad juventutem bonis moribus, & literis imbuendam, ex ipſius Societatis primæva inſtituti erectione, ac divina vocatione, Magno Dei beneficio, & Eccleſiæ ſpirituali emolumento exercet, felicis recordationis Paulus Papa Tertius ſpeciali privilegio, ut quæcumque domos, Eccleſias, & Collegia ædificare, vel conceſſa recipere, & inhabitare poſſet, indulſerit.

Jul. III. etiam Conſtit. LXI. fol. 172.

§.3. Et deinde piæ memoriæ Julius, etiam Papa Tertius indultum hujuſmodi confirmaverit.

Pius IV. conceſſit indultū cannas 140. ut hic, ſed ejus Bullam non potui.

§.4. Et ſucceſſive recolendæ memoriæ Pius Quartus Prædeceſſores noſtri iidem indultum, etiam intra centum quadraginta cannas Ordinum Mendicantium, de novo conceſſerit.

Hic Pontifex confirmavit.

§.5. Noſque poſtremo cum lis, & cauſa, ſeu controverſia, aut quæſtionis materia deſuper occaſione certæ domus per ipſos Presbyteros a dilecto filio Comite de Orgaz Toleti emptæ, conceſſionem ejuſdem Pii Prædeceſſoris confirmantes, emptionem, dictæ domos recte factam, & in ea Presbyteros ipſos habitare poſſe, & debere declaravimus, & alias prout in ſingulis literis Apoſtolicis deſuper confectis plenius continetur.

Quia tamen Societas adhuc moleſtatur.

§.6. Nihilominus præfati Presbyteri, a diverſis dictorum Ordinum religioſis diverſimode, vigore, ſeu prætextu privilegiorum hujuſmodi cannarum adhuc, prout de facto, tam in Mexicana quam in Guaxicana novæ Hiſpaniæ Civitatibus, non ſine animi noſtri diſplicentia, moleſtantur, immo, & excommunicationis ſententia interdum feriuntur, in Chriſtiani populi ſcandalum non modicum.

Hic propterea Pontifex ex juſtis cauſis hæc relatis.

§.7. Nos igitur attendentes dictam Societatem, quæ quamvis Collegia habeat annexa, & hæc redditos pro ſtudentium neceſſitate habere poſſint, inter Mendicantium Ordinum religiones, per ſanctæ memoriæ Pium Papam Quintum ſimiliter Prædeceſſorem noſtrum per quaſdam ſuas in forma Brevis literas, ſub die ſeptima menſis Julii, Pontificatus ſui Anno ſexto, expeditas, adſcripta, & declarata, ac privilegiorum Ordinum Mendicantium particeps effecta fuit, ex ejus inſtituto, & Conſtitutionibus, Apoſtolica auctoritate confirmatis, bona ſtabilia poſſidere non poſſe, ſed incertis eleemoſynis, fideliumque largitionibus, & ſubventionibus vivere, nec minus quam ceteros Mendicantes Ordines, in excolenda vinea Domini, aſſidue laborare, immo nec alios juxta ſe, domos, & Monaſteria ædificare prohibere, neve ullum aut certe quam minimum præjudicium aliis Religioſorum Monaſteriis, ex Societatis Domorum, Collegiorum, & Eccleſiarum vicinitate provenire, ex eo quod prupter diverſam ſanctionum, & inſtituti rationem, Societas ipſa nec chori uſum habet, nec ad funerales aſſociationes accedit, nec defunctorum funera, niſi rara, nolla item Miſſarum, vel ſepuleralia ſtipendia, nullas ſepulchrorum, vel cappellaniarum fundationes, nullam denique pro ſuis eleemoſynam, quæ ad quodvis ipſius Societatis miniſterium, vel opus dirigi intelligatur, admittit. Ac, prout noſtrum Nos invitat officium, inconvenientibus hujuſmodi obviare, ac ſcandala quæcumque, & contentionum, præcipue inter religioſas perſonas, occaſiones removere, necnon tam ſalubris dictæ Societatis Miniſteriis, quæ pro eorum dignitate, ac majori fidelium fructu, in locis aptis, ubi major ſeges & frequentior populi conſuetudo viget, exerceri, & miniſtrari debent, viam potius aperire, quam impedimenta ulla obiici permittere volentes.

Privilegium cannarū quibuſcumque Ordinibus cōceſſum, reſpectu hujus Societatis revocat, non obſtante nova conceſſione per eos obtinenda.

§.8. Motu proprio, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, eoſdem Presbyteros, eorumque ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ac ſupradictarum literarum, necnon, & aliorum Ordinum, privilegiorum, & in eis contentarum clauſularum tenores, ac alias etiam forſan circa præmiſſa de neceſſitate exprimenda, præſentibus pro expreſſis habentes, ac privilegia dictorum Ordinum ſuper non ædificatione infra dictas cannas, quo ad dictam Societatem tantum ſuſpendentes, revocantes, ac invalidantes, ſilentium perpetuum quibuſvis ſuper præmiſſis, aut eorum aliquo vigore cujuſvis confirmationis, aut ampliationis, & de novo conceſſionis dictarum cannarum a Sede Apoſtolica quomodolibet, & pari motu, etiam conſiſtorialiter, ac cum quibuſvis præſentium derogationibus, ſpecifice factis, obtentarum, & in futurum obtinendarum contra præſentium tenorem venientibus imponentes.

§.9. Eiſdem presbyteris, & Societati, ut

Et facultatem Eccleſias, & domos abſque fabricandi cōcedit.

ut, quæcumque Domos, Collegia, Eccleſias, & alia ædificia erigere, ac per eos ubivis locorum erecta inhabitare, ac quæcumque loca, Domos, Eccleſias, Oratoria, & alia cujuſcumque ſtructuræ ædificia, ſibi quomodolibet relicta, vel oblata recipere, & retinere, ac in eis omnia, & ſingula, functiones, lectiones, & miniſteria, in aliis ejuſdem Societatis, Domibus, Collegiis, Eccleſiis, & aliis locis fieri, & exerceri ſolita, habere, facere, & exercere libere, & licite poſſint, & valeant, earumdem præſentium tenore de ſpeciali dono gratiæ concedimus, & indulgemus. Eoſque a quibuſvis cenſuris, & pœnis, in illos præmiſſorum occaſione forſan latis, abſolvimus.

Privilegia Societatis omnia confirmat.

§.10. Necnon indulta, per Paulum, Julium, & Pium, Prædeceſſores noſtros prædictos, & Nos eis, ut præfertur, conceſſa, & confirmata, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis conceſſionibus, privilegiis, facultatibus, prærogativis, & aliis gratiis, declarationibus, derogationibus, aliiſque quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis decretis, & clauſulis, approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus.

Clauſulas præſervativas apponit.

§.11. Necnon oppoſitionem, & contradictionem quorumcumque quovis titulo, vigore, prætextu, colore ipſis Presbyteris præjudicium afferre, ac præſentes literas de obreptionis, ſeu ſubreptionis vitio, aut intentionis noſtræ defectu, notari, vel impugnari, ſuſpendi, revocari, annullari, invalidari, aut ad viam juris reduci, vel contra illas attentari non poſſe, neque debere, ſed illas perpetuo validas, efficaces, & illibatas exiſtere, & ubi aliquid contra eas extorqueri, & obtineri contigerit, illas nihilominus in ſuo pleno, & integro robore, abſque eo quod deſuper impetranda ſit a Sede prædicta illarum confirmatio, reſtitutio, revalidatio, vel nova conceſſio, permanere, irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter in poſterum contigerit attentari decernimus. Ac quaſvis excommunicationis ſententias, vigore talium privilegiorum cannarum, contra dictos presbyteros, vel Societatem latas, & ferendas eos, vel eorum aliquem nullateuus afficere poſſe declaramus.

Executores deputat.

§.12. Quocirca univerſis, & ſingulis venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, per præſentes, pari motu, mandamus, quatenus ipſi vel eorum quilibet, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum presbyterorum, aut alterius eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eos decreto, confirmatione, indulto, aliiſque præmiſſis pacifice gaudere, ac eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque perpetuo inviolabiliter obſervari. Nou permittentes eos ſuper eiſdem præmiſſis, vel eorum aliquo, per quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium religioſos, ſeu locorum Ordinarios, aut alios quoſcumque Judices, & perſonas cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, & quacumque, etiam Pontificali, regia, vel alia auctoritate fungantur, publice, vel occulte, directe, vel indirecte, tacite, vel expreſſe, quovis quæſito colore, vel ingenio impediri, moleſtari, perturbari, vel alias quomodolibet inquietari, Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, & alia opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contrariis derogat.

§.13. Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ memoriæ Boniſacii Papæ Octavi, etiam Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali de duabus dietis, dummodo non ultra tres dietas quis auctoritate præſeutium ad judicium trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictorum Ordinum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Ordioibus, illorumque ſuperioribus, & perſonis, etiam ſuper nou ædificandis Eccleſiis, Domibus, Collegiis, & aliis ædificiis aliarum Religiouum intra centum quadraginta cannas ab eorum Cœnobiis, Couventibus, vel Monaſteriis, & domibus, ac alias ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, per quoſcumque Romanos Pontifices conceſſis, confirmatis, & innovatis, ac omnibus aliis, quæ Nos, & prædicti Prædeceſſores noſtri in ſingulis literis prædictis voluimus non obſtare. Quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non tamen per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda foret, tenores illorum, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, Motu ſimili, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nōn poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Tranſumptis credi jubet.

§.14. Volumus autem, & eadem auctoritate decernimus, quod ipſarum tranſumptis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati, vel perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, aut Cu-

Curiæ Eccleſiaſticæ, vel etiam Generalis Præpoſiti ipſius Societatis munitis in judicio, & alibi, ubi opus fuerit, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An.V. 30. Octobris.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 30. Octob. 1576. Pon. noſtri Anno V.

LIX.

Juriſdictio Protomedici, & Collegii Phyſicorum Almæ Urbis, quoſcumque Medicos in ea medentes examinandi, & non repertos idoneos ab exercitio medicinæ expellendi, atque coercendi.

Ejuſdem Collegii, & Protomedici auctoritatem in Urbe doctorandi, & juriſdictionem cauſas ad Artem ſpectantes cognoſcendi, habes in Conſt.XXXI. Julii III. Meritis *Tom.IV. Par.I. fol.*303.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

IN Apoſtolicæ dignitatis culmine, meritis licet imparibus, divina diſpoſitione conſtituti, ad ea noſtræ conſiderationis aciem libenter dirigimus, per quæ proviſionis noſtræ auxilio Artis Medicinæ miniſterium, recte, & fideliter exerceatur, & ne in eo nonnullorum imperitia errores in alterius jacturam fiant, noſtri Paſtoralis Officii partes libenter impartimur, prout temporum qualitate penſata id perſpicimus ſalubriter expedire.

Cauſa hujus Conſtitutionis

§.1. Cum itaque ſicut accepimus in Urbe noſtra a diverſis Medicis, & Artem Medicinæ exercentibus, etiam publice Doctoratis, & privilegium Doctoratus, etiam a publicis, & generalibus Studiorum Univerſitatibus habentibus quamplurimi, & graviſſimi errores modendo, & Artem Medicinæ exercendo, etiam in hominum perniciem, & grave damnum committantur, dum nempe dicti Medici non admodum esperti ea remedia, & præſidia, quæ non conveniunt, quinimmo contraria, & diverſa utcumque præſcribantur, adhibeant & conſulant, etiam interdum, vel ſæpius experientiam, & periculum dictæ Artis in rebus dubiis, & ipſis incognitis, cum maximo, & evidenti hominum vitæ diſcrimine faciendo.

Conceſſio juriſdictionis, de qua in rubr.

§.2. Nos pro noſtri Paſtoralis Officii debito, huic gravi malo occurrere, & in præmiſſis opportune providere volentes, dictorum filiorum Protomedici, & Collegii Phyſicorum dictæ Urbis in hac parte ſupplicationibus inclinati, eiſdem Protomedico nunc, & pro tempore exiſtenti, ac Collegio Phyſicorum dictæ Urbis, in eadem Urbe, omnes, & ſingulos, ac quoſcumque Artem Medicinæ exercentes etiam Medicos publice, & in publicis Gymnaſiis, vel Univerſitatibus quibuſcumque doctoratos, & promotos, exceptis tamen illis Medicis, qui longo uſu, tam in ſtationibus Medicorum, ſive Collegiis habitis, quam alias, in exercitio Medicinæ probi, & periti communiter exiſtimantur, ad ſe examini ſubiiciendum, & per interdictionem, exercitii medicinæ compellere, & per ipſum Protomedicum, & duos alios de eodem Collegio examinare, & illos, quos ad Medicinam exercendam non idoneos, nec ſufficientes repererint, exercitio medicinæ hujuſmodi in ipſa Urbe prorſus interdicere, ſeu ab ipſo exercitio, ad tempus, & donec, & quouſque ſtudio mediante ad melius profecerint, ſuſpendere, aut eis ne dictam Artem niſi cum præſentia, vel conſilio alterius, vel aliorum Medicorum idoneorum, & a dictis Protomedico, & duobus de Collegio hujuſmodi approbatorum ullatenus exercere audeant, nec debeant, prohibere. Ac in contrafacientes, aut contradicentes quoslibet, quaſvis pœnas ipſi Collegio beneviſas, & arbitrio ejuſdem Collegii, piis uſibus applicandas infligere, illaq. ab eis exigere, omniaq. & ſingula alia in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna facere & exercere libere & licite valeant, ac etiam debeant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, ſicque etiam perpetuo ſtatuimus, & ordinamus. Necnon eiſdem Protomedico, & Collegio, in, & ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis plenam, liberam, amplam, & omnimodam facultatem, licentiam, poteſtatem, & auctoritatem impartimur.

Inhibitio contra eorum impedientes.

§.3. Ac etiam Protomedicum & Collegium huiuſmodi, eorumque deputatos & deputandos ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac illorum executione, per quoſcumque quavis auctoritate, & quocumque quæſito colore, ingenio, vel prætextu quomodolibet moleſtari, vel impediri non poſſe decernimus. Mandantes præterea dictis Medicis, qui ut præfertur, non idonei, nec ſufficientes pro tempore reperti fuerint, ut in virtute ſanctæ obedientiæ, & etiam ſibi per Collegium prædictum comminandis & infligendis pœnis, eiſdem Collegii mandatis pareant & obediant.

Officiales eis faveant, & hujus Bullæ obſervantiã quærant.

§.4. Necnon dilectis filiis Curiæ cauſarum generali Auditori, Gubernatori, Vicario, & Senatori, ac Conſervatoribus Cameræ dictæ Urbis, ceteriſque jus dicentibus eccleſiaſticis, & ſæcularibus, quavis auctoritate fungentibus, & functuris, ac juſtitiæ miniſtris dictæ Urbis, & quibuſvis aliis perſonis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, quatenus ipſi, & eorum quilibet eiſdem Protomedico, & Collegio in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes præſentes noſtras recipiant, & admittant, ac inviolabiliter obſervent, & ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit, obſervari mandent, & præcipiant, faciantque

Digitized by Google

Protomedicum, & Collegium hujuſmodi præmiſſis omnibus pacifice, & quiete uti, frui, & gaudere, nec permittant eos, per quemlibet contra earumdem præſentium tenorem, quoquomodo moleſtari, aut impediri, contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas, etiam pecuniarias, aliaque opportuna juris, & facti remedia, quacumque appellatione remota, compeſcendo, ac cenſuras ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando; invocato, etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Quibuſcumque non obſtantibus.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac privilegiis doctoratus in Medicina dictis Medicis, qui, ut præfertur, non idonei, nec ſufficientes pro tempore reperti fuerint, quomodolibet, & etiam per quæcumque Gymnaſia, Collegia, & Univerſitates, etiam generales, ac etiam prævio rigoroſo examine, etiam publice facto, conceſſis, & concedendis, necnon quacumque præſcriptione etiam longiſſimi temporis, quo ipſi tales Medici, etiam abſque aliqua contradictione medicati fuerint, & artem prædictam etiam palam, & publice nemine contradicente exercuerint, ac regula noſtra de non tollendo jure quæſito, ſi opus ſit, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus, dictæque Urbis, & quorumcumque Gymnaſiorum, Collegiorum, & Univerſitatum Studiorum, etiam generalium, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, legibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam illis, eorumque ſuperioribus, & perſonis, ac etiam dictis Medicis, qui pro tempore non idonei, nec ſufficientes, ut præfertur, reperti fuerint, in genere, vel in ſpecie, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, etiam Motu proprio, & conſiſtorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, ac in poſterum concedendis, confirmandis, & innovandis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad id ſervanda eſſet, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceterisque contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides exemplorum.

§.6. Volumus inſuper quod præſentium tranſumptis &c.

D. P. An.V. 1. Novemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 1. Novembris, 1576. Pontificatus noſtri Anno V.

LX.

Declaratio concordatorum inter Sedem Apoſtolicam, & Nationem Germanicam, circa collationes Beneficiorum Eccleſiaſticorum in menſibus reſervatis.

Iſta concordata firmavit Nicolaus V. in Conſtit. I. Ad ſacram *Tom. III. Par. III. fol. 61.*

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

QUÆ in Eccleſiam Dei incommoda inferunt, noſtra Nos expedit animadverſione removere.

Nicolaus V. ſtatuit Ordinarius poſſe diſponere de beneficiis vacantibus in menſibus Sedi Apoſt. reſervatis, niſi fuerit a dicta Sede proviſum.

§.1. Cum itaque per literas fel. rec. Nicolai Papæ Quinti nationis Germaniæ pro illius unione, & concordia cum Sede Apoſtolica inter alia concedatur, ut quoties aliquo vacante Beneficio Eccleſiaſtico, in menſibus Januarii, Martii, Maii, Julii, Septembris, & Novembris, in quibus vacantium Germaniæ Beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitio dictæ Sedi ſpecialiter reſervata eſt, non apparuerit intra tres menſes a die notæ vacationis in loco beneficii, quod alicui de illo Apoſtolica auctoritate proviſum fuerit, ex tunc, & non antea, Ordinarius, vel alius, ad quem illius diſpoſitio pertinet, de illo diſponere poſſit, & ſæpenumero contingat, ut antequam inquiſitio, quam plerumque, etiam in concurſu plurium, ſive in partibus, ſive apud dictam Sedem, fieri oportet in vitam, mores, & doctrinam eorum, quibus de dictis Beneficiis per Sedem eamdem providendum eſt, compleri poſſit, aut antequam de ipſis proviſionibus, ſeu de mandatis, quæ ad inquiſitiones, & proviſiones hujuſmodi faciendas ab eadem Sede impetrantur, vel Motu proprio procedunt, literæ Apoſtolicæ conficiantur, vel etiam antequam mandata ipſa a Judicibus, ad quos directa ſunt, recipiantur, vel recepta expediantur, interdum quoque literis Apoſtolicis expeditis, & gratia purificata, ſeu mandatis prædictis receptis, & inquiſitione completa, antequam omnimoda executio perficiatur, propter diverſa impedimenta, quæ frequenter ſuccedunt, tempus trium menſium, ex quo vacatio beneficii in loco ipſius nota eſt, expiret, ac proinde Ordinarii locorum, aut alii, ad quos talium Beneficiorum diſpoſitio, ceſſantibus Apoſtolicis reſervationibus, pertinet, lapſo tempore prædicto licet priuſquam illud laberetur, proviſionis ſive alterius diſpoſitionis de illis a dicta Sede jam gratia facta fuerit (quod ipſum ad tribuendum, & quærendum jus ſatis ſuperque eſſe certa juris interpretatione frequenter declaratum eſt) illa tamen conferre contendant. Qua de cauſa multis Religione, & pietate inſignibus, quando ii poſt oſtenſum virtutis, & doctrinæ ſuæ ſpecimen, atque inde emenſos labores, & ſumptus beneficiis potiri deberent, alii præoccupatores obtentu ordinariæ collationis hujuſmodi contra adverſantur.

§.2. Nos

Digitized by Google

Hic Pontifex modo declarat dictam Conſtitutionē Nicolai V.

§.2. Nus indignum rati, quod temporis mora, quam ad perſerutandum aceuratius talium probitatem, induſtriam, & alia requiſita intercedere pro utilitate Eccleſiæ neceſſe eſt, locum injuriis aperiat, attendenteſque verba prædicta, in loco beneficii, cum verbis, notæ vacationis, quæ protinus antecedunt conjungi, & ad illa dumtaxat referri, ac voluntatem concedentis, ſenſumque conceſſionis, & literarum prædictarum ſie eſſe, ut diſpoſitio beneficii intra tres menſes a die notæ vacationis a Sede prædicta fieri, deque gratia facta alicubi apparere debeat, quemadmodum re inter utriuſque juris interpretes jampridem controverſa ſumma ratione judicatum apparet, vix enim eſt, ut itineribus non modo infeſtis, aut prohibitis, quod fere ſemper aliquo contingit, ſed etiam expeditis, quis ex tam longinquis regionibus ad dictam Sedem profectus, & in ea ad expediendum negocium, vel paulisper moratus, in eaſdem ſe recipere tanta temporis anguſtia poſſit. Quocirca æquitate & juſtitia ſuadentibus, præſentium auctoritate declaramus, conceſſionem Nicolai Papæ, & literas prædictas locum omnino non habere, quod Ordinarii, aut alii collatores prædicti, poſt lapſum trium menſium ex die notæ vacationis in loco beneficii diſponere poſſint de ullis beneficiis prædictis, alias ſub conceſſione, & literis prædictis comprehenſis extra Romanam Curiam in menſibus prædictis quoquomodo vacantibus, vel vacaturis, de quibus intra dictum tempus trium menſium per Romanum Pontificem, ac dictam Sedem qualiſcumque gratia, vel diſpoſitio, aut conceſſio facta fuerit. Ne tamen cuiquam licitum ſit factam a Sede prædicta diſpoſitionem bujuſmodi in longum obtegere, illi quibus deinceps gratiæ hujuſmodi concedentur, earum conceſſionum fidem, & teſtimonium, intra tres menſes a die notæ vacationis in loco beneficii hujuſmodi, vel dictis collatoribus ſignificare, vel in ipſo beneficii loco publicare quoquomodo teneantur.

Decretum irritans.

§.3. Decernentes omnes, & quaſcumque diſpoſitiones de dictis beneficiis ab eiſdem collatoribus poſt ſignificationem, ſeu publicationem bujuſmodi pro tempore factas, nullas & invalidas, nulliuſque roboris, vel momenti fore. Sicque in quibuſvis cauſis pendentibus, & futuris judicari debere; necnon irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his ab eiſdem collatoribus, aut quibuſcumque aliis ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Collatorum inobedientiū pœnæ.

§.4. Quod ſi forte quiſquam collatorum prædictorum fuerit præſentium violator, eum a beneficiorum, & officiorum collatione tamdiu ſuſpendimus, donec ipſe veniam petens reſtitutionis gratiam a Sede prædicta meruerit obtinere.

Exemplorum fides.

§.5. Ceterum volumus, ut præſentium tranſumptis.

Sanctio pœnalis.

§.6. Nulli ergo omnino hominum &c.

D.P. An.V. 1. Novemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, Kalendis Novembris Pontificatus noſtri Anno V.

LXI.

Vineæ & Vineolæ extra Portam Flaminiam Collegio Germanico, pro recreandis ſcholaribus.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Collegio Germanico a ſe inſtituto.

QUoniam Collegium Germanicum in Urbe pridem inſtituimus, divina favente Clementia magno jam refertum numero ſcholarium, in quibus ſuſtentandis certos annuos redditus aſſignavimus, animadvertimus, nullum ſcholaribus ipſis a Nobis hactenus fuiſſe conceſſum locum, ubi partim ſtudii aſſiduitate feſſi, partim morbo debilitati paululum interdum recreari, & vires recipere poſſint.

Vineam, de qua in rubrica, donat Gregorius.

§.2. Nos igitur huic rei vineam extra Portam Flaminiam dictæ Urbis in loco *Peſaioli* nuncupato ſitam, quæ ab uno Bernardini Piſcina, & ab alio Civis Fontanelli Urbinaten. dilectorum filiorum, a reliquis vero duobus lateribus dicti *Peſaioli*, & Portæ Pincianæ viis publicis terminatur, & ad Cameram noſtram Apoſtolicam ſpectat, ab eaque juſte poſſidetur, opportunum exiſtimantes, dictorumque ſcholarium, quorum non minus pietatem, & erga bonas artes, ſtudiorumque frequentiam in dies magis augeri ſumma cum animi voluptate conſpicimus, & commoditati, & honeſtæ hilaritati proſpicere volentes; necnon dilectos filios modernos dicti Collegii Rectorem, & Adminiſtratorem, ac ſcholares prædictos, ac ſingulas ejuſdem Collegii perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, & ex certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine vineam prædictam, & illi contiguam vineolam, quæ viginti duas terræ petias, inſimul circa conficiunt, & ſuper quibus, ut accepimus, cenſus, ſeu reſponſio annua quatuor Barilium muſti domui Sanctæ Mariæ Magdalenæ Convertitarum dictæ Urbis impoſitus, ſeu impoſita exiſtit, necnon duo arundineta ad ipſam Vineam pertinentia, quæ uno, ſeu una unius ſicuti auri in auro Abbati, & altero, ſeu altera cenſibus, ſeu reſponſionibus annuis duorum ſcutorum ſimilium Priori, & Fratribus Monaſterii Sancti Laurentii extra muros prædictæ Urbis Ordinis Sancti Auguſtini Canonicorum Regularium perſolvendis onerata reperiuntur, etiam ſi ſuper illis lis coram quibuſcumque Judicibus, & inter quaſcumque perſonas,

cu-

cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, cum omnibus, & ſingulis illorum membris, juribus, & pertinentiis univerſis eidem Collegio, ſalvis tamen cenſibus, ſeu reſponſionibus hujuſmodi perpetuo gratioſe, & liberaliter in ejuſdem Collegii dotis augmentum Apoſtolica auctoritate tenore præſentium donamus, concedimus, applicamus, & appropriamus.

In juribus Cameræ Apoſtolicæ ſuper dictis Vinea, & Vineola Collegium ſubſtituit.

§.3. Ipſumque Collegium in omni jure, & ad omne Jus, quod eidem Cameræ ex Vinea, Vineola, arundinetis, ac juribus prædictis, vel ad illa quomodolibet competebat, aut competere poterat, etiam quoad poſſeſſionem dicta auctoritate ſubſtituimus, & ſubrogamus, illaque in dictorum Scholarium favorem transferimus, ita ut liceat Rectori, & Adminiſtratoribus prædictis corporalem poſſeſſionem Vineæ, Vineolæ, & arundinetorum hujuſmodi per ſe, vel alium, ſeu alios eorum nominibus propria auctoritate abſque ſpolii, & attentatorum vitio libere apprehendere, & retinere, eorumque fructus, redditus, & proventus, ac emolumenta quæcumque colligere, exigere, & levare, ac in ſuos, & ejuſdem Collegii uſus convertere, cujuſvis licentia deſuper minime requiſita.

§.4. Quod ut ſublatis omnibus impedimentis liberius facere valeat, locationes & ſequeſtra quæcumque ſuper dictis Vinea, Vineola, arundinetis, eorumque fructibus, etiam ejuſdem Cameræ nomine, aut pro ejus intereſſe, ſeu etiam mandato noſtro facta, & appoſita, Motu ſimili revocamus, relaxamus, & tollimus.

Clauſulæ.

§.5. Decernentes præſentes literas nullo numquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, etiam ex eo, quod Monialium, Abbatis, Prioris, & fratrum prædictorum conſenſus requiſitus non fuerit, vel intentionis noſtræ, aut alio quopiam defectu notari, argui, aut in controverſiam ad quorumvis inſtantiam adduci, etiam reſtitutionis in integrum, vel reductionis ad terminos juris, aut alias quomodolibet revocari, impugnarive poſſe, nec ex eo, quod præmiſſa verificata non ſint, aut quod ii, quorum intereſt, vocati non fuerint, eaſdem literas per ſubreptionem obtentas cenſeri, & propterea viribus carere. Neque Rectorem, & Adminiſtratores prædictos ad verificandum præmiſſa, vel ad probandum jura, & titulos auctorum ſuorum coram quocumque Ordinario, aut delegato Judice compelli, nec ad hujuſmodi præſentes literas infra tres menſes ab earum data in Camera regiſtrandas, vel inſinuandas teneri, neque ob eam cauſam quod regiſtratæ, inſinuatæque non fuerint, nullas, & irritas, ac nullius momenti fore, neque denique Rectori, & Adminiſtratoribus prædictis perſonarum mutationem opponi unquam valere.

§.6. Sicque per quoſcumque Judices, etiam Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolci Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane fore, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Quocirca dilectis filiis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, Præſidentibus, & Clericis Cameræ prædictæ, aliiſque, ad quos id ſpectat, præcipimus, quatenus quamprimum ab ejuſdem Collegii procuratoribus fuerint requiſiti, præſentes literas in libris Cameræ regiſtrari, ac deſcribi, ac literas patentes Camerales deſuper in ampla forma, & gratis expediri faciant.

Deputatio executorum.

§.8. Mandantes etiam Venerabilibus fratribus noſtris Joanni Hoſtien. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Morono nuncupato, & Hieronymo olim Maceraten. & Paulo nuper Pennen., & Andrien. Epiſcopis, per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris, & Adminiſtratorum prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ac illis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra, Rectorem, & Adminiſtratores prædictos donatione, conceſſione, applicatione, appropriatione, ſubſtitutione, ſurrogatione, revocatione, relaxatione, decreto, & aliis præmiſſis pacifice frui, & gaudere, ac ſi opus fuerit Rectorem, & Adminiſtratores prædictos, vel eorum Procuratorem illius nomine in corporalem poſſeſſionem Vineæ, Vineolæ, & Arundinetarum, juriumque, & pertinentiarum prędictorum inducant auctoritate noſtra, & defendant inductos amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eiſdem, facientes ipſis, vel Procuratori prædicto de Vineæ, Vineolæ, & Arundinetorum, juriumque, & pertinentiarum prædictarum fructibus, redditibus, & proventibus integre reſponderi, non permittentes eos, vel procuratorem prædictum deſuper, per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris & facti remedia auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habentes ſervatis proceſſibus ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§.9. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII., qua cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis extra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium avocetur, ſeu ne Judices a Sede Apoſtolica deputati contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere præſumant, & de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis auctori-

tate

tate præſentium non tractatur; necnon Simmachi, quæ incipit: *Non liceat Papæ*, ac Pauli II., necnon Pauli IV., & Pii etiam IV., & aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, ac etiam noſtris de rebus Eccleſiæ non alienandis, & alienatis recuperandis, necnon altera ejuſdem Pii IV. Prædeceſſoris, ſub datum videlicet octavo Idus Auguſti Pontificatus ſui Anno ſexto, qua etiam cavetur, ut qui gratias, ſeu conceſſiones aliquas Romani Pontificis etiam prædictæ Cameræ intereſſe quovis modo concernentes impetraverint, eaſdem intra tres menſes a die illarum impetrationis, in eadem Camera præſentare, ibique regiſtrari facere teneantur, alioquin dictis tribus menſibus elapſis gratiæ, & conceſſiones hujuſmodi nullæ, irritæque cenſeantur, & ſint, ac nemini omnino ſuffragentur, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Cameræ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet etiam per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, ac cum quibuſcumque declarationibus, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, illorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & individua, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio, aut alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 20. Novem. 1576 An. V.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 20. Novembris 1576. Pontificatus noſtri Anno V.

LXII.

Ex Bullar. Ord. Prædic. Tom. V. p. 347

Indulgentia plenaria conceditur omnibus Chriſtifidelibus, qui proceſſioni Sanctiſſimi Sacramenti interfuerint, ut in Conſtitutione.

GREGORIUS PAPA XIII.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

REddituri de commiſſo Nobis grege Dominico in extremo rationem ſummis, ut tenemur, affectibus cunctos Chriſtifideles, quos a juſtitiæ tramite hoſtis humani generis, ſæpe divertit, noſtro piiſſimo Redemptori, qui non mortem, ſed pœnitentiam deſiderat peccatorum, ab omni labe mundatos reſtituere, eoſque ſibi acceſſabiles, & bonorum operum efficere cupimus ſectatores, ut ipſi per grata, & accepta Deo opera illius, qui miſericordiarum Pater eſt, gratiam, & miſericordiam valeant facilius promereri.

Indulgentia conceſſa Chriſtifidelibus, ut in Conſtitutione.

§. 1. Cum itaque, ſicut accepimus, Proceſſio Sanctiſſimi Sacramenti in Eccleſiis Ordinis Fratrum Prædicatorum Provinciæ Hiſpaniæ Dominica infra octavam Sanctiſſimi Sacramenti ſingulis Annis fieri conſueverit, Nos, ut Chriſtifideles eo libentius devotionis cauſa dictæ Proceſſioni interſint, quo ex hoc dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe uberius eſſe refectos, dilecti etiam filii noſtri Michaelis tituli Sanctæ Mariæ ſuper Minervam Presbyteri Cardinalis Alexandrini nuncupati, qui dictum ordinem dum in minoribus eſſet expreſſe profeſſus eſt, precibus Nobis ſuper hoc humiliter porrectis benigne annuentes, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui dictæ proceſſioni in Eccleſiis prædictis dicta die Dominica infra octavam Sanctiſſimi Sacramenti, de mane faciendæ devote interfuerint, & ibi pias ad Deum preces pro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ exaltatione, infidelium converſione, hæreſum extirpatione, ac concordia inter Chriſtianos Principes confovenda, & alia, prout unicuique ſuggeret devotio, effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, & indulgentiam Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & elargimur, præſentibus ad viginti annos dumtaxat valituris.

§. 2. Volumus autem, quod ſi dictæ Proceſſioni intereſſentibus aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura, per Nos conceſſa fuerit, præſentes literæ nullius ſint roboris, vel momenti.

§. 3. Ceterum quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, ubi neceſſe erit, referri, decernimus, quod tranſumptis præſentium, ſigillo alicujus Prælati Eccleſiaſtici munitis, & manu Notarii publici ſubſcriptis eadem fides ubique adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 14. Decem. 1576. An. V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die decimaquarta Decembris 1576., Pontificatus noſtri Anno V.

Insti-

LXIII.

Inſtitutio Collegii Græcorum in Urbe, pro Scholaribus Nationis Græcæ pie alendis, & inſtruendis, cum annuorum reddituum aſſignatione, & indultorum conceſſione.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

IN Apoſtolicæ Sedis ſpecula diſponente Domino, meritis licet imparibus conſtituti, ad univerſarum gentium, populorumque Chriſti fidem colentium ſalutem procurandam, ita Nos eſſe agnovimus debitores, ut non minus longe quam juxta poſitis, caritatis & vigilantiæ noſtræ ſtudium impartientes, quod expedire cenſemus, hucuſque pro viribus exequamur.

Græci imperio & ſcientia erant ſublimes, ſed ad præſens in maxima ſunt calamitate, & ignorantia, & a fide Catholica deviarunt

§.1. Itaque cum Chriſtiani Orbis partes mentis noſtræ oculis perluſtramus, inter varias horum temporum ærumnas ingens animum noſtrum ſubit miſeratio Græcæ Nationis, quæ diu olim literarum ſcientiarumque eruditionis præſtantia, & imperii floruit ſublimitate, poſtea Turcarum ſubjecta tyrannidi, ad extremum fuit redacta calamitatem, & quod miſerrimum eſt, corporum ſervitutem ſecuta eſt captivitas animorum, quia in tantam ſcientiarum omnium ignorationem Græciæ populi devenerunt, ut vix ullus inter eos reperiatur, qui illas profiteri, & alios docere poſſit, atque adeo omnes, qui Epiſcoporum, presbyterorum, alteriuſque Eccleſiaſtici Ordinis gradum inter eos obtinent, fœdiſſimis ignorantiæ tenebris obvoluti, ſacræ Theologiæ rudes, Catholicorum dogmatum ignari, & ab orthodoxorum religionis ſemita, & S. R. E. omnium matris, & magiſtræ obedientia recedentes, in varios errores, & ſchiſmata prolapſi ſunt, & laicos in eamdem erroris foveam ſecum pertraxerunt.

Hic igitur Pontifex volens eos ad ſalutis viam, & lumé reducere, in Urbe Collegium Græcorum erigit, cum aſſignatione redituum.

§.2. Quocirca cupientes antiquam, & celebrem Nationem ab hujuſmodi ignorantiæ, & errorum caligine ad veritatis lucem, & ſalutis viam revocare, nullum ad id aptius remedium a Nobis exiſtimavimus poſſe adhiberi, quam ſi in Alma hac Urbe noſtra Collegium erigatur, in quo pueri & adoleſcentes Græci ex ipſa Grecia, & aliis Provinciis ac locis, ubi commorantur, conquiſiti, alantur, & Græcis literis, liberalibus diſciplinis, ac ſcientiis, ſacra præſertim Theologia, Eccleſiaſticis præterea ritibus, a viris probatæ fidei & doctrinæ ſedulo inſtituantur, ut poſtquam in Catholicæ fidei firmitate ſolidati fuerint, & in hujuſmodi ſtudiis profecerint, ad eorum Patriam, & loca redeuntes alii, qui monaſticam vitam maluerint profiteri, ceteros Monacos, & Religioſos catholice inſtruere, & ad monaſticam diſciplinam, regularemque obſervantiam, a qua penitus declinaſſe videntur, juxta Sanctorum Patrum inſtituta revocare ſtudeant. Alii autem qui in clerum adſcribentur, Nationis ſuæ populis prodeſſe, & præeſſe, animarum curam exercere, verbum Dei ſincere prædicare, Populos ab erroribus & ſchiſmate removere, & ad ſalutarem orthodoxæ fidei veritatem reducere poſſint. Reliqui vero qui in laicali vita permanſerint, publice per Civitates aliorum Græcorum filios, ejuſdem fidei rudimenta, & veritatem, literaſque & artes liberales edocere, ac ſimiliter in orthodoxæ religionis cultu continere valeant. Atque ita divina favente gratia ſperari poſſit, ut ſana & integra fidei prædicatio & doctrina in ipſa Græcia, & totius præterea Orientis partibus aliquando reſtituatur. Priſcorumque gentis ejuſdem patrum lumina clareſcant. Proinde ad Omnipotentis Dei gloriam, ſanctæ fidei Catholicæ exaltationem, animarum eorumdem Græcorum ſalutem, ac perpetuam ipſorum cum Eccleſia Romana unionem, Motu proprio, certaque ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, unum Collegium Græcorum puerorum, & adoleſcentum in eadem Urbe noſtra, loco ad id ſtatuendo auctoritate Apoſtolica tenore præſentium erigimus, & inſtituimus, eique dotis nomine centum ſcuta auri, ex noſtris & Cameræ Apoſtolicæ pecuniis, donec aliter opportune provideatur, in ſingulos menſes ſolvenda aſſignamus. Præterea cum Cathedralis Eccleſia Chiſamen. Inſulæ Cretæ certo modo vacaverit, & vacet ad præſens, Nos conſiderantes Eccleſiam ipſam, Clero populoque Latino, exceptis paucis quibuſdam Canonicis, qui tamen ab immemorabili tempore, ſive ob tenuitatem præbendarum, ſive alias ob cauſas ibi nunquam reſederunt, ſed Cydoniæ ibi propinquæ habitare ſoliti ſunt, omnino carere, convenire judicavimus, ſubſidium aliquod Collegio prædicto in ſubſtentationem Scholarium ex hujus Eccleſiæ fructibus applicare, donec Deo dante talis conſtitui poſſit Epiſcopus, qui etiam clero & populo Græco Sacramenta, & quæ ſunt Pontificalis ordinis valeat miniſtrare: quare omnes dictæ Chiſamen. Eccleſiæ fructus, redditus, & proventus, omniaque jura, obventiones, & emolumenta, exceptis ducentis ſcutis, annue adminiſtratori ſeu Vicario, qui a Nobis eidem Eccleſiæ deputabitur, perſolvendis, & annua penſione ſcutorum auri ſimilium, quam Venerabili fratri nunc Epiſcopo Milovien. ut commodius ſubſtentari poſſit, aſſignari decrevimus, ipſi Græcorum Collegio a Nobis erecto ad annos quindecim eadem auctoritate Apoſtolica applicamus, attribuimus, & aſſignamus, ita ut ab ipſius Collegii procuratoribus, propria auctoritate ea omnia exigi, percipi, & levari, prædiaque, domus, & bona quæcumque locari, aliaque ad id opportuna & neceſſaria fieri poſſint.

Exemptionem a ſuperioritate Ordinariorum, & aliorum concedit.

§.3. Volumus autem idem Collegium, illiuſque Rectores, Œconomos, Magiſtros, Præceptores, atque Scholares pro tempore in eo exiſtentes, & eorum domeſticos Officiales & Miniſtros, ipſiuſque Collegii bona mobilia & immobilia cujuſcumque qualitatis, & quantitatis, in dicta Urbe, & extra, ac alias ubique locorum conſiſtentia, exem-

Digitized by Google

exempta eſſe ab omni juriſdictione, correctione, viſitatione, dominio, ſuperioritate & poteſtate pro tempore exiſtentis Senatoris, Conſervatorum, Reformatorumque dictæ Urbis, necnon Rectoris ſtudii generalis, Vicarii Urbis, & Ordinariorum locorum, aliorumve quorumcumque Judicum & Officialium in ipſa Urbe, vel alias ubilibet conſtitutorum. Collegiumque ipſum etiam propriis ejus rebus, & bonis cum ipſo, & ejus nomine ſupradicta contrahentes a ſolutione, & exactione omnis & cujuſcumque pedagii, gabellæ, bullettini, decimarum, & cujuſcumque alterius, tam ordinarii, quam extraordinarii oneris ex quacumque cauſa impoſitorum & imponendorum eximimus, & prorſus liberamus, ac ſub beati Petri & Sedis Apoſtolicæ, atque noſtra protectione ſuſcipimus, Nobiſque & dictæ Sedi immediate ſubiicimus, ac liberos, immunes, & exemptos declaramus.

Privilegia Studii Urbis, ejuſque Doctorum elargitur.

§.4. Eidemque quoque Collegio, & Scholaribus, Rectoribuſque & Œconomis, omnibus & quibuſcumque privilegiis, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, & indultis, quibus ſtudium generale Almæ Urbis, & illius Rector, Doctoreſque in eo etiam actu legentes, quovis modo utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, quomodolibet in futurum ad eorum inſtar, & pari modo uti, potiri, & gaudere valeant, in omnibus & per omnia, concedimus, & indulgemus, illaque eis communicamus.

Officialibus obſervantiam prædictorum demandat.

§.5. Necnon Senatori, Conſervatoribus, Reformatoribus, Rectorique & aliis Judicibus, Officialibus, & perſonis prædictis, ac pro tempore exiſtenti S. R. E. Camerario, Præſidentibuſque, & Clericis Cameræ Apoſtolicæ, ac quibuſvis Commiſſariis ad exactionem decimarum, & aliorum onerum præfatorum pro tempore deputatis, ne quarumcumque literarum eis ſub quibuſcumque tenoribus & formis conceſſarum prætextu, Collegium, Scholares, Rectores, Œconomos, Officiales, & Miniſtros prædictos, ſeu eorum aliquem in præmiſſis quovis modo moleſtent, ſeu moleſtari permittant diſtrictius inhibemus.

Facultatem promovendi Scholares Collegii ad gradus tribuit.

§.6. Et præterea Regentibus, ac Superioribus dicti Collegii, cum aſſiſtentia tamen Cardinalium Protectorum, qui pro tempore fuerint, ſive alicujus eorum, vel de ipſorum conſilio, & expreſſo conſenſu, illos, quos in dicto Collegio, & alibi per debitum tempus ſtuduiſſe, ac ſcientia, & moribus idoneos eſſe repererint, ad Baccalariatus, Licentiaturæ, Doctoratuſque, & Magiſterii gradus, ſervata forma Concilii Viennen. juxta Univerſitatis ejuſdem Urbis conſuetudinem, ſeu alias promovendi, & ipſorum graduum ſolita inſignia eis exhibendi, quodque ſic promoti facultates, in quibus ſtuduerunt, legere, & interpretari, ac de eis diſputare, & quoſcumque gradui, ſeu gradibus hujuſmodi concernentes actus exercere, ac omnibus & ſingulis gratiis, favoribus, prærogativis, & indultis, quibus alii in prædicta, ſeu aliis Univerſitatibus, & alibi juxta illius, & aliarum Univerſitatum hujuſmodi conſtitutiones & mores, ad gradus prædictos promoti, de jure vel conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere poſſint, & debeant, perinde ac ſi gradus prædictos in ipſa Univerſitate juxta conſuetudinem & mores prædictos ſuſcepiſſent, concedendi, & indulgendi liberam eadem auctoritate tribuimus facultatem.

Cardinalem Protectorem Collegii deputat.

§.7. Inſuper ut ipſius Collegii conſervationi, bonoque regimini, tam in his, quæ ad inſtitutionem & diſciplinam, quam quæ ad victum & veſtitum, aliaque hujuſmodi neceſſaria pertinent, opportunius conſulatur, Dilectos filios noſtros Jacobum S.Mariæ in Tranſtyberim Sabellum, & Guglielmum S. Laurentii in Paniſperna Sirletum, ac Julium Antonium S. Bartholomæi in Inſula Sanctæ Severinæ titulorum Presbyteros, necnon Antonium S. Mariæ in Coſmedin Diaconum Carafam, nuncupatos Cardinales ejuſdem Collegii Protectores, & Defenſores conſtituimus & deputamus, quorum conſilio, & ope ſupradicta, & alia quæcumque ad eoſdem in Collegio admittendos Scholares, retinendoſve, ac admittendos ſpectantia agant, ſtatuant, & ordinent. Dantes eiſdem, & pro tempore exiſtentibus Protectoribus, plenam & liberam facultatem, & aucturitatem pro ſalubri directione & conſervatione dicti Collegii, illiuſque bonorum & rerum, ac jurium, tam ſpiritualium, quam temporalium Œconomos, Advocatos, Procuratores, alioſque Miniſtros, & Officiales in eo deputandi, amovendique, & alios eorum loco ſufficiendi, ordinationeſque, & ſtatuta, licita tamen, & honeſta, ſacriſque Canonibus, & Concilio Tridentino non repugnantia, faciendi, & edeudi, eaque cum uſum fuerit, revocandi, immutandi, corrigendi, aliaque de novo condendi, quæ poſtquam ſacta, edita, revocata, immutata, & correcta fuerint, perinde haberi volumus, ac ſi auctoritate Apoſtolica approbata, & confirmata eſſent, illaque ab omnibus Rectoribus, Magiſtris, Scholaribus, aliiſve perſonis, in Collegio ſervientibus & miniſtrantibus inviolabiliter obſervari, ac juxta eorumdem diſpoſitionem, & quibuſvis Judicibus, ſublata eis, quavis aliter judicandi facultate, judicari ac definiri debere. Et ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Clauſula derogatoria.

§.8. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & dictæ Urbis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Senatori, Conſervatoribus, Reformatoribus, Camerario, Univerſitatibus, ac earum Collegiis Rectoribus, & perſonis aliiſque prædictis, necnon præfatæ Urbi & Populo Romano, ſub quibuſcumque tenoribus & for-

mis, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo omnino hominum &c.

D. P. An.V. 13. Januarii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Idibus Januarii, Pontificatus noſtri Anno V.

LXIV.

Declaratio quod ſpolia Regularium extra clauſtra vagantium, ſpectant ad R. Cameram Apoſtolicam, juxta Conſtitutiones Pauli III. & aliorum Prædeceſſorum.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Officii noſtri partes ſedulo præſtare tenemur, & dubia, quæ ab aliquibus falſo ſub prætextu, vel nimis ſubtiliter excitata, in Cameræ noſtræ Apoſtolicæ præjudicium tendunt, declaratione noſtra dilucidentur.

Pius IV. in Conſtit. IX. T. III. Par. II. fol. 98. ad terminos juris & ſacrarum Conſtitutionũ reduxit Bullam XXI. Pauli IV. T. IV. Par. I. fol. 342. in quo applicaverat bona Regularium degẽtium extra Clauſtra Monaſteriis, in quibus illi primo profeſſi fuerant.

§. 1. Nuper accepimus quod & ſi fel. rec. Pius Papa IV. Prædeceſſor noſter Conſtitutionem, & quæcumque in illa continerentur per piæ mem. Paulum Papam IV. etiam Prædeceſſorem noſtrum contra Apoſtatas editam, per quam inter cetera decrevit bona quæcumque mobilia, & immobilia, ac cenſus, redditus, & proventus, jura, & actiones per regularem Ordinem profeſſos, extra clauſtra ſuorum regularium locorum, etiam de licentia ſuorum Superiorum degentes, tempore quo extra clauſtra hujuſmodi fuiſſent acquiſita, etiam ſi acquiſitiones hujuſmodi ab ipſis profeſſis ex redditibus beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura vel ſine cura per eos obtentorum, ſeu detentorum, aut ex propria induſtria ſeu artificio, mercatura, vel ex teſtamento, ſive ſucceſſione ab inteſtato quorumvis conſanguineorum, affiuium, vel amicorum ſuorum, aut quorumcumque aliorum factæ eſſent, non Fiſco, aut Cameræ Apoſtolicæ, ſed Religioni, aut Monaſteriis, in quo, ſeu quibus primo profeſſi fuiſſent, eo ipſo applicata fuiſſe, & cenſeri debere, ad juris, & ſacrarum conſtitutionum formam reduxerit.

Sed ex Conſtit. XXXIX. Pauli III. quæ eſt in T. IV. P. I. fol. 206. iſta ſpolia ſpectabãt ad Cameram. At multi contrarium dicebãt.

§. 2. Necnon præfata bona regularium extra clauſtra, ut præfertur, degentium, ſive mendicantium, ſive non mendicantium, aut militiarum profeſſorum, etiam ſi loca, & canonicales portiones, aut dignitates, in cathedralibus vel collegiatis Eccleſiis cujuſvis Ordinis regularibus obtinuerint, ac Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, Primatiali, vel quavis alia præfulſerint dignitate, poſt eorum obitum ad eamdem Cameram Apoſtolicam, & juxta Conſtitutionem fel. rec. Pauli Papæ III. ſuper ſpoliis ſub Dat. videlicet, tertio nonas Januarii, Pontificatus ſui Anno tertio promulgatam, legitime ſpectent & pertineant, idque per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, dum Collector generalis ad recuperandum ſpolia regularium ſpecifice deputatus fuit, aperte demonſtratum extiterit, ac in poſſeſſione illa exigendi, ac recuperandi eadem Camera merito ſemper fuerit, nihilominus nonnulli vano, ſub dictæ Conſtitutionis Pauli IV. Prædeceſſoris præfati prætextu contrarium aliquando aſſerere non dubitarint.

Ideo Pontifex declarat bona eorumdem ad Cam. Apoſt. ſpectaſſe, & ſpectare pleno jure juxta Bullas Pauli III., & aliorum Prædeceſſorum.

§. 3. Nos omnem circa prædicta dubitandi occaſionem dimovere, ſimulque æquitate & juſtitia ſuadentibus ejuſdem Cameræ indemnitati, ne in dies moleſtiis, & incommodis afficiatur, conſulere volentes, præſentium auctoritate declaramus, res & bona quæcumque per dictos regulares extra clauſtra Eccleſiarum, Monaſteriorum, domorum, & quorumcumque regularium locorum degentes, quocumque jure & actione, ſive ex cauſa teſtati, ſive inteſtati acquiſita, & in poſterum acquirenda, vel ad eos delata, in quibuſvis provinciis, dominiis, regnis, & locis conſiſtant, niſi iidem, ad quos illa ſpectaverint, ſufficienti fuerint teſtandi, aut de illis diſponendi facultate ſuffulti, eaque legitime uſi fuerint, ad eamdem Cameram pleno jure pertinuiſſe & ſpectare, ac bona quæcumque eorumdem ſub ſpoliorum nomine comprehenſa per ipſam Cameram, ejuſque nomine a quibuſcumque illa quandoque occupantibus, & detinentibus recuperari, ac vindicari potuiſſe, & poſſe, ac juxta Pauli III. & aliorum Prædeceſſorum noſtrorum literas eadem Camera Apoſtolica in hujuſmodi bonis ſpolia nuncupatis vere univerſaliter ſuccedere, quod ipſa Camera præ ceteris hæredibus & ſucceſſoribus ampliori eſt privilegio munita, cuique merito magis favendum eſt, dum in eam rerum, & bonorum dominium, ac poſſeſſio nulla traditione præcedente tranſeat, in quacumque bonorum & ſpoliorum, ſive ad ſæculares, ſive ad regulares, dum viverent, ſpectantium ſucceſſione, quibuſcumque in rebus, ſive pecuniis illa conſiſtant, etiam ſi nominatim, aut alia ſpeciali nota illa deſignanda eſſent, quæ ad eamdem Cameram jure ſpoliorum pertinuerunt, & pertinebunt in poſterum, omni prorſus fictione penitus ceſſante, jus & nomen veri hæredis in eiſdem ſpoliis habere, illiuſque naturam ſortiri, ac veri hæredis privilegiis & juribus in quibuſcumque bonis, pecuniis, juribus, & actionibus, uti ante hac potuiſſe & nunc poſſe, idque eorumdem Prædeceſſorum ac noſtræ etiam intentionis ſemper fuiſſe & eſſe auctoritate præſentium declaramus.

Decretum irritans.

§. 4. Sicque per quoſcumque Judices in quibuſvis cauſis, etiam per appellationem, aut alias pendentibus & futuris, ac in quacumque cauſa vel inſtantia, ſublata eis & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari & definiri debe-

Digitized by Google

debere, necnon quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Executor deputatur Theſaurarius generalis.

§.5. Mandantes dilecto filio Magiſtro Ludovico Tabernæ Notario & Theſaurario, necnon ſpoliorum ad dictam Cameram pertinentium in univerſa Italia Collectori generali noſtro, ejuſque in dictis Officiis ſucceſſoribus, quatenus præſentem noſtram declarationem, & in ea contenta quæcumque inviolabiliter obſervari curet, & faciat, non permittendo eandem Cameram contra illius ſeriem, quacumque ratione vel cauſa, aut quovis quæſito colore, vel ingenio, directe vel indirecte, moleſtari aut pertubari, concontradictores quoslibet, & rebelles, per opportuna iuris, & facti remedia, ac demum per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſcotentias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, & Ordinum, vel Malitiarum, cujus illæ fuerint, monaſteriorumque, vel regularium locorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis earumdem Eccleſiarum præſulibus, capitulis, ac monaſteriorum, regulariumq. locorum conventibus, illorumq. Ordinibus, Superioribus, & perſonis, necnon civitatibus, provinciis, dominiis, & regnis, in quibus bona vel pecuniæ collocatæ, aut illarum redditus percipiendi forſan fuerint, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac com quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & ad favorem Religionis conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia expreſſio habenda eſſet, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, & indulgentiis, generalibus, vel ſpecialibus, quorumcomque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus præſentium impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ quoad hoc volumus eis nullatenus ſuffragari.

Fides tranſſumptorum.

§.7. Ceterum præcipimus præſentium exemplis &c.

D. P. An.V. 21. Januarii.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 21. Jan. 1577. Pontificatus noſtri Anno V.

LXV.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Nonnullæ Ordinationes, & Statuta Congregationis Caſſinen. alias Sanctæ Juſtinæ de Padua Ordinis Sancti Benedicti circa officium Diffinitorum, & aliorum, qui præeſſe debent regimini ejuſdem Congregationis.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

COmmiſſum Nobis ex alto regendæ militantis Eccleſiæ miniſterium coadinvante Domino ſalubriter exequi cupientes, circa illa verſari libenter Nos oportere credimus, per quæ Ordinum quarumlibet, religioſarumque Congregationum proſpero ſtatui, felicique directioni rite conſulatur. Quo fit, ut ſi noxia quædam in illis tam circa vitæ regularis obſervantiam, quam debitam in ſuorum Prælatorum electionem offendamus, illa, ne in Ordinum, & Congregationum ipſarum detrimentum, & jacturam latius ſerpant, pro ſolertis noſtræ proviſionis remedium, ita reſecare ſtudeamus, ut deinceps ſingularum regularium perſonarum ſingulis ſuis muneribus pure, & laudabiliter intendentium omnis ambitus dignitatis, & præeminentiæ ſuſpicionem ſemotum ſui Inſtituti conſervandi ſtudium, religionis item zelus, ac devotionis ſervor, mores denique probati ceteris fidelibus tranſeant in exemplum, ac exinde gratus Omnipotenti Deo famulatus accreſcere dignoſcatur. Quod ut facilius ſuccedat, aliqua Congregationum, & ordinum hujuſmodi ſtatuta, conſuetudines, & privilegia diverſis diverſa ratione temporibus emanata interdum augere, moderari, ac alia condere conſultiſſimum fore ſumus arbitrati.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. Nos itaque animadvertentes, quod a fel. rec. Eugenio Papa IV. Prædeceſſore noſtro dilectis filiis Diffinitoribus Congregationis Caſſinen. alias Sanctæ Juſtinæ de Padua Ordinis Sancti Benedicti ratione ſui Diffinitoriatus Officii tanta eſt attributa poteſtas, ut ipſi ſtatuta, & Conſtitutiones condere, & ordinare, necnon de ipſius Congregationis Monaſteriis, Prioratibus, & locis, eorumque bonis, ad ipſius tamen Congregationis utilitatem diſponere, ac eos ex illis Monachis, quos ad id idoneos judicaverint, in Abbates, & Priores pro tempore vacantium Monaſteriorum, & Prioratuum eligere, & pro libito eorum voluntatis, etiam abſque aliqua cauſæ cognitione eos a regimine, & adminiſtratione Monaſteriorum, & Prioratuum hujuſmodi, quibus præfuerint, abſolvere, deſti-

tuere, & amovere, aliaque multa in ejuſdem Eugenii Prædeceſſoris deſuper confectis literis expreſſa facere poſſint; quodque a piæ mem. Adriani Papæ VI. etiam Prædeceſſoris noſtri in hunc uſque diem Abbates ipſi Diffinitores non aliter, quam morte perempti a ſuo Diffinitoriatus Officio removentur; ſicque Congregatio ipſa veluti iiſdem perpetuis adminiſtrata Rectoribus continuo gubernatur.

§.2. Hinc ſicut Diffinitores pro ſua hujuſmodi perpetuitate conſervanda, factionibus, aliiſque malis artibus uti ab omnibus facillime judicetur; nam ubi qui ſemel Abbates, Diffinitores ſunt electi Abbatum aliorum vitia diſſimulando; & ſi quæ ab aliis in medium proferantur, ea tuendo, illos ita ſibi devincire nituntur, ut ipſi vota ſua non ſolum ſibi ſemper deferant, ſed alios etiam, ut idem faciant, hortentur, rogent, ac præſentent, utpote qui amicos ſi certos errorumque ſuorum fautores, ac defenſores perpetuos in Capitulis generalibus habituros certo ſciant, ſicque Congregationis ipſius Conſtitutionibus Diffinitores hujuſmodi ſuperiores, ſi vel ſolutos exiſtimantes, ambitione, aut dominandi aviditate adducti, prave potius imperare velle videntur, quam regularibus ſtatutis obtemperare.

§.3. Præterea nonnullorum Monaſteriorum, ex quibuſdam Provinciis ſatis juſtæ quærelæ audiuntur, quod licet ipſorum Abbates non minus quam exteri ad Diffinitoriatus Officium debite, & ſalubriter exercendum apti eſſe videantur, ac perinde atque aliarum Provinciarum Monaſteria dictæ Congregationis onera ſuſtineant, ab huiuſmodi tamen Diffinitorum Officiis ſegregentur, & excludantur electione, aut ſi forſitan quempiam ex eis eligi contingat, is paris perpetuitatis prætextu fretus, ſic Monaſteriis illius Provinciæ dominatur, ut in eis nihil, niſi quod ipſe ſolus arbitratur, fieri, aut exequi poſſit, quodque Abbates, Priores, Decani, Cellerarii, & Novitiorum Magiſtri non pro Monaſteriorum utilitate, vel decentia, ſed perſonarum meritis nuſquam attentis pro Abbatum Diffinitorum hujuſmodi libera, & forſan depravata voluntate deputantur. Hinc fit, ut diſcordiæ, ſeditiones, & odia inter ejuſdem Congregationis Monachos, & perſonas oriri, ac proinde Monaſteria ipſa male adminiſtrari ſæpenumero contingat in gravem totius Ordinis, & Congregationis jacturam, vilipendium, pernitioſum que exemplum.

Perpetuitatē tollit officii Diffinitorii.

§.4. Nos igitur perpetuitatem in Diffinitoriatus Officio Congregationis hujuſmodi, veluti prædictorum malorum radicem hujuſque abuſu quodam, & corruptela diutius, quam per exiſtitit, obſervatam penitus abrogare, & amputare, ac nimiæ aviditatis notam prorſus tollere, immo concordiam & unitatem inter Monachos ipſos ſtabilire, & confovere, necnon dictæ Congregationis ſalubriori directione providi Paſtoris more conſulere volentes, Motu proprio, non ad alicujus ipſius Congregationis, vel alterius pro ea Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, quæcumque privilegia, literas, conſtitutiones, conſuetudines, & Indulta etiam Apoſtolica, & præſertim dicti Eugenii, Leonis etiam Decimi, & Adriani VI. Prædeceſſorum hactenus ſuper eadem quomodolibet emanata, quoad ea dumtaxat, quæ his præſentibus in toto, vel parte aliqua ratione contrariari videbuntur, primitus, & ante omnia revocando, moderando, & alterando, hæc, quæ ſequuntur, perpetuis futuris temporibus inrevocabiliter obſervanda ſtatuta, & ordinationes facimus, atque concedimus.

Statuta & ordinationes in poſterum obſervanda.

§.5. In primis videlicet, quod deinceps officium Diffinitoriatus Capituli Generalis dictæ Congregationis elapſo biennio vacet; itaut qui ſuperiori Capitulo Generali Diffinitores fuerint, duobus immediatis ſubſequentibus Capitulis Diffinitores eligi non poſſint, ac unus tantum, & non plures dictum Ordinem in eodem Monaſterio profeſſi ſimul in eodem Capitulo Diffinitores eſſe valeant.

§.6. Quoniam autem ipſi Diffinitores, etiam Viſitatores creari poſſunt, ac ſe ipſos quodammodo eligentes in Officio, & adminiſtratione totius Congregationis ratione ſui Viſitationis Officii per annum perſeverare velle videntur, & accidere poſſet, ut ipſi Diffinitores, & Viſitatores pro creandis Abbatibus, & Prioribus, aliiſque ipſius Congregationis, illiuſque Monaſteriorum Officiis demandandis, inter ſe convenirent, & paciſcerentur, adeo ut hujuſmodi Viſitatorum electio non ad Congregationis, & Religionis profectum, ſed diffinitorum implendam cupiditatem facta videri poſſet; Idcirco quod de cetero, qui in uno Capitulo fuerit Diffinitor, illo anno Viſitator eſſe non poſſit.

§.7. Deinde cum Officium ipſum Viſitatoris pro Monaſteriorum reformatione, & morum correctione inſtitutum eſſe noſcatur, ne hominum malitia, quod plerumque fit, illud ad proprii affectus executionem, & ad captandos animos Abbatum pro electione Diffinitoriatus vitia diſſimulando tradocere poſſit. Quod in poſterum, qui ſuperiori anno Viſitatores fuerint deputati, proxime ſubſequenti Capitulo in Diffinitores eligi non poſſint.

§.8. Ut autem Viſitatores ipſi Officium ſibi commiſſum diligentius exequantur, nec de ignorantia ſe valeant quomodolibet excuſare. Quod Diffinitores Capituli Generalis ſingulis annis tradant binis quibuſcumque Viſitatoribus cedulam, in qua dempta ſint non ſolum ea, quæ de Viſitatoribus dictæ Congregationis Conſtitutiones mandant obſervari, ſed etiam alia, quæ Diffinitores tam in genere, quam in ſpecie, ac particulari cujuſque Monaſterii decentia & utilia expedire judicaverint, ad hoc, ut de his omnibus, tam Diffinitores ipſi, quam infraſcripti Conſervatores ab eiſdem Viſitatoribus, adimpleto eorum Viſitationis Officio, poſſint exquirere.

§.9. Et

§.9. Et ne contingat, ut quibus regula dicti Ordinis, & Congregationis, illorumque Conſtitutionum cuſtodia, atque executio commiſſa eſt, cum in maxima ſint poteſtate, niſi ex aliis pendeant, ipſi etiam quandoque leges egrediantur, diſſimulent, ſolvant, obliviſcantur, & ignorent, ne ullus ita auctoritate ceteris præſtare ſe putet, ut aliquid temere contra regulam, & Ordinem hujuſmodi audere, & Conſtitutiones omnibus propoſitas impune violare poſſit, atque Diffinitores Officia ſua diligentius exequantur, ceterique Abbates omnes regulæ, & Conſtitutionum omnium ſcientiam, & cognitionem ampliorem acquirant, cum earum rationem alii ſint reddituri, alii vero exacturi.

§.9. Quod electis, & renunciatis Diffinitoribus Capituli generalis ſingulis annis eligantur, ab ipſis Abbatibus de eorum numero, his exemptis, qui ſuperiori Capitulo Diffinitores, & illo anno Viſitatores extiterint, tres, in quos plura convenerint ſuffragia, quos Conſervatores Regulæ, & Conſtitutionum dictæ Congregationis appellari, ac locum immediate poſt Diffinitores in Capitulo generali habere volumus, qui ſuperiorum Diffinitorum, & Viſitatorum acta diligenter perpendant, ſcilicet an juxta regulam, & dictæ Congregationis Conſtitutiones ſecundum Dei timorem, ac animarum ſalutem, & religionis profectum omnia adminiſtraverint, quibus rite inſpectis, ſuam deſuper ſententiam in ſcriptis redigant, & ſinguli jam propria manu confirment, & ſubſcribant, in quibus ſi aliqua reprehenſione digna invenerint, pro qualitate culpæ expreſſa cauſa in reos pœnas decernant, illorum autem ſententiam Præſidens, dum abſolvitur Capitulum generale, coram omnibus legat, & quæ deſuper opportuna fuerint, exequatur.

§.10. Inſuper ut in Diffinitores, & Viſitatores, ex Abbatum; Abbates vero ex Priorum, & Priores ex Decanorum numero eligantur. Quod poſtea Diffinitores, aut Viſitatores quempiam ad quamcumque Dignitatem, ſeu Officium promovere, aut proponere nequeant, niſi promovendi ipſi a ſex Viſitatoribus, qui tribus annis continuis bene Monaſteria viſitaverint, in quibus dicti promovendi habitabant, eo munere, ſeu dignitate, vel Officio digni fuerint judicati.

§.11. Hinc enim efficaciter, ut omnes cujuſcumque gradus Monachi ſtudioſius in officio perſiſtant, dum reprobari quiſque in mandandis oneribus turpius decet, quam præteriri; tandem, ut Conſervatores prædicti eo liberius, ac majori cura, & ſolicitudine officio ſuo fungantur, quo illius rationem ſibi reddendam fore perſpexerint, præterquam quod a Diffinitoribus, & Conſervatoribus ſequentis Capituli erunt judicandi. Quod dilectus filius modernus, & pro tempore exiſtens dictæ Congregationis Procurator Generalis in virtute ſanctæ obedientiæ, ac privationis ſuæ procurationis officii, necnon inhabilitatis ad illud, & alia quæcumque ipſius Congregationis dignitates, gradus, & officia deinceps obtinenda, aliiſque gravioribus arbitrio noſtro, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis inſligendis pœnis, ſi aliquos ex Conſervatoribus præfatis ſui muneris oblitos præmiſſorum obſervationem negligere, vel executioni debitæ non demandare animadverterit eos quantocius fieri poterit, Nobis, ſeu Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, vel ipſius Congregationis Cardinali Protectori denunciare omnino teneatur, & debeat.

Pœna excommunicationis. §.12. Diſtrictius inhibentes ſingulis Abbatibus, Diffinitoribus, Viſitatoribus, Conſervatoribus, Procuratoribus, Prioribus, Decanis, ac aliis quibuſcumque ipſius Congregationis Monachis, quacumque dignitate, gradu, vel præeminentia fungentibus; ne ſub indignationis noſtræ, necnon excommunicationis latæ ſententiæ, quam contrafacientes eo ipſo incurrere volumus, ac prædictis privationis, & inhabilitatis, & aliis etiam gravioribus Noſtro, & Romani Pontificis arbitrio hujuſmodi inſligendis pœnis audeant, ſive præſumant quovis prætextu, ſeu colore, vel ingenio, directe, vel indirecte, per ſe, vel alium, ſeu alios voluntati, ordinationibus, & ſtatutis per præſentes factis in aliqua etiam quantumvis minima ſui parte contravenire, aut illorum obſervationem differre, ſeu revocationem, vel annullationem, aut moderationem aliquo unquam tempore procurare. Quinimo diſtricte præcipiendo mandamus eiſdem, quatenus illa uti ſalubria, ac ad felicem, proſperumque ſuæ Congregationis ſtatum tendentia recipiant, obſervent, & penitus executioni debitæ demandent.

Clauſulæ. §.13. Decernentes ſtatuta, & ordinationes per Nos, ut præfertur, facta, & condita, præſenteſque literas ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus a Nobis, & Romanis Pontificibus Succeſſoribus noſtris quacumque ratione, cauſa, vel intuitu, ac etiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum inſtantia, & conſideratione pro tempore emanatis comprehendi, illiſque per quaſcumque literas Apoſtolicas, ac etiam quaſvis clauſulas generales, vel ſpeciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficacioreſque, & inſolitas clauſulas, ac etiam irritantia decreta ſub quacumque verborum expreſſione in ſe continentes derogari, aut derogatum eſſe, vel cenſeri nullatenus poſſe, ſeu debere, niſi earumdem præſentium tenor de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, inſertus, & cauſa urgens, ac ſufficiens expreſſa, & per trinas diſtinctas literas eundem tenorem continentes, tribus ſimiliter diſtinctis vicibus dictæ Congregationis Capitulo Generali, illiuſque Diffinitoribus, Viſitatoribus, Conſervatoribus, & aliis Monachis legitime intimatæ fuerint, ac exinde appareat Romanum Pontificem illis expreſſe derogare velle, & aliter factæ revocationes, derogationes, ſuſpenſiones, vel alterationes nemini ſuffragari, ac Diffinitores, Viſitatores

tores, Conſervatores, Abbates, & alii Congregationis Monachi hujuſmodi eiſdem literis derogatoriis, revocatoriis, ac ſuſpenſionem, vel alterationem inducentibus, & decretis ſuper illarum proceſſibus, necnon executoribus, & ſubexecutoribus, eorumque mandatis, & monitionibus parere minime teneri, ſed eis firmiter reſiſtere, & hujuſmodi literarum revocatoriarum, ſeu derogatoriarum executionem impedire, nec ratione reſiſtentiæ hujuſmodi cenſuris Eccleſiaſticis per eoſdem executores, & ſubexecutores innodari poſſe.

§.15. Et ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſeu eorum Locumtenentes, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.16. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, & Congregationis prædictorum, illorumque Monaſteriorum, & locorum ſingulorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Ordini, & Congregationi, ſingulisque Monaſteriis, & locis, necnon Abbatibus, Diffinitoribus, Viſitatoribus, & aliis Monachis prædictis tam per eoſdem Eugenium, Leonem, & Adrianum, quam alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Sedem Apoſtolicam, etiam per modum ſtatuti perpetui, aut etiam contractus, ſeu quaſi, vel alias quomodolibet, & ex quibuſvis cauſis etiam motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, necnon cum quibuſvis efficaciſſimis, & inſolitis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam iteratis vicibus in genere, vel in ſpecie etiam conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis; ac quocumque tempore longiſſimo etiam forſan immemorabili obſervatis.

§.17. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, ac forma in illis tradita obſervata inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque; aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim a ſupradicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides tranſumptorum.

§.18. Ceterum, quia difficile foret has noſtras ad ſingula quæque loca, ubi opus eſſet, deferri, volumus, quod illarum exemplis manu Cardinalis Protectoris, aut alterius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, aut etiam ejuſdem Congregationis Præſidentibus ſubſcriptis, ſigilloque ejuſdem Procuratoris, ſive perſonæ Eccleſiaſticæ, aut Præſidentis hujuſmodi obſignatis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis originalibus, ſi exhiberentur, adhibenda eſſet.

Dat. die 12. Februar. 1577 An. V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 12. Februarii, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Pontificatus noſtri Anno V.

LXVI.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Revocatio cujuſdam Legis, ſeu Conſuetudinis ſuper honore tuendo, ex quo homicidia naſcuntur in regnis Aragonum, Valentiæ, ac Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ cum pœnis.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

HUmani generis hoſtis acerrimus ſic aliquando mentes hominum excœcat, ut ab odiis, & inimicitiis ad cædes, & homicidia committenda eos impellat, cruentaque corporum morte ſalutem animarum in æternam perniciem, ſeu diſcrimen adducat.

Infeſtam cōſuetudinem tollit ut infra.

§.1. Volentes igitur huic tam apertæ diabolicæ fraudi, quibus poſſumus rationibus occurrere, & ex Chriſtianorum oculis injectam erroris caliginem dimovere, cum accepimus in Regnis Aragoniæ, & Valentiæ, ac Principatu Cathaloniæ, necnon Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ aliquos illarum partium Incolas, & habitatores privatam ſibi adſtruere legem non dubitaſſe, & tam illius vigore, quam peſſimæ conſuetudinis, quæ inibi invaluit, prætextu aſſeratur licite ipſis, præſertim, ſi nobiles fuerint, ubicumque agitur de mundano, quod dicunt, honore tuendo, aut reparando, vel injuria propulſanda ab amicitia diſcedere, inimicitias, quæ & factiones inter ſe, & ut ibi dici ſolet, bandoſitates exerceri, ſatellites, & varii generis armatos homines ducere, & privatim habere, amicos, & neceſſarios ad arma excitare, damna viciſſim hoſtiliter quoquomodo inferre in grave animarum ſuarum periculum & præjudicium plurimorum.

§.2. Nos animo revolventes præmiſſa valde abominanda, & deteſtanda eſſe, & quod pejus eſt, hujus deteſtandæ rei occaſione

ne, & alios quamplurimos Sicarios, & prædones evadere, qui dum a potentioribus factionum capitibus, qua quis poteſt majori manu, & numero privatis odiis, inimicitiiſque exercendis foventur, & alias in diverſas alias cædes, & latrocinia, ac ſacrilegia, aliaque crimina prorumpunt. Hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione quamcumque legem, quæ ſuper præmiſſis ſtatuit, & conſuetudinem, quæ pro lege forſan obſervatur, tamquam a religione, & Chriſtiana pietate omnino alienam penitus explodimus, damnamus, tollimus, abrogamus, & abolemus, ac a dictis Regnis, Principatu, & Comitatibus penitus exulare jubemus.

Quamcumque legem, aut conſuetudinem tollit, quæ ea de re obſervetur.

§.3. Sancimuſque omnes, & ſingulos, etiam Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, alios Dominos temporales, & quoſcumque alios dictorum Regnorum, Principatus, & Comitatuum, qui pro ſui, vel amici, aut propinqui, conſanguinei, vel affinis, vel cujuſvis alterius iniuria vindicanda inimicitias, ſimultates, bandoſitates nuncupatas exercere præſumpſerint, & præmiſſorum occaſione ſatellites, & armatos homines evocare, aut apud ſe, vel in terris, & Dominiis, vel Domibus ſuis, aut alibi publice, vel occulte alere, recipere, aut retinere, vel ſovere auſi fuerint, quique neceſſarios, conſanguineos, affines, & amicos in factionem, & partes ſuas contra aliquem, vel aliquos excitaverint, omneſque, qui eadem fecerint, aut illis cauſam dederint, & qui arma pro præmiſſis quomodolibet ſumpſerint, quique ſuper his rebus alteri conſilium, auxilium, vel favorem præſtiterint, auctoreſque, & ſuaſores fuerint, necnon eos, qui ſub prætextu abuſus hujuſmodi aliquem provocaverint, vel illi quomodolibet vim intulerint, quique eam prætenſam legem, aut conſuetudinem licitam, & non omnino damnatam eſſe aſſeveraverint, ac eos omnes, qui in dictis partibus cum armis homicidia, & latrocinia, & alia ſcelera committendo, ſeu vias infeſtando vereri contigerit: excommunicationi, anathemati, maledictioni æternæ, interdicto, omnibuſque aliis cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis eo ipſo, & abſque alia declaratione incurrendis omnino eſſe ſubjectos, ac a Corporis Chriſti unitate, qui auctor eſt pacis & concordiæ, omnino præciſos, eorumque abſolutionem Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, præterquam in mortis articulo, reſervamus.

Qui conſiliũ & auxilium præſtiterint eandem pœnam ſubeunt.

Pœna excommunicationis.

§.4. Et ſi perſonæ hujuſmodi Eccleſiaſticæ fuerint, etiam omnibus, & ſingulis Eccleſiis, Monaſteriis, Dignitatibus, & aliis Beneficiis Eccleſiaſticis per eos obten., ſeu in quibus, & ad quæ jus eis competit, necnon quaſcumque penſiones annuas, & illorum loco fructuum reſervationes illis Apoſtolica auctoritate reſervatas, conceſſas, & aſſignatas ceſſare, expirare ipſo facto, ac eos, qui ad illarum ſolutionem tenentur, ad illas perſolvendas, aut præſtandas minime teneri, nec propterea aliquas cenſuras, aut pœnas in literis Apoſtolicis hujuſmodi reſervationum conten. incurrere, ſimiliter eo ipſo, & abſque alia declaratione privamus, & ad illa, & alia in poſterum obtinenda inhabiles exiſtere, necnon illa tanquam per privationem hujuſmodi vacantia per alios a Nobis, & Sede Apoſtolica impetrari poſſe decernimus.

Pœna contra Eccleſiaſticos.

§.5. Ii vero, qui ea cauſis prædictis pugnaverint, & occiſi fuerint perpetuo Eccleſiaſtica careant ſepultura, ac eoſdem omnes, qui dictæ pravæ conſuetudinis prætextu, aut alias inimicitias, ac bandoſitates prædictas exercere, & eos omnes, qui his de cauſis arma ſumere auſi fuerint, aut quidquam contra præſentium literarum auctoritatem commiſerint, pœnas contra pugnantes in duello, vel locum ad Monomachiam concedentes, aut alias circa idem ſingulare certamen committendum, & illi intereſſendo delinquentes per Concilium Tridentinum latas, & irrogatas incurrere omnino declaramus.

Eccleſiaſtica carere ſepultura decernit.

§.6. Sicque per quoſcumque Judices, & Ordinarios, & delegatos quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Clauſulæ.

§.7. Præcipimuſque omnibus, & ſingulis Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ceteriſque Eccleſiarum Prælatis quacumque auctoritate, & dignitate fulgentibus, etiamſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales fuerint, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub interdicto ingreſſus Eccleſiæ, cui præfuerint, ac ſuſpenſionis a regimine, & adminiſtratione ejuſdem Eccleſiæ, illiuſque fructuum perceptione, Pontificalium exercitio, aliiſque arbitrio noſtro incurrendis, & moderandis pœnis, quatenus præſentes literas, & in eis contenta quæcumque in eorum, necnon ſingulorum Parochialibus Eccleſiis, ubi id neceſſarium eſſe judicaverint, ut moris eſt, publicent, ſeu publicari faciant, auctoritate, & diligenter obſervari curent.

§.8. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem.

Derogatio contrariorum.

§.9. Ceterum quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca deferri, volumus, quod illarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Fides tranſumptorum.

§.10. Ac

Digitized by Google

§.10. Ac ne aliqui ex præmiſſorum ignorantia excuſari poſſint, volumus, quod eorum tranſumpta, etiam ut prædicitur impreſſa, & in ſingulis Cathedralium, & Metropolitanarum Eccleſiarum Regnorum, Principatus, & Comitatuum prædictorum valvis affixa veræ, & realis intimationis vim, & effectum ſortiantur, ac omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde afficere, ac ſi perſonaliter ſingulis intimatæ fuiſſent.

Dat. die 15. Februar. 1577 An. V.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 15. Febr. 1577. Pontificatus noſtri Anno V.

LXVII.

Confirmatio gratiarum, & privilegiorum Archihoſpitali S. Spiritus in Saxia de Urbe conceſſorum, quatenus Concilio Tridentino, & ſacris Canonibus non ſint contraria, illorumque communicatio inter omnia loca Ordinis.

Privilegia vide in Conſt. XXVI. Six. IV. Religionis. *Tom. III. Par. III. fol.* 186. *Et cetera quæ Hoſpitale reſpiciunt vide in Conſt. XL. Innoc. III.* inter *Tom. III. Par. I. fol.* 108.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Exordium.

SI inter præcipuas virtutes, quas Theologicas dicimus, Caritas principem locum obtinet, jactis fidei & ſpei fundamentis, ut hujus virtutis effectus, qui inſignes Nobis ante oculos obverſantur, ac præſertim in Archihoſpitali noſtro San. Spiritus in Saxia de Urbe eluceut, dum in cujuſvis generis languentes, vulneratos, infirmoſque curando, infantibus expoſitis alendis, puellis nubilibus in matrimonium collocandis, ſummo Chriſtianæ pietatis ſtudio officia exercentur, illa non ſolum eo in Archihoſpitali conſervari, verum etiam in dies augeri, ſumma ope curandum Nobis eſt, eamque ob cauſam facile induci patimur, ut quæ a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, & ad ejus Archihoſpitalis, & ab illo dependen. locorum decus, & ornamentum, & pauperum ſubventionem conceſſa ſunt, Apoſtolicæ firmitatis robur adiiciamus, aliaſque deſuper diſponamus, prout in Domino conſpicimus expedire.

Innocent. III. erexit in Urbe Hoſpitale S. Spiritus, & Sixtus IV. illud ampliavit, ut in Conſtit. cit. in rubr.

§.1. Dudum ſiquidem Innocentius Papa Tertius, qui dictum Archihoſpitale fundavit & inſtituit, ac deinde ſucceſſive plerique Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, inter quos Sixtus Papa Quartus idem Archihoſpitale maxime auxit, cupiens illud, ac ejus bona & jura perpetuo conſervari, defendi, & protegi, idem Archihoſpitale, illiuſque præceptoriam, quæ conventualis, aut caput aliarum præceptoriarum Hoſpitalis & Ordinis prædictorum exiſtit, & a qua omnes aliæ præceptoriæ per fratres ejuſdem Archihoſpitalis teneri ſolitæ dependent, ac perſonas, quæ ejus curam gerent ab eodem Archihoſpitali dependen. prædictas præceptorias, Prioratus, Oratoria, Eccleſias, Capellas, membra, grangias, ac in eis reſpective inſtitutas & erectas Confraternitates, illarumque Confratres variis indulgentiis etiam plenariis, facultatibus, privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, & gratiis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, etiam per ſolam ſignaturam, aut vivæ vocis oraculo, in genere & in ſpecie, tam per viam communicationis, ſive extenſionis privilegiorum, quibuſcumque tam mendicantium, quam non mendicantium Ordinibus conceſſorum, ornarunt & decorarunt, ac locupletarunt; illaque antea conceſſa confirmarunt, & approbarunt, ad omnia loca prædicta ab ipſo Archihoſpitali dependentia extenderunt, & ampliarunt, & alias prout in ſingulis dictorum Prædeceſſorum literis deſuper confectis plenius continetur.

§.2. Cum autem ea firmius ſubſiſtere, ac majorem vim & robur obtinere noſcantur, quo ſæpius fuerint Apoſtolica auctoritate communita. Propterea dilectus filius Theſeus Aldrovandus modernus ejus Archihoſpitalis Præceptor Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis ejuſdem Theſei Præceptoris honeſto deſiderio ſatisfacere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur gravium onerum, quæ dicto Archihoſpitali incumbunt, dum facultas, redditusque omnes in pauperum, miſerabiliumque ſubventionem erogantur, rationem haben. eſſe cenſentes, & propterea nedum privilegia & facultates, & alia eidem Archihoſpitali, & ab eo dependentibus locis, illorumque perſonis, ac quibuſvis intuitu dicti Archihoſpitalis conceſſa conſervanda, verum etiam quantum cum Deo Nobis licet, augenda eſſe exiſtimantes, ac quarumcumque indulgentiarum, privilegiorum, facultatum, exemptionum, immunitatum, indultorum, & cujuſvis generis gratiarum cum quibuſvis clauſulis & decretis, tam per dictos, quam quoſcumque Romanos Pontifices, quibus prædictis, ac aliis forſan rationibus conceſſarum tenores, & prout illa concernunt, omnia & ſingula in eis contenta præſentibus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, omnia & ſingula Privilegia, facultates, gratias, exemptiones, immunitates, libertates, indulgentias, peccatorum remiſſiones, conceſſiones, & indulta ſupradicta, & alia quæcumque, ſive dicto Archihoſpitali, ſive ejus Præceptori, ac ab eodem Archihoſpitali dependen. Prioratibus, Præceptoriis, Oratoriis, Cappellaniis, membris, grangiis, & locis, necnon illorum reſpective miniſtris & officialibus, ac tam in dicto Archihoſpitali, quam alibi inſtitutis Confraternitatibus, & Confratribus, quandocumque & qualitercumque conceſſa, indulta, & approbata, quatenus ſint in uſu, ac ſacris Canonibus, & Concilio Tridentino non contraria, ex certa noſtra ſcientia denuo Apoſtolica auctoritate teno-

Cōfirmat hic Pontifex Indulgentias, & privilegia dicti Hoſpitalis cum clauſula quatenus ſint in uſu, & ſacris Canonibus, & Conc. Trid. non contraria.

tenore præſentium approbamus & confirmamus, ac innovamus, illiſque perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, omneſque & ſingulos, tam juris quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus, eademque omnia & ſingula, quæ per dictos Prædeceſſores conceſſa fuerunt, prout per illos conceſſa, indulta, & elargita extiterunt, quatenus, ut præfertur, ſint in uſu, adverſus quaſcumque contrarias diſpoſitiones reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus.

Lociſque omnibus d. Ordinis communicat.

§.3. Illaque omnia & ſingula dicto Archihoſpitali, aut in eo inſtitutæ Confraternitati, aut quibuſvis certis & ſignatis locis dumtaxat forſan conceſſa, univerſis, & ſingulis, quæ ab eodem Archihoſpitali dependent, Prioratibus, Præceptoriis, Eccleſiis, Capellaniis, Hoſpitalibus, Oratoriis, Eremitoriis, grangiis, membris, & locis, ac Confraternitatibus, illarumque Confratribus, & quæ illis in vim privilegiorum prædictorum jam fuerunt, & in poſterum uniri contigerit, illorumque miniſtris, ac ſervientibus communicamus, concedimus, & impartimur, eademque omnia ad illa extendimus, & ampliamus.

Clauſulę præſervativæ.

§.4. Decernentes præſentes literas ſub quibuſvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, aut derogationibus ſimilium gratiarum, indulgentiarum, conceſſionum, & aliorum quorumcumque nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, cenſerique debere, ac de ſubreptionis vitio, ſeu intentionis defectu notari, aut impugnari non poſſe, ſed validas ſemper & efficaces exiſtere, ac perpetuo ſuffragari.

Decretum irritans.

§.5. Sicque & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios & delegatos, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, ubique judicari & definiri debere; irritumque & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Executorum deputatio, & facultates.

§.6. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris ſacri Collegii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Decano, ac Cancellariæ Apoſtolicæ Regenti, & cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Auditori generali nunc, & pro tempore exiſtentibus, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Theſei, & pro tempore dicti Archihoſpitalis Præceptoris, aut aliorum in præmiſſis jus, & intereſſe quomodolibet habentium, vel dependentium, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illique in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra Theſeum, & pro tempore Præceptorem prædictum, & alios quoſcumque confirmatione, approbatione, aliiſque præmiſſis juxta præſentium continentiam & tenorem pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, & inquietari. Contradictores quoslibet & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas incurriſſe declaran. necnon etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.7. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ Octavi de una, & Concilii generalis de duabus dictis, dummodo quis vigore præſentium ultra tres dietas ad Judicium non trahatur, ac piæ memoriæ Pii Papæ V. etiam Prædeceſſorum noſtrorum revocatione dictarum indulgentiarum cum clauſula manus adjutrices porrigentibus, quas dempta ea clauſula, nec alias ſuffragari volumus, in provincialibuſque & ſynodalibus Conciliis editis, generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, necnon aliorum Hoſpitalium, Monaſteriorum, Eccleſiarum etiam Cathedralium, vel Metropolitanarum, tam mendicantium, quam non mendicantium Ordinum, Confraternitatum, piorumque locorum quorumcumque ſtatutis & conſuetudinibus, etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtabilimentis, uſibus, & naturis. privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem, vel alicui eorum, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, etiam Motu proprio, ac ex ſimili ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam forſan conſiſtorialiter conceſſis, confirmatis & innovatis; quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque: aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Tranſumptorum Fides.

§.8. Ceterum quia difficile foret &c.

D. P. An. V. 15. Martii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 15. Martii, 1577. Pontificatus noſtri Anno V.

LXVIII.

Ex Bull. Ordinis Fratr. Prædic. T. VII pag. 191.

Parochia Sancti Salvatoris ad Turrim Militum de Urbe unitur Parochiæ S. Quirici.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX iniuncto Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio, ad ea libenter iutendimus, per quæ Eccleſiarum omnium, præſertim curam animarum habentium commodo, & utilitati valeat ſalubriter provideri.

Reſervatio Beneficiorum vacantium apud Sedem Apoſtolicam.

§.1. Dudum ſiquidem omnia Beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantia, & in antea vacatura collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Cum itaque poſtmodum Parochialis Eccleſia Sancti Salvatoris ad Turrim Militum de Urbe per liberam reſignationem dilecti filii Matthiæ Baroccio de Cento nuper ipſius Eccleſiæ Rectoris, de illa, quam tunc obtinebat, in manibus noſtris ſponte factam, & per Nos admiſſam, apud Sedem eandem vacaverit, & vacet ad præſens, nulluſque de illa præter Nos rite diſponere potuerit, ſive poteſt, reſervatione, & Decreto obſiſtentibus ſupradictis.

§.2. Et ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filii Matthæi, de Simonettis perpetui Vicarii Parochialis Eccleſiæ Sancti Quirici, etiam de Urbe petitio continebat ſi dicta Eccleſia Sancti Salvatoris, quæ ruinam minatur, & pene deſtructa eſt, & illius fructus adeo tenues exiſtunt, ut ex eis illius Rector vivere, & onera illi incumbentia ſuſtinere minime poteſt, dictæ Eccleſiæ Sancti Quirici, illiuſque perpetuæ Vicariæ perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, & cura animarum dilectorum filiorum Parochianorum dictæ Eccleſiæ Sancti Salvatoris ab eadem abdicaretur, illaque dicto Matthæo, & pro tempore exiſtenti Vicario dictæ Eccleſiæ Sancti Quirici perpetuo demandaretur, ex hoc profecto tam Eccleſiæ S. Salvatoris, quam curæ Parochianorum hujuſmodi ſalubrius conſuleretur, pro parte Matthæi, & Matthiæ prædictorum Nobis humiliter ſupplicatum, quatenus eamdem Eccleſiam Sancti Salvatoris dictæ Eccleſiæ S. Quirici, ſeu Vicariæ perpetuo annectere, unire, & incorporare, ac curam prædictam ab eadem Eccleſia Sancti Salvatoris abdicare, illamque dicto Vicario demandare, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Annuus valor Beneficiorum uniendorum.

§.3. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum communem extimationem etiam Beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper iu unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſt, ipſoſque Matthæum, & Matthiam a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon dictæ Eccleſiæ Sancti Quirici, ſeu Vicariæ fructuum, redditrum, & proventuum verum annuum valorem præſentibus pro expreſſo perpetuo habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Eccleſiam Sancti Salvatoris hujuſmodi, cujus fructus, redditus, & proventus triginta quatuor Ducatorum auri de Camera ſecundum extimationem prædictam valorem annuum, & dictus Matthæus aſſerit non excedunt, ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque perſonæ, ſeu per ſimilem reſignationem dicti Matthæi, vel cujuſvis alterius de illa, in Romana Curia, ſive extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam, aut Conſtitutionem felicis recordationis Joannis Papæ XXII. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: Execrabilis, vel aſſecutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici, quavis auctoritate collati, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. Statuta Concilii, ad Sedem Apoſtolicam legitime devoluta, ipſaque Eccleſia S. Salvatoris diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata exiſtat, & ſuper ea inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo ejus diſpoſitio, hac vice ad Nos pertineat, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem Eccleſiæ Sancti Quirici, ſeu illius perpetuæ Vicariæ Apoſtolica auctoritate tenore præſentium unimus, annectimus, & incorporamus, & curam prædictam ab eadem Eccleſia Sancti Salvatoris abdicamus, illamque dicto Matthæo, & pro tempore exiſtenti ipſius Eccleſiæ S. Quirici Rectori, ſeu perpetuo Vicario demandamus, ita quod liceat Matthæo præfato per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ S. Salvatoris, juriumque, & pertinentiarum prædictorum propria auctoritate, libere apprehendere, & perpetuo retinere, illiuſque fructus, redditus, & proventus in ſuos, & dictæ Eccleſiæ Sancti Quirici uſus, & utilitatem convertere, cujuſcumque licentia deſuper minime requiſita.

Unio Eccleſiæ S. Salvatoris, ut in Conſtitutione.

§.4. Ne vero dictus Matthias nimium diſpendium patiatur ex reſignatione hujuſmodi, de alicujus ſubventionis auxilio providere volentes, eidem Matthiæ fructus, redditus, & proventus dictæ Eccleſiæ Sancti Salvatoris, una cum uſu, utilitate, & libera adminiſtratione domorum, & aliorum bonorum ad eamdem Eccleſiam Sancti Salvatoris ſpectantium, & pertinentium quo ad vixerit, exceptis ſex Barilibus vini, & red-

Digitized by Google

& redditibus ipſins Eccleſiæ S. Salvatoris dicto Matthæo per eumdem Matthiam annis ſingulis perſolvendis, ipſius Matthæi ad id expreſſo accedente conſenſu, auctoritate, & tenore præſentium reſervamus, concedimus, & aſſignamus.

Clauſulæ.

§.5. Decernentes noſtras præſentes literas, etiam ex eo quod intereſſe habentes ad hoc vocati non fuerint, ſeu alias ex quavis cauſa, de ſnbreptionis, obreptionis, ſen nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ defectu notari, vel impugnari nullatenus poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuumque plenarium effectum ſortiri, ſicque in præmiſſis ab omnibus quacumque auctoritate, & dignitate fulgentibus cenſeri, & obſervari debere, necnon, prout eſt irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Quocirca Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Amerin., & dilectis filiis noſtro in Alma Urbe Vicario Generali, ac Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Matthæi, & Matthiæ prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiuſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra Matthæum unione, annexione, & incorporatione, ac Matthiam prædictos reſervatione fructunm, reddituum, & proventuum hujuſmodi juxta præſentium continentiam, & tenorem pacifice gaudere, & frui, nnn permittentes eos deſuper a quoquam quomodolibet indebite moleſtari, contradictores dicta auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Derogatio contrariorum

§.7. Non obſtantibus priori voluntate noſtra prædicta, ac piæ mem. Bonifacii Papæ VIII., etiam Prædeceſſoris noſtri, necnon Lateranen. Concilii noviſſime celebrati nniones perpetuas niſi caſibus a jure permiſſis fieri prohiben., & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, contrariis quibuſcumque.

§.8. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in dicta Urbe ſpeciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & Decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſequuta quæcumque ad dictam Eccleſiam Sancti Salvatoris volnmus non extendi, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem Beneficiorum aliorum præjudicium generari, & qnibus aliis privilegiis, Indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, de quibns, quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum habenda ſit in eiſdem literis mentio ſpecialis, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede iudultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

§.9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, abdicationis, demandationis, reſervationis, conceſſionis, aſſignationis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, nono Kalendas Maii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Dat. die 23. Aprilis 1577. An.V.

LXIX.

Facultas inſtituendi Confraternitates Sanctiſſimi Corporis Chriſti in Regno Franciæ cum Indulgentiarum elargitione.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Dilecto filio Chriſtoforo de Capite fontium Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia Miniſtro Generali.

GREGORIUS PAPA XIII.

Dilecte fili ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

§.1. UT erga Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum omnium gratiarum fontem ubilibet, præſertim iu Gallia, ubi ob excitatas humani generis hoſte inſtigante, hæreſes, ac bellicos tumultus divinus cultus admodum refrixit, debita chriſtifidelium excitetur devotio, illaqne in dies magis augeatur. Tibi de cujus Religionis zelo, ac probitate plurimum in Domino confidimus, & qui ad propugnandam fidem Cattolicam, quam de dicto etiam Sacramento, tum in ſeribendis libris, tum in concionibus de eo ad ſpecialem Galliam habitis multum hactenus laboraſti, ut in quibuſvis Civitatibus, & Eccleſiis Parochialibus, per ipſam Galliam conſtitutis, quas ad id habere devotionem compereris, Confraternitates ſub ejuſdem Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti invocatione erigere, & inſtituere, necnon poſtquam erexeris, & inſtitueris, una cum conſilio Confratrum, qui in dictis Confraternitatibus conſcribentur, quæcumqne ſtatuta, & Ordinationes licita, & honeſta circa earum bonam directionem, & tranquillum ſtatum condere, & condita pro nt expediens fuerit, mutare, & alia de novo edere valeas, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium facultatem concedimus.

Facultas erigendi Confraternitates pro cultu augendo erga Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum.

§.2. Præterea ipſarum Confraternitatum,

Indulgentiæ Confratribus conceſſæ.

tum, ut præfertur, inſtituendarum augumento, & profectui, animarumque ſaluti conſulere volentes, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui aliquam ea Confraternitatibus præfatis ingredientur, die eorum ingreſſus, ſi contriti & confeſſi communicaverint; necnon Confratribus ipſis, & eorum ſingulis, qui contriti, & confeſſi ter in vita; & amplius in feſto Corporis Chriſti, ſeu illius octava communicaverint, ac in mortis articulo conſtituti plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem elargimur.

§.3. Atque eiſdem Confratribus, qui Sanctiſſimum Sacramentum hujuſmodi, dum ad infirmos deferetur, devote aſſociaverint, ſeu legitimo impedimento detenti aſſociari fecerit, centum dies; ipſiſque Confratribus, qui Proceſſionibus, & divinis Officiis per prædictas Confraternitates celebrandis interfuerint, etiam centum dies.

§.4. Inſuper mulieribus ſororibus Confraternitatum ipſarum, quibus propter honeſtatem, aut aliquod impedimentum extra domum vagari non licet, ſi quoties ſignum campanæ audiverint, ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam genibus fleais recitaverint, ſimiliter centum dies.

§.5. Præterea eiſdem Confratribus otriuſque ſexus Confraternitatum, ut præfertur, inſtituendarum viſitando Altare ejuſdem Sanctiſſimi Sacramenti, & inibi ſepties orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam, pro exaltatione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac hæreſum extirpatione officium recitando in diebus, io quibus ſtationes in Eccleſiis in Urbe, & extra illam exiſtentibus habentur eaſdem Indulgentias conſequantur, quas conſequerentur, ſi ea die illam Eccleſiam in Urbe, & extra eam viſitarent, in qua ipſa ſtatio habetur.

§.6. Rurſus eiſdem Confratribus Altare, ſeu locum, in quo Sacramentum præfatum cuſtodietur, viſitantibus, & orantibus ſexta quaque feria centum dies, ſingula vero die in cœna Domini eiſdem Confratribus vere pœnitentibus, & confeſſis, ſeptem annos & totidem quadragenas, in tertia vero Dominica cuiuslibet menſis, & in feria quinta majoris hebdomadæ ad Altare præfatum Euchariſtiam piæ ſuſcipientibus decem annos; & totidem quadragenas eiſdem Confratribus, qui dictum Sacramentum in proceſſione ſingulo quoque tertio Dominico die cujuslibet menſis aſſociaverint, etiam centum dies.

§.7. Deinde omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui ſingula quaquæ ſexta feria cujuslibet hebdomadæ, Altare Confraternitatum Sanctiſſimi Sacramenti hujuſmodi devote viſitaverint, & ibi pias ad Deum preces effuderint, decem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, & eorum cuilibet pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

Derogatio contrariorum.

§.8. Contrariis non obſtantibus quibuſcumque præſentibus, quarum exemplis etiam impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo ſuo, vel alicujus alterius, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ perſonæ munitis, eandem prorſus fidem adhiberi volumus, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, perpetuis futuris temporibus duraturis.

Dat. die 8. Maii 1577. An.V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 8. Maii 1577., Pontificatus noſtri Anno V.

LXX.

Juriſdictio S. R. E. Cardinalis Archipresbyteri & Judicis cauſarum Capituli Canonicorum, & aliarum perſonarum ſacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ.

Hanc Baſilicam Greg. XI. & Pius V. & alii, ceteris Urbis & Orbis Eccleſiis majorem eſſe declarant, ut in ipſius Gregorii XI. Conſt. IV. Super *Tom. III. Par. II. fol.* 355., *& Conſtit. CXXIX. Pii V.* Infirma *ſupra fol.* 87.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Cauſa hujus Conſtitutionis

CUM ſicut accepimus, ſæpe contingat dilectos filios Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, Capellanos, Cantores, Sacriſtas, Miniſtros, & alias perſonas Eccleſiæ Lateranen. pro ſuis ratione Archipresbyteratus, & dictæ Eccleſiæ negociis, rebus, & bonis per diverſa Tribunalia diſtrahi, & exinde variis ſumptibus, & expenſis, & moleſtiis deſatigari.

Avocatio quarumcumque cauſarum Lateran. Eccleſiæ Capituli, &c. S. Jo: Lateran. coram quocumque Judice Ro. C. vertent.

§.1. Nos cupientes eorum indemnitatibus hac in parte opportune providere, ac illorum intuitu perſonas ipſas a ſimilibus, ſumptibus, expenſis, & moleſtiis eximere, ac favore proſequi gratiæ ſpecialis, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes & ſingulas cauſas civiles, & beneficiales, ſpirituales, profanas, meras & mixtas, ac etiam criminales inter ipſoſmet Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, Capellanos, Cantores, Sacriſtas, Miniſtros, & perſonas hujuſmodi, earumque litium conſortes, ſeu quomodolibet ab eis cauſam habentes in Romana Curia coram quibuſcumque Judicibus ordinariis vel delegatis, ſeu executoribus quavis auctoritate fungentibus, etiam Almæ Urbis Vicario, Gubernatore, Senatore, & Conſervatoribus, ac aliis Judicibus, necnon Cameræ Apoſtolicæ Clericis, cauſarum Curiæ ejuſdem Cameræ, ſeu Palatii Apoſtolici Auditoribus, vel eorum Locatenen. ac

San-

Digitized by Google

Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ſuper quibuſcumque bonis, etiam emphyteuticis, cenſibus, canonibus, reſponſionibus, fructibus, redditibus, proventibus, juribus, actionibus, ereditis, debitis, pecuniarum ſummis, & aliis rebus Capitulum & Eccleſiarum hujuſmodi tangentibus, etiam in vim Cameralium, & aliarum quarumcumque obligationum, etiam cum juramento, & quibuſcumque renunciationibus factarum, in prima vel ſecunda, aut alia ulteriori inſtautia indeciſàs pendentes, in eiſdem ſtatu & terminis, in quibus reperiuntur, ab ipſis Judieibus ad ſuos harum ſerie avocamus.

Deputatio Archipresbyteri ejuſdem Eccleſiæ, ad audien. omnes cauſas ipſius Eccleſiæ, & Capituli ſummarie &c.

§.2. Illaſque etiam, quatenus de novo inchoandas, & quaſeumque alias ſimiles, vel diſſimiles cauſas civiles, & beneficiales, ſeu ſpirituales & profanas, meras & mixtas, ac etiam criminales, citra tamen pœnam ſanguinis, & corporis afflictivam, quas de cetero perpetuis futuris temporibus, inter Capitulum, Canonicos, & ſingulos alios prædictos, ac eorum quemlibet litis conſortes, & cauſam habentes prædictos ſuper bonis, cenſibus, reſponſionibus, fructibus, redditibus, proventibus, juribus, actionibus, creditis, pecuniarum ſummis, obligationibus, etiam Cameralibus, ceteriſque rebus prædictis, etiam in actis cauſarum hujuſmodi latius deductis & deducendis, cujuſcumque qualitatis, quantitatis, & annui valoris, & illorum occaſione moveri, & exoriri contigerit, cum omnibus & ſingulis ſuis inciden. dependen. emergen. annexis, & eonnexis Dilecto filio Marco tituli Sancti Georgii in Velabro presbytero Cardinali Altaemps nuncupato, & aliis pro tempore exiſtentibus Arehipresbyteris dictæ Eccleſiæ, tam conjunctim, quam diviſim, per ſe, ſeu Vicarium, ſeu Vicarios ad id ab eis deputatos, ſeu deputandos ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura judieii, ſed ſola facti veritate inſpecta, & quatenus opus ſit, executive, & manu regia abſque terminorum ſubſtantialium, & alicujus telæ judiciariæ obſervatione, ſine confectione regeſtri, ſeu extractus, etiam ſingulis diebus, & horis, ae etiam quarumcumque feriarum, præterquam in honorem Dei indictarum, vel indicendarum temporibus audiendas, cognoſcendas, decidendas, & ſine debito terminandas committimus & mandamus.

Facultas ejuſdem in Curia, & extra citan., & inhiben., & inobedientes coercendi.

§.3. Sibique dictas partes reſpective ſua, communiter, vel diviſim intereſſe putantes, etiam in executione eitationis, ſeu citationum deſuper decernendarum nominandos, in dicta Curia, vel extra, docto tamen etiam extra judieialiter de non tuto acceſſu, citandi, ae quibus & quoties oportuerit, ſub cenſuris Eccleſiaſticis & pecuniariis pœnis ſuo arbitrio moderan. & amplian. etiam per ſimile edictum inhibendi, & in eventum non paritionis pœnas, & cenſuras prædictas incurriſſe declarandi, aggravandi, reaggravandi, ae brachii ſæcularis auxilium invocandi, vel loco ſententiæ, ſeu ſententiarum per eum ferendarum, mandatum, ſeu mandata executiva in forma ſolita & conſueta decernendi, illudque & illa, ac quicquid per eum judicatum fuerit, exequendi, expenſas quaſcumque taxandi & moderandi.

Canonicoſq. & alios ab excom. abſolven.

§.4. Necnon Capitulum, Canonicos, & alias dictæ Eccleſiæ perſonas ab excommunicationis, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis, ſimpliciter, vel ad cautelam, prout juſtum fuerit, abſolvendi.

Fataliaque prorogan. & adverſus lapſum reſtituen.

§.5. Neenon adverſus lapſum temporis, & fatalium, ſi neceſſe fuerit, reſtituendi, & quatenus lapſa non ſint, eorum arbitrio prorogandi,

Attentata revocan. &c.

§.6. Attentataque & innovata quæcumque, prout juris fuerint, revocandi, omniaque alia & ſingula in præmiſſis neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi.

In cauſis appellationum non obſtan. feriis proceden.

§.7. Necnon Judici, ſeu Judicibus, coram quibus cauſas hujuſmodi, per viam appellationum a ſententiis dictæ Eccleſiæ latis interpoſitarum introduei contigerit, dictis feriis indicendis, ac modo & forma præmiſſis ad illarum totalem & celerem expeditionem procedere poſſint, plenam, liberam, & omnimodam facultatem, & poteſtatem, & auctoritatem concedimus, & elargimur.

Cauſæ ab Archipresbytero avocari non poſſint niſi a Pontifice illo citato.

§.8. Decernentes cauſas hujuſmodi a dicto Cardinali, & pro tempore Archipresbytero exiſtente, vel ejus Vicario prædicto nullo unquam tempore avocari poſſe, & quaſcumque illarum avocationes nullius roboris vel momenti fore, niſi illa per ſpecìale reſcriptum, noſtra vel pro tempore exiſtentis Rom. Pontificis manu ſignatum, etiam cum præſentium literarum de verbo ad verbum facienda inſertione, Motu ſimili, vocatis & eitatis Marco Cardinali, & pro tempore exiſtente Arehipresbytero & Capitulo prædictis factæ fuerint.

Decretum irritans.

§.9. Irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.10. Non obſtantibus feriis, & aliis præmiſſis, ac Regula Cancellariæ Apoſtolicæ prohibente mandata executiva alias, quam ſub plumbo expediri, necnon aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatii, & aliarum dictæ Urbis Curiarum & Tribunalium, ac Univerſitatum, Collegiorum, & locorum ſtatutis, & conſuetudinibus, juramento roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, illorumque Judicibus & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ae cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis elauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, in genere vel in ſpecie, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, vel alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, Quibus omnibus etiam ſi de illis ſpecialis, ſpeeifica, expreſſa, & individua, non autem per elauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præſentibus, pro

ex-

Digitized by Google

expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An.VI. 13. Junii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 13. Junii 1577., Pontificatus noſtri Anno VI.

LXXI.

Erectio Eremitorii del Tardoo, in Monaſteriom Ordinis S. Baſilii, ejuſque & aliorum Monaſteriorum d.Ordiois in Regnis Hiſpaniarum aggregatio eidem Ordini, eum privilegiorum conceſſione.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

COgit muneris Apoſtoliei ratio de omnium Religioſorum ſtatu Nos eſſe ſolicitos, atque eorum euram ſuſcipere diligentem, qui rejectis mundi delitiis & illeeebris, antiquorum ſanctorum Patrum exemplo in ſolitudines conceſſerunt, jejuniis, orationibus, & cœleſtium contemplationi aſſidue inſiſtentes, ut cum talium numerum alicubi auctum intelligimus, ipſorum vitam, & mores ſub certa alicujus approbatæ regulæ norma ad Dei gloriam, & eorumdem ſalutem provide dirigamus.

Matthæus de la Fuente certam religioſam vitam degit & multi eum ſecuti ſunt.

§.1. Ad ooſtram ſiquidem pervenit notitiam, quod cum viginti ab hinc, vel circiter annis quoodam Matthæus de la Fuende Halmiruete Toletan. Diœceſis, dum ſoli Deo placere ſtuderet, ona cum duobus, vel tribus ſociis in Eremum del Tardon Cordnben. Diœceſis ſe recepiſſet, & in ea proprio labore victus parans pauperem vitam duceret, nonnulli alii ejus exemplo, & religioſæ vitæ ſama commoti, ſæculi euris poſthabitis eamdem vivendi rationem amplexi ſunt, & ſe illis ſocios adjunxerunt, ipſum præterea Matthæum per loci Ordinarium ad ſacros, & presbyteratus ordines fuiſſe promotum.

Qui habita notitia Conſtit.10.Pii V. quæ eſt ſupra fol.47.& quia S. Baſilii perfecti ſunt.

§.2. Et licet Eremi eultores inter ſe diſtinctas cellulas inhabitarent, eos tamen conſueviſſe ad eumdem Matthæum tanquam eorum Patrem, & Superiorem, a quo in via Domini inſtruerentur, recurrere, ſtatutiſque horis in qoodam Oratorio ad pie orandum ſimul convenire, ac ſub dicti Matthæi voluntaria obedientia degere, huncque vivendi morem eo uſque fuiſſe ſervatum, donec ad eorum notitiam Conſtitutio ſelicis recor. Pii Papæ V. Prædeceſſoris noſtri deducta fuit, qua ſancitum eſt, ab iis, qui in Congregationibus ſub obedientia voluntaria viverent, quorum habitus a presbyteris ſæeularibus eſſet diſtinctus, prout ipſorum erat, profeſſionem omnino eſſe eoittendam, electa ab ipſis una, ſub qua degerent, ex Regulis approbatis.

Et domos in ipſo Eremo, habitare cœperunt, Monachorum more vivendo & divina conventualiter recitando, neceſſariaque ad victum propriis laboribus parando.

§.3. Nam poſtquam idem Matthæus, & ſocii Conſtitutionis hujus certiores facti fuerunt, Regulam S. Baſilii eorum vivendi inſtituto, ut cenſuerint, magis accommodatam, ad cujus præſcriptum Altiſſimo pium exhiberent in habitu humilitatis obſequium, delegerunt. Et deinde Matthæus profeſſionem juxta dictam Regulam emittere volens, presbyterum ex ſuis ſociis Eremitis, in cujus manibus profiteretur, ſuo arbitrio elegit, & in ejus manibus tria vota juxta regulam prædictam, quantum in ſe fuit, profeſſus eſt. Reliqui vero omnes Eremitæ in dicti Matthæi manibus ſimilem profeſſionem emiſerunt, & derelicto cellularum uſu in domos apud Eremum del Tardon, ut præſertur, & Vallis del Galleguillos Hiſpalen. Diœceſis propriis eorum manibus ad Monaſterii formam conſtructas, elaoſuraque munitas numero quadraginta, & ultra demigrarunt, ot Religioſorum, & Monachorum more viverent, prout de præſenti vivunt, horaſque canonicas in Choro, & Miſſas conventualiter quemadmodum in aliis Monaſteriis fieri conſoevit, juxta Romanum uſum celebrarunt, neceſſariaque ad vitam propriis manuum laboribus juxta eorum inſtitutum parando, nec eleemoſynas petierunt, nec oblatas acceperunt.

Ipſeque Matthæus Abbatis munere functus fuit. Eoque mortuo Didacus Vidal. Abbas creatus fuit.

§.4. Religioſiſque in prædictis locis, ſic ut præſertur, redactis, idem Matthæus in utriuſque domibus, quaſi illæ in Monaſteria jam erectæ eſſent, nonnullorum, qui periti habebantur, conſilinm ſequutus, Abbatis munere, donec vixit, ſine canonica proviſione fuoctus ſuit, & poſt ejus obitum credentes Religioſi prædicti Monaſteria veri, & legitimi Abbatis regimine eſſe deſtituta, alium Religioſum ex eorum oomero, videlicet dilectum filinm Didaeum Vidal in ejuſdem Matthæi locum elegerunt.

Quia tamen eorum profeſſio nulliter emiſſa erat, & dicta Eremitoria non erāt erecta in Monaſteria Ordinis.

§.5. Cum autem iidem Eremitæ prædictam profeſſionem in maniħus ejus, qui illam recipiendi facultatem non habebat, emiſerint, eademque profeſſio nulla, & invalida reddatur, ac del Tardon, & Vallis de Galleguillos Domus, & Eremitoria hujuſmodi in Mooaſteria Ordinis S. Baſilij adhuc canonice erecta non fuiſſe, nec eſſe conſtet.

Ideo hic Pontifex in Monaſteria erigit & in illis dignitatem Abbatialem, & alia officia inſtituit.

§.6. Nos dictorum Eremitarum ſtatui opportune conſulendum eſſe eaiſtimantes, ipſoſque, & eorum ſingolos a qoibuſvis excommunicatioois, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſenteotiis, cenſuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium domtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ad Omnipotentis Dei gloriam, & Religionis Chriſtianæ propagationem prædicta del Tardon, & Vallis de Galleguillos Eremitoria, ſeu Domos in Monaſteria dicti Ordinis S. Baſilii, cum ſuis Eccleſiis, & Conventibus, necnon Menſis, Sigillis, Areis, aliiſque omnibus inſignibus ad id requiſitis, & conſuetis, ac in ſingulis dignitatem Abbatialem, adminiſtrationes

tiones, & officia, in aliis Monaſteriis ipſius Ordinis haberi ſolita pro Abbatibus, & Monacis ad juſtum numerum Conventus, monaſticum cultum, & regularem diſciplinam ibidem obſervaturis, perpetuo erigimus, & inſtituimus. Ac illis ſic erectis, eorumque Menſis, bona, cenſus, actiones, & jura omnia ſuarum cujuſque domorum, ſeu Eremitoriorum ſic in Monaſteria erectorum perpetuo applicamus, & appropriamus.

Illiſque dat facultatem, in eorum Eccl. Euchariſtiam retinendi, & alia officia celebrādi, juxta Miſſale, & Breviarium nuper reſtituta.

§.7. Ac ipſorum Monaſteriorum ſic erectorum Abbatibus, Conventibus in ſuis quiſque Eccleſiis prædictis ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum eum debitis honore, & reverentia habendi, & retinendi. Miſſas, & alia divina Officia latina lingua ſecundum conſuetudinem, ſeu ritum Romanæ Eccleſiæ, & juxta Breviarium, & Miſſale Romanum ex decreto Concilii Tridentini noviſſime reſtituta, & juſſu prædicti Pii Papæ edita, donec aliud Sedi Apoſtolicæ expedire videbitur, celebrandi, recitandi, & cantandi licentiam tribuimus.

Monaſteriaque prædicta, & alia in Regnis Hiſpaniarum conſtruenda ſubjicit Ordini S. Baſilii, & ſub protectione Sedis Apoſtolicæ recipit & ab Ordinariorum juriſdictione liberat.

§.8. Ipſaque ſic erecta Monaſteria del Tardon, & de Galleguillos, ac etiam Monaſteriorum S. Mariæ de Oviedo ejuſdem Ordinis S. Baſilii Giennen. Diœceſis a fel. rec. Pio Papa IV. erectum, & inſtitutum, & a Nobis per noſtras literas in forma Brevis Monacis ejuſdem Ordinis in Italia exiſtentibus, ſub unius Abbatis, ſeu Præſidentis generalis in toto Ordine eligendi obedientia ſubiectum, ac perpetuo conjunctum, & quæcumque alia Monaſteria ejuſdem Ordinis S. Baſilii in Hiſpaniarum Regnis in poſterum conſtruenda, & erigenda, dicto Ordini S. Baſilii, ſub obedientia futuri, & pro tempore exiſtentis Abbatis, ſeu Vicarii generalis ejuſdem Ordinis aggregamus, annectimus, & incorporamus, eademque ſic erecta, & erigenda Monaſteria, eorumque Abbates, & Monacos ſub immediata noſtra, & Sedis Apoſtolicæ protectione recipimus, illaque & illos ab omni Ordinarii juriſdictione, auctoritate, & poteſtate eximimus penitus, & liberamus.

Eadem Monaſteria conſtituant inter ſe unam Provinciam nuncupandam Hiſpaniarum, in qua provinciale Capitulum fiat quolibet triennio.

§.9. Ita tamen, ut tam del Tardon, & Galleguillos, quam de Oviedo, & alia in dictis Regnis ſub eadem Regula in futurum conſtruenda, & erigenda Monaſteria, ut præfertur, poſtquam conſtructa, & erecta fuerint, unam faciant, & inter ſe conſtituant Provinciam Hiſpaniarum nuncupandam, in qua Provinciale Capitulum unoquoque triennio per Abbates, & Monacos, a Conventibus ſingulorum Monaſteriorum ſuorum deputandos celebretur, & in eo unus Viſitator eligatur, qui cum primum electus fuerit, eo ipſo Apoſtolica auctoritate confirmatus cenſeatur, nulla alia requiſita confirmatione, niſi eidem Capitulo Abbatem, vel Vicarium ejuſdem Ordinis generalem contigerit præſidere, vel eſſe præſentem, cujus auctoritate eo caſu omnino debeat confirmari, dictæque Provinciæ Monaci ſecundum Regulam ejuſdem Sancti Baſilii, quam profitentur, de cetero vivere.

§.10. Atque ut Monaci prædicti de Tardon, & Galleguillos in habitu cum reliquis dicti Ordinis Monacis, etiam in Italia exiſtentibus conveniant, loco habitus Griſei, ſeu Brunei coloris cujuſmodi in præſentiarum gerunt, Monaſticum habitum nigrum, prout etiam alias Monacis dicti Monaſterii de Oviedo per dictas noſtras literas conceſſimus deferre, & ita in poſterum reliqui omnes ejuſdem Ord., & Provinciæ Monaci futuri, eodem habitu regul. uti debeant.

Habituque nigro Monaci utantur.

Privilegia quoque Ordinis S. Baſilii, & Congregationis Caſſinenſis concedit.

§.11. Præterea eiſdem, ac Provinciæ Hiſpaniarum Monaſteriis quibuſcumque, ac aliis membris, & locis ab ea dependentibus, illorumque Abbatibus, Prælatis, Monacis, & perſonis, omnia privilegia, indulta, immunitates, prærogativas, exemptiones, libertates, gratias, & indulgentias Ordini S. Baſilii prædicti, necnon Congregationi Montis Caſſinen. alias Sanctæ Juſtinæ de Padua Ordinis S. Benedicti, tam per Nos, quam per alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, Sedemque prædictam alias in genere, vel in ſpecie quomodolibet conceſſa (quatenus uſu recepta ſint, & Concilii Tridentini Decretis, aliiſque ſacris canonibus, & ipſius Ordinis S. Baſilii inſtitutis non adverſentur) concedimus, & elargimur.

Monachi celebrent quamprimum Capitulum Provinciale.

§.12. Ac inſuper, ut eadem Monaſteria feliciter in via Domini dirigantur, prædictorum omnium Monaſteriorum, dictæ Provinciæ Conventibus, & Monacis præcipimus, ut quamprimum Provinciale Capitulum eorumdem Monaſteriorum Provinciæ Hiſpaniarum celebrent, in quo uſque ad numerum viginti eorum Abbates, & Conventuum diſcreti, ſeu Procuratores, & Monaci habitu, vel profeſſione in eiſdem Monaſteriis, tam de Oviedo, quam del Tardon, & Galleguillos antiquiores, donec tot Monaſteria dicti Ordinis S. Baſilii in eadem Provincia erecta fuerint, quot illorum Abbates, & Conventuum Diſcreti, ſeu Procuratores in eodem Capitulo congregandi eumdem numerum viginti conſtituant, conveniant.

Viſitatoremque ad Triennium eligant ex Monachis Provinciæ Hiſpaniæ.

§.13. Atque in eo ex Monacis ejuſdem Provinciæ unum, quem magis ad id habilem, & idoneum duxerint eligendum, in eorum Viſitatorem ad Triennii tempus, & eo completo ſucceſſive in Provinciali Capitulo tertio quoque anno, ut præmittitur, celebrando eligant.

Viſitatoris Provinciæ Hiſpaniæ facultates.

§.14. Qui omnem in quibuſcumque Monaſteriis prædictæ Provinciæ juriſdictionem habeat, & exerceat, ipſorumque Monaſteriorum Monacos, tam in capite, quam in membris viſitet, corrigat, & reformet, ſalva ſemper, & reſervata dicti Abbatis, ſeu Vicarii ejuſdem Ordinis generalis pro tempore exiſtentis etiam in præmiſſis obedientia, auctoritate, & ſuperioritate, ac Capitulis provincialibus hujuſmodi præſit, & electioni Abbatum, quorum munus, etiam triennale erit, per Monacos ſingulorum Monaſteriorum faciendæ aſſiſtant, vel ad aſſiſtendum electioni hujuſmodi alium ex dictæ Provinciæ Monacis ſpecialiter deputet.

Digitized by Google

Viſitator Abbati, & ceteri d. Provinciæ Hiſpaniæ ſubjecti ſint Abbati, ſeu Vicario Generali Ordinis.

§.15. Prædictus autem Viſitator Provinciæ Hiſpaniarum hujuſmodi, necnon Monaſteria, Abbates, Monaci, & perſonæ dictæ Provinciæ Hiſpaniarum prædicto Abbati, ſeu Vicario generali univerſi Ordinis Sancti Baſilii in Italia, pro tempore eligendo, conſtituendo, vel deputando ſubiecti exiſtant, & ab eo dependeant. Ita ut idem Abbas, ſeu Vicarius generalis pro tempore exiſtentes, tam in dictum ejuſdem Provinciæ Hiſpaniarum pro tempore Viſitatorem, quam in prædicta, & alia omnia ejuſdem Provinciæ erecta, & erigenda Monaſteria, Abbates, Priores, & alios Prælatos, ac Monacos, & perſonas pro tempore exiſtentes, plenam, & omnimodam juriſdictionem, auctoritatem, & ſuperioritatem habeat, dictumque Viſitatorem, Monaſteria, Abbates, Priores, & Prælatos, ac Monacos, & perſonas, tam in capite, quam in membris viſitare, corrigere, & reformare, ſimul, vel ad partem valeat, ipſique Viſitator, Abbates, Priores, & Prælati, ac Monaci, & perſonæ dicto Abbati, ſeu Vicario generali pro tempore exiſtenti tamquam membra capiti ſubiaceant, ejuſque monitis, & mandatis in præmiſſis, & aliis omnibus, omni prorſus appellatione, reclamatione, & recurſu poſtpoſitis, parere, obedire, illumque, cum ad eos, vel dicta Monaſteria divertere, ſeu pro viſitatione hujuſmodi, aut alias accedere contigerit, honorifice & benigne recipere, & pertractare teneantur.

Viſitator convenire debet in electione Abbatis Generalis, &c.

§.16. Idemque Viſitator Provinciæ Hiſpaniarum in ejuſdem Abbatis generalis electione pro tempore facienda, ac aliis rebus ad univerſum Ordinem S. Baſilii pertinentibos, pro quibus pertractandis aliarum Provinciarum Viſitatores, & Superiores evocabuntur, convenire debeat.

Et habet vocem activam, & paſſivam.

§.17. Ac in electione Abbatis generalis hujuſmodi idem Viſitator activam, & paſſivam vocem habeat.

In Capitulo Provinciali fieri poſſint ordinationes Cōcilio Trident. & Ord. conſtitutionibus, & ſacris Canonibus non contrarias.

§.18. Necnon eidem Viſitatori, & aliis in Capitulo Provinciali congregatis, tam hac prima viee, quam in poſterum ſingulis Trienniis quæcumque ſtatuta, & ordinationes, licita, & honeſta, ſacris Canonibus, ac prædicto Concilio Tridentino dictiſque Ordinis regularibus inſtitutis, ac generalibus illius Ordinationibus, & Conſtitutionibus non contraria condendi, & poſtquam condita fuerint, illa in toto, vel in parte, juxta rerum, & temporum qualitates mutandi, reformandi, illaque in toto, vel in parte tollendi, & abrogandi, aliaque de novo ſtatuendi, quæ tamen ab Abbate, ſeu Vicario dicti Ordinis generali, & in ejus defectum a S. R. E. Cardinale ejuſdem Ordinis Protectore, qui tunc erit, approbari debeant, licentiam, & facultatem concedimus.

Degentes in dictis Eremitoriis, ſi profeſſionem Ordinis S. Baſilii emittere voluerint recipiantur in Monachos.

§.18. Ceterum perſonis Eremitoriorum, ſeu Domorum, del Tardon, & de Galleguillos ſic in Monaſteria erectorum, & earum ſtatui quamprimum conſulendum eſſe rati, Dilectis filiis prædictis S. Mariæ, & S. Benedicti Hiſpalen. Ordinis ejuſdem S. Benedicti Monaſterio, Abbatibus, per Apoſtolica ſcripta mandamos, ut ipſi, vel alter eorum illos ſingulos in Monacos, & in Fratres ſuorum quemque Monaſteriorum, del Tardon, & Galleguillos admittant, & ab eis profeſſionem regularem dicti Ordinis S. Baſilii, ſi illam ſponte emittere voluerint, recipiant, facientes eos ſincera ibi in Domino caritate tractari.

Et poſt annum profeſſionem emittant.

§.20. Sed & eos qui in prædictis Domibus, ſeu Eremitoriis del Tardon, & Galleguillos, ſub voluntaria obedientia per annum, & ultra tam permanſerit, ſtatim ubi præſentium notitiam habuerit, ad profitendum, ut præfertur, omnino teneantur, quod ut faciant, præcipimus per præſentes.

Exemptio a Decimis.

§.21. Poſtremo animadvertentes eoſdem del Tardon, & de Galleguillos poſt præſentium profeſſionem, in dicti Matthæi manibus ſic, ut præfertur, emiſſam pro vere profeſſis habitos fuiſſe, decernimus, & declaramus, illos juxta exemptiones, ac privilegia Ordinis S. Baſilii, vel alias conceſſa, ad ſolutionem decimarum, frugum, & animalium, ac aliarum rerum, quæ ex ſuarum manuum labore a die profeſſionis prætenſæ hujuſmodi uſque ad hæc tempora collegerunt, ac in poſterum uſque ad novæ profeſſionis tempora colligent, vel adminiſtrabunt, minime teneri, nec obligatos fuiſſe, aut eſſe, nec ad id per locorum Ordinarios, aut alios quoſcumque, ad quos decimarum earumdem collectio ſpectat, cogi ſive compelli poſſe.

Decretum irritans.

§.22. Irritumque, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quin etiam eos univerſos, & ſingulos a ſolutione prædicta abſolvimus, & liberamus.

Executorum deputatio, & facultates.

§.23. Quocirca Venerabili Fratri noſtro Patriarchæ Alexandrino, & dilectis filiis Archidiacono Hiſpalen., ac Abbati Sanctæ Fidei in Eccleſia Granaten. per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte prædictorum, & aliorum quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit, aut præſentes literæ quomodolibet concernunt, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque, in præmiſſis aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem literas, & quæcumque in illis continentur, firmiter obſervari. Non permittentes eos, vel eorum aliquem deſuper a quibuſcumque indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per juris & facti remedia opportuna, ac demum per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Ac legitimis ſuper his habendis ſervatis ſervandis proceſſibus illos ſententias, cenſuras, & pœnas hujuſmodi incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

§.24. Non

Digitized by Google

Clauſulæ derogatoriæ.

§.24. Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præſentium ad judicium non trahatur, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis prædicti, illiuſque Monaſteriorum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, cum quibuſvis clauſulis, & decretis, in genere, vel in ſpecie, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus habenda eſſet mentio ſpecialis, perinde ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus, pro expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus, communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides exemplorum.

§.25. Volumus autem, præſentium exemplis &c.

D. P. An. VI. 24. Junii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, octavo Kal. Junii, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

LXXII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Abſolvit Regem Portugalliæ, & alias perſonas deputatas a quibuſvis cenſuris, & pœnis ob commercia cum Saracenis, ac Infidelibus habita, & merces ad eos delatas, ac ei, & Succeſſoribus ſuis, innovando Indulta ſuper hoc a Martino, Eugenio, & Calixto conceſſa, facultates concedit, licentiam concedendi ſubditis in futurum cum eiſdem Infidelibus commercium habendi.

Cariſſimo in Chriſto filio noſtro Sebaſtiano Portugalliæ, & Algarbiorum Regi Illuſtri.

GREGORIUS PAPA XIII.

Cariſſime in Chriſto fili, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Facti ſeries.

§.1. EXponi Nobis feciſti, quod alias poſt quam felic. rec. Calixtus Papa III. Prędeceſſor noſter veſtigiis ſimilis recor. Martini V., & Eugenii IV. Romanorum Pontificum, etiam Prædeceſſorum noſtrorum inhærendo, & ex certis tunc expreſſis cauſis bon. mem. Alfonſo Portugalliæ, & Algarbiorum Regi tunc in humanis agenti, ejuſque ſucceſſoribus eorumdem Regnorum Regibus pro tempore exiſtentibus, ac ab eis deputandis, ſeu quibus id duxiſſent committendum perſonis quibuſcumque, ut cum quibuſvis Saracenis, & Infidelibus de quibuſcumque rebus, & bonis, ac victualibus emptiones facere, necnon quoſcumque contractus inire, tranſigere, paciſci, & mercari, & negotiari, ac merces quaſcumque ad ipſorum Saracenorum, & Infidelium loca, dummodo ferramenta, lignamina, funes, naves, ſeu aliquarum armaturarum genera non eſſent, deferri, ea dictis Saracenis, & Infidelibus vendere, aliaque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, vel opportuna facere, gerere, & exercere abſque alicujus ſpiritualis, vel temporalis pœnæ incurſu poſſent, & valerent Apoſtolica auctoritate conceſſerat, & indulſerat

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.2. Tu poſt concessionem, & indultum hujuſmodi pro eorumdem Regnorum, & aliorum tuorum Dominiorum vaſtiſſimo maris Oceani tractu ex magna eorum parte ſe protendentium bono publico, ac Caſtellorum, & populorum ditioni tuæ temporali ſubditorum utilitatibus, commoditatibuſque procurandis, & neceſſitatibus ſublevandis pleroſque Incolas, & Habitatores dictorum Regnorum, & Dominiorum, ac etiam Anglos, & forſan alios alienigenas cum Saracenis, & Infidelibus prædictis, ac etiam diverſis aliarum nationum a fide Catholica aberrantium hominibus mutua commercia exercere, & ejus rei cauſa illos ad caput de Guea, & alia in partibus Africæ tuæ conquiſtæ dicta auctoritate ſubiectis conſiſtentia loca tranſire, eoſque viciſſim ad Regna, & Dominia prædicta venientes recipere, commeatuſque, merces, & alias res ad communem vitæ uſum pertinentes ultro, citroque vendere, & emere permiſiſti, eiſque per te, & alias ad id a te deputatas perſonas licentiam deſuper conceſſiſti.

§.3. Et licet ex mutuis commerciis prædictis non modica rerum penuria in dictis Regnis, & Dominiis ſublevetur, communique utilitati, & commoditati conſulatur, nec hujuſmodi commercia ſine Vaſſallorum & Subditorum prædictorum damno, & incommodo intermitti poſſint, tamen quia per te, & perſonas deputatas prædictas, etiam ante conceſſionem licentiarum hujuſmodi forſan intellectum fuerat, Anglos prædictos ad partes Saracenorum, & Infidelium hujuſmodi arma, & alia prohibita prædicta deferri ſolitos, & delaturos eſſe, dubitas tam te, quam perſonas deputatas prædictas ex conceſſionibus licentiarum hujuſmodi excommunicationis, ac alias cenſuras, & pœnas in ſimilia perpetrantes a jure, vel ſacris Sanctionibus, aut alias promulgatas incurriſſe, beneficioque, & uſu conceſſionis, & Indulti prædictorum eo ipſo privatos fuiſſe, & eſſe.

§.4. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, tu bellum jamdiu adverſus Saracenos, & alios Infideles prædictos pro illis a partibus Africæ, & aliis conquiſtæ Re-

Regni Portugalliæ ſubiectis locis propulſandis, & expugnandis, ac Religionis Chriſtianæ finibus dilatandis a tuis progenitoribus cœptum, & etiam per te continuatum, ex qua erga Religionem ipſam devotione magno cum fervore proſequi intendas, & ad id commercia prædicta plurimum opportuna fore noſcantur, tam tuo, quam perſonarum prædictarum nominibus Nobis humiliter ſupplicari feciſti, quatenus tibi, ſtatuique tuo, ac eiſdem perſonis deputatis pro animarum reſpective conſcientiarum ſecuritate de abſolutionis beneficio, & alias in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Abſolutio a cenſuris forſan incurſis, ut in Conſtitutione.

§.5. Nos igitur, qui non ſolum ſalutem, ſed etiam utilitatem, ac commoda quærimus ſingulorum, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Te, & ſingulas perſonas deputatas prædictas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & poenis, etiam temporalibus per Te, & dictas perſonas deputatas forſan incurſis, & exceſſibus hujuſmodi in utroque foro, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium abſolvimus, & totaliter liberamus, ipſaſque perſonas tibi, & ſingulis perſonis prædictis remittimus, ac condonamus, ac omnem inhabilitatis, & Infamiæ maculam, ſive notam exinde forſan contractam penitus abolemus, teque, & ſingulas perſonas hujuſmodi in priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa quomodolibet eratis, ſtatum reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus.

Confirmatio Indultorum, quæ alias hac de re conceſſa fuerant.

§.6. Et nihilominus conceſſiones, & Indulta quæcumque tam a Martino, & Eugenio, ac Calixto prædictis, quam aliis quibuſcumque Romanis Pontificibus ſimiliter Prædeceſſoribus noſtris, ſuper præmiſſis commerciis exercendis, pro tempore exiſtentibus Portugalliæ, & Algarbiorum Regibus, & ab eis deputatis, & deputandis perſonis hujuſmodi conceſſa, ſingulaſque eorumdem Prædeceſſorum deſuper confectas literas, ac in illis contenta quæcumque confirmantes, & approbantes, illaſque innovantes Majeſtati tuæ, tuiſque ſucceſſoribus dictorum Regnorum Regibus pro tempore exiſtentibus, & perſonis ad id a te, ſeu ab eis deputandis, ut de cetero quotieſcumque expediens fore judicaveris, vel ipſi judicaverint, Incolis, & habitatoribus prædictis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & nationis fuerint, ad caput de Guea hujuſmodi, & ceteras Africæ partes, etiam belli tempore commercii cauſa, ſe transferendi, ac ibidem commeatus, merces victualia, & quaſcumque alias res, non tamen in Literis die Cœnæ Domini legi ſolitis prohibitas, deducendi, tranſvehendi, & tranſportandi, ac ultro citroque vendendi, ſeu pro aliis mercibus, & rebus quibuſcumque permutandi, aut alias diſtrahendi, necnon emptionis, & venditionis, pactionis, tranſactionis, diſtractionis, mercaturæ, negotiationes, & quoſcumque alios contractus, a jure tamen alias non prohibitos exercendi, ceteraque in his, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna tantum faciendi, & pertractandi licentiam concedere libere, & licite abſque conſcientiæ ſcrupulo, aut aliquarum cenſurarum, ſeu pœnarum ſpiritualium, vel temporalium, aut peccati, ſeu tranſgreſſionis incurſu poſſis, & valeas, ipſique Succeſſores tui, ac deputandæ perſonæ hujuſmodi poſſint, & valeant, nec tibi, aut illis, ſeu Incolis, aut Habitatoribus præfatis in culpam, vel noxam imputari debeat, auctoritate, & tenore prædictis de ſpeciali gratia indulgemus.

Exceptio rerum, ut in Bulla Cœnæ Domini.

Derogatio contrariorum

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis, necnon in provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, prohibitionibus editis, & Decretis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Satisfactio injungitur adimplendo pœnitentiam a Cõfeſſario imponendam.

§.8. Volumus autem, quod tu, & ſingulæ perſonæ prædictæ, quæ abſolutionem hujuſmodi gaudere voluerint, pœnitentiam, quam idoneus, & ab Ordinario approbatus Confeſſor ad id per te, & ſingulas perſonas prædictas eligendus propter præmiſſa tibi, & eis duxerit iniungendam adimplere teneatis, & perſonæ ipſæ teneantur.

Dat. die 20. Julii 1577. An.VI.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 29. Julii 1577. Pontificatus noſtri Anno VI.

LXXIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Erectio Collegii Eccleſiaſtici Adoleſcentum Neophitorum in Urbe.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

Vices ejus Nos licet immeriti gerentes in Terris, qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, noſtram in omnes partes Apoſtolicæ ſollicitudinis curam, & charitatis affectum ita debemus extendere, ut non modo Hæreticorum, & Schiſmaticorum ab Ortodoxæ fidei ſemita aberrantium reſipiſcentiam; ſed eorum etiam, qui in infidelitatis tenebris ambulantes miſere pereunt, præſertim Judæorum converſionem, veramque ſalutem exoptare, ac totis viribus quærere non ceſſemus.

Inſtitutio prædicationis diebus Sabbathi ad Hebræos.

§.1. Hoc ſane animo Nos jampridem ſingulis diebus Sabbathi in certo Oratorio, in Alma Urbe Judæis Chriſtum Salvatorem noſtrum, olim antiquis eorum Patribus, ac Prophetis promiſſum, annunciari, & prædicari juſſimus: Quo factum eſt, ut nonnulli ipſorum ſuperna eis gratia, & miſericordia affulgente, illuminati Chriſti fidem ſuſceperint, & baptizati ſint, & nunc etiam frequenter tam dicti Judæi, quam alii abnegata mahumetica impietate, quam ſeque-

ſequebantur, eadem gratia inſpirante baptizentur.

Cauſa Conſtitutionis, & erectionis Collegii Neophitorum.

§.2. Proinde fidei Chriſtianæ propagatione, & incremento hujuſmodi, quantum poſſumus, incombentes, atque tam ſaluti, & eruditioni eorum Puerorum, & Adoleſcentum, qui ex Judæorum, Turcarum, & Maurorum, ſimiliumque Maumetanorum genere nuper ad Chriſti fidem converſi ſunt, & in dies Deo juvante, convertentur, proſpicere, quam etiam providere volentes, ut ex eis prodeant operarii ad opus Evangelii idonei, qui in ipſa Urbe, ceteriſque Italiæ locis, atque adeo in omnibus Terrarum Orbis partibus, in quibus Judæi, & infideles degunt, Chriſtianæ fidei miſteria, etiam propria illorum lingua ſive Hæbrea, ſive Arabica, explicare, docere, & prædicare poſſint, & valeant, nihil opportunius eſſe cenſuimus, quam proprium Collegium ad eoſdem inſtituendos erigere. Ad Dei igitur Omnipotentis gloriam, Sanctæque Fidei Chriſtianæ exaltationem in eadem Alma Urbe, & loco ad id eligendo, unum Collegium Eccleſiaſticum Adoleſcentum Neophitorum vocandum, Motu proprio, ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium erigimus, & inſtituimus, quod quidem pro duabus partibus conſtet ex iis, qui a Judaiſmo, pro tertia vero, ex illis, qui a Mahumetiſmo recedentes, ſive Turcæ, ſive Mauri, ſive alterius cujuſvis nationis Chriſtianam Fidem recenter amplexi ſunt, vel ſaltem eis non exiſtentibus ex Parentibus Neophitis procreati ſint, ipſique Collegio, donec de aliis redditibus a Nobis ſufficienter fuerit proviſum, ſuſtentationis cauſa, & Dotis nomine centum aureos ex noſtris, & Cameræ Apoſtolicæ, ſeu menſa Datariatus, pecuniis in ſingulos menſes ſolvendos aſſignamus.

Deſignatio redditus.

Privilegia conceſſa familiaribus, aliiſque ejuſdem Collegii.

§.3. Volumus autem idem Collegium, illiuſque Rectores, Œconomos, Magiſtros, Præceptores, atque Scholares pro tempore in eo exiſtentes, & eorum domeſticos Officiales, ac Miniſtros, ipſiuſque Collegii, ac illorum bona mobilia, & immobilia cujuſcumque qualitatis, & quantitatis in dicta Urbe, & extra, ac alias ubique locorum conſiſtentia, exempta eſſe ab omni juriſdictione, correctione, viſitatione, dominio, ſuperioritate, & poteſtate pro tempore exiſtentis Senatoris, Conſervatorum, Reformatorumque dictæ Urbis, necnon Rectoris ſtudii generalis, Vicarii Urbis, & cujuſvis Ordinarii locorum, alinrumve quorumcumque Judicum, & Officialium in ipſa Urbe, vel alias ubilibet conſtitutorum, ipſumque Collegium, & eos in propriis eorum rebus, & bonis cum ipſis contrahentes a ſolutione, & exactione quorumcumque (ut vocant) Pedagii, Gabellæ, Bollettini, Decimarum, & cujuſvis alterius tam ordinarii, quam extraordinarii, oneris, ex quacumque cauſa impoſitorum, & imponendorum eximimus, ac prorſus liberamus, ac ſub Beati Petri, & Sedis Apoſtolicæ, atque Noſtra protectione ſuſcipimus, & collocamus, Nobiſque, & dictæ Sedi immediate ſubiicimus, ac liberos, immunes, & exemptos declaramus.

§.4. Eidem quoque Collegio, Scholaribus, Rectoribus, & Œconomis, ut quibuſcumque privilegiis, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, & Indultis, quibus ſtudium generale Almæ Urbis, & illius Rector, Doctoreſque in eo, etiam actu legentes quovis modo utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ad eorum inſtar, & pari modo uti, potiri, & gaudere valeant in omnibus, & per omnia, concedimus, & indulgemus, illaque eis communicamus.

§.5. Necnon Senatori, Conſervatoribus, Reformatoribus, Rectorique, & aliis Judicibus, Officialibus, & perſonis prædictis, ac pro tempore exiſtenti S.R.E. Camerario, Præſidentibus, & Clericis Cameræ Apoſtolicæ, ac quibuſvis Commiſſariis ad exactionem Decimarum, & aliorum onerum præfatorum pro tempore deputatis, ne quarumcumque literarum eis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis conceſſarum prætextu, Collegium, Scholares, Rectores, Œconomos, Officiales, & Miniſtros prædictos, ſeu eorum aliquem in præmiſſis quovis modo moleſtent, ſeu moleſtari permittant, diſtrictius inhibemus.

Facultas conferendi ſcientiarum gradus Regentibus, & Superioribus ejuſdem Collegii conceſſa.

§.6. Et præterea Regentibus, & Superioribus dicti Collegii, cum aſſiſtentia tamen Cardinalium Protectorum, qui pro tempore fueriot, ſeu alicujus eorum, vel de ipſorum Conſilio, & expreſſo conſenſu, illos, quos in dicto Collegio, & alibi per debitum tempus ſtuduiſſe, ac literarum ſcientia, & moribus idoneos eſſe repererint, ad Baccalaureatus, licentiaturæ, Doctoratuſque, & Magiſterii gradus, ſervata forma Concilii Viennen. juxta Univerſitatis ejuſdem Urbis conſuetudinem, ſeu alias promovendi, & ipſorum graduum ſolita inſignia eis exhibendi, quodque ſic promoti, facoltates, in quibus ſtuduerint, legere, & interpretari, ac de eis diſputare, & quoſcumque gradui, ſeu gradibus hujuſmodi convenientes actus exercere, ac omnibus, & ſingulis gratiis, favoribus, prærogativis, & indultis, quibus alii in prædicta, ſeu aliis Univerſuatibus, & alibi juxta illius, & aliarum Univerſitatum hujuſmodi conſtitutiones, & mores ad gradus prædictos promoti de jure, vel conſuetudine otuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſint, ac debeant, perinde ac ſi gradus prædictos in ipſa Univerſitate juxta conſuetudines, & mores prædictos ſuſcepiſſent, concedendi, & indulgendi, liberam eadem auctoritate damus facultatem, & poteſtatem.

Protectorum deſignatio.

§.7. Ut vero ipſius Collegii conſervationi, bonoque regimini tam in his, quæ ad Inſtitutionem, & Diſciplinam, quam quæ ad victum, veſtitum, aliaque hujuſmodi neceſſaria pertinent, opportunius conſulatur, dilectos filios noſtros, Gulielmum Sir-

Digitized by Google

Sirletum Sancti Laurentii in Paliſperna, & Julium Antonium S. Bartholomæi in Inſula, S. Severinæ titulorum Presbyteros; necnon dilectum filium Philippum Vaſtavillanum S. Mariæ novæ Diaconum S. R. E. Cardinales ejuſdem Collegii Protectores conſtituimus, ac deputamus, quorum conſilio, & ope ſupradicta, & alia quæcumque ad eoſdem in Collegio admittendos Scholares, retinendoſve, ac dimittendos ſpectantia agantur, ſtatuantur, & ordinentur, dantes eiſdem, & pro tempore exiſtentibus Protectoribus plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem pro ſalubri directione, & conſervatione dicti Collegii, illiuſque bonorum, & rerum, ac jurium tam temporalium, quam Spiritualium Œconomos, Advocatos, Procuratores, alioſque Miniſtros, & Officiales in eo deputandi amuvendique, & alios eorum loco ſufficiendi, ordinationeſque, & ſtatuta, licita tamen, & honeſta, ſacriſque Canonibus, & Concilio Tridentino non repugnantia faciendi, & edendi; eaque cum viſum fuerit, revocandi, immutandi, corrigendi, aliaque de novo condendi, quæ poſtquam facta, edita, revocata, immutata, & correcta fuerint, perinde haberi volumus, ac ſi auctoritate Apoſtolica approbata, & confirmata eſſent, illaque ab omnibus Rectoribus, Magiſtris, Scholaribus, aliiſque perſonis in Collegio ſervientibus, & miniſtrantibus inviolabiliter obſervari, ac juxta eorumdem diſpoſitiooem a quibuſvis Judicibus, ſublata eis quavis aliter judicandi facultate, judicari, & diffiniri debere, & ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus.

Derogatio contrariorum

§.8. Volumus quoque, ut idem Collegium non teneatur ad præſentandum, & regiſtrari faciendum has literas in Camera Apoſtolica, prout Conſtitutione fel. recordat. Pii Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri octavo idus Auguſti Anno VI. ſui Pontificatus edita cautum eſt, ſeu perinde valere, ac robur, & firmitatem ſuam obtinere, ac ſi tempore ab ipſa Conſtitutione præſcripto in eadem Camera præſentatæ, ac regiſtratæ fuiſſent.

§.9. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Urbis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Senatori, Conſervatoribus, Reformatoribus, Camerario, Univerſitatibus, ac eorum Collegii Rectoribus, & perſonis, aliiſque prædictis, necnon prædictæ Urbi, ac Populo Romano, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſcumque clauſulis, & Decretis, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus illorum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

§.10. Nulli ergo liceat noſtræ erectionis, inſtitutionis, aſſignationis, voluntatis, exemptionis, liberationis, ſuſceptionis, collationis, ſubiectionis, declarationis, conceſſionis, Indulti, communicationis, inhibitionis, dationis, Conſtitutionis, deputationis, Decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Kal. Septembris, Pontificatus noſtri Anno VI. Dat. die 1 Septem. 1577 An.VI.

LXXIV.

Quod Clerici Regulares Congregatioois S. Pauli Decollati, abſque licentia ejus Præpoſiti generalis, ad alium quemcumque Ordinem, præter Cartuſianum, tranſire nequeaut.

Hujus Congregationis inſtitutionem, & alia eam tangentia vide apud Clementem VII. Conſt. XLV. Vota *Tom. IV. Par. I. fol.* 103.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

In ſpecula ſupremæ dignitatis diſpoſitione divina meritis licet inſufficientibus conſtituti, inter multiplices curas, quibus rerum negociorumque varietatibus obruimur, ad ea ex debito paſtoralis officii Nobis commiſſi ſolicite Nos intendere decet, per quæ perſonæ religioſæ in regularis vitæ ac Eccleſiaſticæ diſciplinæ norma coadiuvante Domino ſalubriter conſervari valeaot, & quæ his contraria eſſe noſcuntur, per noſtræ providentiæ ſtudium penitus evellantur.

Cauſa hujus Cōſtitutionis.

§.1. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Præpoſiti generalis, & Clericorum Regularium Congregationis S. Pauli Decollati Barnabitorum nuncupatorum petitio continebat, quod licet ipſi ad animas pretioſiſſimo Domini Jeſu Chriſti ſanguine redemptas eidem Domino lucrifacieodas, ſemper dictæ Congregationis religioſos, ab eorum adoleſcentia bonis moribus, ac literis imbuere, omni ratione ſtuderiot, & ea in re nullis umquam ſumptibus, neque laboribus pepercerint, nihilominus nonnulli ex dictis religioſis ob ſcientiam per eos Congregationis prædictæ auſpiciis acquiſitam, tomidiores effecti, immemoreſque officii ſui, ac beneficiorum ab ipſa Congregatione acceptorum, cum primum in literis ita verſati, & eruditi reperiuntur, ut & proximorum ſaluti, & dictæ Congregationi adminiculo eſſe poſſent, libertatem appetentes, tamquam ingrati filii Congregationem ipſam ad effugiendam

dam obedientiam, & obſervantiam, quæ in ea arctiſſime cuſtodiuntur, ſub arctioris vitæ prætextu deſerunt, ac quod gravius eſt, etiam ipſius Congregationis perſonas, ritus, & mores maledictis inſequentes, alios quoque variis multiſque laxioris vitæ pollicitationibus ſubvertere non ceſſant. Quare pro parte Præpoſiti, & Clericorum prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus incommodis hujuſ. occurrere, aliaſq. in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſt. dignaremur.

Prohibitio tranſeundi ad alios Ordines excepto Cartuſiano, &c.

§.2. Nos igitur qui religioſos quoslibet in ſuis regularibus inſtitutis laudabiliter continere, omni ſtudio affectamus, Præpoſitum, & Clericos prædictos, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, ac ſub excommunicationis ſententia per contrafacientes, eiſque conſilium, auxilium, vel favorem præſtantes ipſo facto incurrenda, & a qua præterquam in mortis articulo conſtituti ab alio quam Romano Pontifice, vel ipſius Congregationis Præpoſito generali pro tempore exiſtente abſolvi non poſſint, diſtricte præcipiendo interdicimus, quod de cetero nullus dictæ Congregationis religioſus cujuſcumque conditionis, ſive clericus, ſive laicus fuerit, ipſam Congregationem poſt vota per eum ſecundum illius inſtitutiones emiſſa, prætextu cujuſvis indulti ab eodem Romano Pontifice pro tempore exiſtente; ſeu illius Majori Pœnitentiario, aut aliquo Sedis Apoſtolicæ Nuncio, vel Legato, etiam de latere, impetrati, vel impetrandi, abſque ſpeciali, & expreſſa pro tempore exiſtentis Præpoſiti prædicti licentia deſuper obtenta, exire, aut ab ea recedere, etiam ob frugem melioris vitæ, aut ſtrictioris obſervantiæ, aut alio quæſito colore, ad quemvis alium, etiam Minorum, vel aliorum Fratrum Mendicantium, aut Ciſtercien., vel S. Benedicti, aut aliorum Monacorum Ordinem tranſire, vel etiam per Superiores Ordinum, & Monaſteriorum hujuſmodi (Cartuſienſi Ordine dumtaxat excepto) recipi, ſeu admitti poſſit, ſeu præſumat.

Formaque tranſeūdi præſcribitur.

§.3. Quodque his qui pro tempore ab ipſa Congregatione ad Cartuſien., vel de licentia prædicta ad alium Ordinem hujuſmodi tranſire voluerit, ad Cartuſien. videlicet infra tres menſes, a die quo ab ipſa Congregatione receſſerit, ad alium vero Ordinem hujuſmodi infra tempus, ei a pro tempore exiſtente Præpoſito prædicto præfigendum, accedere, ac illorum Monaſteria, ſeu domos, & loca actu ingredi. Et ſi in eis permanere noluerit, aut non poſſit, abſque ulla mora ad dictam Congregationem redire teneatur.

Pœnæ contravenientibus infliguntur.

§.4. Et nihilominus ſi quis ex Clericis dictæ Congregationis animo indurato contrarium tenere præſumpſerit, vel a dicta Congregatione poſt emiſſionem votorum hujuſmodi abſque licentia prædicta exire, & in ſæculo, vel alio, etiam ſæculari loco degere præſumpſerit, liceat præfato Generali, ſeu aliis dictæ Congregationis Præpoſitis, & Superioribus, eoſdem tranſgreſſores, & exeuntes tamquam apoſtatas, etiam invocato, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, ad dictam Congregationem revocare, eoſque capere, & carcerare, ac debitis pœnitentiis ſubiicere. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum hujus Conſtitutionis deputatio, & facultates.

§.5. Quocirca Venerabilibus fratribus noſtris Patriarchæ Alexandrino, & Archiepiſcopo Mediolanen., ac Archipresbytero Eccleſiæ Mediolanen. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Præpoſiti, & Clericorum prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, inviolabiliter obſervari, ac Præpoſitum & Clericos præfatos illis omnibus pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari: Contradictores quoslibet, ac rebelles, & præmiſſis non parentes, per prædictas, ac alias ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ceteraque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, ac pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando. Invocato, etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contrariis omnibus derogatur.

§.6. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices qui a dicta Sede deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, vel alii, ſeu aliis vices ſuas committere præſumant; & de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Apoſtolicis, ac in provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon quorumcumque Monaſteriorum, Hoſpitalium, Militiarum, & Ordinum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ac exemptionibus, ſub quibuſcumque tenoribus

Digitized by Google

ribus, & formis, ac cum quibuſvis reſtitutionibus, præſentationibus, ac mentis atteſtativis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam intuitu, conſideratione, & ad ſupplicationem Imperatoris, Regum, Ducum, aliorumque Principum, necnon S. R. E. Cardinalium, & de illorum conſilio, ac matura deliberatione prius habita, ſeu etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſis, confirmatis, ac etiam multiplicatis vicibus innovatis, quorumcumque tenorum exiſtant, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Exemplis fides datur.

§.7. Ceterum quia difficile foret &c.

Nulli ergo &c.

D. P. An.VI. 13. Septemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Idibus Septembris, Pont. noſtri Anno VI.

LXXV.

Prohibitio Sal exterum mercandi, in locis Sedis Apoſtolicæ mediate, & immediate ſubiectis.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX incumbenti Nobis Apoſtolicæ ſervitutis officio, ad ea libenter intendimus, per quæ ſubditorum noſtrorum commoditati, & Cameræ Apoſtolicæ indemnitati opportune conſulatur.

Cauſa hujus Cõſtitutionis.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, quantitatis ſalis, quod in ſalinis Civitatis noſtræ Curiæ ob neceſſariam dilectorum filiorum illius Civium, & incolarum ſubſtentationem quotannis conficitur, & a Camera Apoſtolica certo convento pretio emi conſuevit, adeo aucta ſit, ut nonniſi congrui temporis ſpatio diſtrahi poſſit, & ea hoc niſi remedium opportunum adbibeatur vel ipſos Cives, & incolas ab ulteriori ejuſdem ſalis ſabrica non ſine gravi eorum diſpendio ceſſare, vel ipſam Cameram pecuniarum recuperatione, quas pro dicto pretio erogat, fruſtrari oporteat.

Prohibitio mercandi ſal exterum in locis S.R.E.

§.2. Nos cupientes, ut par eſt, non ſolum eorumdem Civium, & incolarum, quos paterna benevolentia proſequimur, verum etiam indemnitati ejuſdem Cameræ opportune proſpicere, ac fel. rec. Julii Papæ III. Prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, quod de cetero in Civitatibus, Terris, & locis ſanctæ Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectis, nulli prorſus locorum Univerſitati, Collegio, Communitati, vel privatis perſonis quavis dignitate, etiam Archiepiſcopali, Cardinalatus, vel majori Eccleſiaſtica, vel laicali dignitate fulgentibus, ſal exterum, & illud præſertim quod ab oris Dalmatiæ, ſeu Orientalibus, vel Meridionalibus, & aliis mundi regionibus advehitur, in publicos, vel privatos uſus mercari liceat, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & quoad Communitates, aut Univerſitates mille, & quoad reliquas privatas perſonas, & collegia perſonarum Eccleſiaſticarum, centum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis ſalis exteri hujuſmodi, Cameræ præfatæ applican. ipſo facto per quemlibet contravenientem, & pro qualibet contraventione incurrendis pœnis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus.

Executorum deputatio, & facultates.

§.3. Mandantes dilectis filiis Legatis, Præſidentibus, & Gubernatoribus Provinciarum, & illorum Locatenentibus, ac locorum Gubernatoribus, & aliis officialibus, ad quos pertinebit, in virtute ſanctæ obedientiæ, ut ſtatutum, & decretum noſtra hujuſmodi inviolabiliter obſervari faciant; contemptores, & inobedientes, per opportuna facti, & juris remedia compeſcendo.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus tam Apoſtolicis generalibus, quam provincialibus, necnon etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, quomodolibet conceſſis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides exemplorum.

§.5. Volumus autem atque decernimus quod præſentium tranſumptis manu alicujus Cameræ Apoſtolicæ Notarii ſubſcriptis, & ſigillo dilecti filii noſtri, & S. R. E. Camerarii munitis, ea prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An.VI. 17. Decemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 17. Decembris, milleſimo quingenteſimo ſuptuageſimo ſeptimo, Pont. noſtri Anno VI.

Sequitur extenſio præcedentis Conſtitutionis.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Affertur Conſtitut. præcedens.

ALias emanarunt a Nobis literæ tenoris ſubſequentis, videlicet: *Ex incumbenti, &c.* ut ſupra.

Declaratio, & extenſio dictæ prohibitionis.

§.1. Cum autem mentis, ac voluntatis noſtræ fuerit, non modo immediate, ſed etiam mediate Nobis, & Apoſtolicæ Sedis ſubiectos in præinſertis literis comprehendi, idcirco Motu proprio, & certa noſtra ſcientia ſimilibus tenore præſentium decernimus

nimus, & declaramus, etiam mediate Nobis, & dictæ Sedi ſubiectos, in dictis literis fuiſſe comprehenſos, eaſque, etiam ad hoc validas, & efficaces fuiſſe, eſſe, & fore, ac illos, qui poſt earum datam hactenus quomodolibet eis contravenerunt, & ex nunc in futurum contravenient, pœnas prædictas incurriſſe, & incurrere in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi in eiſdem literis de mediate, & immediate ſubiectis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio facta fuiſſet. Sicque ab omnibus cenſeri, & judicari debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſula derogatoria. §. 2. Non obſtantibus omnibus, quæ in dictis literis voluimus non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides exemplorum. §. 3. Volumus etiam quod præſentium tranſumptis manu Notarii Cameræ Apoſtolicæ ſubſcriptis, & ſigillo noſtri, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarii munitis, plena ubique fides adhibeatur, ac ſi originales literæ exhiberentur.

D. P. An. XI. 3. Decemb. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 3. Decem. 1682. Pont. noſtri Anno XI.

LXXVI.

Prohibitio extrahendi de locis Status Eccleſiaſtici triticum, hordeum, legumina, animalia, & omnis generis fruges, & frumenta, etiam ex bonis Eccleſiaſticis collecta, vel impediendi illa afferentes ad Urbem; aut ea emendi, præterquam pro uſu ſuo, ſuarumque familiarum unius anni. Necnon revocatio licentiarum, & indultorum extrahendi, etiam ex cauſa oneroſa conceſſorum.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. VOlentes pro noſtra paſtorali ſollicitudine providere, ut ea quæ communem vitæ uſum, & ſubſtentationem concernunt, in Statu noſtro Eccleſiaſtico, honeſto pretio habeantur, veſtigiis quoque ſel. rec. Pii Papæ V. Prædeceſſoris noſtri inhærentes.

Prohibitio extrahēdi frumenta &c. §. 1. Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra omnibus, & ſingulis Communitatibus, Univerſitatibus, ac perſonis, tam laicis quam Eccleſiaſticis, etiam quorumvis Ordinum Regularibus, cujuſvis ſtatus, conditionis, & ordinis exiſtentes, etiam Archiepiſcopali, & Epiſcopali, vel alia majori dignitate fungentibus, ac etiam Baronibus, Domicellis, & Dominis temporalibus Status noſtri Eccleſiaſtici, ac Sanctæ Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, ac excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, tenore præſentium inhibemus, ne quovis prætextu directe, vel indirecte cujuſvis generis frumenta, blada, & legumina, atque animalia quæcumque, extra Statum Eccleſiaſticum extrahere, & aſportare audeant, ſeu præſumant. Eos vero, qui contra inhibitionem noſtram hujuſmodi commiſerint, ultra prædictas, etiam ammiſſionis frumentorum, bladorum, leguminum, & animalium præfatorum, necnon quinque ſcutorum pro qualibet ſalma frumenti, bladorum, & leguminum hujuſmodi, & duorum ſcutorum, pro quolibet capite animalis, pœnas Fiſco, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ applicandas, ipſo facto incurrere volumus, ac decernimus.

Executorum deputatio, & facultates. §. 2. Mandantes dilectis filiis Aloyſio tituli S. Marci Presbytero Cardinali Cornelio nuncupato, noſtro, & S. R. E. Camerario, necnon Magiſtro Andreæ Spinolæ dictæ Cameræ Clerico, & Annonæ Præfecto, quatenus ipſi præcipuam in præmiſſis curam habentes, præſentes noſtras literas, & in eis contenta quæcumque ab omnibus, quos illa concernunt, firmiter obſervari, executionique debitæ demandari, necnon in Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis Status Eccleſiaſtici præfati, ubi opus fuerit, publicari, & notificari curent, ac ad exactionem pœnarum prædictarum, quacumque appellatione remota, quibuſvis opportunis juris, & facti remediis procedant, & procedi faciant. Contradictores, ac præmiſſorum executionem quomodolibet impedientes per prædictas, alias pecuniarias, ac ſibi viſas pœnas, etiam omni appellatione ceſſante, compeſcant. Super quibus omnibus, aliiſque circa ea neceſſariis, & opportunis plenam, & liberam per eaſdem præſentes ipſis concedimus facultatem.

Clauſulæ derogatoriæ. §. 3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, conſuetudinibus, etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis communitatibus, univerſitatibus, ac perſonis quibuſcumque, etiam ut præfertur, qualificatis, etiam Motu ſimili, vel alias quomodocumque, & qualitercumque conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, eorum tenores, ac ſi ad verbum infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides exemplorum. §. 4. Volumus autem præſentium tranſumptis &c.

D. P. An. VI. 18. Decemb. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 18. Decemb. 1577. Pont. noſtri Anno VI.

Sequi-

Sequitur latior Prohibitio extraheodi frumenta, &c. extra Statum Eccleſiaſticum, & impediendi aſſerentes illa ad Urbem, & emendi ultra uſum unius auni, & revocatio Indultorum.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. INter multiplices Nobis ex alto commiſſi paſtoralis officii curas, ad eam libenter intendimus, per quam in Statu noſtro Eccleſiaſtico Annonæ abundantia habeatur, & Subditi noſtri in rerum humano victui neceſſariarum copioſa affluentia late vivant, neque illarum penaria opprimantur. Quod ut fiat, experientia rerum magiſtra docente, id maxime neceſſarium eſſe cognovimus, ut ne ipſa Annona e Statu noſtro prædicto extrahatur, utque ad Almam Urbem noſtram undique libere aſſeratur, neque aſſerentibus ullum impedimentum præſtetur, neque aliqui propriis commodis ſtudentes, contra publicam utilitatem de his rebus monopolia facere valeant, omni ſtudio provideamus.

Prohibitio extrahendi, ut in rubr. §.1. Idcirco Nos pro noſtri officii debito in præmiſſis opportune providere volentes, Motu proprio & ex certa uoſtra ſcientia, ac matura deliberatione, quod nulli Nobis & S. R. E. mediate vel immediate ſubiecti, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, etiam ſi Barones, Domicelli, Comites, Marchiones, vel Duces, & Domini temporales, aut Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, vel etiam S.R.E. Cardinales extiterint, ſub excommunicationis maioris, ac læſæ maieſtatis criminis, dominiorum, & bonorum ſuorum confiſcationis, feudorum amiſſionis, & quorumvis privilegiorum ſuſpeoſionis, & aliis etiam pecuniariis arbitrio noſtro imponendis, & applicandis, ac etiam in publicis edictis, & proclamatibus per Præfectos Annonæ pro tempore tam hacteous editis & emiſſis, quam io futurum edendis, & emittendis, quæ Nos ex nunc prout ex tonc Apoſtolica auctoritate approbamus, & confirmamus, cootentis cenſuris, & pœnis, triticum, hordeum, legumina, ac omnis generis ſrumenta, & fruges, etiam ex bonis Eccleſiaſticis collecta, a terris, & locis dicti Status uoſtri Eccleſiaſtici, abſque expreſſa noſtra, & a Nobis obtenta in ſcriptis, & manu noſtra ſignata licentia, extrahere, vel extrahi facere.

Prohibitio impediendi, ut in rubr. §.2. Nuliq. ex prædictis eorum ſubditos & vaſſallos, aot alias quaſcumque perſonas, quo minus triticum, hordeum, legumina, frumenta, & fruges præfata, a quibus locis eis ſubiectis, quovis prætexto, etiam molituræ, aut cuiuſvis alterius oneris ſolutionis ad Almam Urbem noſtram afferaut, prohibere, aut per ſe, vel alium, ſeu alios directe impedire audeant, quio potius illis ſic afferentibus omnem opem, & favorem præſteut.

Prohibitio emendi ultra uſum unius anni. §.3. Ac inſuper oulli aliquam tritici, hordei, leguminum, omniq. generis frumentorum & frugum quantitatem, niſi pro ſuo, ſuarumq. familiarum unius aoni dumtaxat uſu emere valeant, & contrafacientes pœnas incurriſſe declarentur, & aggraventur ipſo facto, ſtatoimus, atque decernimus.

Deputatio, & facultates executoris. §.4. Mandantes dilecto filio Aloyſio tituli S. Marci presbytero Cardinali Cornelio nuncupato, noſtro & S. R. E. Camerario, ac dictæ Annonæ Præfectis, ut contra eos, qui ſtatuto, & decreto noſtro huiuſmodi io aliquo contravenerint, manu regia, & nulla tela judiciaria ſervata procedant, ac eos pœnas prædictas incurriſſe declarent, aggravent, interdicant, & brachium ſæculare in eos adhibeant.

Licentiæ etiā ex cauſa onerosa revocantur. §.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordiuationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis ſtatutis & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, literis, ac gratiis Apoſtolicis, eiſdem perſonis, ac Civitatibos, terris, & locis, ac quibuſvis aliis per Cameram, aut per Nos, & Prædeceſſores ooſtros, in genere vel in ſpecie, etiam ex cauſa onerosa, ac ſub quibuſcumque tenoribus & formis forſan conceſſis, confirmatis, & ſæpios innovatis quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas georales idem importantes mentio, ſeu quævis expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficenter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat latiſſime derogamus, & ad effectum prædictum ad beneplacitum noſtrum ſuſpenſa eſſe volumus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Forma & effectus publicandi. §.6. Et ut præmiſſa omnia ad notitiam omnium deducantur, ne aliquis de eis ignorantiam prætendere poſſit, volumus, quod præſentes literæ per aliquos Curiæ noſtræ Corſores ad Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ valvas & in acie Campi Floræ affigantur, & com inde amovebuotur, earum exempla in eiſdem locis affixa remaneant. Mandantes quoque Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, & aliis dictorum locorum Officialibus, quatenos præſentes publicent, & publicari faciant. Et quod earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An.VI. 1. Maii. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 1. Maii 1578. Pontificatus noſtri Anno VI.

Exem-

LXXVIII.

Exemptio Religionis Clericorum Regularium Societatis Jeſu a ſolutione, & præſtatione decimarum, & aliorum oneruin quorumcumque.

Iſtam exemptionem jam conceſſerat Paul. III. in Conſtit. LXIII. Licet *Tom. IV. Par. I. fol. 243., & etiam Pius IV. hic relatus. Sed iſte Pontifex eam declarat, & ampliat. Cetera autem de hac Societate notata ſunt ſupra in ejuſdem Pauli III. Conſt. XXXI.* Regimini *ibidem fol. 185.*

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

PAſtoralis officii cura Nobis meritis licet imparibus ex alto commiſſa Nos admonet, ut noſtræ proviſionis efficiatur miniſterio, quod ea, quæ Religioſis quibuslibet, præſertim ſub Sacratiſſimi Nominis Jeſu, totius humani generis Redemptoris vexillo, ad illius honorem, & gloriam, proximorumque ſpiritualem profectum, ac Orthodoxæ Fidei defenſionem, & propagationem in terris militantibus, ab Apoſtolica Sede provide eonceſſa reperiuntur, ſublatis quibuslibet impedimentis, ſuos, ut par eſt, debitos effectus perpetuis futuris temporibus ſortiantur.

Paulus III. dedit exemptionem a Decimis.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Everardus Mercurianus &c. *Omittitur hæc narrativa, quia ipſa Bulla eſt in loco cit. in rub.*

Pius IV. eam ampliavit, ſed ejus Bullam non poſui uti hic ſufficienter relatam.

§.2. Et ſucceſſive piæ memoriæ Pius Papa Quartus, etiam Prædeceſſor noſter, exemptionem, ac cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis literas ipſius Pauli Prædeceſſoris deſuper confectas, necnon inde ſecuta quæcumque, per ſuas literas ex certa ſcientia confirmaverit, approbaverit, & etiam plenarie innovaverit. Ac pro potiori cautela univerſam Societatem prædictam, omniaque, & ſingula ejus Domos, etiam probationis, & Collegia ubilibet conſiſtentia, præſentia, & futura, eorumque perſonas, fructus, redditus, proventus, etiam bonorum Eccleſiaſticorum, ſæcularium, & regularium quorumcumque, illis pro tempore unitorum, aliaſque res, & bona quæcumque a quibuſvis decimis, etiam Papalibus, prædialibus, perſonalibus, quartis, medietatibus, & aliis fructuum partibus, ſubſidiis, etiam caritativis, & aliis ordinariis oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defenſione patriæ, ac alias quomodolibet, etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam, pro tempore impoſitis, etiam ſi in illorum impoſitione caveretur, quod nulla prorſus exemptio cuiquam, adverſus illa ſuffragaretur. Ita quod Societas, ejuſque Domus etiam probationis, Collegia, fructus, res, & bona præfata ſemper ab illis abſque declaratione deſuper facienda, excepta eſſent, & eſſe cenſerentur, perpetuo liberaverit, & exemerit, prout in ſingulis literis Prædeceſſorum hujuſmodi plenius continetur.

Sed dubium faciebat quod non erat derogatum cap. nuper de Decim.

§.3. Nihilominus quia in illis nulla de Conſtitutione recol. memor. Innocentii Papæ Tertii, ſimiliter Prædeceſſoris noſtri, in Concilio generali ſuper decimis edita, quæ incipit: *Nuper* expreſſa, & ſpecifica mentio facta, nec ei ſpecialiter, & expreſſe derogatum fuit, idem Præpoſitus dubitat, ſingulas literas prædictas de ſubreptionis, ſeu nullitatis vitio notari, ac Societati, illiuſque Domibus, Collegiis, & perſonis prædictis minus utiles reddi, aut illa ſuper exemptione hujuſmodi moleſtari, vel perturbari poſſe tempore procedente.

Hic idem Pontifex eamdem exemptionem iterato concedit, & ampliat.

§.4. Nos igitur, qui votivum ipſius Societatis profectum ſincero paternæ caritatis affectu libenter amplectimur, eiſdem Societati, illiuſque Domibus, etiam probationis, Collegiis, & perſonis, ne propterea dictarum literarum fruſtrentur effectu, opportune providere volentes, ipſumque Præpoſitum, & ſingulares perſonas Societatis hujuſmodi a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes; necnon ſingularum literarum prædictarum veriores tenores, ac quarumcumque litium, & cauſarum ſuper præmiſſis jam forſan motarum, ſtatum, & merita, nominaque, & cogoomina Judicum, & collitigantium, ac titulos, & jura eorum, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, ipſius Præpoſiti ſupplicationibus in hac parte inclinati, volumus, ac Societati, illiuſque Domibus, etiam probationis, Collegiis, & perſonis prædictis eadem auctoritate concedimus, quod ſingulæ literæ prædictæ cum exemptionis, ceteriſque omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, & decretis, proceſſuſque habiti per eaſdem, ac inde ſecuta quæcumque valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, & eis quibus conceſſæ exiſtunt, perpetuo ſuffragentur in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi in illis de Conſtitutione Innocentii Prædeceſſoris, & Sacri Concilii generalis hujuſmodi ſpecifica, & expreſſa mentio facta, eique ſpecialiter, & expreſſe derogatum fuiſſet, prout Nos eidem conſtitutioni ad effectum præmiſſum ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie derogamus. Decernentes ita in quibuſcumque cauſis, pendentibus, & futuris, per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantia tollit.

§.5. Non obſtantibus litis pendentiis, ſi

quæ ſint, & aliis præmiſſis, ac Innocentii Prædeceſſoris, & ſeu generalis Concilii hujuſmodi, aliiſque Apoſtolicis, necnon provincialibus & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac omnibus illis, quæ in ſingulis literis prædictis expreſſum fuit non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcomque.

Fidem tranſumptis tribuit.

§.6. Volumus autem quod earumdem præſentium tranſumptis.

D. P. An. VI. 1. Januarii.

Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 1. Januarii, 1578. Pontificatus noſtri Anno VI.

LXXVIII.

Confirmatio gratiarum, exemptionum, atque Indulgentiarum Congreg. Fratrum Jeſuatorum S. Hieronymi.

GREGORIUS PAPA XIII.

Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cauſa hujus Cõſtitutionis.

SPectatus, qui in caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ præceptis, diligenter, & exacte cuſtodiendis, in vobis elucet religionis zelus, quo duce cœleſtis beatitudinis aſſidua contemplatione, ſive corporis afflictione, ſive orationis ſanctæ ſtudio, contra humani generis adverſarium vos communitis, Nos inducunt, ut his, quæ a Prædeceſſoribus noſtris ad veſtræ Congregationis decus, commodum, & ornamentum, ac animarum ſalutem conceſſa ſunt, Apoſtolicæ firmitatis robur adiiciamus, aliaſque deſuper diſponamus, prout in Domino conſpicimus expedire.

Martinus V. approbavit hanc Congregationem.

§.1. Dudum ſiquidem fel. rec. Martinus Papa Quintus Prædeceſſor noſter veſtræ Congregationis, qui tunc eſſent, & in poſterum forent perſonas, oratoria, domos, atque loca conſtructa, & conſtruenda ubicumque forent conſtituta, cum perſonis, juribus, & pertinentiis, necnon poſſeſſionibus, rebus, & bonis ſub Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcepit.

Alii Pontifices alias gratias ei dederunt.

§.2. Ac deinde piæ memoriæ Eugenius Papa Quartus, Nicolaus Quintus, Pius Secundus, Sixtus Quartus, Innocentius Octavus, Alexander Sextus, Julius Secundus, Leo Decimus, Adrianus etiam Sextus, Clemens Septimus, Paulus Tertius, & Julius etiam Tertius, ac Paulus Quartus, & Pius Quartus, & forſan alii Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, Congregationis ejuſdem utriuſque ſexus perſonas, variis indulgentiis, etiam plenariis, ac peccatorum remiſſionibus, & facultatibus, privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, & gratiis, tam ſpiritualibus quam temporalibus, etiam per ſolam ſignaturam, ac vivæ vocis oraculo, ac alias per literas ſub plumbo, & ſub annulo piſcatoris conceſſas in genere, vel in ſpecie, tam principaliter eidem Congregationi, quam per viam communicationis, ſive extenſionis privilegiorum, tam in Mari magno nuncupatis, quam aliis literis quibuſcumque, tam Mendicantium Ordinibus conceſſorum contentis, ornarunt, & decorarunt, ac locupletarunt, illaque antea conceſſa confirmarunt, & approbarunt, ac perpetua roboris firmitate conſiſtere voluerunt.

Pius V. Ordinum Mendicantium privilegia communicavit.

§.3. Necnon ultimo loco recol. mem. Pius Papa Quintus, etiam Prædeceſſor noſter, omnia, & ſingula privilegia, facultates, immunitates, exemptiones, gratias, libertates, indulta, tam tunc per ipſum, quam quoſcumque alios Rom. Pontif. Prædeceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam quomodolibet Mendicant. Ordinibus conceſſa, ad vos veſtramque Congregationem Fratres, Domos, Eccleſias, & loca quæcumque, quoad ea quæ veſtræ regulæ, & modo vivendi non repugnarent, extendit, & ampliavit, voſque vere Mendicantes, & ſub Mendicantium Ordinibus eſſe, & comprehendi debere; necnon omnia, & ſingula Conc. Trid. Decreta pro Mendicantibus hujuſmodi declarata, & modificata, etiam pro veſtra Congregatione hujuſmodi declaravit, & modificatus fuit, & alias prout in ſingulis prædictorum Prædeceſſ. literis deſuper confectis plenius continetur.

Quæ omnia hic Pontifex confirmat.

§.4. Cum autem ea majorem vim, & robur obtinere noſcantur, quæ ſæpius fuerint auctoritate noſtra communita, ac pro parte veſtra, qui prædicta auctoritate noſtra communiri, & approbari mirum in modum deſideratis, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis petitiones ad exauditionis noſtræ gratiam admittere, vobiſque ſatisfacere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur vos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, privilegiorum, facultatum, exemptionum, immunitatum, indultorum, & cujuſvis generis gratiarum per dictos, & quoſcumque alios Romanos Pontifices, quibuſvis, etiam ſpecialibus rationibus conceſſorum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, omnia, & ſingula privilegia, facultates, gratias, exemptiones, immunitates, libertates, indulgentias, ac peccatorum remiſſiones (citra tamen clauſulam porrigendi manus adiutrices), & conceſſiones, etiam per vos ſufficienti ad id facultate ſuffultos, ad veſtræ Congregationis aggregatos, infraternatos nuncupatos, extenſas, ac indulta ſupradicta quomodocumque, & qualitercumque conceſſa, & approbata (quatenus ſint in uſu, ac ſacris Canonibus, & Conc. Tridentino non contraria) ex certa noſtra ſcientia denuo in perpetuum Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, præſentiſque ſcripti patrocinio communimus, omneſque, & ſingulos, tam juris quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus.

Clauſulas præſervativas, &

§.5. Decernentes præſentes literas ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gra-

tiarum

Digitized by Google

decretum irritans apponit.

tiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, aut derogationibus indulgentiarum, conceſſionum, & aliorum quorumcumque nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, &c. Sicque, & non aliter &c.

Executores deputat.

§.6. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchæ Venetiarum, Archiepiſcopo Mediolanen., ac Epiſcopo Bononien., ſive eorum in ſpiritualibus Vicariis generalibus per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte veſtra, aut alicujus ex vobis, & pro tempore dictæ Congregationis fratribus, nunc, & in futurum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra vos, & pro tempore dictæ Congregationis fratres, & alios quoſcumque confirmatione, approbatione, ſuppletione, decreto, aliiſque præmiſſis juxta præſentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere: Non permittentes vos, & veſtræ Congregationis pro tempore fratres per quoſcumque indebite moleſtari, perturbari, aut inquietari; Contradictores quoslibet, ac rebelles, & in iis, quæ præmiſſa concernunt, non parentes per opportuna juris, & facti remedia, ac demum per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Necnon legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulas derogatorias adjungit.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac ſimilis mem. Boniſacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ultra tres dietas ad judicium non trahatur, ac quibuſvis aliis Apoſtolicis, necnon in provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon dictæ Congregationis, & Ordinis S. Hieronymi, ac Regulæ S. Auguſtini, ſub qua militatis, necnon aliorum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem, vel alicui eorum ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex ſimili ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, necnon omnibus illis quæ dicti Prædeceſſores in eorum literis voluerunt non obſtare, contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis credi jubet.

§.8. Ceterum quia difficile foret, præſentes literas, &c.

D. P. An. VI. 18. Septemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 1. Feb. 1577., Pont. noſtri Anno VI.

LXXIX.

Juriſdictio S. R. E. Cardinalium Protectorum, & Judicum cauſarum Domus Piæ ad recipiendas, & pie alendas mulieres peccatrices pœnitentes, in Urbe inſtitutæ.

Erecta fuit hæc Domus Pia tempore Pii IV., & ejus regimen ſpectabat ad Sodalitatem duodecim SS. Apoſtolorum nuncupatam, ut in ejus Conſt. CIV. In Apoſtolicæ *T. IV. Par. II. fol.* 205.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Cupientes Domum Piam nuncupatam in Urbe noſtra per fel. rec. Pium Papam IV. Prædeceſſorem noſtrum pro mulieribus peccatricibus, & converſis, ac pœnitentibus inſtitutam, in qua eædem cognoſcentes ſe a via ſalutis aberrare, ſe recipere poſſent, ibidemque deliberare valerent, an vellent nubere, ſeu moniales effici, ac pro ejuſdem Domus regimine, & gubernio erectam Confraternitatem, illarumque perſonas, ſpecialibus gratiis, & favoribus proſequi, & juxta debitum paſtoralis officii eorum occurrere diſpendiis, quærimus, & ut in via Domini moleſtiis quibuſcumque quam primum ſublatis, proficiant, ſalubriter intendimus.

Cauſæ Conſtitutionis.

§.1. Ne igitur Domus, & Confraternitatis hujuſmodi perſonæ gravibus incommodis, & diſpendiis affici contingat, dum per diverſa Urbis noſtræ Tribunalia, pro variis cauſis, rebus, & negotiis litigare cogerentur.

Deputatio Cardinalium Protectorum Domus Piæ cum facultatibus infraſcriptis, & primo cognoſcendi cauſas ad Domum Piam ejuſque Congregationem, Moniales, Mulieresque ibi degẽtes, vel inde egreſſas ſpectantes ſummarieque &c. procedendi.

§.2. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas cauſas, lites, quæſtiones, & controverſias, civiles, criminales, profanas, ſpirituales, meras, & mixtas nomine dictæ Domus, vel in ea degentium perſonarum, ac Confraternitatis, ſeu ejus adminiſtratorum, Gubernatorum, & Deputatorum, ac monialium, ſeu mulierum in eadem domo degentium, ſeu quæ inde egreſſæ, & nuptui traditæ, vel Monaſticam vitam amplexæ fuerint, contra alias quaſcumque perſonas cujuſcumque gradus, dignitatis, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtentes, Univerſitates, Societates, Congregationes, Monaſteria, aut alia loca pia, in quibus Domus, ſive per-

ſonæ prædictæ Rei, vel Actoris partes ſubſtinuerint, etiam ſi coram S. R. E. Camerario, Clericis, & Præſidentibus Cameræ Apoſtolicæ, ac Coriæ Cauſarum dictæ Cameræ Generali Auditore, necnon Vicario, Gubernatore. & Senatore dictæ Urbis, Cauſarum Appellationum Capitaneo, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus, & ejuſdem S.R.E. Cardinalibus, aliiſque Judicibus ordinariis, ſeu delegatis, hucuſque motas, & pendentes, de, & ſuper ſtatu, ac bonis tam dictæ Domus, quam Mulierum in illa degentium, necnon quibuſcumque locationibus, venditionibus, legatis, fideicommiſſis, teſtamentis, hæreditatibus, ac illarum diſcuſſionibus, necnon quorumcumque jurium, & actionum ceſſionibus, aliiſque inter vivos contractibus, etiam vigore obligationis in forma Cameræ, executionibus, revocationibus, bonis, rebus, juribus, & actionibus ad dictam Domum, ſive ejus nomine Confraternitatem, ejuſque Gubernatores, Adminiſtratores, & Deputatos, Moniales, ac Mulieres hujuſmodi, tam conjunctim quam diviſim, ac tam active quam paſſive, ſpectantibus, & pertinentibus, in quacumque inſtantia, quorum omnium, & ſingulorum ſtatum, & merita, necnon Judicum & collitigantium nomina, & cognomina, ac qualitates, ceteraque, etiam de neceſſitate eſprimenda, præſentibus pro expreſſis habentes, in ſtatu, & terminis, in quibus nunc reperiuntur quatenus inſtructæ non ſint, harum ſerie ad Nos advocantes, illaſque omnes, & ſingulas, motas, & pendentes, ac quam, & quas Domus, & Confraternitas, ac Gubernatores, Adminiſtratores, & Deputati, necnon Moniales, & Mulieres ibidem degentes, penitus, & omnino contra eaſdem perſonas, Univerſitates, Collegia, Congregationes, Confraternitates, Monaſteria, & alia hujoſmodi pia loca, pro rebus, bonis, hæreditatibus, juribus, & actionibus hujuſmodi, dilectis filiis noſtris Marco Sitico S. Georgii in Velabro de Altaemps, & Ptolomæo S. Agathæ Titulorum Comen. nuncupatis Cardinalibus Presbyteris, ejuſdem Domus, ac Confraternitatis apud Nos Sedemque Apoſtolicam Protectoribus, una cum illarum emergentibus, dependentibus, incidentibus, annexis, & connexis, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſola facti veritate inſpecta, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, per ſe ipſos, aut alios ab eis deputandos, in quacumque inſtantia, uſque ad finem audiendas, cognoſcendas, & fine debito terminandas, committimus, & mandamus.

Judices deputandi.

§.3. Ipſoſque Marcum, & Ptolomæum Cardinales, ac nunc, & pro tempore exiſtentes Protectores Domus, & Confraternitatis prædictarum, in dictis cauſis motis, & movendis, pendentibus, & in futurum movendis, in Judices ordinarios, cum facultate eaſdem cauſas in quacumque inſtantia uſque ad finem, per ſe ipſos, vel alios eorum Auditores, illas cognoſcendi, decidendi, & terminandi, facimus, conſtituimus, & deputamus.

Citandi & inhibendi in Curia, & extra.

§.4. Ac cum poteſtate citandi, & inhibendi quos, & quibus, ac quoties opus fuerit, in Curia, & extra eam, etiam per Edictum publicum, conſtito, etiam ſummarie de non tuto acceſſu, eiſdemque, ac quibuſvis aliis ejuſdem Urbis Judicibus, ac perſonis, tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus, etiam ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac pecuniariis inhibendi, & in eventum non paritionis contra inobedientes contumaces, & rebelles, ad declarationem incurſus pœnarum, & cenſurarum hujuſmodi, illarumque aggravationes, & alias juxta morem, & ſtylum Curiarum dictæ Urbis in ſimilibus ſervari ſolitum, & prout eis videbitur, procedendi, ſententiaſque ſuas debitæ executioni demandandi, ſive demandari faciendi, auxiliumque brachii ſæcularis ad hoc, ſi opus fuerit, invocandi, omniaque, & ſingula alia in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna faciendi, gerendi, & exequendi.

Diebus etiam feriatis procedendi.

§.5. Ac in omnibus, & ſingulis cauſis prædictis, ad Domum, Confraternitatem, Moniales, & Mulieres hujuſmodi, ut præfertur, ſpectantes, ſingulis diebus, & horis, feriatis, & non feriatis, præterquam in honorem Dei, etiam tempore feriarum ob neceſſitatem hominum indictarum, & indicendarum, procedere.

Notarium deputandi.

§.6. Ac quemcumque Notarium eis beneviſum in cauſis hujuſmodi deputare poſſint.

Mandatarii & executores omnes eis ſerviant.

§.7. Quodque citationes, monitiones, & intimationes, quæ in dictis cauſis fieri opportuerit, etiam per Curiæ Capitolinæ, & quoſcumque alios Mandatarios fieri poſſint. Et quicumque Executores Urbis poſſint, & debeant effectualiter executioni demandare omnes, & ſingulas ſententias, decreta, & mandata dictorum Marci, & Ptolomæi Cardinalium prædictorum, & pro tempore exiſtentium Protectorum, ſive ab eis Deputatorum; quæ non obſtante Regula Cancellariæ, ſub eorum parvis ſigillis expediri poſſint.

Alii Judices in his cauſis non procedit.

§.8. Et inſuper Domum, ac Confraternitatem prædictas, ejuſque Adminiſtratores, Gubernatores, & Deputatos, necnon Moniales, & Mulieres hujuſmodi in eadem Domo degentes, & inde egreſſas, nuptas, ſeu viduas, ex nunc deinceps occaſione præmiſſorum alibi quam coram dictis Protectoribus conveniri, aut ad alios conveniendum conſtringi non poſſe, ac proceſſus, ſententias, & decreta per alios tam ordinarios quam delegatos Judices in cauſis prædictis quomodolibet pro tempore formatos, latas, & facta, cum inde ſecutis quibuſcumque nulla, irrita, & inania, nulliuſque roboris, vel momenti fore.

Clauſulæ præſervativæ.

§.9. Præſentes literas ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, ſeu revocationibus ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, vel Sedem Apoſtolicam, aut ejus Legatos, etiam Cancellariæ Apoſtolicæ regulas, pro tem-

tempore ſactas, nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas eſſe, & cenſeri debere, necnon per quoſcumque literas, etiam quaſvis clauſulas generales, vel ſpeciales, etiam derogatoriarum derogatorias, irritantiaque, & alia decreta, ſub quacumque verborum expreſſione continentes, derogari poſſe, & ſi illis ullo umquam tempore ex aliqua, etiam quantumvis neceſſaria, & urgenti cauſa derogari contingat, niſi tenor earumdem præſentium de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſertus, & hujuſmodi derogatio per trinas diſtinctas literas, eumdem tenorem continentes, tribus ſimilibus diſtinctis vicibus, Adminiſtratoribus, Gubernatoribus, Deputatis, & Confratribus hujuſmodi omnibus, & ſingulis legitime inſinuata, & intimata fuerint, eorumque expreſſus ad id acceſſerit aſſenſus, derogationem hujuſmodi nemini ſuffragari, & nullius eſſe roboris vel momenti.

Decretum irritans.

§.10. Sicque per quoſcumque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam Auditores, & Cardinales prædictos, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.11. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, & aliorum Piorum Locorum, & Ordinum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, dilectis filiis Populo Romano, necnon Judicibus, Curiis, & Tribunalibus, eorumque perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos & dictam Sedem, etiam Motu, & ſcientia ſimilibus conceſſis, approbatis, & innovatis, etiam diſponentibus, quod cauſæ hujuſmodi ad forum, ſeu Curiam Capitolinam reaſſumi debeant. Quibus omnibus & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, alias de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis mentio habenda eſſet. illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, ſeu ſi prædictis, vel quibuſvis aliis, communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, & indultis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa aut totaliter non inſerta juriſdictiones dictorum Protectorum impediri valeant quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in præſentibus mentio ſpecialis.

§.12. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Protectorum, ſeu alterius eorum, ſeu Confraternitatis hujuſmodi munitis, eamdem prorſus fidem adhiberi, quæ adhiberetur præſentibus exhibitis, vel oſtenſis.

Fides adhibenda tranſumptis.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die duodecima Februarii, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octavo, Pont. noſtri Anno VI.

D. P. An.VI. 12. Februarii.

LXXX.

Confirmatio privilegiorum, & immunitatum Fratrum Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis, ac revalidatio omnium Indulgentiarum eidem Ordini, & ejus Eccleſiis, a diverſis Pontificibus conceſſarum.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DUM ad uberes, quos Sacri Mendicantium Ordines in agro Dominico quotidie faciunt fructus attenta mente reſpicimus, & diligenti indagine perſcrutamur, quam mirabilem ſeſe Deus oſtendat in illis per voluntariam paupertatem mundum, vigiliis carnem, & orationibus dominicis acerrimum humani generis hoſtem ſuperando non poſſumus omni favore, & ſpiritualibus gratiis ex theſauro Domini, cui divina providentia præſidemus eoſdem benigne non proſequi, nec locupletari.

Ordo Servorum B. Mariæ quando initiū habuerit.

§.1. In quorum nomine cum Ordo Servorum Beatæ Mariæ Virginis ſub fel. rec. Gregorii Papæ IX. Spiritu Sancto inſpirante, & B. Dei Genitrice operante, & deinde ab Alexandro IV., Urbano IV., Clem. IV. Prædeceſſoribus noſtris approbatus, & confirmatus, & variis privilegiis, facultatibus, Indultis, & gratiis jampridem decoratus quotidie in vinea Domini verbo, & exemplo, Jejuniis, orationibus, vigiliiſque plurimum laboret, paterna charitate amplectendum a Nobis, & ſpecialibus, ſpiritualibuſque gratiis tam temporalibus, quam ſpiritualibus, necnon Indulgentiis, etiam plenariis, & peccatorum relaxationibus, ac remiſſionibus proſequendum eſſe cenſemus, ut antiquis exemptionibus, indultis, immunitatibus, libertatibus, & gratiis eidem Ordini Servorum olim conceſſis noſtra accedente auctoritate confirmatis, approbatis, ſublatiſque quibuſcumque impedimentis poſſint ſecure fratres, & ſinguli, etiam Chriſtifideles ſtatutis diebus eo libentius ad Eccleſias Servorum convenire, & orationi ferventius incumbere, & reliqua Chriſtianæ fidei opera ſedulo exercere, quo ſe Cœleſtis gratiæ dono conſpexerint uberius eſſe refertos.

§.2. Qua de re dilectus filius Jacobus Tha-

Digitized by Google

Thavantius Florentinus Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac noſtra auctoritate ejuſdem Ordinis Servorum Generalis Prior ſupplex ad pedes noſtros poſtulavit, ut præmiſſa omnia confirmare, & approbare, ac Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, & relaxationes Chriſtifidelibus propoſitas, in quibus clauſula porrigendi manus adiutrices, ac elargiendi eleemoſynas contineretur, pridem revocatas, citra eam clauſulam Chriſtifidelibus alia forma eaſdem conſequendi præſcripta revalidare, approbare, & confirmare Apoſtolica benignitate dignaremur.

Confirmatio Indulgentiarū & Privilegiorum, quæ fuerant eidē Ordini conceſſa.

§.3. Nos igitur eumdem Ordinem Servorum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequentes, ac eumdem Fratrem Jacobum Thavantium ejuſdem Ordinis Priorem generalem, & dicti Ordinis ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ac exemptionum, privilegiorum, Indulgentiarum, libertatum, Indultorum, & gratiarum quorumcumque eidem Ordini Servorom conceſſarum tenores præſentibus pro expreſſis, ae de verbo ad verbum inſertis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati omnia, & ſingula privilegia, facultates, gratias, exemptiones, immunitates, Indulta, libertates dicto Ordini, illiuſque Eccleſiis, ac Domibus, ac ab illo dependentibus locis conceſſa, quatenus ſint in uſu, & Sacris Canonibus, ac Concilio Tridentino non contraria Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus.

§.4. Indulgentias vero per infraſcriptos Romanos Pontifices, videlicet a Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Legatis, cum dicta clauſula porrigendi manus adiutrices, aut eleemoſynas conceſſas, & per fel. rec. Piom Papam Quintum, etiam Prædeceſſorem noſtrum revocatas derupta ea clauſula, ita tamen quod hi Chriſtifideles, qui illa conſequi voluerint Eccleſias viſitando ſint contriti, & confeſſi, ac loco eleemoſynæ prædictæ juxta Prædeceſſorum noſtrorum voluntatem erogandæ, ſepties orationem Dominicam, itidemque ſalutationem Angelicam recitent, vel Veſperas pro Defunctis, aut ante Sanctiſſimum Domini Noſtri Jeſu Chriſti corpus terram exoſculentur, ac pro hæreſum extirpatione, Sanctæque Matris Eccleſiæ tranquillitate, Chriſtianorumque Principum pace, & unione pias ad Deum preces effundant, & alias juxta Prædeceſſorum noſtrorum Literarum ſeriem orent, aliaque peragant, in priſtinum, & eum in quem ante revocationem hujuſmodi erant, ſtatum reſtituimus, ac revalidamus.

§.5. Summarium, etiam Indulgentiarum ſequitur, & eſt hujuſmodi.

I. Clemens Papa IV. viſitantibus Eccleſiam Annuntiatæ de Florentia Fratrum Servorum concedit quadraginta dies Indulgentiarum.

II. Latinus S. R. E. Cardinalis Legatus Æturiæ conceſſit viſitantibus omnes Eccleſias Æturiæ Fratrum Servorum quadraginta dies Indulgentiarum.

III. Nicolaus Papa IV. viſitantibus Eccleſiam Beatæ Annuntiatæ de Florentia Fratrum Servorum in ſolemnitatibus Beatæ Mariæ Virginis, & inde S. Auguſtini cum ſeptem diebus ſequentibus cujuslibet feſti prænominati, & in die Dedicationis ejuſdem Eccleſiæ concedit unum annum, & quadraginta dies Indulgentiarum.

IV. Nicolaus de Prato S. R. E. Cardinalis Legatus Tuſciæ concedit viſitantibus Eccleſiam B. Annuntiatæ de Florentia ejuſdem Ordinis in ſolemnitatibus B. Mariæ Virginis, S. Annæ, S. Blaſii, cum ſeptem diebus ſequentibus, & in ſecunda die Veneris Martii centum dies Indulgentiarum.

V. Joannes S. R. E. Cardinalis Legatus Tuſciæ audientibus Conciones Fratrum Servorum concedit quadraginta dies Indulgentiarum, & centum quadraginta dies viſitantibus eorumdem Eccleſias in Thuſcia.

VI. Innocentius Papa VI. viſitantibus Eccleſiam dictæ Annuntiatæ de Florentia Fratrum Servorum in omnibus feſtivitatibus Domini noſtri Jeſu Chriſti in quatuor ſolemnitatibus majoribus B. Mariæ Virginis, in die S. Zenobii, & in Commemoratione omnium Sanctorum annum, & quadraginta dies Indulgentiarum.

VII. Innocentius VIII. concedit Fratribus Servorum, ut ſemel in vita, & ſemel in morte poſſint eligere ſibi Confeſſorem, dummodo ſit ex approbatis ab Ordinario, a quo plenariam peccatorum ſuorum remiſſionem recipiant.

VIII. Leo X. viſitantibus Sacellum dictæ Annuntiatæ de Florentia fratrum Servorum concedit qualibet die Sabbati mille annos, & totidem Quadragenas, & ſingulis feſtivitatibus B. Mariæ Virginis, & Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti Veneris, & Sabbati majoris Hebdomadæ duo annorum, & quadragenarum millia de iniunctis pœnitentiis Apoſtolica auctoritate relaxat. Viſitantibus vero dictum Sacellum dictæ Annuntiatæ, vel per ſe, vel alium, ſi fuerint impediti, a primis Veſperis, & die tota Nativitatis B. Mariæ Virginis plenariam Indulgentiam elargitur. & Priori illius Monaſterii pro tempore exiſtenti, ac Confeſſoribus per illum conſtitutis, qui debent eſſe ex admiſſis ab Ordinario, concedit per totam octavam dictæ feſtivitatis, ut poſſint pœnitentes abſolvere ab omnibus peccatis, exceptis iis, quæ continentur in Bulla Cœnæ Domini, & poſſe etiam quæcumque vota commutare, exceptis quatuor majoribus, ut in Bulla continetur.

IX. Idem Leo Papa X. conceſſit, quod univerſi, & ſinguli Fratres Mendicantes, Moniales, tertiique Ordinis utriuſque ſe-

nus perſonæ, & familiares eorum dumtaxat poſſint gaudere omnibus, & ſingulis Indulgentiis, & gratiis per Prædeceſſores ſuos & præſertim Domui B. Mariæ de Populo de Urbe conceſſis, & concedendis perinde, ac ſi ipſi dictam Domum de Populo perſonaliter viſitarent, illis etiam diebus, & feſtivitatibus, quibus Indulgentiæ hujuſmodi conceſſæ ſunt, aut fuerint.

X. Antonius de Monte tituli S. Praxedis S.R.E. Cardinalis, & totius Ordinis Fratrum Servorum Protector, dum Eccleſiam divæ Annuntiatæ de Florentia Fratrum Servorum conſecraret, & mandato dicti Leonis Papæ X. Florentiæ exiſtentis vivæ vocis oraculo quotannis in ipſa die conſecrationis dictam Eccleſiam viſitantibus plenariam Indulgentiam indixit.

Declaratio præſentium literarum.

§.6. Decernentes præſentes literas ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, ſuſpenſionibus, aut derogationibus ſimilium, vel diſſimilium privilegiorum, gratiarum, & aliarum quarumcumque conceſſionum nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, cenſerique debere, ac de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, & intentionis noſtræ defectu notari, aut impugnari non poſſe, ſed præſentes validas ſemper, & efficaces exiſtere, ac perpetuo ſuffragari.

Clauſula.

§.7. Sicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac auctoritate judicari, & diffiniri debere, irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.8. Quocirca Venerabilibus Fratribus Maceraten., & Amerin. Epiſcopis, & dilecto filio Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Jacobi Tavanthii Prioris generalis, vel Fratrum dicti Ordinis fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra Jacobum Tavanthium, dictumque Ordinem, & alios, quos dictæ noſtræ literæ reſpiciunt, confirmatione, approbatione, revalidatione, aliiſque præmiſſis juxta præſentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere, non permittentes eumdem Jacobum Tavantium Priorem generalem, & alios quoſcumque indebite moleſtari, perturbari, vel inquietari, Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum.

§.9. Non obſtantibus ſimilis mem. Bonifacii Papæ VIII. de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres aliquis vigore præſentium ad Judicium non trahatur, ac quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, privilegiis quoque, & indultis quibuſvis in contrarium conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut quavis alia expreſſio habenda eſſet, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſit per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Fides transſumptorum.

§.10. Ceterum, quia difficile foret, præſentes literas circumferri, volumus præſentium exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, ac dicti Ordinis Generalis Prioris, vel Ordinis ſigillo obſignatis, eamdem prorſus fidem in Judicio, & extra haberi, quæ præſentibus exhibitis ubique gentium, & locorum adhiberetur.

Dat. die 20. Aprilis 1578. An. VI.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 20. Aprilis 1578. Pontificatus noſtri Anno VI.

LXXXI.

Inſtitutio Collegii Anglici in Urbe, pro Scholaribus Nationis Anglicæ pie ibi educandis, & inſtruendis, cum annuorum redditaum aſſignatione, Exemptionumque, & Indultorum conceſſione, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Protectoris, & Judicis in cognoſcen. eorum cauſis juriſdictione.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Prœmium.

QUoniam Divinæ bonitati viſum eſt, humilitatem noſtram turbulentiſſimis Chriſtianæ Reipublicæ temporibus, ad excelſum univerſalis Eccleſiæ culmen ſublevare, hæreditatiſque, quam pretioſo ſanguine ſuo quæſivit, adminiſtrationem curæ noſtræ commendare, ea noſtrum perpetua ſollecitudo exacuit animum ad piæ meditandum, quo pacto, & Dei miſericordiæ a qua tantum accepimus, Nos gratos exhibeamus, & noſtram Eccleſiæ ſuæ operam, quantum divina benignitate adiuti poſſimus, non inutilem faciamus.

Cauſa hujus erectionis.

§.1. Quare cum quotidie, non ſine gravi animi noſtri dolore, Sanctam Domini No-

Noſtri Jeſu Chriſti Sponſam diverſorum ejus hoſtium conſpiratione, & violento ex multis partibus incurſu oppugnari cernamus, antiquiſque hoſtibus Infidelibus Turcis, Judæis, novoſque Hæreticos, & Schiſmaticos acceſſiſſe, qui omni impietate, & ſcelere imbuti, ac veluti adverſarii noſtri furiis exagitati, in piæ Matris exitium feruntur, quod officii noſtri ratio a Nobis expoſtulat, ad hominum impetus, quo maxime opus eſſe videmus, vires Nobis a Domino traditas opponimus, populoſque imbecillitati noſtræ a divina benignitate concreditos præſidiis contra hoſtium oppugnationes paratis communimus. Cumque nullum firmius præſidium, aut remedium certius inveniri poſſit, quam ut Regionum ab hac peſte oppreſſarum juventus, cujus teneros animos facile eſt ad virtutem flectere, Catholica Religione imbuatur, ab initio uſque noſtri Pontificatus operam dedimus, ut diverſarum nationum Collegia, veluti Catholicæ Religionis, & ſinceræ ad eam inſtitutionis ſeminaria, noſtris ſumptibus in Urbe erigerentur.

Gregorius I. induxit Anglorum nationem ad Fidem Catholicam.

§.2. Quæ interea dum ſedulo agimus, ad Angliæ Regnum magnis quondam opibus, & Catholicæ fidei ſtudio florentiſſimum, nunc vero a teterrima Hæreſis labe, quæ omnes fere ejus partes comprehendit, devaſtatum, pietatis oculos dirigentes, ejuſque calamitatem, ut ſæpe alias, miſerantes reperimus Anglorum nationem ad Chriſti fidem a B. Gregorio Pontifice converſam, ex eo tempore ſingularem fidem, reverentiam, atque obedientiam contra Rom. Pont., Sanctamque Sedem Apoſtolicam præſtitiſſe, quæ etiam in tanta noſtrorum temporum caligine, in aliquibus inſignibus illis quidem, & Illuſtribus viris refulſere, qui pro hujus Sedis dignitate, & Orthoxæ fidei veritate, vitas ſuas cum ſanguine ponere non dubitarunt, verſanturque quotidie ante oculos noſtros, juvenes, ex illo miſerrimo Regno hunc profugientes, qui divino ſpirito ducti, patria, parentibus, & bonis relictis, ſeſe Nobis ad Catholicæ Religionis, in qua nati ſunt, inſtitutionem ſuſcipiendam miſerabiliter offerunt, eo animo, ut ſalutem ſibi primum comparent, deinde vero, ut poſt adeptam divinarum rerum ſcientiam in Angliam ad alios, qui a via veritatis declinarunt, erudiendos revertantur.

Hic igitur Pontifex ad [illegible] Gregorii, pro Anglis ab hæreſi revocandis Collegium Anglorum in Urbe erigit.

§.3. Nos igitur Gregorii ejus nominis Primi pia in Anglos officia, ejuſque erga illos bonitatem imitari cupientes, ut quemadmodum ipſi conceſſionis, ſic, & Nobis ab errore revocationis beneficium accepiſſe in Domino lætentur, ac propenſam eorum erga Sedem prædictam devotionem adoleſcentium, item Catholicæ doctrinæ adipiſcendæ ſtudium amplectentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad Omnipotentis Dei laudem, & fidei Catholicæ incrementum, dilectæque Nobis nationis Anglicanæ commodum, & ſalutem, in ædibus Hoſpitalis Anglorum de Urbe, unum Collegium Anglicanum nuncupandum perpetuo erigimus, & inſtituimus, in quo non minus, quam quinquaginta Scholaſtici, ex omni natione, & linguæ idiomate Regni Angliæ cum ſuo Rectore, & miniſtris neceſſariis alantur, qui inibi, in Philoſophia, ac Teologia ſe exerceant, Græcis item, Hebraiciſque literis pro captu, cujuſque operam dent, in eiſque tantum proficere ſtudeant, quantum ſatis eſſe videatur.

Annuos redditus eis aſſignat.

§.4. His porro omnes ii ſtudiis operam navabunt, ad quæ a Superioribus dirigentur, ſeque præterea in pietate, & devotione, Cantibus Eccleſiaſticis, Cæremoniis, & ſacris officiis, ut melius ipſis Superioribus viſum fuerit, exercebunt. Ad eorum autem omnium ſuſtentationem Nos annuos redditus trium millium ſcutorum auri in auro ex Apoſt. Cam., ſeu Datariatus rationibus ſingulis menſibus pro rata, donec eis aliunde a Nobis, aut Succeſſoribus noſtris de ſimili annuo redditu proſpectum fuerit, libere, & integre præſtandos conſtituimus.

Locum pro Collegio concedit, &c.

§.5. Et præterea eis perpetuo concedimus, & aſſignamus pro eorum habitatione, & uſu ædes prædictas, in quibus Capellani Angli olim habitabant, nunc vero dicti Scholaſtici juſſu noſtro habitant, cum duabus domibus dicto hoſpitali contiguis ad ſiniſtram partem verſus Eccleſiam S. Brigidæ Svetiorum, & quæcumque illis circumcedunt. Ac pro divini cultus exercitio Eccleſiam Sanctiſſimæ Trinitatis, & S. Thomæ Martyris Anglorum, necnon pro dote dicti Collegii, ac Rectoris, Scholaſticorum, & miniſtrorum prædictorum ſuſtentatione, omnes, & quaſcumque alias domos, tabernas, ſive apothecas ſtabula, hoſpitia, hortos, areas, proprietates, cenſus, fructus, ceteraque omnia, & quæcumq. bona mobilia, immobilia, & ſemoventia, necnon res, actiones, & iura dicti Hoſpitalis, tam in Urbe, quam extra eam ubicumque conſiſtentia, cujuſcumque qualitatis, ſpeciei, naturæ, pretii, quantitatis, ac etiam annui valoris exiſtentia, quæ omnia, eorumque ſituationes, nuncupationes, confinia, & latera, ac ſi nominatim, & in ſpecie deſcriberentur, præſentibus pro expreſſis haberi, & ædes, ac cetera quæ ſignari poſſunt, ut a ceteris internoſcantur, quamprimum armis, & ſignis dicti Collegii forinſecus notari volumus, eaque omnia a dicto hoſpitale omnino ſeparamus, & ad ipſum Collegium trasferimus, ita ut Protector, & ſcolaſtici prædicti corporalem illorum omnium poſſeſſionem per ſe, vel alium, ſeu alios, propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, ac emolumenta omnia percipere, exigere, & levare, ac in ſuos dicti Collegii communes uſus, & utilitatem convertere, libere, & licite valeant, Vic. Ur. aut cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita, Œconomus vero, & alii Miniſtri, ac ſervientes dicti Collegii, ipſos Rectori ſubſint, & ad ejus præſcriptum, &

man-

mandatum omnino obſequantur, nihilque contra illius voluntatem faciant, vel attentent, ipſeque Œconomus Protectori dicti Collegii pro tempore exiſtenti, vel etiam ipſi Rectori volenti, & requirenti, aut ab eorum quolibet deputatis, bis in anno, vel quotieſcumque ei, vel eis viſum erit, rationem reddere teneatur. Cum eo tamen, quod ſi aliquo tempore prædictum Collegium ea quacumque cauſa diſſolvi contingat, ædes, Eccleſia, domus, cenſus, ceteraque omnia prædicta perinde prædicti Hoſpitalis ſint, ac ſi erectio Collegii, & alia præſcripta, nunquam emanaſſent, prout Nos ex nunc in eum eventum Hoſpitale ipſum, quoad illa omnia in integrum reſtituimus.

Miniſtri dicti Hoſpitalis ne moleſtent Collegium & ejus perſonas ſuper prædictis præcipit.

§.6. Eo ipſo diſtrictius inhibentes Cappellanis prædictis, necnon dicti Hoſpitalis Gubernatoribus, & Adminiſtratoribus cujuſcumque nominis, & dignitatis, ne deinceps in ædibus, Eccleſia, Domibus, apothecis, cenſibus, fructibus, aliiſque rebus, juribus, & actionibus prædictis, directe, vel indirecte, quovis quæſito colore ſeſe interponere, aut Collegium, Rectorem, Scholaſticos, & Miniſtros, præſentes, & futuros moleſtare audeant, vel perturbare. Ac decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid contra præmiſſa, & etiam præſentibus contenta per eoſdem, aut quoſvis alios, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Collegium a juriſd. Ordinariorum, & quorumcumque jud. eximit.

§.7. Præterea Collegium ipſum, ejuſque Rectorem, Scholaſticos, & Miniſtros in perpetuum, ac prædicta, ceteraque omnia eorum bona, mobilia, & immobilia, cujuſcumque qualitatis, & quantitatis, in dicta Urbe, & extra, & alio ubique locorum conſiſtentia, ſub noſtra, beatique Petri, & hujus Sedis protectione ſuſcipientes, ac Nobis, & eidem Sedi protinus ſubiicientes, illa omnia in univerſum, & ſingulatim ab omni juriſdictione, correctione, viſitatione, dominio, ſuperioritate, & poteſtate pro tempore exiſtentis Vicarii, Gubernatoris, Senatoris, Conſulum, Conſervatorum, & Reformatorum dictæ Urbis, cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditoris, necnon Rectoris Studii generalis, & aliorum quorumcumque Tribunalium, & Judicum, & Officialium, necnon Ordinariorum locorum, Rectorum parochialium eccleſiarum, & quorumcumque aliorum in dicta Urbe, vel alibi conſtitutorum.

Et a ſolutione pedagiorū & gabellarum

§.8. Illiuſque, ac etiam in propriis eorum rebus, & bonis, cum eis contrahentes, a ſolutione, & exactione quorumcumque pedagii, gabellæ, bollettini, etiam ratione vini Ripæ, & Ripettæ, necnon grani, olei, pannorum cujuſcumque generis, & quarumcumque aliarum rerum, necnon decimarum, & cujuſcumque alterius tam Ordinarii, quam extraordinarii oneris ex quacumque cauſa impoſitorum, & imponendorum perpetuo eximimus, & prorſus liberamus.

§.9. Inſuper eiſdem Collegio, & Scholaſticis, Rectoribus, & Gubernatoribus, ut omnibus, & quibuſcumque privilegiis, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, & indultis, quibus Studium generale dictæ Urbis, & illius Rector, Doctoreſque in eo degentes quomodocumque utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ſolum ad eorum inſtar, ſed pariformiter, & æque principaliter uti, potiri, & gaudere valeant, in omnibus, & per omnia concedimus, illaque eis communicamus.

Indulta Studii Urbis concedit.

§.10. Præcipimuſque, & interdicimus Vicario, Gubernatori, Auditori, Senatori, Conſulibus, Conſervatoribus, Reformatoribus, Rectoribus, Judicibus, Officialibus, & aliis prædictis, necnon Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, Præſidentibuſque, & Clericis Cameræ Apoſtolicæ, ac quibuſvis Commiſſariis ad exactionem vectigalium, portoriorum, decimarum, & aliorum onerum prædictorum pro tempore deputatis, univerſe, & ſingulatim, ne quarumcumque facultatum, privilegiorum, & literarum eis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis conceſſarum occaſione, vel prætextu, Collegium, Scholaſticos, Rectorem, Miniſtros, Gubernatores prædictos, ſeu eorum aliquem, etiam ſuper uſu, & perceptione prædictorum, & aliis præmiſſis impediant, vel moleſtent, nec impediri, vel moleſtari permittant.

Inhibitio contra omnes Officiales ne Collegium, & ejus perſonas ſuper præmiſſis moleſtent.

§.11. Ad hæc, Superioribus dicti Collegii cum cenſura tamen Protectoris prædicti illos, quos in dicto Collegio, & alibi per debitum tempus ſtuduiſſe, ac ſcientia, & moribus idoneos eſſe repererint, in prædictis facultatibus artium, & Theologiæ Baccalariatus, licentiaturæ, doctoratuſque, & Magiſterii gradus, ſervata forma Concilii Viennen., & alias juxta univerſitatis Studii ejuſdem Urbis conſuetudinem promovendi, & ipſorum graduum ſolita inſignia eis exhibendi, utque in facultatibus ſupradictis ſic promoti illas publice, & privatim, etiam in omnibus Univerſitatibus Studiorum generalium interpretari, & alios docere, ac de eis exercere, ac omnibus privilegiis, gratiis, favoribus, prærogativis, & indultis, quibus alii in prædicta, ſeu aliis Univerſitatibus, & alibi juxta illius, & aliarum Univerſitatum hujuſmodi conſtitutiones, & mores, ad gradus prædictos promoti de jure, vel conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere poſſint, & debeant, perinde ac ſi gradus prædictos in ipſa Univerſitate juxta ſtatuta, conſuetudines, & mores prædictos ſuſcepiſſent, concedendi licentiam tribuimus.

Facultas Superiorū Collegii, promovendi cum conſenſu Protectoris ſcholares ad gradus, &c.

§.12. Poſtremo cum eoſdem Scholares hujus Collegii alumnos poſt longos ſtudiorum vel cœptorum, vel conſumatorum labores, ſacerdotali Militiæ pro temporis, vel loci neceſſitate adſcribere conducat, ut miniſteriis, & functionibus ſacris aſſueſcant, dictaque eccleſiæ SS*mæ* Trinitatis officia præſtent,

Scholares, & alumni ejuſdem Collegii promoveri poſſint extra tempora, & abſque Ordinariorum literis dimiſſo-

tiis, & ſine titulo, & non obſtan. defectu natalium.

ſtent,ſeu,ut operarii mittantur,eiſdem Alumnis, ut de licentia Protectoris, ac dicti Collegii Rectoris conſenſu, & examine præcedente, etiam extra tempora a jure ſtatuta, interſtitiiſque temporum a Concil. Tridentino præſtitutis non expectatis, & etiam abſque ſuorum Ordinariorum literis dimiſſorialibus, ac ſine aliquo beneficii, vel patrimonii titulo, & non obſtante quovis natalium defectu, ſuper quo cum talibus per eaſdem præſentes diſpenſamus ad omnes, etiam ſacros, & Presbyteratus Ordines promoveri, poſtquam promoti fuerint,in illis etiam in altaris miniſterio miniſtrare, ac etiam tam ipſi, quam ceteri omnes in dicto Collegio degentes, ut Pœnitentiæ,ac Euchariſtię,etiam die Paſchatis,& Extremæ unctionis ſacramenta a Confeſſario, aut alio Sacerdote ipſius Collegii a Rectore, illius conſtituendo, ſuſpicere libere, & licite valeant indulgemus.

Protectoris deputatio, & facultates.

§.14. Ut vero ejuſdem Collegii conſervationi, bonoque regimini, tam in iis, quæ ad alumnorum ipſorum inſtitutionem, & diſciplinam, quam quæ ad victum, & veſtitum, aliaque hujuſmodi neceſſaria pertinent, opportunius conſulatur, utque promptum, paratumque ſit eis auxilium, venerabilem fratrem noſtrum Joannem Epiſcopum Oſtienſem Cardinalem Moronum nuncupatum, ejuſdem Collegii Protectorem, & defenſorem conſtituimus, & deputamus, cujus conſilio, & opera, tam ſupradicta, quam quæcumque alia ad Scholaſticos in eodem Collegio admittendos, & retinendos, & ab eo admittentes ſpectantia agantur, ſtatuantur, & ordinentur, dantes eidem, & pro tempore Protectori exiſtenti prædicti Collegii pro ſalubri illius conſervatione, & directione Scholaſticorum, bonorum, & rerum, ac jurium temporalium, & ſpiritualium ejuſdem plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem, Œconomos, Advocatos, & Procuratores in eo deputandos, & amovendos, & alios eorum loco ſufficiendos, differentias, lites, & controverſias inter quaſcumque perſonas, tam alumnorum, quam miniſtrantium clericorum, & laicorum, non tamen Presbyterorum ipſius Societatis exortas, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine figura aut ſtrepitu judicii, appellatione quacumque remota, decidendi, definiendi, terminandi, & exequendi, ordinationes præterea, & ſtatuta, licita tamen, & honeſta, ſacriſque Canonibus,& Concilio Tridentino prædicto non contraria faciendi, & edendi, eaque, cum opus fuerit, revocandi, immutandi, & corrigendi, aliaque de novo condendi, quæ poſtquam facta, edita, revocata, immutata, & correcta fuerint, perinde habeantur, & obſerventur, ac ſi auctoritate Apoſtolica approbata, & confirmata eſſent, prout Nos illa ab omnibus dicti Collegii alumnis ita haberi, & inviolabiliter obſervari mandamus.

Forma recipiendi alumnos Collegii.

§.15. Quod autem ad dictorum alumnorum admiſſionis modum, & formam deinceps habendam attinet, ſtatuimus, & ordinamus, eos qui admittendi erunt, prius ab examinatoribus per dictum Protectorem in Gallia, etiam Belgica, aut alibi, prout illi convenientius videbitur, deſignatis, vel deſignandis,juxta formam ab ipſo Protectore præſcribendam examinare, & præhabito hujuſmodi examine, ſi conſtiterit ipſi Protectori prædictorum examinatorum ſignificatione ſibi verbo, vel ſcripto facienda, eos ingenio aptos, & moribus probatos, & tales, qui recipi debeant, illos admittat.

Forma probationis ſtanda ab ipſis antequam admittantur, & forma juramenti præſtandi poſt admiſſionem Rectori Collegii.

§.16. Poſtquam vero in Collegio recepti fuerint, non ſtatim Collegii alumni cenſeantur, ſed per quatuor, & ſex menſes, plus, vel minus, prout Superioribus, & Collegii moderatoribus viſum fuerit,eorum converſatio probetur,deinde ſi Collegio digni videbuntur, juramentum præſtent ſe vitam Eccleſiaſticam perducturos,ſeque omni tempore ad juſſum Superiorum in patriam revertendum, & ad animas quantum in Domino potuerint,adiuvandas paratos fore.

Facultas abſolven. ipſos alumnos a quibuſvis exceſſibus, etiā reſervatis in Bulla Cœnæ Domini, ut hic.

§.17. Ceterum Rectori Presbytero dicti Collegii pro tempore exiſtenti, ut per ſe, vel Confeſſarium idoneum, quem duxerit eligendum, ſingulos alumnos prædictos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quavis occaſione, vel cauſa latis, quas ipſi pro tempore quomodolibet incurrerint, & a quibuſvis peccatis exceſſibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam in caſibus in literis die Cœnæ Domini legi ſolitis, contentis, (conſpirationis in perſonam, vel Statum Romani Pontificis, falſitatis ſcripturarum, & literarum Apoſt. delationis armorum, vel aliorum probibitorum ad partes infidelium, iniectionis manuum violentarum in Prælatos dumtaxat exceptis) abſolvere, ac pro commiſſis poenitentiam ſalutarem injungere, eoſdemque ſuper irregularitate ab eis quomodolibet contracta, (homicidii voluntarii, bigamiæ, & hæreſis caſibus dumtaxat exceptis)diſpenſare libere, & licite valeat, liberam tribuimus facultatem.

Clauſulę præſervativæ.

§.18. Decernentes prædicta omnia perpetuo ſubſiſtere, ſicque in illis univerſis, & ſingulis per quoſcumq; Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his per quoſcumque quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.19. Non obſtantibus noſtris de non tollendo jure quæſito, & de vero valore fructuum exprimendo, ac de commiſſion. in hujuſmodi unionibus facienda, & vocandis quorum intereſt, necnon Lateranen. Conc. noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, aliiſque Apoſtolicis Conſt., ac Hoſpitalis Urbis, & Cameræ prædictorum juramen-

ramento, confirmatione Apoſt., vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis illis, & eiſdem Senatori, Conſul. Reformat. Cam. Univerſitatibus, ac eorum Collegiis, Rectoribus, & perſonis, aliiſque prædictis, necnon Pop. Rom. vectigalibus, Redemptoribus, & aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam iteratis vicibus, aut etiam in favorem Hoſpitalium conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus illorom tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque cootrariis quibuſcumque.

Indulgentiarum conceſſio pro Scholaſticis, Rectoribus, & Miniſtris Collegii.

§.20. Ut vero temporalibus commodis ſpiritualia quoque munera conjungamus, quibus fidelium devotio eis munita creſcere magis, & augeri poſſit, de Omnipoteotis Dei miſericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum auctoritate confiſi, omnibus Scholaſticis, Rectoribus, & Miniſtris, qui in hoc Collegio recepti fuerint, in ipſo ingreſſu, ac etiam quos in eodem Collegio decedere ab humanis contigerit, ſi pœnitentes, & confeſſi vere ipſi fuerint, in mortis articulo pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſiooem in perpetuum concedimus.

Nulli ergo &c.

D.P. An.VII. 23. Aprilis.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1579. nono Kal. Maii, Poot. noſtri Anno VII.

LXXXII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio literarum Pii IV. ſuper ſolutione Impoſitionum Cameralium, & revocatio quarumcumque Impoſitionum non tamen ex cauſa oneroſa, ac ordinatio, quod tam Cives, & Domicelli, ac familiares Cardinaliom, vel Theſaurarii Civitatis Aſſiſien., ac Comitatus, & Diſtrictus, & perſonæ Eccleſiaſticæ tam ſæcnlares, quam regulares, etiam exemptæ teneantur ad contribuendum tam Cameralibus, quam aliis pro neceſſitatibus urgentibus dictæ Communitatis impoſitis, & imponen. pro bonis, de quibus decimas non ſolvunt cum derogatione quorumcumque privilegiorum etiam Officialibus Romanæ Curiæ conceſſis.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

NOſtro maxime incumbit officio, qui juſtitiæ, & æquitatis in terris moderatores ſumus providere, ut inter eos, qoi temporali dominio Nobis ſunt ſubjecti æqualitas ſervetur, ac eos, qui commoda ſentiunt, eos etiam incommoda ſequantur.

Facti ſeries.

§.1. Nuper ſiquidem pro parte dilectorum filiorum Communitatis, & Hominum Civitatis noſtræ Aſſiſien. fel. rec. Pio Papa Quarto Prædeceſſori ooſtro expoſito pro urgentibus Sedis Apoſtolicæ, ac Prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum neceſſitatibus, ac illorum, ſuaque ſubventione in Civitate prædicta, ejuſque Comitatu, & diſtrictu, quemadmodum etiam in aliis locis Romanæ Eccleſiæ ſubiectis uonnulla ſubſidia, ſeu ooera neceſſario impoſita fuiſſe, & ea ab eadem Communitate exigi debere, & ſæpenumero evenire, ut qui in dicta Civitate, ac ejus territorio plus poſſident, ſeu majores facultates haberent, etiam Clerici, & utriuſque ſexus Religioſi bona patrimonialia poſſideotes, prætextu Immunitatum, exemptionum ipſis Apoſtolica auctoritate conceſſarum, ſeu ob alias cauſas per eos prætenſas hujuſmodi oneribus pro earum rata contribuere, & ſubſidia prædicta perſolvere recuſare in grave ceterorum præjudicium, ac notabile damnum, idem Prædeceſſor, quod deinceps perpetuis futuris temporibus, tam Cives, & Nobiles, quam extranei, ſeu forenſes in Civitate, Territorio, Diſtrictu, & Comitatu prædictis bona ſtabilia poſſidentes cujuſcumque dignitatis, qualitatis, conditionis, gradus, & præeminentiæ, etiam numero decem filiorum gravati exiſterent, & quacumque nobilitate præfulgerent, bona prædicta in Libris Cataſtus nuncupatis dictæ Civitatis ad hoc videlicet, ut ipſi pro dictis bonis in ſolutione onerum, & impoſitionum a Sede, & Camera prædictis impoſitorum, & imponendorum pro rata contribuere haberent, accataſtare & allibrari, ſeu annotari facere tenerentur, & quod illos, qui prætextu exemptionum ſuarum ad ſolutionem ſubſidii triennalis quatrioi carnis, ac aliorum onerum Cameralium ſe oon teneri prætenderent, omnes, etiam Domicellos, & Nobiles exemptionem hujuſmodi quomodolibet prætendentes, oe earum onus aliis acereſceret, exceptis tamen illis, qui pecuoia numerata liberationem, & exemptionem prædictam ab ipſo Prædeceſſore, ſeu Sede, & Camera prædictis obtinuiſſent, & in poſterum obtinerent ad eorumdem onerum, ac ſubſidii, ſeu impoſitorum ſolutionem cogi deberent.

§.2. Quoad vero Clericos ſæculares, & cujuſvis Ordinis utriuſque ſexus regulares bona patrimonialia prædicta, de quibus videlicet Decimæ Apoſtolicæ non ſolvuntur, in eiſdem Civitate, Comitatu, & Diſtrictu ſeu territorio conſiſtentia poſſidentes, quod ratione ſubſidii triennalis Conſtitutionem piæ mem. Pauli Papæ III., etiam Prædeceſſoris noſtri in impoſitione ſubſidii hujuſmodi editam ſervare, qui vere ad alia onera Cameralia, quæ reſpectu rerum impoſita eſſent, ſi ordinaria forent, ipſi Clerici ſæculares, & alii utriuſque ſexus cujuſvis Ordinis Religioſi ad illa ratione eorumdem bonorum patrimonialium cootribuere de cetero deberent.

§.3. Ac inſuper quod ſi bona oneribus his affecta ad Eccleſias, Monaſteria, & alia pia loca tranſirent, illa eiſdem oneribus gravata remanerent, perinde ac ſi tranſlata non eſſent, ac eorum poſſeſſores ad præmiſ-

ſarum contributionem tenerentur, & obligati eſſent, & ad id cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac aliis omnibus juris, & facti remediis cogi, & compelli poſſent, ex certa ſcientia, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine perpetuo ſtatuit, & ordinavit, necnon Prioribus in dictæ Civitatis pro tempore exiſtentibus, ac prædictæ Communitati, quod bona hujuſmodi deſcribere, & accataſtare, ſeu allibrare, necnon extraneos, forenſes, Clericos, & alias perſonas, ac Eccleſias, Monaſteria, & alia pia loca præfata pro ipſorum rata ad onerum præfatorum ſolutionem toties, quoties opus foret, cogere, & compellere libere, & licite valerent, plenam, & liberam conceſſit facultatem, prout in literis dicti Prædeceſſoris deſuper confectis plenius continetur,

Cauſæ Conſtitutionis edendæ.

§.4. Cum autem Communitas, & Homines prædicti, ſicut exponi Nobis nuper fecerunt, cupiant præmiſſa omnia, quæ a dicto Prædeceſſore ſtatuta, & ordinata fuerunt, approbari, & confirmari, ac prout æquitas ſuadere videretur, decerni, ac declarari, & ampliari, omnes Clericos, & alios prædictos ad contribuendum impoſitionibus, & Collectis Cameralibus tam ordinariis, quam extraordinariis teneri ratione eorum bonorum, quæ decimas non ſolvunt, quodque idem locum habeat, etiam in his, quæ per Civitatem, & Homines prædictos pro inſtantibus, & urgentibus neceſſitatibus eorumdem jam impoſita ſunt, & in poſterum imponentur, propterea Communitas, & Homines prædicti Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus in præmiſſis auctoritatem noſtram interponere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmatio literarum, de quibus in Conſtitutione.

§.5. Nos igitur æquum eſſe cenſentes, ut qui territorii, & bonorum commodum ſentiunt, illorum quoque ſentiant incommodum, literarum prædictarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes ſupplicationibus dictorum Communitatis, & Hominum hac in parte inclinati, quæ a prædicto Prædeceſſore ſtatuta, & ordinata fuerunt, confirmantes, & approbantes, illiſque plenariæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicientes, ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes, & ſingulas, ſi quæ ſunt, & prætendi poſſunt, exemptiones, privilegia, gratias, immunitates a quibuſvis ſubſidiis, & oneribus, & aliis impoſitionibus prædictis, & quibuſvis aliis perſonis, militibuſque, Officialibus, aut alias quomodolibet privilegiatis per Nos, & quoſcumque Romanos Pontifices, ac Sedem prædictos, & ejus Legatos hactenus, etiam Motu proprio, aut alias quomodolibet ex quavis cauſa, etiamſi tales exiſtant, de quibus hic expreſſa, & ſpecifica, ac de verbo ad verbum mentio fieri deberet, non tamen ex cauſa oneroſa, Apoſtolica auctoritate, quatenus opus ſit, revocamus, caſſamus irritamus, & annullamus, nulliuſque roboris fore, & eſſe, nec numquam in aliquo ſuffragari poſſe, vel debere, aut potuiſſe, vel debuiſſe declaramus.

§.6. Necnon ad omne dubium in perpetuum ſtatuimus, ordinamus, & decernimus, ac declaramus, quod tam Cives nobiles, Illuſtres, Barones, ac Domicellos, aut familiares alicujus Cardinalis, aut Theſaurarii dictæ Civitatis, Communitatis, & Diſtrictus, nec non omnes, & ſingulos Clericos ſæculares, & cujuſvis Ordinis Regulares, ac etiam tertiarios, & forenſes, ac extraneos, etiam quovis privilegio exemptionis ſuffultos ad contribuendum oneribus a Camera Apoſtolica ex quacumque ratione impoſitis ratione quorumcumque bonorum, pro quibus decimas non ſolvunt, in Civitate, & Diſtrictu, ac Comitatu prædictis conſiſtentium teneri, & obligatos eſſe, idemque in oneribus impoſitis, & imponendis per Nos, & Prædeceſſores Noſtros, ac Succeſſorem, & Cameram, ac Officiales prædictos, ac ex urgentibus, & neceſſariis eorumdem Communitatis, & Hominum neceſſitatibus, etiam pro aliquo pietatis Monte ad pauperum ſubventionem, vel loco pio, ſeu pia Cauſa, dum Collectæ, vel alia hujus generis onera imponuntur, juxta diſtributionem per dictam Communitatem, & Homines factam, ſeu faciendam, faciendum, & ſervandum exiſtimamus, ac omnino volumus, & mandamus.

Deſignatio perſonarum, quæ impoſterum ad ſolutionem teneatur.

§.7. Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, & Commiſſarios, etiam S. R. E. Cardinales, ac Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & alios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus irritum, & inane.

Clauſulæ.

§.8. Necnon Prioribus dictæ Civitatis pro tempore exiſtentib., ac prædictæ Communitati, quod bona hujuſmodi, pro quibus decimæ non ſolvuntur, deſcribere, & accataſtare, ſeu allibrare, necnon Clericos ſæculares, ac cujuſvis Ordinis regulares, ac etiam tertii Ordinis Fratres tertiarios nuncupatos, Milites Sanctorum Petri, & Pauli Lauretan., Sancti Jacobi de Spatha, & Pios, vel alio nomine nuncupatos, ſeu nominandos, Curiales, forenſes, extraneos, & alias perſonas, ac Eccleſias, Monaſteria, & alia pia præfata loca pro ipſorum rata ad onerum prædictorum ſolutionem juxta diſtributionem, ordinem, & modum per dictos Priores, ſeu Communitatem, & Homines factam, & faciendam, moderandam, & ampliandam toties, quoties opus fuerit, cogere, & compellere libere, & licite valeant, plenam, & liberam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem, & poteſtatem.

Mandatur executio præſentis Conſtitutionis.

§.9. Mandantes dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti Legato Provinciæ noſtræ Umbriæ, ejuſque Vicelegato, & Gubernatori, necnon S. R. E. Camerario, Præſidentibus Clericis dictæ Cameræ, Theſaurario, & auditoribus, generalibus Vicariis, Poteſtatibus, ceteriſque Officialibus, & Miniſtris ejuſdem Provinciæ, quatenus

per

Digitized by Google

per ſe, vel alium, ſeu alios eorum nomine deputatos, vel deputandos Prioribus, & Communitati, & Hominibus prædictis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes omnibus juris, & facti remediis magis opportunis, ac etiam manu regia omni mora, & appellatione, ac exceptione remotis, faciant, præcipiant, & mandent præmiſſa omnia, & ſingula firmiter, & inviolabiliter obſervari, ac præſentibus literis per quaſcumque noſtras, & quorumcumque Succeſſorum noſtrorum literas cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, necnon irritantibus, & aliis Decretis emanatas, & emanandas ad quorumvis inſtantiam, & ex quacumque cauſa, etiam probabili, derogari, aut derogatum cenſeri non poſſe decernant, & declarent, neque permittant eoſdem Priores, ac Communitatem, & Homines per quoſcumque quomodolibet gratificatos, & qualificatos moleſtari, perturbari, ſeu inquietari, cum facultate per ſe, vel alium, ſeu alios, vel eorum alterum breviter, & ſummarie, ac ſine ſtrepitu, & figura Judicii, ſola facti veritate inſpecta omnes, & quaſcumque differentias, & contentiones, ſi quas præmiſſorum occaſione quomodolib. oriri contigerit, audiendi, cognoſcendi, decidendi, fineque debito terminandi, Contradictores quoslibet, ac rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, & pecuniarias pœnas auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon etiam ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, & cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§.10. Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis dummodo quis vigore præſentium ad Judicium ultra tres dietas non trahatur, & aliqua poſſeſſione, vel forſan uſurpatione de non ſolvendo, & contribuendo, ac noſtra de non tollendo jure quæſito, & aliis Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutiſque, & conſuetudinibus, etiam municipalibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis, etiam per piæ mem. Sixtum Papam IV. ſimiliter Prædeceſſorem noſtrum Fratribus Tertii Ordinis hujuſmodi, ac quibuſvis Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, & piis locis, Univerſitatibus, & Militibus, Officialibus, Curialibus, & quibuſvis aliis perſonis, etiam actu officia ſua exercentibus, Eccleſiaſticis, & aliis privilegiatis perſonis in genere, vel in ſpecie ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, etiam per viam Legis, ſententiæ, ſtatuti, ſive contractus, pacti, & tranſactionis clauſulis, etiamſi tales ſint, de quibus hic expreſſa, & ſpecifica, ac de verbo ad verbum mentio fieri deberet, ac ſub quibuſcumque verborum formis, & tenoribus, etiam in forma Brevis, ſub plumbo tam per Nos, quam per Prædeceſſores noſtros, ac Sedem prædictam, ejuſque Legatos, etiam Motu proprio, ac alias quomodolibet in contrarium conceſſis, approbatis, & innovatis.

§.11. Necnon quacumque inhibitione dictæ Provinciæ de, & ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis ſpecialiter loquente, ac etiam quacumque lite, & cauſa quantumvis inſtructa, ac Cauſam, & Cauſas hujuſmodi, & lites omnes ſuper præmiſſis quomodolibet motas, vel movendas ad Nos dicta auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia advocantes, illaſque ex nunc pœnitus extinguentes, & annullantes, ac pro extinctis, ac annullatis haberi volentes, etiamſi per appellationem, & in quavis inſtantia noſtra quibuſvis, etiam Camerario noſtro, & dictæ Cameræ Clericis, vel Præſidente, aut ejuſdem Palatii Auditore pendentes ceteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque ſtatum, & merita Cauſæ, & Cauſarum, ſi quæ ſunt, necnon privilegiorum, Indultorum, Immunitatum, gratiarum, conceſſionum, & aliorum hic de neceſſitate exprimendorum tenores, & compendia, ac ſi de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, nominaque, & cognomina Judicum, & collitigantium pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes illis motu, ſcientia, & poteſtate præmiſſis derogamus ſpecialiter, & expreſſe, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 3. Maii, 1578. Pontif. noſtri Anno VI. Dat. die 3. Maii 1578. An. VI.

LXXXIII.

Confirmat Indulta Magiſtro, & Fratribus Hoſpitalis B. M. Theutonicorum a Prædeceſſoribus ſuis conceſſa cum ſuppletione defectuum, præſertim ſuper præſentatione ad Beneficia dicti Hoſpitalis, & innovat perpetuo, ita quod dicti Magiſter, & Fratres in collatione, ſeu præſentatione ad dicta Beneficia, etiam in menſe reſervato, & apud Sedem vacantia moleſtari non debeant, & literis Apoſtolicis impetratis contra eorum Indulta non teneantur reſpondere, niſi de Indultis ipſis fecerint mentionem. *Ex Regeſt. in Secret. Brev.*

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EXimia quam ad Nos, Sedemque Apoſtolicam dilecti filii Magiſter, Commendatarii, & Fratres Hoſpitalis B. Mariæ Theutonicorum Hieroſolymitan. gerere dignoſcuntur, devotio Nos inducit, ut, quæ eis, ac dicto Hoſpitali Apoſtolica auctoritate conceſſa, & approbata fuerunt, quo majore robore ſtabiliantur, libenter approbamus

Digitized by Google

bemus, & alia deſuper diſponamus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Facti ſeries.

§.1. Saoe uti Henricus Magiſter, & Commendatarii, & Fratres prædicti Nobis nuper exponi fecerunt, fel. record. Gregorius IX. & Innocentius IV. eiſdem Magiſtro, & Fratribus conceſſerunt, quod ſi ſuper indultis, quæ eidem Hoſpitali ab eadem Sede pro tempore eſſent conceſſa, contra eorum tenorem Literas Apoſtolicas impetrari contingeret, de indultis hujuſmodi non feciſſent mentionem, ipſi Magiſter, & Fratres per eas non tenerentur reſpondere: Et deinde piæ mem: Alexander IV. eiſdem indulſit, ut ad proviſionem alicujus in penſionibus, vel beneficiis Eccleſiaſticis per literas ejuſdem Sedis, vel Legatorum ejus impetratas, per quas non ſit alicui jus quæſitum, & impetrandas, minime tenerentur, nec ad ea compelli poſſint, niſi literæ prædictæ de indulto hujuſmodi, & toto tenore ipſius expreſſam facerent mentionem, cujus Alexandri indultum Urbanus IV., & Nicolaus IV. approbatunt, & confirmarunt.

§.2. Ad hæc piæ mem. Bonifacius IX. Motu proprio ſtatuit, & ordinavit, quod de cetero nulli cujuſcumque ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtenti liceret ſub excommunicationis ſententia eo ipſo per contravenientes incurrenda Eccleſias etiam Parochiales, Capellas, Altaria, aut alia Beneficia Eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura eidem Hoſpitali, aut Domibus ab eo dependentibus ubicumque exiſtentibus Apoſtolica, vel alia quavis auctoritate incorporata ab eadem Sede, vel aliunde impetrari, vel ea quovis quæſito colore petere, vel ſuper ipſis eos impedire, aut quomodolibet moleſtare poſſe; & poſtremo piæ mem. Martinus Papa V. Prædeceſſores Noſtri eiſdem Magiſtro, & Fratribus, ut ad Eccleſias, & beneficia hujuſmodi, quæ in quibuſvis Provinciis, ſive locis tunc temporis obtinebant, & in futurum obtinerent, etiam per quoſcumque regi conſueta, quotieſcumque illas, & illa vacare contingeret, perſonas dicti Hoſpitalis, aut alias Eccleſias prout ipſis melius viſum foret, Ordinariis locorum ſive aliis, ad quos Inſtitutio earumdem perſonarum quomodolibet, ut præfertur, ſpectaret, de conſuetudine, vel jure præſentare, & Ordinariis ipſis perſonas Hoſpitalis hujuſmodi, aut alias Eccleſiaſticas inſtituere, necnon perſonis prædictis, poſtquam in illis inſtitutæ forent, illa regere, & gubernare libere, & licite valerent, indulſit, prout, in diverſis eorumdem Prædeceſſorum deſuper confectis literis plenius continetur.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.3. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, iidem Magiſter, & Fratres in uſu dictorum privilegiorum, ac conferendi, ſeu præſentandi perſonas in indulto ab eodem Martino conceſſo expreſſas ad beneficia, & Eccleſias hujuſmodi fuerint, & a nemine deſuper moleſtari debuerint, & nihilominus a diverſis perſonis prætextu quorumdam privilegiorum eis conceſſorum, contra eorum poſſeſſionem moleſtentur. Quare pro parte eorumdem Henrici Magiſtri, & Commendatariorum, & Fratrum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eos ab indebitis moleſtationibus hujuſmodi liberare aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmatio Privilegiorũ, de quibus ſupra.

§.4. Nos igitur eoſdem Magiſtrum Henricum, Commendatarios, & Fratres a quibuſvis Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati dictorum Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, prædictarum Literarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, conceſſiones, & Indulta, ac deſuper confectas literas, necnon omnia, & ſingula in eis contenta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ſupplemus, illaque pro potiori cautela innovamus, & eis quatenus opus ſit, denuo concedimus, itaut dicti Magiſter, Commendatarii, & Fratres in collatione, ſeu præſentatione perſonarum prædictarum ad Eccleſias, & Beneficia hujuſmodi in quocumque menſe, etiam dictæ Sedi reſervato, & apud Sedem eandem vacantia quovis prætextu, vel occaſione quorumcumque privilegiorum ex quacumque cauſa conceſſorum etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, aut aliorum Principum inſtantiam moleſtari, ſeu perturbari nequeant, nec debeant.

§.5. Et ſi ſuper Indultis, quæ eidem Hoſpitali ab eadem Sede conceſſa ſunt, contra eorum tenorem literas Apoſtolicas impetrari contigerit, de Indultis hujuſmodi non faciendo mentionem, ipſi Magiſter, & Fratres per eas reſpondere non teneantur, ſed libere poſſint ad dicta Beneficia quandocumque vacantia perſonas ſupra expreſſas, & alias juxta Decreta Concilii Tridentini idoneas Ordinariis locorum, vel aliis, ad quos inſtitutio hujuſmodi beneficiorum de jure, vel conſuetudine pertinet, præſentare.

Clauſulæ.

§.6. Decernentes præſentes literas nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut quovis alio defectu, etiam ex eo, quod intereſſe habentes vocati non fuerint, notari, vel impugnari, ſeu ad terminos juris reduci, vel in jus, aut controverſiam revocari poſſe; Sicque per quoſcumque judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Quo-

Digitized by Google

Mandatum executio. §.7. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis Magontunen., & Epiſcopo Friſingen., & dilectis Filiis Decanis Eccleſiæ Colonien., & Sancti Servatii Oppidi Trajecten. Leodien. Diœceſis mandamus, quatenus ipſi vel tres, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Magiſtri, ſeu Fratrum prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra Magiſtrum, & Fratres prædictos præmiſſis omnibus, & ſingulis juxta præſentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper a quoquam quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles, & præmiſſis non parentes per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum. §.8. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii Generalis, de duabus dietis, dummodo vigore præſentium ad judicium ultra tres dietas non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quoad omnia ſupradicta quibuſvis Indultis, Gratiis, & Privilegiis, Imperatoribus, Regibus, Principibus, & aliis quibuſvis perſonis quocumque etiam Cardinalatus honore fulgentibus, ac quibuſcumque univerſitatibus etiam ſtudii generalis Lovanien. ſeu Colonien., & facultati artium ejuſdem Studii Lovanien., vel Magiſtratui Colonien. cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus decretis in contrarium quomodolibet etiam ex quacumque prægnantiſſima cauſa conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda eſſet, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Fides transumptorum. §.10. Volumus autem quod præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ &c.

Dat. die 3. Maii 1578. An. VI. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 3. Maii, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octavo Pontificatus noſtri Anno ſexto.

LXXXIV.

Innovatio pœnarum ab Adriano VI. propoſitarum contra Mercatores exercentes Monopolia frumentorum, & aliorum ad victum neceſſariorum in Regnis Aragoniæ, & extenſio ad facientes contractus quietamentos nuncupatos, cum prohibitione Notariis, ſub pœna falſi, ne aliquod inſtrumentum ſuper præmiſſis conficiant. Ex Regeſt. in Secret. Brev.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Facti ſeries. §.1. Quæcumque improbi quæſtus cupiditate ab hominibus adinventa, qui non ad commodum Reipublicæ, ſed detrimenta pertinent, reprobanda penitus, nec quomodo toleranda eſſe cenſemus, prudenti igitur conſilio felic. rec. Adrianus Papa VI. Prædeceſſor noſter, dum per dilectos filios Proregem Aragoniæ, ac pauperes, & miſerabiles perſonas Civitatis Cæſarauguſtan. ſibi expoſitum fuit, quod & ſi juxta ſtatuta ejuſdem Civitatis, nullus in ipſa Civitate frumentum cauſa revendendi in dicto Regno ex quavis cauſa cum anticipatione ſolutionis pretii retinere poſſet: nihilominus nonnulli Mercatores dictæ Civitatis, & Regni cupiditatis voragine ducti, ut famem in Civitate, & Regno prædictis, pro eorum libito inducerent, ac Chriſtifidelibus pauperibus frumentum hujuſmodi eo, quo voluiſſent, pretio vendere poſſent, diverſis ſub prætextibus, & cautelis in hujuſmodi emptione inductis, & excogitatis in dictorum ſtatutorum, & juris communis fraudem, quo annonam cariorem facerent, eaſdem emptiones exerceant, ex quibus, aut pauperes in dies fame perire conſtringebant, aut omnia bona ſua una die, quo victum ſibi parare poſſent, vendere cogebantur certis perſonis, quod dum pro parte eorumdem exponentium requiſiti fuiſſent, dictis Mercatoribus ne de cetero ſuper frumento hujuſmodi aliquem contractum contra ſtatutorum, ac juris communis diſpoſitionem inirent, ſeu celebrarent, ſub excommunicationis, ac amiſſionis dicti frumenti, pro una videlicet Regno, & alia executori; reliqua vero partibus denuntianti applicandis pœnis ipſo facto incurrendis prohiberent, & ſi prohibitioni hujuſmodi facienda paritum non fuiſſet, contra eos ad declarationem incurſus cenſurarum, & pœnarum hujuſmodi procedi voluit, eoſdemque contravenientes, & inobedientes hujuſmodi excommunicationis ſententiam, ac amiſſionis frumenti incidiſſe declarandi, ac ſententias conſuetas, & pœnas eccleſiaſticas prædictas aggravandi, interdictum apponendi, & alia faciendi, & exercendi, quæ in præmiſſis circa ea neceſſaria fuiſſent, ſeu quomodolibet opportuna, facultatem conceſſit, volens quod iidem, & eorum quilibet dictos Mercatores de conſenſu Regis, ſeu Locumtenentis, & in ipſorum abſentia Gubernatorum generalium dicti Regni pro tempore exiſtentibus contractibus illicitis hujuſmodi revocatis, & annullatis, & non aliter eos, qui in cenſuras, & pœnas

nas hujuſmodi incurriſſent, abſolvi poſſent.

Monopolia Civili ac Pontificio jure prohibita.

§.2. Verum avaritia malorum omnium radix ſic mentes hominum excæcat, ut pro priæ ſalutis immemores nova quotidie adinvenire ſtudeant, quo ea, quæ a dicto Prædeceſſore ſancte ſancita, & ordinata ſunt, eludant, ac pauperes opprimere quærant: alii vero contra ejuſdem Prædeceſſoris mentem monopolia, quæ civili, ac Pontificio jure prohibita ſunt, exerceant, ſententiis, cenſuriſque hujuſmodi ligati, vel in illis dum inſordeſcunt, in profundum malorum penitus verſentur.

§.3. Hinc etiam contractus vulgo quietantiarum nuncupatus eo in Regno a Mercatoribus in uſum introductus fuit, dum Communitates, vel univerſitates Oppidorum, locorum, ſeu Villarum ejuſdem Regni ære alieno gravati illud exſolvere quærunt, & Mercatores ad eum effectum pecuniam offerunt, ac loco pecuniæ, frumenti, vini, oleive aliquam quantitatem infra certum temporis, vel plurimum, etiam annorum ſpatium prout inter ipſos conventum eſt, ab eiſdem exigunt, ſive a Communitatibus, & Univerſitatibus recolligatur, ſive non recolligatur, exactaſque quantitates vini, frumenti, & olei hujuſmodi congerunt, & coacervant, ut magno pretio ſuo tempore illa vendant, qua ratione eorumdemque mercatorum lucrum, dum nulli periculo, quod ſunt obnoxii, in infinitum excreſcit, hinc dum de vendendis mercibus agitur, iidem in frumento ſibi de earum pretio ſatisfieri procurant, aliiſque veris, aut ſimulatis locationibus fructuumque arrendationibus fere univerſum, quod in eorum Regno colligitur, frumentum in eorum poteſtatem redigunt, ac in propriis horreis congregant, ſervantque, donec annonæ caritas eo in Regno invaleſcat, ac tunc demum, vel iniquo pretio illa venalia vix proponant.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.4. Hæc cum peſſima ſint, animæque periculum, & detrimentum afferant, ac publicam ejus Regni quietem perturbent, maximiſque incommodis, & difficultatibus illud afficiant, Communitateſque, & univerſitates concepta ſpe decepti, vini, & frumenti, vel olei quantitatem conventam, pro pecunia præſtare nequeuntes majoribus debitis, & oneribus ſe involvant, atque implicent, ac demum eam ob cauſam omnium facultatum ſuarum jacturam omnino faciãt. Agricolæ vero, & ruſtici, dum ſibi quæ quotidiano uſui neceſſaria ſunt ſummo labore undique corradunt, ſemen ad ſerendos agros in unum redigere nequeunt in eos, qui hujuſmodi negotia contra juris rationem pertractare, ac Regnum, & ampliſſimum his in difficultatibus adducere non erubeſcunt, nedum antiquitus propoſitas pœnas ad uſum revocare, verum etiam ſeverius animadvertendum, vel in his etiam efficacius pro noſtro munere Nobis injuncto providendum eſſe plane cenſemus.

Innovatio ſtatutorum ab Hadriano PP. eorumque extenſio.

§.5. Itaque Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, quæ per Adrianum prædictum ſtatuta ſunt, ut præfertur, cum cenſuris, & pœnis prædictis innovamus, eaſdemque ad eos, qui dictos quietamentos vulgariter nuncupatos, & quaſcumque alias ſimiles, vel diſſimiles accumulationes fromentorum, & fructuum & cujuſvis generis contractus, ex quibus publica utilitas lædatur, caritaſque annonæ ſequatur, necnon addentes eis in his auxilium, conſilium, vel favorem, publice, vel occulte extendimus, ac præter a jure communi propoſitas, & a Prædeceſſore conſtitutas pœnas in exercentes Monopolia, quibus talia committentes omnino obnoxios eſſe volumus, præſenti edicto ſancimus, ne ſuper contractibus prædictis, quos omnino reprobamus, Tabellionis, vel Notarii publici, ſive Apoſtolica, aut Imperiali, vel alia quacumque creati fuerint auctoritate, aliquod inſtrumentum conficere, vel in protocollum redigere, aut aliquam ſcripturam etiam privatam deſuper conſcribere pro cautela ſimplici audeant, vel præſumant, ſi ſecus fecerint in Tabelliones tanquam crimen falſi committentes animadvertatur, & ad eadem, ac alia quæcumque munera, publicaſque functiones perpetuo inhabiles ſint.

Pœna temporalis in Mercatores, de quibus in Cõſtitutione.

§.6. Eos vero, qui in aliquo prædictorum contravenerint, prædictas, tam latas ſententias, cenſuras, ac a Nobis innovatas, & extenſas pœnas excommunicationi, & anathemati, ac maledictioni æternæ, quam ex parte Omnipotentis Dei Nos quoque fecimus in his ſcriptis, etiam infamiæ perpetuæ, ac crimini Monopolii, & inhibitarum, ac injuſtarum uſurarum, confiſcationis, & privationis bonorum quorumcumque immobilium, & juriſdictionalium, & feudorum omnino eſſe ſubjectos, & a Chriſti Corpore, & Eccleſiæ Dei unitate ſeparatos, ac omni, & quocumque beneficio, & Officio Eccleſiaſtico, vel ſæculari ſive temporali, ſive perpetuo ipſo jure privatos, & ad illa inhabiles etiam ſtatuimus, & declaramus, & in caſibus prædictis abſolutionem a ſententia excommunicationis Nobis, & Romano Pontifici, præterquam ſi in mortis articulo conſtituti fuerint, reſervamus.

Reſervatio abſolutionis.

Clauſulæ.

§.7. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, & ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Executio demandatur.

§.8. Mandantes omnibus, & ſingulis Venerabilibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, ceteriſque Eccleſiarum Prælatis quacumque auctoritate, & dignitate fulgentibus, quatenus præſentes literas, & in eis contenta quæcumque in eorum, necnon ſingulorum Parochialibus, & aliis Eccleſiis, ſi id neceſſarium eſſe judicaverint, publicent, ſeu publicari faciant, & ab omnibus exacte ſervari curent.

Derogatio contrariorum.

§.9. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Or-

Digitized by Google

& Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides tranſumptorum.

§.10. Ceterum quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca deferri, in quibus eædem publicari debent, volumus, quod illarum tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi exhiberentur.

§.11. Et ne aliqui ex eo, quod notitia præſentium literarum ad eos non pervenerit, ſe excuſare poſſint, volumus, quod earum tranſumpta etiam, ut præfertur, impreſſa, & in ſingulis Cathedralium, & Metropolitanarum Eccleſiarum dictiRegni valvis affixa veræ, & realis publicationis, & intimationis vim, & effectum ſortiantur, ac omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt perinde afficere, ac ſi ſingulariter, & perſonaliter ſingulis intimatæ fuiſſent.

Dat. die 14. Maii 1578. An.VI.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 14. Maii, 1578. Pontificatus noſtri Anno VI.

LXXXV.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Revocatio Fratrum Ordinis Minorum de Obſervantia ab Indiis, eorumque reductio ad propria Clauſtra, ubi Profeſſi fuerant.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium, & cauſa Conſtitutionis edendæ.

A D compeſcendam eorum licentiam qui poſtquam ſe Religioni addixerunt, variis exquiſitiſque rationibus, ad ſæculum redire contendunt, Nos convenit admodum eſſe intentos. Hoc in numero nonnullos Profeſſores Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum, in partibus Indiarum, tam del Perù quam novæ Hiſpaniæ ponendos eſſe, non ſine gravi animi noſtri moleſtia accepimus, illi etenim habitu eorum regulari dimiſſo, & ſæculari reaſſumpto ex partibus præfatis ad Regna Hiſpaniarum revertuntur,quę res,apud Indos ad fidem Catholicam converſos maximum affert ſcandalum: inſpiciunt enim pleroſque ex eis, qui in habitu humilitatis altiſſimo famulantur, illo dimiſſo negociis ſæcularibus ac congerendis pecuniis admodum eſſe intentos, & lucri cupiditate Religionis jugum, quod ſuave eſſe Dominus teſtatur, detrectaſſe, idque apud Nos non mediocrem parit admirationem.

§.1. Huic igitur incommodo, ex quo per horum Virorum pervenit ſcandalum, præſenti remedio occurrendum eſſe exiſtimantes Commiſſariis delegatis a Generali Miniſtro, ſeu Commiſſario Generali Ultramontano dicti Ordinis, ſeu quavis auctoritate in Fratres ejuſdem Ordinis prædito eos, qui habitu regulari dimiſſo ad ſæculum rediiſſe, etiam prætextu literarum Apoſtolicarum recognoverit, ex partibus Indiarum expellendi, & ad domos in quibus profeſſi fuerunt, literis Apoſtolicis, per ſubreptionem, vel obreptionem obtentis non obſtantibus, revocandi, ac ad illas reducendi, ac in eoſdem tamquam Religionis Deſertores juxta eorum exceſſus, & delicta, eorumque Regularia inſtituta animadvertendi, aliaque citra præmiſſa exequendi, licentiam, & facultatem Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus.

Clauſula.

§.2. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari ac definiri debere, irritumque, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.3. Non obſtantibus quibuſvis literis Apoſtolicis ad eorum favorem, ſub quibuſcumque ſententiis, & pœnis in contrarium conceſſis, quibus omnibus eorum tenores præſentibus, pro expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 14. Maii 1578. An.VI.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 14. Maii, 1578. Pontificatus noſtri Anno VI.

LXXXVI.

De munere, & electione Prælatorum Congregat. S. Bernardi in Italia Monacorum Ord. Ciſtercienſis Regularis Obſervantiæ.

Congregationem iſtam erexit Alex. VI. ut in ejus Conſt. X. Plantatus T. III. P. III. fol. 240.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

R Omanus Pontifex ex commiſſo ſibi deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio, circa felicem Statum Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ac piorum locorum omnium ex viſceribus caritatis intendens, ea per quæ Eccleſiæ, Monaſteria, & loca ipſa cum Dei honore, in ſpiritualibus, & temporalibus, ſalubribus proficiant incrementis, ac ſublatis diſſenſionum, diſcordiarumque ſomentis, & aliis contrariis quibuslibet, in eis regularis obſervantia, divinuſque cultus inviolabiliter obſervetur, perſonæque religioſæ, ſub ſuavi religionis jugo in pace, & pietatis manſuetudine Altiſſimo vota reddere, & fructus in Dei Eccleſia proferre valeant ampliores, ac Chriſtifidelium animarum ſaluti conſulatur, ſtatuit, & ordinat, & jam deſuper ſtatuta, & ordinata approbat, & confirmat, aliaque facit, & diſponit, prout penſatis circumſtantiis univerſis id conſpicit in Domino ſalubriter expediri.

Petitio Cardinalis Moro-

§.1. Sane Venerabilis Frater noſter Joannes

ni Protectoris, circa mutationem Capituli Generalis, & electionem Prælatorum.

nes Epiſcopus Oſtienſis Card. Moronus nuncupatus, Nobis nuper expoſuit quod licet olim ſalubri ut tunc ſperabatur conſilio, de Capitulis per Abbates, Prælatos, & Conventus Monaſteriorum Ciſtercien. Ordinis Congregationis S. Bernardi in Italia, Tuſciæ, & Lombardiæ Provinciarum inſimul unitarum regularis obſervantiæ, ſtatuto ad id loco, & tempore, quotannis celebrandis, lata decreta, etiam Apoſtolica auctoritate per felicis record. Alexandrum VI., & Julium II. Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros confirmata fuerint, longe tamen aliter evenire, & cum ubique pauci vix reperiantur ad dignitates, & officia, ac illis ingruentia munera rite obeunda ſufficientes, & idonei, nihilominus pleroſque nullius meriti, & inhabiles Monacos, inter frequentes Capitulorum hujuſmodi celebrationes, & crebras inde provenientes dignitatum, & officiorum, ac munerum attributiones, & translationes, illas hac opportunitate dumtaxat ſibi patefacta ambire, & ad illas adminiſtrandas, non mediocri totius Univerſitatis, & Congregationis hujuſmodi diſcrimine, & dedecore pervenire, immenſis præterea ſumptibus, qui pro continenter commigrantium in hæc Capitula annua delectarum perſonarum viatico ſuppeditantur, rem familiarem Monaſteriorum prædictorum exhauriri, multiplici hactenus documento compertum eſt; & ſicut ipſius Congregationis Decreta, & ſtatuta, quæ perpetuam illius Univerſitatis utilitatem continent, immutata manere, & omni peræque tempore obſervari, ſimiliter illa, quæ aut uſus coarguit, aut ſtatus ipſius Ordinis inutilia fecit, vel oſtendit, pro rerum, & temporum conditione, meliorem accipere formam, & prout conducit, illa accommodari convenit. Ac propterea dictus Joannes Epiſcopus, & Cardinalis, qui totius Ciſtercien. Ordinis Protector exiſtit, re mature perſpecta, ac ex noviſſima Monaſteriorum, & locorum ejuſdem Congregationis de mandato noſtro facta viſitatione, de illorum, & perſonarum in eis reſidentium ſtatu debite informatus, tam Capitulorum hujuſmodi celebrationem differri, quam de nonnullis aliis ipſius Congregationis ordinationibus convenienter, & ex utilitate communi ſtatui ſummopere deſiderat. Quare idem Joannes Epiſcopus, & Cardinalis Nobis humiliter ſupplicavit, quatenus in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Pontificis juſſio d. Capitulum celebrandi quolibet triennio.

§. 2. Nos igitur qui cunctarum præſertim Religioſarum perſonarum pacem, quietem, ac ſalubrem directionem ſinceris exoptamus affectibus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ut deinceps Capitulum prædictum ſingulo quoque triennio tantum, in loco ubi ſingulis annis celebrari antea conſueverat celebrari.

Viſitatoreſque ſingulis anni deſtinandi.

§. 3. Et ne dilatio temporis hujuſmodi efficiat, quod aſſumpti ad novas dignitates, arbitrio ſuo, non ſervatis conſtitutionibus, res, & negotia dictæ Congregationis, illiuſque Monaſteriorum adminiſtrent, ſingulis annis loco Capituli annuatim celebrari antea ſoliti, Viſitatores deſtinari.

Diſcretos, ut hic eligendi.

§. 4. Ac quod ſocii Prælati, Diſcreti nuncupati, unus videlicet, iſque ſacerdos pro quolibet Monaſterio per ſortes, ſine fraude, ac ſervatis ſolemnitatibus in novis deſuper conficiendis, & renovandis conſtitutionibus eligi, & ex conſuetudine per burſas Monaſteriorum ad arbitrium Patrum Regiminis diſtribui. Ad fraudes autem in ſortibus ponendis, illiſque diſtribuendis contingentes evitandas, Superiores utriuſque Provinciæ prædictarum, & anno in quo Capitulum celebrandum fuerit, omnes Monacos vocales in eodem Monaſterio, in quo eligendi ſunt Diſcreti, infra totam Dominicam Septuageſimæ diſtribuere, dictaſque diſtributiones ad ſingula Monaſteria ad hoc ut a Prælatis illorum Monaſteriorum pro extrahendis poſtea in una ex tribus proximis feriis Paſchalis Sanctiſſimæ Reſurrectionis, ex eis Diſcretis, qui ſacerdotes vocales exiſtant, ad Capituli celebrationem mittendis imburſentur mittere, ſin autem in aliquo Monaſterio quatuor Sacerdotes vocales ut ſupra reperti non fuerint, unus, vel plures prout opus fuerit, ad ſupplendum talem numerum ex alio viciniori Monaſterio, in quo ultra quatuor extiterint, aſſumi, & imburſatio in ipſo Monaſterio, præſentibus & intervenientibus pro veritatis teſtimonio ceteris aliis in illo Monaſterio commorantibus, inter quos ſaltem quatuor Sacerdotes interveniant ex alio Monaſterio vocandi, ſi in eo haberi non poterunt fieri, ſicque electi Diſcreti ad Capitulum acceſſuri, literas teſtimoniales fidem facientes de legitima eorum electione, ab omnibus Sacerdotibus, ſeu ſaltem a quatuor eorum, qui intervenerint electioni, omni invidia, & malevolentia ceſſantibus, ſub utriuſque vocis per ſexennium privatione omnino, niſi aliqua juxta de cauſa Patribus Capitularibus notificanda, & ab eis judicanda recuſarent, ſubſcribendas, & coram Prælato ſtatim ſecuta electione ſubſcriptas, aliter ſine literis hujuſmodi ad Capitulum non admittendi, ſecum deferre, & habere, ac comitia deinde Capitularia tertia Dominica poſt Paſcha Reſurrectionis hujuſmodi celebrari. Ad dictum autem Capitulum Viſitatores, & ſinguli Prælati Monaſteriorum, ſeu locorum cum ſuo Diſcreto, ut præfertur, electo accedere.

Præſidentem etiam totius Congregationis caput cōſtituendi.

§. 5. Præſidens autem ætate non minor annis trigintaquinque, qui per decennium Sacerdotis officio functus fuerit, & non minus ſexennio in Prælaturis honorifice ſe geſſerit, qui etiam per Definitores Prælatus alicujus Monaſterii Provinciæ, in qua Regimen commoratur, videlicet pro Provincia Tuſciæ in partibus Florentiæ, & pro Provincia Lombardiæ in partibus Mediolani, auctoritatem, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus in omnibus Monaſteriis d. Congregationis, & tam in Capitibus, quam in membris habiturus, ſuper hujuſmodi Congregatione ſimiliter, eligatur, eligi, & dictus Præſidens omnes Prælatos dictæ Congregationis pro emergentibus cauſis intra ſuum triennium

con-

convocare, & omnia utilia univerſæ Congregationi de conſenſu majoris partis, aſſiſtentibus, etiam Viſitatoribus decernere debeat, ac in Regimine utriuſque Provinciæ quoties, ubicumque ipſe Præſidens interfuerit, ſi quid agendum erit, ipſe idem licet ex ea Provincia non exiſtat, nihilominus aſſiſtat, & vocem habeat, & tamquam caput univerſæ Congregationis Monacos de loco ad locum mutare, & ex Provincia ad Provinciam legitimis intervenientibus cauſis auctoritate etiam propria mittere poſſit, illoſque ſic mutatos, & mittendos Superiores locorum perinde recipere, ac ſi a Definitoribus factum foret, teneantur. Ipſique ſoli Præſidenti ad Romanam Curiam, etiam non habita a Regimine licentia, ſed tantum notificato prius ſuo receſſu accedendi, ſit auctoritas; & ſingulis annis cum Viſitatoribus ad viſitation. ſe conferre, etiam cauſas terminare, ac decidere, necnon congregatis omnibus Capitularibus æqualiter vocem. & ſuffragium habentibus, ordinem conſuetum omnes Officiales, & ſe ipſum abſolvendi ſervare debeat.

Eoque infra triennium decedente, alio ejus loco, uſque ad Capitulum ſufficiendi.

§.6. Et ſi prædictum Præſidentem intra ſuum triennium decedere contingat, alius Præſidens, in illius locum cum ſimili poteſtate ad proxime futurum uſque Capitulum tunc duraturus per duodecim Patres Regiminis utriuſque Provinciæ inſimul congregatos, & de conſenſu illorum omnium, ſeu ſaltem octo ex illis eligi.

Scrutatores duos cum facultate hic enunciata deputandi.

§.7. Præterea duo Scrutatores, qui vota ſcripta in ſchedulis ſingulorum vocalium de Definitoribus eligendis aperiant, & ſuper illis ſcrutinium faciant, præſtito prius coram omnibus juramento de veritate referenda, & ſervanda fideliter pro qualibet Provincia juxta ſolitum, ac omnibus Capitularibus eligi, qui caſu quo fefellerint, ipſo facto excommunicationis ſententiam, a qua nonniſi in mortis articulo a Præſidente, vel ab eo, cui ipſe Præſidens ſuam auctoritatem ſubdelegaverit, abſolvi poſſit, in foro conſcientiæ incurrat. Et ſi fraus manifeſta erit, & probata, ſint etiam privati in perpetuum voce activa, & paſſiva, & inhabiles ad quæcumque officia exercenda, niſi ex diſpenſatione Apoſtolica, & de conſenſu Definitorum aliter fuerit decretum. Ipſique Scrutatores utriuſque Provinciæ inſimul ſchedulas ipſas. ut legitime adnotentur, Definitores videre debeant: & ſi ipſi Scrutatores in aliquam fraudem invicem conſenſerint, eamdem pœnam incurrant.

Diffinitores ſeptem pro qualibet Provincia eligendi.

§.8. Præterea ſeptem Definitores per ſchedulas pro qualibet Provincia, ab unoquoque vocale, ut moris eſt ſigillatas prius ſigillo Præſidentis, & ſubſcriptas a duobus ſenioribus majoribus, qui aſſiſterint, ut recognoſcantur, in quibus ſchedulis nomina omnium vocalium habeantur, ex quibus nomina illorum, qui in illo Capitulo Prælati acceſſerint, ſignata ſint in margine paginæ ſigno Crucis, & ex ipſis ſignatis eligi, & reliqui in dictis ſchedulis ad minus quinque, & reliqui duo numerum ſeptenarium conficientes, pro Definitoribus cujuſque Provinciæ arbitrio, & ſecundum conſcientiam eligentium eligi: & ſi aliqua ex illis ſchedulis a Scrutatoribus reperta fuerit non habens ſeptem nomina relicta pro Definitoribus, & non fuerint in ea quinque ſignati d. ſigno Crucis, ſchedula illa pro nulla habeatur, & ut invalida reiiciatur, ita etiam quod nullus in ſui favorem votum dare, aut ſe ipſum eligere poſſit.

Qui Diffinitores Præſidentem Capituli ex ſe ipſis eligent.

§.9. Utque electiones faciendæ a Definitoribus mature, & conſiderate, & non caſualiter fiant. In primis prædicti Definitores unum ex ipſis Præſidentem Capituli, qui tamen non ſit illius Provinciæ, in qua Capitulum tunc celebratur, ætatis, & qualitatis in Præſidente triennali ſupradicto requiſitæ eligere, ut ſi contingat poſtea illum eligi in Præſidentem triennalem, nulla in electione occurrat alia inquiſitio.

Et in primo Capitulo, in qualibet Provincia tot approbent Sacerdotes quot ſunt Prælaturæ, & alios quatuor.

§.10. Et deinde in iſto primo Capitulo pro qualibet Provincia tot ſacerdotes, quot ſunt Prælaturæ in Provincia, & ultra alios ſacerdotes quatuor habiles ad Prælaturam exercendam approbare debeant, qui etiam ad Viſitatoris majoris officium ſimiliter approbati intelligantur, quodque ii tantum ad Prælaturam, & ad Viſitatoris majoris officium approbentur, qui officia minora digne gradatim ſaltem biennio in quolibet officio fideliter exercuerit, ſemel autem approbati ſemper habiles intelligantur.

Deficienteque approbatorũ numero, alii in futuris Capitulis ſufficiantur.

§.11. In futuris vero Capitulis numero approbatorum, per obitum, aut ratione perpetrati per aliquem delicti privationem deficiente, & non aliter, alii in illorum locum approbentur. Ita quod ſemper numerus quatuor tantum extra Prælaturas a quolibet Capitulo habeatur.

Prælato infra triennium decedente, vel privato, alius de numero approbato um eligatur.

§.12. Ei ſi intra triennium aliquem Prælatorum decedere, vel a Viſitatoribus, vel a Capitulo ob aliqua demerita privari contigerit, alius extra numerum approbatorum aſſumi minime poſſit, aliterque facta irrita ſit, & nulla, & a Capitulo non recipiatur electio, necnon talem Prælaturam acceptans ſe non probatum, nec in electione ſua fuiſſe probatam formam electionis ſupra traditam ſciens, ipſo jure utraq; voce per decennium privatus cenſeatur, ſua electione hujuſmodi propterea nulla, & invalida remanẽte.

Ex eiſdẽ Diffinitores & Viſitatores eligantur.

§.13. Ex illis autem approbatis, & prius publicatis Definitores Provinciarum Prælatos, & Viſitatores majores per ſchedulas, ut moris eſt eligere.

Præſidenſque a Diffinitoribus eligatur.

§.14. Præſidens vero triennalis a Definitoribus utriuſque Provinciæ, ſeu ſaltem a decem ex ipſis per ſuffragia fabarum eligi, & nullus Prælatus eodem tempore, & anno, præterquam in iſto primo Capitulo approbari, & eligi. Itemque præfati Definitores omnimodam auctoritatem habeant ſuper tota Congregatione.

Diffinitores auctoritatem habent ſuper tota Congregatione durãte officio.

§.15. Ita quod ab eorum ſententiis nemini appellare liceat, quinimmo eorum decretis, & terminationibus, quorũ acta per Scribam deputatum in libro perpetuo ſervando a prædicto Præſidente pro tempore exiſtente adnotentur, omnes acquieſcere teneantur, habere, ipſorum tamen officio ultra decem dies minime, nec minus quinq. duraturo.

Taxam Præſidentis præſiniant.

§. 16. Ac iidem in iſto primo Capitulo taxam viatici pro Præſidente ordinare.

Prælatos ad firmandas novas conſtitutiones deputent.

§. 17. Necnon duos ex qualibet Provincia Prælatos, qui infra ſex menſes conſtitutiones, & reformationes ipſius Congregationis, quæ neceſſariæ fuerint, ex antiquis, & novis colligere, illaſque ad prædictum Joannem Epiſcopum, & Cardinalem Apoſtolica auctoritate poſtea confirmandas, & reiiciendas mittere, & poſtquam confirmatæ fuerint, typis cum præſentibus literis excudi, & ab omnibus, & ſingulis prædictæ Congregationis perſonis inviolabiliter obſervari, nec in poſterum quidquam deſuper maxime in his, quæ ſtat. publicum ipſius Congregationis concernunt, immutari debeant, eligere.

Vota in eligendis Prælatis, alteri per modum conſilii communicare liceat.

§. 18. In faciendis autem electionibus Capitularium, Scrutatorum, Deſinitorum, Viſitatorum, Prælatorum, & Præſidentis, quoniam difficillimum eſt, & quaſi impoſſibile foret votum aliquando non communicari, liceat unicuique pro exoneratione ſuæ conſcientiæ ante votum ſuum ferendum aliquem magis inſtructum conſulere, & per modum informationis, & conſilii vocem ſuam, ſi ita videbitur, accommodare, abſque alicujus cenſuræ, aut pœnarum incurſu.

Viſitatores quatuor eligantur, quorū Majores profeſſione viſitent ut hic.

§. 19. Quatuor autem Viſitatores, duo ex una Provincia, & duo ex altera eligi, ac majores profeſſione tantum ex ipſis Viſitatoribus vocem capitularem habere, qui majores quolibet non autem illo quo Capitulum generale celebratum fuerit anno, de menſe Maii aſſumpto Præſidente, & pro Scriba Viſitatore minore illius Provinciæ, cujus fuerit Præſidens, ſeſe ad viſitandum Monaſteria dictæ Congregationis cum eadem, quam habet Abbas Ciſtercii, & alii quatuor primi Abbates dicti Ordinis, auctoritate conferre, ac illorum viſitatio ſingulis vicibus per totum menſem Junii abſolvi.

Acta Viſitationis ad Capitulum referantur.

§. 20. Acta autem Viſitationis, quæ facta fuerint in duobus annis præcedentibus, ſingula ad Capitulum generale celebrandum, ut etiam ipſi Viſitatores rationem illorum viſitationis reddere poſſint, deferri debeant.

Prælato aliquo privato, Vicarius deputetur uſque quo &c.

§. 21. Et ſi contigerit Prælatum aliquem privari ſuo officio, unus Vicarius tantum a Viſitatoribus, uſquequo a Patribus regiminis illius Provinciæ alter ex probatis Prælatus in illius locum eligatur, eligi.

Electiones minores permittuntur Viſitatoribus.

§. 22. Electiones autem minores, videlicet aliquorum officialium Prælaturis exceptis in cauſa privationis hujuſmodi ab ipſis Viſitatoribus fieri.

Viſitationes [illegible] Monialiū, & [illegible] Confeſſorum. [illegible] Confeſſores quam omnino nihil aliud [illegible].

§. 23. Moniales a Viſitatoribus illius Provinciæ, cujus erunt, viſitari, & in illarum Monaſteriis Confeſſores, prout opus fuerit, per triennium deputari, dictoque triennio elapſo in aliud triennium prorogari, ita tamen quod quamdiu Confeſſores extiterint, neque Prælaturam exercere, neque inter Patres regiminis adnumerari poſſint, eligi.

Prælati quando poſſint a Viſitatoribus, vel Diffinitoribus depoui.

§. 24. Prælati autem neque ab ipſis Viſitatoribus, neque a Deſinitoribus, niſi ob notoria demerita, & ſeu ob incurſum alicujus ex infraſcriptis erroribus videlicet: In divinorum officiorum, & miſſarum celebratione notabili negligentia, & Eccleſiæ ſibi commiſſæ, ita quod ejus culpa horæ canonicæ, & alia divina officia non recitentur, ſemel ſaltem a Viſitatoribus deſuper admonitus neglectu, aut de hæreſis incurſu vel ſuſpicione vehementi, necnon pro falſi teſtimonii, aut calumniæ, detractionis crimine convicto, aut judicum, & Principum ſecularium, vel non habentium juriſdictionem ſuper Congregatione, & Ordine ad impediendum Ordinis obſervationes, & tuenda ſua crimina imploratione, & refugio petito, vel contagione carnis, ordine juris prius ſervato verificata, aut enormium ſuorum ſubditorum criminum notabili poſt præcedentem monitionem diſſimulatione, vel blaſphemiæ, & percuſſionis conſuetudine, vel bonorum Monaſterii notabili diſſipatione, & contemptu, ſeu libelli infamatorii editione vel ſcriptura, necnon mercaturarum propriarum exercitio, ac notabili abſentia, aut non reſidentia in Monaſterio cum commiſſo ſibi grege ſine Superiorum permiſſione, monitione etiam præcedente. Ex quibus omnibus caſibus privatus, amplius niſi a Capitulo, & tunc viſa ejus humiliatione approbari debeat, nec præter hos caſus privari vel amoveri, niſi enim ad majorem dignitatem ob ſuperveniientem alicujus mortem aſſumendi cauſa, non poſſit.

[illegible] confirmari.

§. 25. Ac non modo triennium eidem Monaſterio integrum præeſſe, ſed ſi administratio ejus laudabilis in eo triennio reperta fuerit, & utilis ſuo Monaſterio, a Capitulo in eodem Monaſterio per aliud triennium confirmari poſſit: quod quidem inſtitutum, initium a proxime futuro Capitulo, nulla adhibita temporis præteriti, neque Prælaturarum antea obtentarum conſiderátione ſumere.

Et a Prælatū poſtea vacare.

§. 26. Talis autem per ſexennium Monaſterio præfectus, tempore ſex annorum a Prælatura illius Monaſterii per triennium tantum vacare, & poſtea de novo eidem Monaſterio præfici valeat.

Regimen utriuſque Provinciæ in quibus Prælatis de Capitulo ad Capitulum conſiſtat.

§. 27. Regimen vero utriuſque Provinciæ prædictarum de uno Capitulo ad aliud ſpectet, prout in noſtris reformatione, & diviſione per quam Capitulo dictæ Congregationis, licentiam, & facultatem conceſſimus, ut duo regimina ſingulis annis conſtituat, quorum unum Lombardiæ, alterum vero Tuſciæ provinciis præſit, & quorum quodlibet ſex Monacis conſtet, in hunc videlicet modum, ut quando Præſidens, qui eligitur, erit ex Provincia Lombardiæ, tunc regimen ipſius Provinciæ Lombardiæ conſiſtat ex dicto Præſidente, & duobus viſitatoribus Lombardiæ, necnon tribus Abbatibus etiam Lombardis a Capitulo nominandis. Regimen vero Tuſciæ eo anno ſit penes Abbatem Monaſterii Septimi dicti Ordinis, Florentinæ Diœceſis, ac duos Viſitatores Tuſcos, necnon tres Abbates etiam Tuſcos a Capitulo pariter nominandos. Cum vero contigerit Præſidentem eligi unum

unum ex Provincia Tuſciæ, tunc regimen illius Provinciæ ſit penes ipſum Præſidentem, ac duos Viſitatores Tuſcos, necnon tres alios Abbates etiam Tuſcos a Capitulo, ut ſupra conſtituendos. Regimen vero Provinciæ Lombardiæ eo anno habeant Abbas Claravallen. Mediolan., & duo Viſitatores Lombardi, necnon tres alii Prælati etiam Lombardi a Capitulo, ut præfertur, eligendi. In quorum omnium electione forma in eligendis dictæ Congregationis Prælatis obſervari ſolita omnino obſervetur, & Superiores electi ultra triennium non durent, & ſi contingeret unum ex Superioribus electis ſuo durante officio decedere, & alium in ejus locum ſubrogatum in proximo ſequenti Capitulo confirmari, ſeu de novo eligi, declaravimus, tempus triennii ad obtinendas Prælatutas conceſſi, non a die ſubrogationis, ſed a die confirmationis, ſeu electionis in Capitulo generali factæ incipere debere.

Eorum acta ad Capitulũ deferantur.

§.28. Et acta omnia dictorum Patrum regiminis, fideliter a Scriba notata, ad Capitulum in libro deputato deferantur.

Monaſteria reformanda, viciniori Provinciæ annexa cenſeantur.

§.29. Et ſi contigerit aliquem Commendatarium Monaſteriorum Ordinis prædicti, Monaſterium ſibi commendatum reformare, & menſas peculiares, & ſeparatas in bonis aſſignare per literas Apoſtolicas juxta conſuetudinem Congregationis, talia Monaſteria ſub regulari obſervantia eſſe per totam Italiam prædictæ Congregationis, & annexa Provinciæ viciniori cenſeantur, prout in literis Alexandri, & Julii Prædeceſſorum prædictorum deſuper confectis continetur.

Prælati Ciſtelli & Boniſolatii ſint propriè Abbates cum juriſdictione ſolita.

§.30. Ac quod Prælati Ciſtelli, & Boniſolatii ad Capitulum cum Diſcreto accedere, ut moris eſt. Et quamquam ſint Monaſteria ſubiecta Abbati dicti Monaſterii Septimi, nihilominus etiam ipſi Abbates cum juriſdictione ſolita, & conſueta ceteris Abbatibus vocari, & illis per Deſinitores in primo celebrando Capitulo pro Monacorum in eis exiſtentium faciliori ſubſtentatione: & ne divinus cultus in eis negligatur bona aliqua ex d. Monaſterio Septimi per ipſos Ciſtelli, & Boniſolatii Prælatos ad inſtar aliorum Prælatorum ejuſdem Congregationis regenda, & gubernanda aſſignare debeant: Ac eiſdem Monaſteriis Ciſtelli, & Boniſolatii, idem pro tempore exiſtens Abbas dicti Monaſterii Septimi in ſpiritualibus tantum præeſſe, & in Septimi hujuſmodi Monaſterio reſidere teneatur.

Prior Morimundi titulo Abbatis utatur.

§.31. Liceatque Priori nunc, & pro tempore exiſtenti Monaſterii Morimundi ejuſdem Congregat. cujus titulus Abbatialis per bonorum illius menſæ Abbatialis per piæ mem. Pium Papam IV. etiam Prædeceſſorem noſtrum hoſpitali majori Mediolanen. ſuppreſſo d. titulo Abbatiali applicatæ ſeparationem a menſa Monacis aſſignata factum vacat, & in quo ſtudium exiſtit, ac in eo Novitii ab Abbate benedicendi ad profeſſionem admittuntur, titulo Abbatis Monacorum ſui Monaſterii, & ſuæ menſæ uti Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus.

Conſtitutiones Alexandri VI. & Julii II. confirmantur.

§.32. Ad hæc literis piæ mem. Alexandri VI., & Leonis, ac Julii II., per quas inter alia voluerunt, quod Monacus Profeſſus unius Monaſterii intelligatur profeſſus aliorum Monaſteriorum dictæ Congregationis, & Profeſſus unius Provinciæ non poſſit ad aliam Provinciam niſi ob demerita, vel ex gratia tranſmitti. Et Procuratores in Curia ad Capitulum tamquam Prælati accedere, ibique vocem activam, & paſſivam, quatenus per Patres Deſinitores decretum ita foret, habere poſſit, ac privilegia, & indulta in ſuo robore remanere, & omnibus Monaſteriis comunia eſſe, æqualitaſque in negociis Provinciarum adminiſtrandis ſervari debeat.

Conſtitutio Leonis X. approbatur.

§.33. Necnon recol. mem. Leonis Decimi ſimiliter Prædeceſſoris noſtri, per quas quod nullis dictæ Congregationis perſonis ſub Excommunicationis latæ ſententiæ, ac inhabilitatis ad vocem activam, & paſſivam, necnon ea quam fugitivi ex dicta Congregatione juxta illius inſtituta, & Sedis Apoſtolicæ ordinationem incurrunt, pœnas ipſo facto ſi contravenirent incurrentibus, diſtricte præcipiendo, mandavit, ne de cetero quiſpiam eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios directe vel indirecte, quovis quæſito colore, quodvis ex his, quæ circa dictæ Congregationis, & illius locorum regimen, & bene vivendi normam, ſive per dictam Sedem, ſive per generale Capitulum Congregationis ejuſdem provide eſſent diſpoſita, & diſponerentur in poſterum impugnare quoquo modo præſumerent; & ſi quæ controverſiæ inter eos, dum Capitulum generale hujuſmodi celebraretur, pro tempore ſuſcitarentur, per illius Capituli Deſinitores, ſi vero extra Capitulum orientur, per Præſidem, & Viſitatores d. congregationis, qui pro tempore forent, componi eas & terminari libere permitterent, & dictorum Deſinitorum, ac Præſidentis, ac Viſitatorum decreta, & ordinationes deſuper facienda inviolabiliter obſervarent.

Conſtitutio Pauli III. innovatur.

§.34. Poſtremo ſanctæ mem. Pauli Tertii itidem Prædeceſſoris noſtri per quas ſtatuit, quod de cetero omnes & ſinguli Prælati, & Superiores, ac etiam dictæ Congregationis Monaci cujuſcumque gradus exiſtentes, qui bona ſeu fructus Monaſteriorum Congregationis hujuſmodi ſibi ſub quocumque prætextu ſine ipſius generalis Capituli expreſſa, vel omnium Deſinitorum hujuſmodi Congregationis licentia uſurpare præſumerent, ultra pœnas, & cenſuras in tales per regularia inſtituta Ordinis, & Congregationis hujuſmodi latas, regimine, & adminiſtratione omnium Prælaturarum, & officiorum Ordinis, & Congregationis prædictorum, ac voce activa, & paſſiva eo ipſo privati, & ad illa, & alia quæcumque, Prælaturas, & Officia in poſterum habenda & exercenda perpetuo inhabiles cenſerentur. Quodque ipſi Prælati, & Superiores eorum Monacis de victu, & veſtitu, ac aliis neceſſariis juxta eadem inſtituta providere, ipſoſque Monacos, & alios eorum ſubditos errantes corrigere, ac ſinguli

li eorum de geſtis, & adminiſtratis per eos Viſitatoribus dictæ Congregationis ſeu Deputatis ab eis rationem reddere tenerentur; necnon Monaſteria Monialium niſi illarum Confeſſores per ipſius Congregationis Definitores pro tempore exiſtentes deputati forent, ingredi, ac cum ipſis Monialibus converſari nequirent, ac electiones Prælatorum & Superiorum eorumdem, rite, & ſine ambitione ac corruptela celebrarentur, nec in hujuſmodi electionibus libertas quoquomodo directe vel indirecte impediretur, ſed unicuique animi ſui ſententiam exprimere liceret, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicimus.

Diffinitores poſſint in unaquaque Provincia creare tres tit. Abbatiales.

§. 35. Poſtremo dictis Definitoribus creandi tres titulos Abbatiales, ex unaquaque Provincia pro illis diſtribuendis inter ſenes effectos, & inhabiles ob maturam eorum ætatem nominandos quorumdam locorum annexorum aliis Monaſteriis majoribus dictæ Congregationis. Et Abbates titulares hujuſmodi, privilegiis aliorum Abbatum gaudeant, ſed vocem Capitularem non habeant, & locum ſuum teneant poſt Prælatum illius loci, in quo reſederint, & ſervitus, ac honor debitus illis exhibeatur. De quibus titulis Abbatialibus unus ſervetur, & detur illi, qui fuerit electus Viſitator major dictarum Provinciarum, qui Viſitatoris, non tituli Abbatialis, ſed Viſitatoriatus cauſa & reſpectu ad Capitulum accedat ſicut antea, abſque tamen ſocio diſcreto, ſed tantum retineat hujuſmodi dignitatem majoris honoris cauſa, & ad conſervandum dicti Ordinis decus, licentiam, & facultatem concedimus ac impartimur.

Impoſitio perpetui ſilentii circa quæſtiones omnes, nō detegendas in futuro Capitulo.

§. 36. Decernentes quod cauſarum, ſeu quæſtionum, & differentiarum, quæ non fuerint notæ in noviſſima viſitatione, de mandato præfati Joannis Epiſcopi, & Cardinalis, Apoſtolica tamen auctoritate per Præſidentem dictæ Congregationis facta, & in proximo futuro Capitulo non detegentur, & juſtificatæ non fuerint, nulla in poſterum ratio habeatur, ſed de eis ac rebus elapſis annis præteritis cenſeri impoſitum perpetuum ſilentium, ad effectum poſt celebrationem Capituli proxime futuri nemini liceat improperare alicui defectus præteritos verbo vel in ſcriptis, ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ, a qua nonniſi per Sedem prædictam, & præterquam in mortis articulo abſolvi poſſit, & privationis utriuſque vocis per decennium: quæ vero cognitæ fuerint, & punitæ in dicta viſitatione, & quæ forſan cognoſcentur, & punientur, in proximo Capitulo obſerventur, ſed nulli liceat eas alteri improperare ſub eiſdem pœnis, teneanturque Prælati intimare Monacis ſuis, ut ſi quis aliquam adverſus quempiam habeat querelam, notificet Capitulo proxime celebrando, alioquin amplius non audiantur, & ſilentium imponatur, ſub eiſdem pœnis, finito Capitulo ordinario.

Deputatio executorū hujus Bullæ.

§. 37. Quocirca dilectis filiis Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, & Venerabilium Fratrum noſtrorum Mediolanen. ac Floren. Archiepiſcoporum, in ſpiritualibus Vicariis Generalibus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando expedierit, ſolemniter publicantes, faciant eaſdem preſentes literas, & in eis contenta quęcumque inviolabiliter obſervari, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Derogatio contrariorum

§. 38. Non obſtantibus ſimilis mem. Bonifacii Papæ Octavi pariter Prædeceſſoris noſtri, illa præſertim qua inter alia cavetur, ne quis extra ſuas Civitatem, & Diœceſim niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices a Sede prædicta deputati extra Civitatem, & Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere audeant, vel præſumant, & de duabus dietis in Concillo Generali edita, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis, & Monaſteriorum, ac locorum hujuſmodi, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Ordini, & Monaſteriis, ac locis prædictis, illorumque Abbatibus, Prioribus, Prælatis, ac aliis Superioribus, & perſonis, quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & efficaciſſimis, ac inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, in genere vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis; quibus omnibus etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia, generali vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis.

Nulli ergo omnino &c.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octavo, decimo Kal. Junii, Pontificatus noſtri Anno VII. D.P.An.VII. 23. Maii.

Con-

LXXXVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio nonnullorum ſtatutorum, & Ordinationum Monachorum Congregationis S. Hieronymi Regni Portugalliæ circa electionem Provincialis, Priorum, ac aliorum Officialium &c.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN communi Paſtoralis regiminis cura, quam meritis licet imparibus, divina diſpoſitione ſuſtinemus, ad ea, quæ ad quietem Religioſarum perſonarum ſtatum conſervandum, regulariſque diſciplinæ ſinceram obſervantiam cuſtodiendam pertinent, animum libenter convertimus, & quæ optima ratione, piequæ, ac ſancte Nobis præſertim mandantibus, ſunt inſtituta, ut firma perpetuo, & illibata permaneant, noſtræ auctoritatis robur adiicimus.

Facti ſeries.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis fecerunt dilecti filii Alvarus de Oliventia, & Paulus Viſienſis Religioſi Congregationis, & Ordinis Monachorum, & Heremitarum Sancti Hieronymi Regni Portugalliæ ſuo, & dicti Ordinis nomine, quod licet alias certa quædam ſtatuta, Ordinationes, ſeu reformationes, tam circa Provincialis, & Priorum, ac aliorum Officialium electionem, officium & auctoritatem, quam circa alia nonnulla ad dictam Congregationem, & ejus perſonas pertinentia fuerint promulgata, & per Nos auctoritate Apoſtolica confirmata, quia tamen ad quietiorem ejuſdem Ordinis, ac Congregationis ſtatum nonnulla ex illis immutari, & corrigi, aliqua etiam addi, alia vero detrahi plurimum pertinere videbatur, Nos hujuſmodi negocio nonnullis ex Venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus de mandato, eoque per ipſos diu, lateque diſcuſſo, tandem facta Nobis per eos relatione comperimus, ad eorum regulare inſtitutum conſervandum, cultumque divinum augendum plurimum cum Domino poſſe conferre ſtatuta, & Ordinationes hujuſmodi.

Electio Provincialis.

§.2. In primis, quod electio novi Provincialis fiat in Capitulo Provinciali legitime juxta Ordinis ſtatuta congregato, & ſi Patribus vocem habentibus in dicto Capitulo de more, & ex Sacri Concilii Decretis, & abſentium voces non ſuppleantur.

Munus Provincialis electi.

§.3. Novus Provincialis ubi primum fuerit canonice electus, factis ceremoniis, & conſuetis ſolemnitatibus ſervatis intelligatur confirmatus, eique debita reverentia, & obedientia exhibeatur, qui cum diffinitoribus Capituli viſitet vitam, & regimen Provincialis præteriti, eumque juxta ipſius actiones fide dignorum probatas teſtimoniis abſolvat, vel condemnet, prout Ordinis Conſtitutiones decernunt, inde deveniat ad electiones Priorum, & Vicariorum Monaſteriorum, cum Diffinitoribus, & Procuratoribus Monaſteriorum, ſed ante Priores, & Vicarii præteriti reſignent coram Capitulo eorum Officia de more Provinciæ.

Prior Monaſterii de Bethleem.

§.4. Prior Monaſterii de Bethleem ante alios Priores eligatur, & primum locum habeat in Capitulo, & extra poſt Provincialem.

Socius Provincialis.

§.5. Socius Provincialis eligatur ab ipſo Provinciali, Diffinitoribus, & Procuratoribus Monaſteriorum, qui ſi longa infirmitate impediri, aut mori contigerit, ante Capitulum eligatur alius a Provinciali, & Diffinitoribus tantum.

Viſitatio Monaſteriorum.

§.6. Si Prior, aut Vicarius alicujus Monaſterii extra tempus Capituli e vita deceſſerit, Provincialis cum Religioſis tantum dicti Monaſterii vocem habentibus alium eligat, cetera negocia in Capitulo pertractanda, ſive perſonas, ſive Monaſteria tangant, etiam ad morum correctionem pertinentia a Provinciali, & Diffinitoribus expediantur, abſque eo, quod ceteri Capitulares Religioſi ſe intromittant.

Viſitatores.

§.7. Expedito Capitulo Provincialis, & Socius Monaſteria omnia, tam in capite, quam in membris, inquirendo de vita, & moribus Religioſorum, de ſtatu Monaſteriorum toties, quoties ei neceſſarium videbitur, viſitare non deſinat, & pro expenſis viſitationis ſingulo quoque anno Monaſterium de Bethleem 20. mil. Regalia impendat.

Munus Priorum.

§.8. Viſitatores autem, qui in Capitulo fieri conſueverant, de cetero non fiant, ſed Provincialis, & ſocius id officium exequantur, finita vero viſitatione dictus Provincialis reſidere poſſit in Monaſterio de Bethleem.

Tempus Provincialatus.

§.9. Factis Prioribus, & Vicariis in Capitulo Provinciali quilibet Prior, ut primum Prioratus ſui officium adeptus fuerit, juxta Ordinis ſtatuta cum fratribus ſuis omnes Officiales de more, & juxta Sacri Concilii Tridentini præſcriptum inſtituat in ſuo Monaſterio.

Vicarius Provinciæ.

§.10. Provincialis juxta antiqua Ordinis ſtatuta, triennio tantum maneat in Provincialatu, quo elapſo congregabit Provinciale Capitulum in Monaſterio de Bethleem, & ibi præſidebit uſque ad novi Provincialis electionem, quo habita, & novo Provinciali canonice electo, ipſe renunciabit officio, & adminiſtrationis ſuæ rationem novo Provinciali, & Patribus Diffinitoribus reddere teneatur.

§.11. Provincialis, ſi in Officio Provincialatus infirmari, & mori contigerit ante præfinitum tempus biennii, regiſtrum, ubi notantur acta Provinciæ, & ſigillum ſub fida cuſtodia, & clavibus recipiantur, & cuſtodiantur, donec per Patres Diffinitores, & Priorem loci, in quo caſus occurrit, electus fuerit Vicarius Provinciæ, cui per eos electo regiſtrum, & ſigillum conſignentur. Is eandem quam Provincialis, pro tempore exercere conſuevit, in Ordine habeat facultatem uſque ad Provinciale Capitulum juxta Ordinis ſtatuta proxime celebrandum.

Electionis modus.

§.12. Inſtante Capitulo Provinciali quilibet Prior Monaſterii cum fratribus ſuis teneat electionem Procuratoris ad dictum Capitulum mittendi juxta antiqua dicti Ordinis ſtatuta.

Cauſæ majores.

§.13. Electio autem teneatur juxta Sacri Concilii Tridentini decretum, quo electo,

Digitized by Google

ℭto, detur ei inſtrumentum Procurationis ſubſcriptum, & ſignatum a Vicario, & Conventu ad comparendum in Capitulo ad dandam vocem, & ad deferenda Monaſterii negotia.

§.14. Cauſæ majores Provinciæ extra Capitulum occurrentes non expediantur Provinciali: niſi ſaltem de duorum Diffinitorum conſilio, & aſſenſu.

Novitiorum educatio.

§.15. Novitii educentur in Monaſteriis de Bethleem, & de Peralonga tantum, & ſi alibi offerantur, Priores Monaſteriorum cum ſuis fratribus Capitularibus omni tempore de licentia tamen Provincialis eos recipere,& habitum eis dare valeant. Teneantur tamen eos mittere ad Monaſterium de Bethleem, vel de Peralonga, qui tempore opportuno profeſſionem juxta Concilii Tridentini decretum emittant,ut filii tamen lo corum, in quibus fuerant recepti. Habeant magiſtrum literis, & moribus ornatum, qui præter Sancta exercitia Religionis quotidie inſtruantur, & exerceantur in gramaticis, & cantu Eccleſiaſtico; facta vero profeſſione in dicto Monaſterio, per biennium tantum maneant, quo elapſo, ad loca receptionis eorum manſuri remittantur.

§.16. Filii Monaſteriorum licet in Monaſteriis, in quibus fuerint recepti, & pro quibus fuerint profeſſi,manere,& vitam ducere poſſint, & eorum eleemoſynæ illis Monaſteriis acquiſitæ, & incorporatæ intelligantur, & ita Monaſteria eorum neceſſitatibus ſuccurrere teneantur,debeant nihilominus, prout opportunum fuerit, Provinciali obedire, ſi pro tempore etiam aliis Monaſtariis inſervire contigerit, quod Provincialis arbitrio reſervetur.

§.17. Conſtitutinnes hactenus a quoquam, vel undecumque emanatæ, quæque vel per Sanctam Sedem Apoſtolicam approbatæ, & confirmatæ non fuerint, vel in Capitulo de conſenſu Diffinitorum, Priorum, Procuratorum, & aliorum vocem habentium recepta non fuerint, fratres ad pœnam, vel ad culpam obligare non intelligantur.

§.18. In dictis autem Capitulis, & in quibuſcumque aliis teneatur Provincia ſervare Decreta Sacri Concilii Tridentini.

§.19. Nos igitur, qui Religionis hujuſmodi, & illius aſtrictarum perſonarum quarumlibet ſalubrem directionem ſinceris affectamus deſideriis, tam Alvarum, & Paulum Religioſos prædictos, quam Provincialem, & Superiores dicti Ordinis, & eorum quemlibet a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia omnia, &

Statutorum confirmatio.

ſingula ſtatuta, & Ordinationes, aliaque præmiſſa auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, atque illis plenariæ, & inviolabilis firmitatis Apoſtolicæ robur adiicimus, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint quomodolibet in eiſdem, ſupplemus, illaſque, & illa valida, & efficacia fuiſſe, eſſe, atque perpetuo fore, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab ipſis Provinciali, & Superioribus, ac aliis quibuſcumque eidem Ordini Sancti Hieronymi Regni Portugalliæ aſtrictis perſonis nunc, & pro tempore exiſtentibus, & futuris, ac aliis omnibus, & ſingulis, quos præmiſſa quomodolibet concernunt, & pro tempore concernent, inviolabiliter perpetuo obſervari debere, & ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Conſtitutionis executores.

§.20. Quo circa Venerabilibus fratribus Emanueli Dalmada Ulixbonen., & Gaſpari Lerienſis Civitatum Epiſcopi,ac dilecto filio Collectori Cameræ Apoſtolicæ pro tempore exiſtenti in Regno Portugalliæ prædicto per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, vel alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte tam Alvari, & Pauli religioſorum prædictorum, quam Provincialis, & Superiorum, ac aliarum perſonarum Ordinis prædicti, & eorum quorumlibet fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, & quibus opus fuerit, intimantes, ac denunciantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia, & ſingula ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari. Contradictores quoslibet, & rebelles, & præmiſſis non parentes cujuſcumque ſtatus, gradus, ac conditionis fuerint, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§.21. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres aliquis vigore præſentium ad Judicium trahatur, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus dictique Ordinis, ſeu Congregationis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, uſibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis quomodolibet etiam iteratis vicibus, etiam per Nos, & alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam quibuſvis perſonis cujuſcumque ſtatus, gradus, dignitatis, Ordinis, & conditionis exiſtentibus, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, etiam de latere Legatis, aut alia quacum-

Digitized by Google

cumque mundana, vel Eccleſiaſtica dignitate & auctoritate fulgentibus conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, tenores hujuſmodi acti de verbo ad verbum nibil penitus omiſſo inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis, ac totaliter inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter expreſſe derogamus, ac latiſſime derogatum eſſe volumus. Ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 4. Junii 1578. An.VII.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 14. Junii 1578. Pontificatus noſtri Anno VII,

---

LXXXVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Confirmatio Statutorum, & Ordinationum Communitatis, & Comitatus Camerinen. *ſuper dotibus*, & arrediis.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prœmium.

DEcet Romanum Pontificem Civitatum inſignium Romanæ Eccleſiæ temporali ditioni ſubiectarum felici gubernio, & conſervationi providere, quod ſi aliqua ad eum finem maturo conſilio ſtatuta ſunt, ut illa in mores inducantur, uſuque recepta ſuccedentibus temporibus obſerventur, illis antea viſis, & examinatis Apoſtolicæ confirmationis robur adiicimus.

Facti ſeries, & cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. Hinc eſt, quod cum Dilecti Filii Communitas, & Homines Civitatis Noſtræ Camerinen. per Dilectos Filios Herculem Pontium U. J. D., & Camillum Lucarellum Laicos Camerinen. eorum Oratores ad Nos, Sedemque Apoſtolicam deſtinatos exponi Nobis nuper fecerint quædam decreta, ſtatuta, & Ordinationes ſuper dotibus, pactiſque, & lucris dotalibus, veſtibuſque, & aliis ornamentis nuptarum Mulierum, & Nobilium Puellarum Civitatis, & Comitatus Camerinen., ac ſuperfluis ſumptibus nuptiarum coercendis in Conſilio Generali dictæ Civitatis, cum auctoritate, & conſenſu Dilecti Filii Magiſtri Julii Selaſenati Referendarii Noſtri ipſius Civitatis Gubernatoris ſub noſtro, & Sedis beneplacito edita, & promulgata, ac ratificata fuiſſe, exiſtimantes ea ad publicam utilitatem, & commoditatem pertinere, quo illa ad omnium notitiam perveniant, ac ne quiſquam illis in futurum temere contravenire audeat, vel præſumat, illaque perpetuo ab omnibus obſerventur, æquum, & rationi conſonum eſſe judicavimus, eorumdem ſtatutorum, & Ordinationum tenorem, quem examinari, & recognoſci fecimus, accurate de verbo ad verbum præſentibus adſcribi, qui ſequitur, & eſt hujuſmodi.

Summa dotis conſtituendæ.

§.2. Quod in futurum pro dote, & dotis nomine alicujus Puellæ, vel Viduæ, vel alterius cujuslibet Mulieris nubendæ, dotandæque originariæ, Incolæ, & habitatricis Civitatis Camerinen. cujuſvis gradus, vel conditionis exiſtat, non poſſit dari, concedi, vel prommitti ſub quovis quæſito colore, vel titulo directe, vel indirecte ab aliquo ſive habitatore, vel incola dictæ Civitatis Conſanguineo, ſeu quacumque parentela coniuncto, vel etiam quavis perſona extranea cujuſcumque gradus, ſexus, dignitatis, & conditionis exiſtente ultra, & præter ſummam florenorum mille monetæ currentis ad rationem quadraginta bolendinorum pro quolibet floreno, ſive dos conſiſtat in pecunia numerata, ſive credita, ſolutione promiſſa, ſive in aliis bonis ſtabilibus, mobilibus, vel ſemoventibus, Juribus, extra vero Civitatem etiam in Cortinis, & Comitatu dictæ Civitatis Camerinen. ſimiliter, ut ſupra pro qualibet dote dari, concedi, vel promitti non poſſit ultra ſummam florenorum ſimilium trecentorum, ſed ſi aliqua de Cortinis, & Comitatu prædictis acceperit in ejus Maritum aliquem Civem, Incolam, & Habitatorem Civitatis Camerinen. tunc, & eo caſu dictus Civis Incola, & habitator Camerini poſſit habere pro dote mulieris Comitatenſis uſque ad ſummam mille, & non ultra, & verſa vice, ſi quæ Civis, vel habitatrix ejuſdem Civitatis nuptui tradita fuerit alicui viro Comitatenſi poſſit, & valeat dare, vel promittere pro dote uſque ad ſummam florenorum quingentorum, & non ultra.

Augumentum dotis prohibetur.

§.3. Et ne fiat aliqua fraus contra præſentem ordinationem, & ſtatutum, quod ſumma dotium prædictarum ſingula ſingulis referendo nullo prorſus modo accreſci, vel augeri poſſit, vel debeat etiam poſt magnum, vel parum intervallum ſuo quovis quæſito colore, vel titulo directè, vel indirecte, etiam ex cauſa donationis inter vivos, vel cauſa mortis, etiam legati, vel fideicommiſſi, vel alia quacumque ultima voluntate, vel quocumque alio contractu, pacto, vel conventione tacita, vel expreſſa, quibus dotes, & dotium quantitates prædictaque contra hujuſmodi Ordinationes, & ſtatuta augerentur, ſalva ſemper facultate cuilibet de rebus ſuis libere diſponendi tam inter vivos, quam in ultima voluntate, præterquam in augumentum dotium prædictarum expreſſo nomine, titulo, vel Jure dotium quantitates prædictas excedentium, nec etiam per mediatores amicabiles, Impoſitores, proxenetas, vel alias interpoſitas perſonas cujuslibet gradus, ordinis, dignitatis, & conditionis exiſtant, quodque proxenetæ, mediatores, & interpoſitæ perſonæ inobedientes, & contrafacientes puniantur ipſo facto, eiſdem perſonis, quibus tenentur partes principales, & nihilominus in eventum, in quem datum, promiſſum, conventum, relictum, auctum, vel quomodolibet conceſſum fuerit pro dotibus hujuſmodi, & harum nomine in caſibus prædictis, ultra dictas reſpective ſummas ſuperius declaratas datio, promiſſio, conventio, relictum, augumentum, vel

alias facta conceſſin in ea parte, quæ dictas ſummas excedit, & ſuperat, & ſit ipſo Jure nulla, inefficax, irrita, & inanis, & tam is, qui dedit, promiſit, convenit, vel quomodolibet conceſſit Dotes hujuſmodi contra tenorem, & formam præſentis ordinationis, & ultra dictas ſummas, quam etiam ille, qui illas recepit, acceptavit, convenit, ſibi, vel alteri dari, vel alias ſibi quomodolibet deberi præſumpſerit, ipſo facto incidant, & eorum quilibet incidat in pœnam dupli ejuſdem quantitatis pecuniarum, rerum, vel bonorum dictas ſummas, ut ſupra declaratas, & taxatas excedentem, pro parte tertia Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, pro alia tertia Communitati Camerini, pro reliqua vero tertia dicto Judici, & Superiori exequenti, partibus irrimiſſibiliter applicandum, necnon qui contra hanc præſentem Ordinationem, & ſtatutum directe, vel indirecte fecerit, aut quomodolibet venire præſumpſerit, tamquam bonarum legum, & utilitatis publicus contemptor omni dignitate Magiſtratus Priorum, necnon ordine, ſive numero Conſiliariorum ejuſdem Civitatis, & ſimiliter officiis, ſeu penſionibus, quæ ſingulis annis Civibus ex buſſulo dari ſolent, perpetuo privatus exiſtat, itaut de cetero nec in Buſſulo Priorum, nec Conſiliariorum majoris publici Conſilii matricula, ſive numero, nec officiorum, penſionumque Buſſulo deſcribantur, & includantur; deſcripti vero, vel incluſi deleantur, revocentur, ac pro non ſcriptis, & imbuſſulatis penitus, & omnino habeantur toto tempore vitæ ſuæ, etiamſi forte per incuriam, vel alias extraherentur tam de Buſſulo Magiſtratus Priorum, quam de Buſſulo Officiorum, ſtatim laceretur ſchedula, ſive *polizza* ut dicunt, & alius ipſius loco incontinenti extrahatur, qui officio, ſive penſione fruatur.

Pactiones dotales a publico Notario ſcribendæ.

§.3. Et ut undequaque fraudibus, quæ contra hanc conditionem fieri, vel excogitari poſſint, quantum poſſibile eſt, obvietur, ſtatuitur, & ordinatur, quod pacta dotalia, pignora, aſſecurationes, promiſſiones dotium puellarum, viduarum, vel mulierum quarumcumque nubendarum debeant deſcribi, & annotari per publicum, & authenticum Notarium, & in forma autentica Inſtrumentum inter partes per eumdem Notarium redigi, qui ſit de numero Collegii Camerinen., in Comitatu vero ſaltem in matricula Notariorum deſcriptus, alias per teſtes, vel alias ſcripturas privatas, vel publicas facta illorum probatio nulla ſit, nulliuſque roboris, vel momenti, & tamen Notarius, qui de dictis pactis, & dotalibus Conventionibus, & conceſſionibus rogatus fuerit, teneatur infra decem dies a die celebrati contractus computandos dare notam Inſtrumenti prædicti cum ſummario quantitatis Dotis conventæ, & promiſſæ Cancellario, & ſcribæ Communitatis prædictæ reſcriben. in libro publico ad id confecto manu ipſius Notarii ſub pœna ſcutorum ducentorum pro mediate Reverendæ Cameræ, pro alia medietate Communitati Camerinen. applican., & inſuper ſub pœna ſuſpenſionis ab Officio per quinquennium, quod ſi iterum in eiſdem contravenerit, etiam Notariatus Officio perpetuo privatus exiſtat.

Quid agendū ſi Notariorum copia deſuerit.

§.4. Et quia in Comitatu non poteſt commode haberi copia Notariorum, ſicut in Civitate ne propter hujuſmodi difficultatem Matrimonia impediri, aut differri poſſint, propterea ſtatuimus, & ordinamus, quod in Comitatu prædicto, ubi celebrari contigerit Matrimonium præſentibus Parocho, & iiſdem teſtibus, qui celebrationi Matrimonii interfuerint, debeat a partibus declarari, & exprimi quantitas dotis puellæ nuptæ, & poſtea dictæ partes teneantur dotis quantitates infra triginta dies immediate ſequentes redigi facere in publicum Inſtrumentum, atque authenticum per publicum Notarium, ut ſupra, alias dotis quantitas probari non poſſit, nec per teſtes, nec per aliud quodcumque genus probationis, & probatio alias acta, quam per publicum Inſtrumentum, ut ſupra, ſit ipſo jure nulla, irrita, & inanis: Notarius autem, qui Inſtrumentum dotis hujuſmodi confecerit, teneatur dare notulam, & ſubſcribere in libro publico, ut ſupra, ſub eiſdem pœnis ſuperius expreſſis.

Statutis hujuſmodi renunciari non poſſe.

§.5. Declarantes, quod præſentibus decretis, Capituliſque nullo modo, pacto, vel quovis quæſito colore renunciari poſſit, nec tacite, nec expreſſe, nec in totum nec in aliqua ſui parte, & quælibet renunciatio deſuper facta, vel facienda, ſit ipſo Jure nulla, & invalida.

§.6. Et ad convincendum eos, qui hujuſmodi decretis, & Capitulis contravenerint, ſufficiant etiam præſumptiones, & conjecturæ urgentes, & Magiſtratus, qui pro tempore erit, teneatur, & debeat curare omni induſtria, & diligentia apud quemcumque Dominum Superiorem, & Judicem, ut contra tales tranſgreſſores procedatur omni Juris, & facti vigore, immo in omnibus caſibus prædictis contra tranſgreſſores non ſolum rigoroſiſſime procedatur, ſed nec poſſit peti, vel fieri aliqua gratia, vel remiſſio pœnarum hujuſmodi ab aliquo Præſide, vel Judice Comitatus Camerini, nec a majori generali, vel minori Concilio, & Magiſtratu, immo quod ſuper aliqua gratia remiſſionis pœnarum prædictarum, vel infraſcriptarum, nec in Concilio majori, vel minori pœnes Magiſtratum, vel Dominos Superiores, & Judices hujus Communitatis non poſſit porrigi, vel poni aliqua petitio gratiæ, quæ eſſet directe, vel indirecte contra præſentem ordinem, vel alicujus illius partis, vel capitis, & ſi fiet aliqua gratia, reſcriptum, vel abrogatio quævis præſentis ſtatuti, vel alicujus partis ejus ſit ipſo jure nulla, & nullius roboris, vel momenti, & tamen Priores, Conſiliarii, & quilibet, qui admiſerit ſimiles petitiones, ſupplicationes, & inſtantias puniatur ad pœnam ſcutorum ducentorum pro quolibet, & qualiter vice, & qui hujuſmodi

Digitized by Google

di ſupplicationes porrexerint, vel aliquod contra hanc ordinationem petierint, ſimiliter puniantur ad pœnam ſcutorum ducentorum applicandorum, ut ſupra, quæ intelligatur, dummodo gratia, & pœnæ remiſſio non emanaverit a Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa.

Bona ſtabilia ſtatutam ſummã dotis excedere non debent.

§.7. Et ſi evenerit, quod pro prædictis maritandis aliquis vellet dare, & tradere pro dote, & dotis nomine res, & bona ſtabilia, quæ excederent quovis quæſito colore ſummas dotium prædictarum reſpective, non poſſint ea dari, tradi, vel aſſignari poſſeſſio, & tenuta dictorum bonorum, niſi eſtimatione legitima præcedente facienda a duobus eſtimatoribus eligendis, & deputandis a publico, & generali Concilio dictæ Civitatis ballottandis, & obtinendis more ſolito, & conſueto, qui teneantur jurare ad Sancta Dei Evangelia in manibus Priorum, & ad eorum delationem prædicta bona æſtimare juſto, & convenienti pretio.

Declaratio.

§.8. Declarantes ad tollendum fraudes, quæ in præmiſſis fieri poſſent, quod hujuſmodi dotes alterari, vel augeri non poſſint, mercatura, mercenariis, exercitio, arte, ſocietate, monetæ cenſu annuo, aut alio quocumque prætextu, ex quibus dotes prædictæ eſſent auctæ ante conſumationem Matrimonii: ſed hujuſmodi augumentum, & fructus mercaturæ, aut aliorum prædictorum contractuum, & exercitiorum ſiut, & pertineant ad illum, vel illos, quæ dotes, & barum pecunias miſerint, & poſuerint in mercatura, mercenariis, arte, exercitio, & aliis prædictis, & Sponſus, & Sponſa, Maritus, & Uxor non ſentiant lucrum, aut damnum, commodum, aut incommodum, niſi poſt conſumationem Matrimonii.

Arredium.

§.9. Item ſtatuitur, & ordinatur, quod pro arredio, mobilibus, ſeu Camera non poſſint ad ſummum dari, & conſignari, niſi bona inferius deſignanda, videlicet Camiſiæ ſponſarum numero decem, Giuppones numero duo valoris ſcutorum trium pro quolibet ad plus, Colletti tres abſque auro, & argento, & gemmis, ſeu perlis, vel aliis rebus pretioſis, aut recamis non excedentibus valorem ſcuti unius auri pro quolibet, pannellæ, ſeu gremialia decem, cuffiæ duodecim, Capezzoli lini numero viginti; & totidem ſudaria omnia ſine auro, & argento, & aliis rebus pretioſis, tobalea una telæ rentiæ vel lineæ, longa brachiorum ſeptem de palmis tribus pro quolibet brachio, ſpatolæ telæ rentiæ, vel alterius telæ lineæ numero duodecim, & aliæ ſalvietæ omnes numero viginti, ſpeculum unum valoris ad plus unius floreni, guancealia ſes telæ rentiæ, vel urtichinæ abſque auro, & argento, linteorum paria duo, & quod in portando Capetto, ſeu Capula Sponſæ non liceat portare donativum, quod non ſit conforme prædicto ordini veſtiendi, & ornandi Sponſam ſub eiſdem pœnis, ſed liceat tantummodo portare capulam valoris ſcuti unius, & unum par ſolearum, ſeu crepidarum, & unum par calligarum, ſeu, ut vulgo dicitur, calzettæ, pileum, & ornamenta, quæ vir ejus mittit, non tamen excedentia ordinem ſupradictum.

Arredii conſignationi, qui præſentes eſſe poſſint.

§.10. Item, quod tempore, quo fit ſponſæ conſignatio arredii, mobilium, ſeu Cameræ non poſſint adeſſe, vel eſſe præſentes niſi pater, mater, ſorores, & attinentes uſque in ſecundum gradum ſecundum Jus Canonicum computando, ac etiam vicinæ proximiores ſponſo, & ſponſæ, & vocetur etiam Cancellarius Communitatis, qui debet eſſe præſens, & notare in ſcriptis hujuſmodi ordinem ne tranſgrediatur ordo mobilium prædictorum, & arredii, ſeu Cameræ, & ſi caſu abſit, vel ſit impeditus, adhibeatur alius ejus loco arbitrio dictorum Priorum, & qui tranſgrediuntur hujuſmodi ordinationi in dando, vel recipiendo id, quod ſuperius eſt espreſſum, incidat ultra pœnam ſcutorum quingentorum, etiam in pœnam amiſſionis rerum, & bonorum quorumcumque conſignatorum ultra, & præter hujuſmodi ordinationem datorum, ut ſupra applicandorum, & in eventum tranſgreſſionis Cancellarius teneatur in prædicto Conſilio publicare, & notificare tranſgreſſores, & contra eos procedi poſſit juſta prædictos ordines, ita quod quando ſponſa traducitur e Domo Patris, vel fratrum, aut aliorum ad Domum ſponſi non liceat, vocare pro ea aſſocianda, niſi ſolum Conſanguineos, & affines, & non poſſit dari pro jentaculo, ſeu collatione, niſi ſors una confectionis zuccari, ſeu aromatariorum, & panes, quos ſpeciales appellant, & ciambellas ultra poma, uvas, olivas, & id genus fructuum pro tempore exiſtentes, & quod ſequenti die non liceat mittere marſapanos ultra pondus duarum librarum abſque pullis gallinaceis, vel alia re, declarantes, quod Patri, & Fratribus etiam per interpoſitas perſonas ſponſæ in exitu Domus non liceat donare ſponſæ, vel alteri pro ea ſcutum unum auri in auro pro quolibet, & inobedientes puniantur in pœnam ſcutorum decem, ultra ammiſſionem ſummæ excedentis applicandæ, ut ſupra.

Indumenta Sponſæ.

§.11. Item quod ſponſæ, vel mulieri nuptæ non liceat habere, facere, vel portare veſtem ſericam rubeam, vel violaceam de grana, vel chermiſino tinctam, & nihilominus non poſſit habere niſi unam veſtem ſericam, vel vellutaceam cujuſvis ſit coloris, præter chermiſini, & violacei de grana, ut ſupra, & appellatione veſtis Zimaria intelligatur, & habentes veſtem ſericam non liceat habere niſi unam Zimariam panni, vel raſciæ ornatam cum liſtis ſericeis, vel velluti, & aliam Zimariam ſine aliquo ornamento ſimiliter panni, vel raſciæ, & generaliter non poſſint in quibuſvis veſtibus addi ornamenta præter prædicta, nec poſſit apponi, ut vulgo dicitur ſericum ſupra ſericum, nec alia addi ſimilia pretioſa ſub pœna ſcutorum quinquaginta, & amiſſionis veſtium, & rerum ipſarum, ut ſupra applicandarum, & nihilominus non liceat alicui puellæ nuptæ, ſponſæ, viduæ, vel alicui alteri Mulieri, Civi, ſeu Incolæ, vel habitatrici Civitatis, & Status Camerini cujuſvis

juſvis gradus, & conditionis exiſtat, portare, vel etiam domi retinere, vel habere veſtes aliquas caudatas, quarum cauda ſit longior uno pede ad menſuram pedis communis Camerini, quam ſit pars anterior ipſius veſtis, ſi mulier non poſſit habere, vel portare veſtes cum manicis longis clauſis, vel apertis, ſed tantum in veſtibus, quas zimarras appellant, poſſint habere dictas manicas longas clauſas, & ſtrictas juxta antiquam conſuetudinem ſub pœna amiſſionis veſtium, vel veſtis ipſo facto incurrenda, & ſimiliter non liceat alicui ſartori, vel veſtiario facere, vel vendere veſtes habentes caudas longiores, vel manicas longas contra formam prædictam ſub pœna ſcutorum viginti quinque pro qualibet veſte pro medietate Sacro Monti Communitatis, pro alia medietate inter accuſatores, & executorem dividen., & ſub pœna ſuſpenſionis ab exercitio per unum annum, & deinde ad beneplacitum Dominorum Priorum, & Conſilii generalis dictæ Civitatis, nec inſuper liceat portare in capire, collu, pectore, vel ornamento veſtium ultra valorem viginti ſcutorum auri in auro in totum computatis ornamentis margaritis, ſcuperlis, corallis, granatis, & ſimilibus aliis, negantes eis monilia, & pendentia ab auribus ſub jam dictis pœnis, & rerum amiſſione, ut ſupra applican., in quibus incurrere etiam Pater, Mater, Avus, Avia, Patruus, & Avunculus, Fratres germani, vel conſanguinei, & alii attinentes ſponſi, & ſponſæ, qui conſenſerint, vel emerint illa.

§.12. Et ne poſſit committi aliqua fraus, ordinatur, & ſtatuitur, quod antequam ſponſæ, & mulieres nuptæ poſſint gerere bona prædicta, & ſimiliter ornamenta, debeant illa præſentare coram Prioribus, ac Magiſtratu pro rempore exiſtentibus, qui debeat ea æſtimatoribus ſingulis annis in publico Conſilio deputan., & ſi abſuerit, vel impediri, ſeu impeditus fuerit eorum loco poſſint alii arbitrio Dominorum Priorum deputari, & poſtea annotari a Cancellario Communitatis, & non poſſint mutari, vel alterari.

§.13. Item conceditur ſponſis, vel aliis mulieribus, quod poſſint gerere pileum coopertum ſerico, vel veluto, & alio quovis ſerici genere, abſque tamen auro, argento, vel aliis ornamentis factis ex auro, & argento, medaliis, vel aliis impreſſionibus, & pennis, ſive plumis non exceden. valorem inter pileum, & alia ornamenta ſcutorum trium.

§.14. Item prohibetur, quod tam ſponſa, quam aliæ mulieres nuptæ habere non poſſint modo aliquo ultra para duo ſolearum, ſive crepidarum velluti, vel ſerici cum paſſamanis ex ſerico, prohibendo expreſſe ſub pœnis prædictis, quod in dictis crepidis non poſſint uti auro, nec argento.

Quo vocandi ad deſponſationem.

§.15. Item quod in deſponſatione ſponſorum non poſſiut, tam ex parte mariti, quam ex parte Uxoris vocari conſanguinei, vel affines ſupra quartum gradum ultra vicinos ſub eiſdem pœnis, ita quod in nullo penitus actu faciendo, ad ornatum Infantium adhibeatur uſus cultrinarum, niſi ad ſummum ex ſerico, aut velluto ſimplici cum ſimplicibus paſſamanis, ſeu frangis ſericis una cum cappula, ſive lentiolo, ſine auro, & argento, & quovis gemmarum genere, vel recamo.

Dona facienda puerperæ.

§.16. Et ſimiliter, ut reprimantur abuſus, qui ſolent fieri in ornandis cunabulis non adhibeantur cultrices, niſi ut ſupra pernicalia, ſive ut vulgo dicitur, cotuni, & linteamina neceſſaria abſque aliquo auri, vel argenti, & gemmarum additamento, ſub dictis pœnis, & rerum amiſſione, ſupra applican.

§.17. Item, quod non poſſint mitti ad mulierem puerperam cunæ modo aliquo, quodque, etiam mulieri puerperæ non poſſint mitti a Cive ultra duo paria Capponum, & duo nochera vini negando expreſſe omnem aliam rem tradi.

Veſtes innuptarum puellarum.

§.18. Item, quod nondum nuptæ puellæ etiam nubiles non poſſint habere aliquod genus veſtium ex velluto, aut ſerico, ſed tantum ex panno, raſcia, vel mocajale, & ſimilibus, nec illos ornare, niſi ex paſſamanis, vel frangiis ſimplicibus, vel parvulis liſtis ex veluto in totum brachium unum non exceden., & ornamenta fiant tantummodo in buſtis vulgo nuncupatis.

Qui poſſint accedere ad puerperam.

§.19. Quodque in Comitatu ad mulieres puerperas non poſſint accedere, niſi mater, & ſorores, aut duæ ex propinquioribus in defectum matris, vel ſororis, & non poſſint ad eas deferre pluſquam unum par pullorum gallineceorum, & quatuor panes magnos, & vini moderate duo ſimilia vaſa.

Qui ad convivium venire poſſint.

§.20. Item quod in deſponſatione Comitatus non poſſit, nec debeat conducere, ſeu mandare aſſociari a ſuis conſanguineis, vicinis, & affinibus, niſi in primo, ſecundo, & tertio, & quarto gradibus conjunctis, & ſimiliter in convivando, & nuptiis faciendis convitatorum non poſſint comitare, nec vocare niſi eoſdem conſanguineos, vel affines primi, ſecundi, tertii, & quarti gradus, nec poſſint eos gravare, vel eis jubere, ut portent ſcatulas, vel alias res comeſtibiles, nec etiam vocare, & id jubere vicinis, & amicis, nec uti in comedendo aliquo genere obſonii, quæ vulgo dicitur: *le vivande*; & aliis ſimilibus delicationibus, ſed tantummodo lacteolos, & cariatas, ut vocant.

Reviſio facienda a deputatis.

§.21. Item, quod tam in Civitate, quam in Comitatu ſuper tranſgreſſione omnium, & capitulorum hujuſmodi, tam in rebus dotalibus, quam in arredio, ſeu Camera, extractione domus, nuptiis, puerperis, & aliis rebus prædictis fiat reviſio a Deputatis, qui pro tempore erunt, qui prædicta poſſint revidere, & cogere tranſgreſſores ad ſolutionem poenarum juxta Decreta, & Ordines prædictos, rogare, & inſtare ut ſuperiores adjuvent, & faveant pro executionibus faciendis, & circa veſtes, extractiones ſponſarum de domo, & aliis hie non expreſſis fiat juxta ordinem, & capitula, & novas reformationes deſcriptas in volumine ſtatutorum.

Capitis ornamentum.

§.22. Item quod mulieres non poſſint uti velis eroceis, vel alias tinctis, ſed velis albis in capite, & etiam in eingulo, & liceat uti burata ſimpliei; viduæ tsmen poſſint uti ſolito velo crocco, vel alias juxta morem.

§.23. Item quod omnes ſponſæ, & mulieres Civitatis, & Status Camerini, ſine diſtinctione graduum in veſtiendo, & portando earum veſtes, & jocalia, & alia ornamenta, pari gradu, & paſſu procedant, præſentis ordinationis metas non exceden. Non obſtautibus Ordinibus factis in ſtatuto, de veſtibus Capitaneorum, Doctorum, Equitum, & Privilegiatorum.

§.24. Item quod ſuperior poſſit, & valeat pœnas prædictas, prout ſupra, declaratum fuit, & quia experientia compertum eſt ex magnis expenſis, quæ hodie a maritis fiunt, dotes ipſas plerumque in totum, vel in parte conſumi, itant mariti aliquando eas reſtituere coacti omnem eorum facultatem erogari compellantur, proinde maturo conſilio, ac deſuper populi conſenſu pluries habito ſtatuerunt, & ordinaverunt, quod ſi moriatur Uxor, antequam ſit conſumatum matrimonium, maritus lucretur ſextam partem dotis datæ, vel promiſſæ, vel conventæ, vel quomodolibet debitæ cum ſexta parte Cameræ, & ſi poſt moriatur Matrimonii conſumationem ſine filiis, ſive traducta fuerit, ſive non msritus lucretur tertiam partem dotis datæ, promiſſæ, vel conventæ, ſeu alias quomodolibet debitæ, ut ſupra. Et e contra, ſi præmoriatur maritus ante matrimonialem copulam, Uxor lucretur veſtes longiores, & viduales, & annulum ſponſalitii; poſt vero copulam lucretur omnes, veſtes, annulos, & mobilis, quibus veſtita traducta fuit ad domum viri, vel in nuptiis inter ipſos celebrais ornata.

Lucrum dotale.

Munera Sponſæ data.

§.25. Munera vero quæcumque Uxori in ſponſalitio a Viro, vel ejus Patre, Matre, Fratribus, & perſonis vere proximioribus data, & porrecta, ſint, & eſſe debeant, matrimonio morte viri diſoluto hæredum ipſius mariti, cujus contemplatione data fuerunt, præterquam parva illa, quæ dantur a Conſanguineis, & attinentibus remotioribus viri in actu deſponſatiunis, quæ vulgo dicitur: *La mancia delli Parenti*.

Munera prohibentium.

§.26. Item quod Patri, & Matri, vel aliis prædictis ex parte ſponſæ non liceat quovis quæſito colore nec poſſit reſtituere loco muneris, ſeu manciæ aliquod donativum, prout hodie utuntur, videlicet Camiſias, ſudsria, ſeu ſciugatoria, & minus maritus affinibus calligas, erepidas, & alias res ſub pœna ſcutorum viginti quinque, ut ſupra applican. & minus comitativi ſponſi, vel alii pro eis poſſint, vel debeant portare in domum ſponſæ aliquas caligas, calſias, crepidaſque affinibus dandas, & e converſo ſponſa non poſſit, nec debeat in domum ſponſi, ſeu mariti gerere alicui de ejus domo, vel aliis conſanguineis, & affinibus donum aliquod ut Camiſias, ſudsria, ſeu ſciugatoria & ſimilis recepto viro ſub jam dictis pœnis, ut ſupra applican.

Reſtitutio dotis.

§.27. Necnon in reſtitutione dotis ſervetur diſpoſitio Juris communis quoad annuum legatum, non obſtante quacumque conſuetudine contraria, vel etiam ſtipulatione annui legati, quæ plerumque apponitur partibus inſciis, nec vim derogationis conſiderantibus.

§.28. Et inſuper ad tollenda dubia, quæ oriri poſſent circa interpretationem ſtatuti dictæ Civitatis poſiti in libro ſecundo, ſub titulo de dotibus, & dotatis mulieribus Rubric. 119. quoad prædictam partem dicti ſtaſtuti, videlicet a principio uſque ad finem, & ſi mulier plures habuerit fratres, addimus, illud fore intelligeudum in omnibus, & per omnia prout intelligebatur ſtatutum vetus & de verbo ad verbum, prout idem ſtatutum vetus loquebatur, ſtstutum novum in priſtinum ſtatum, & ſenſum reſtituatur, & pro reſtituto de cetero habestur, ac ſi nunqusm mutstum fuiſſet, & juxta tenorem antiqui debeat in futurum ab omnibus ſervari, cujus antiqui, & ut ſupra obſervandi ſtatutum uſque sd dictum finem, & ſi mulier, ex originali authentico ſumpti tenor talis eſt, videlicet: de Dotibus, & dotatis mulieribus Rubric. 115.

Mulier dotata a dotantis excluditur hereditate favore maſculorum.

§.29. Item ſtatuimus, & ordinsmus, quod ſi sliqua Mulier fuerit, vel erit dotata a Pstre, vel Matre, vel Avo paterno, vel Avia paterna, vel materna, vel Fratre carnale, vel Patruo carnali non poſſit ipſa Mulier dotata, nec deſcedentes ex ea reverti ad hæreditatem, vel ſucceſſionem prædictorum, vel alicujus eorum dotantium, vel non dotantium, vel deſcendentium ab eiſdem, vel aliquo prædictorum per lineam maſculinam, quouſque ſupervixerit aliquis maſculus legitimus, & naturalis de prædictis, vel aliquo ipſorum, vel eorum deſcendentibus sb eiſdem, vel aliquo prædictorum per lineam maſculinam, ſi vero fuerit dotata ab Avo, vel Ava maternis non poſſit dicts mulier, nec deſcendentes ex ea reverti ad hæreditatem, & ſucceſſionem ipſorum avi, vel avæ maternorum dotantium, vel non dotantium quoad ſuperveniret aliquis maſculus ipſorum, & deinde ſequitur dictus §.

Præſumptio dotis ſolutæ.

§.30. Et ſi mulier plures haberet fratres. & inſuper ad obviandum malitiis hominum eidem ſtatuto addimus, quod poſt decem annos inter præſentes; poſt vero annos viginti inter abſentes quælibet mulier maritata quoad effectum excluſivum dicti ſtatuti præſumstur dotata ſecundum formam, & tenorem dicti ſtatuti, quæ præſumptio non militat, ubi ante dicta tempora mulier, vel alius pro ea in judicio partem citare fecit, & ſuam actionem intentavit, quo vero ad alium effectum dotis conſequendæ poſt dicta tempora audiri poſſit & ſi fuit dotata dotem poſſit de jure conſequi: ſi vero dotata non appareat, non poſſit petere sliquam partem, vel hæreditatem bonorum perſonarum in ſtatuto expreſſarum, quia præſcindi voluerunt ad hunc effectum præſentis ordinationis decreto eam fuiſſe dotatam, dummodo non excedat ſummam ſuperius expreſſam reſpective, ſed poſſit bene petere,

Limitatio.

& age-

& agere, ut congrue dotetur, & ſi prædictos annos decem inter præſentes, viginti inter abſentes mulieri remaneat tantum actio petendi dotem ſibi relictam, vel alias promiſſam, vel demum ſe congrue dotari juxta tenorem ſtatuti, & prout juſtum fuerit, ſtatutis prædictis, & aliis contrariis non obſtantibus dicto ſtatuto, in reliquis ſalvo remanente, & in ſuo robore perſiſtente.

§.31. Pro parte igitur eorumdem Communitatis, & Hominum per dictos Oratores Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus Ordinationibus, & ſtatutis, aliiſque præmiſſis robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur cunctarum Civitatum, præſertim quarum fides, & obedientia in Nos, Sedemque Apoſtolicam apparet ſingularis, felicem ſtatum ſinceris affectibus exoptantes, eoſdemque Civitatem, & homines a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati omnia, & ſingula ſtatuta, & ordinationes hujuſmodi, ac prout illa concernunt in dictis ſtatutis, & Ordinationibus contenta, & inde ſequuta, & ſequenda quæcumque, licita tamen, & honeſta, & præterquam quoad dotes Viduarum Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem ſupplemus, præmiſſaque omnia, & ſingula ab omnibus, quos illa concernunt vel concernent quomodolibet in futurum, etiam Clericis, ac Eccleſiaſtica, vel alia quavis dignitate, officio, aut Magiſtratu fungentibus, vel prædictis, & tam ſæcularibus, quam cujuſvis Ordinis regularibus perpetuo inviolabiliter obſervari debere, nec illis contrafacere, dicere, vel venire licere, nec ab illis reſilire ullo unquam tempore poſſe, necnon contra præmiſſa diſpoſita, & in poſterum diſponenda, etiam per viam legis, vel ſimilium ſtatutorum, in quibus etiam juramentum interceſſerit, aut alio quovis vinculo nullata fuerint vim omnem juramento prædicto, & aliis articulis adimentes, nulla, & invalida fore, irritumque, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Confirmatio ſtatutorū præfatorum.

Executores.

§.32. Quo circa Venerabili fratri noſtro Epiſcopo Camerinen., & dilectis filiis Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac dictæ Civitatis Gubernatori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Communitatis, & Hominum prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia, & ſingula inviolabiliter obſervari. Contradictores quoſlibet, ac rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum.

§.33. Non obſtantibus felic. recor. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ad Judicium ultra tres dietas non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Civitatis, & Comitatus prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Communitati, & Comitatui prædictis, illorumque perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 5. Auguſti, 1578. Pontificatus noſtri Anno VII.

Dat. die 5. Auguſti 1578. An. VII.

LXXXIX.

Conſtitutiones, & ſtatuta in Capitulo generali Congregationis Clericorum Regularium Sancti Pauli Decollati obſervanda.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium, & facti ſeries.

§.1. Circa Religioſarum piarumque Congregationum ſtatum, & mores decet Nos non mediocriter eſſe intentos ac in his auctoritatem noſtram interponere, quæ ad perturbationes in illis ſummovendas ac quietem, & tranquillitatem parandam pertinent. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Præpoſitus Generalis, & illi Aſſiſtentes & Diſcreti Congregat. Clericorum Regularium Sancti Pauli Decollati, quod dum eadem Congregatio Autore Domino, Sediſque Apoſtolicæ intercedente auctoritate initium ſumpſit, ac illa tunc primum naſcebatur, reſque omnis ad paucos redigebatur ac unam tantum domum ſive Collegium in Civitate Mediolanen. habitabant,

bant ſtatuerunt,idemque ſtatutum inter conſtitutiones ejuſdem Congregationis perpetuo obſervandas redegerunt,ut hi qui in dicta Congregstione profeſſi fuiſſent, in Capitulis quæ vocalia nuncupantur,intereſſe ac de rebus ad univerſæ Congregationis ſtatum pertinentibus agere, & ſtatuere poſſent,

§.2. Poſtquam autem ejus Congregationis Conſtitutiones ejuſdem Apoſtolicæ Sedis auctoritate comprobatæ fuerunt, eademque Congregatio numero perſonarum augeri cępta fuit,ad evitandam confuſionem,quam in unum convenientium, & congregatorum multitudo plerumque parere ſolet, aliarumque religionum exemplo ducti landabili hactenuſque obſervata conſuetudine, cui aliquo tempore per quemquam adverſatum non fuit, eadem in Congregstione uſu receptum extitit,ut nullus vel indicta Congregatione profeſſus licet in Sacro. vel presbyteratus Ordine conſtitutus admittatur in Capitulis vocalibus, niſi præcipue hoc illi per Capitulum generale conceſſum, indultumque fuiſſet.

§.3. Nunc autem perſonarum, ac domorum, vel Collegiorum dictæ Congregationis numero aucto cum animadverſum fuerit, difficile, & fere impoſſibile eſſe, ut omnes dictæ Congregationis profeſſores, qui in eiſdem domibus, vel Collegiis reſident, undique convenientes inſimul cauſa celebrandi Capitulum generale annis ſingulis,ut moris eſt, congregentur, quo tempore in Eccleſiis domorum, & Collegiorum dictæ Congregationis divinus cultus, & Miniſtrorum numerus maxime diminueretur, eædemque Eccleſiæ fere deſtitutæ remanerent, ac univerſæ Congregationi maximum afferret diſpendium, ac incommodum, quare iidem Præpoſitus, Aſſiſtentes & Diſcreti Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus antiquum dictæ Congregationis ſtatutum inter illius Conſtitutiones perpetuas eo tempore, quo primum eadem Congregatio initium ſumpſit,relatum,quod tanto conſenſu jam abrogstum fuit, expreſſe tollere ac laudabilem conſuetudinem præfatam in dicta Congregatione uſu receptam approbare. & confirmare de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.4. Nos igitur antiquarum Conſtitutionum dictæ Congregationis tenorem. ac ſi de verbo ad verbum infereretur præſentibus pro expreſſo habentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati præſatum ſtatutum de admittendis ſingulis profeſſis in Capitulis Vocalium,etiam ſi in ſacris Ordinibus conſtituti fuerint, eadem Apoſtolica auctoritate tenore præſentium tollimus, & abolemus, conſuetudinemque, quod nemo in eiſdem Capitulis vocalibus admittatur, niſi per generale Capitulum id expreſſe eis conceſſum fuerit, perpetuo approbamus, & confirmamus, omneſque, & ſingulos, tam juris,quam facti defectus & ſolemnitatum etiam ſubſtantialium omiſſarum in præmiſſis ſupplemus, eandemque conſuetudinem exacte in virtute ſanctæ obedientiæ ab omnibus, quos illa concernunt, diſtricte obſervari præcipimus, & mandamus.

Confirmatio ſtatutorum,

§.5. Et inſuper quo eadem Congregatio in dies magis magiſque proficiat, ſtatuimus, ut nullus impoſterum vocem in eodem Capitulo Generali habeat, qui in dicta Congregatione per Quadriennium laudabiliter poſt factam profeſſionem vixerit, ac fide dignorum Teſtimoniis de vita, moribus, Religioniſque Zelo probatus, ac tunc demum a Capitulo Generali ad idem Capitulum admiſſus fuerit, quodque ad idem Generale Capitulum quotannis celebrandum cujuſcumque Domus, ſive Collegii ſuperior una cum diſcreto ejuſdem Domus, vel Collegii legitime in eadem Domo, vel Collegio ad id electo dumtaxat accedere debeant, nec alii ad idem Capitulum Generale accedere audeant, ſive prætendant,præſenteſque literas perpetuis futuris temporibus obſervari, ac de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio. aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel ad terminos juris reduci, aut in jus, vel controverſiam vocari. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ac cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ, Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & deffiniri debere, necnon irritum, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ.

§.6. Quocirca Venerabilibus Fratribus Maceraten., & Amerin. Epiſcopis, ac dilecto filio Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Præpoſiti, Aſſiſtentium, & Diſcretorum præfatorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia obſervari, non permittentes eos, ſeu eorum quemlibet deſuper a quoquam quomodolibet indebite moleſtari, Contradictores quoslibet, ac rebelles, & præmiſſis non parentes, per cenſuras, ſententias, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

§.7. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII., Prædeceſſoris noſtri, de una, & Concilii generalis de duabus dietis,dummodo quis vigore pręſentium ad judicium ultra tres dietas non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus eorum tenores præ-

Digitized by Google

præſentibus per expreſſis babentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus contrariis quibuſcumque. Ant ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem, ſit Sede Indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 1. Octobr. 1578.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 1. Octob. 1578. Pont. noſtri Anno VII.

XC.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Approbatio, & Confirmatio Provinciæ S. Joſephi Hiſpaniarum Ordinis Fratrum Minorum Diſcalceatorum, & eorum laudabilis Inſtituti, cum omnibus Monaſteriis obtentis, & obtinendis, cum mandato Generali, & Fratribus de obſervantia, ne illos moleſtent, aut quicquam ſuper cis innovent &c.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD hoc Nos Deus, licet immeritos militantis Eccleſiæ regimini prætuiit, ut quid cuique conveniat, neceſſariumque ſit, & opportunum, provideamus, & præſertim dilectis filiis profeſſoribus Ordinis Fratrum Minorum Diſcalceatis nuncupatis Provinciæ S. Joſepbi in Regnis Hiſpaniarum, quos tanto rerum Cœleſtium, & æternarum ſtudio allectos eſſe intelligimus, ut pro ſempiterna earum fruitione auſteritatem voluntarie, libenterque amplectantur, ut ab externis curis, & moleſtiis, quibus ab Inſtituto, & præſcripto regulæ ſuæ diſtrabi poſſunt liberati, illis ſoluti liberiorem bona Cœleſtia, & æterna contemplandi, & conſequendi facultatem habeant.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. Ad aures itaque noſtras Fratres prędicti Diſcalceati nuncupat. nonnullas quęrimonias perduxerunt, quibus ſe quampluribus moleſtiis, ac perturbationibus a dilectis Fratribus S. Franciſci de Obſervantia nuncupatis non parum minime ſub juſtis prætextibus vexari conquerebantur.

§.2. Ea propter Nos illorum quieti, & indemnitati conſulere volentes Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper negociis Epiſcoporum, & Regularium deputatorum negotium bujuſmodi audiendum, & cognoſcendum commiſimus, coram quibus re diu. ac mature diſcuſſa, iiſdemque Fratribus Diſcalceatis ex una, & Procuratori Generali prædictorum Fratrum de obſervantia partibus ex altera ſemel, & pluries auditis, habitaque ſuper boc matura deliberatione, de eorumdem Cardinalium conſilio Congregationem, ſive ut vocant, Provinciam S. Joſephi prædictam jam pridem in dictis Regnis erectam, & ordinatam, ac laudabilia inſtituta eorumdem Fratrum Diſcalceatorum, & ſingulis eorum Cuſtodiis, domibus, ſeu Monaſteriis, & locis, quæ nunc obtinent, & in perpetuum obtinebunt, præſentibus, & futuris Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, præcipientes in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & aliis arbitrio infraſcriptorum judicum infligendis cenſuris, & pœnis generali, & aliis Miniſtris, Commiſſariis, Provincialibus, Diffinitoribus, Vicariis, Cuſtodibus, & Guardianis nunc, & pro tempore exiſtentibus dicti Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum, & illurum generali proxime, & aliis in futurum celebrandis Capitulis, & perſonis, in eo congregandis, necnon omnibus, & ſingulis aliis quacumquè dignitate, auctoritate, & poteſtate fungentibus, ne Provinciam, Cuſtodias, Monaſteria, ſeu Domos, aut loca prædicta ullatenus directe, vel indirecte, ſeu quovis quæſito colore, vel ingenio diſmembrare, vel ſeparare, ſeu diſmembrari, vel ſeparari, aut alias quomodolibet inquietare, vel moleſtare audeant, ſeu permittant, nec eorumdem Fratrum Diſcalceatorum vivendi modum, aut rigorem ſtrictæ eorum Obſervantiæ habitus vilitatem, & paupertatem contemnere, immutare, ſeu retractare, aut in eis aliquid innovare, ſeu attentare præſumant, quinimmo Generalis Miniſter, Commiſſarii, & alii prædicti Fratribus dictæ Provinciæ Sancti Joſephi, ac eorum Cuſtodiis, Domibus, Monaſteriis, ſeu locis, quibus poterunt modis, auxilium, conſilium, & favorem præſtent.

Confirmatio Congregationis de qua in Conſtitutione

Facultas recipiendi quæcumque pro tempore concedenda.

§.3. Præterea Nos Fratribus dictæ Provinciæ quæcumque loca tam in Regnis Hiſpaniarum, quam in omnibus Indiis, & alibi exiſtentia ipſis pro tempore concedenda, interveniente Sedis Apoſtolicæ auctoritate, ſeu ſervata forma Concilii Tridentini, necnon Fratres prædictos de Obſervantia ad eos tranſeuntes recipiendi licentiam, & facultatem impartimur.

Onus Miſſarum fratribus Diſcalceatis injungi non poſſe ab illis de Obſervantia.

§.4. Inſuper cum dicti Fratres Diſcalceati perpetuum aliquod onus Miſſarum per ipſos celebrandarum ex Inſtituto ſuſcipere prohibeantur, ac ex officio, & debito charitatis pro ſuis benefactoribus vivis, atque defunctis Sacras Miſſas celebrare, & alia Divina Officia peragere babeant, ſeu ſæpius in illis celebrandis, & peragendis plurimum occupentur, ſtatuimus, ut nullus Superior prædicti Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia ipſis Fratribus Diſcalceatis aliquod opus Miſſarum perpetuum, vel temporale iniungere, ſeu eos ad aliquas Miſſas pro aliis particularibus perſonis, ſeu animabus aliquorum fidelium Defunctorum, etiamſi illi patroni, ſeu fundatores quorumdam Monaſteriorum, aut domorum eorumdem Fratrum de Obſervantia, ſeu in quibus memorati Fratres de Obſervantia commorantur, celebrandas, vel alias ad ſatisfaciendum in Miſſis hujuſmodi pro iiſdem Fratribus de Obſervan. cogere, ſeu aſtringere poſſit.

Prohibitio transferendi

§.5. Præterea quod nulli Commiſſarii Fra-

Fratres Diſcalceatos ſuperioribus de Obſerv. injuncta.

Fratrum de Obſervantia prædictorum nec ipſe Generalis Miniſter pro tempore exiſtens poſſit aliquos ex dictis Fratribus Diſcalceatis de prædicta eorum Provincia Sancti Joſephi, ſeu de eorumdem Domibus, vel locis extrahere, vel transferre, aut illos mittere ad quaſcumque alias partes, vel Provincias, etiam Indiarum, etiam pro Cuſtodia Sancti Gregorii in Indiis Philippinis, ubi Domus, ſeu Monaſteria ipſorum Fratrum Diſcalceatorum in poſterum canonice recepta fuerint, niſi eos, qui a Patribus in Capitulo ejuſdem Provinciæ San. Joſephi ſpecialiter aſſignati fuerint, vel alias in eodem Capitulo fuerit ordinatum, quodque Cuſtodia San. Gregorii prædicta eidem Provinciæ S. Joſephi ſubiecta, & incorporata exiſtat, prout Nos illam harum ſerie ſubiicimus, & incorporamus donec ea in Provinciam juxta Ordinis Inſtituta fuerit erecta, ac quod Provincialis dictæ Provinciæ S. Joſephi poſſit, & valeat Fratres ejuſdem Provinciæ ad Cuſtodiam prædictam transmittere, ac Commiſſarium ad illam miniſtrandam, ibique Capitula habendum juxta Ordinis Inſtitutum, ubi, & quando opus fuerit, & ſibi videbitur.

Subjectio Diſcalceatorum in reliquis Miniſtro Generali de Obſervantia.

§.5. Volentes nihilominus, ut ſalvis ſupradictis in reliquis dicti Fratres Diſcalceati ſubiecti remaneant juriſdictioni Miniſtri eorumdem Fratrum de Obſervantia generalis, quod ipſe Miniſter per ſeipſum, vel alium, ſeu alios ejuſdem Ordinis Diſcalceatorum tantum poſſit eoſdem Fratres Diſcalceatos corrigere, viſitare, ac in eom juriſdictionem exercere.

Clauſulæ.

§.6. Decernentes præſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu, etiam ex eo quod omnes intereſſe habentes, vel Fratres de obſervantia prædicti, aut quicumque aliis vocati non fuerint, notari, argui, ſeu impugnari, aut ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam ſub eadem Sede Apoſtolica emanatis, & in poſterum emanandis comprehendi non poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri debere, ſicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quavis auctoritate ſungen., etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores.

§.7. Quocirca Venerabilibus Fratribus Mexican., & Toletan. Archiepiſcopis, & Epiſcopo Alciten., necnon dilectis filiis Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditori Generali, ac Decano Eccleſiæ Mexican. per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum Diſcalceatorum prædictorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra eos præmiſſis omnibus, & ſingulis juxta præſentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper per Miniſtrum Generalem, alioſque prædictos quomodolibet indebite moleſtari, Contradictores quoslibet, ac rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus illos ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum.

§.8. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, per quam cavetur expreſſe ne Profeſſores Ordinum Mendicantium loca ad inhabitandum abſque dictæ Sedis licentia ſpeciali de prohibitione hujuſmodi expreſſam mentionem faciente, ac de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ad Judicium ultra tres dietas non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede Indultum, quod interdici, ſuſpendi, aut excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Fides tranſumptorum.

§.9. Ceterum quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca, ubi neceſſe fuerit, deferre, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod tranſumpto præſentium literarum, etiam impreſſo, ſigillo alicuius in dignitate Eccleſiaſtica &c.

Dat. die 12. Novem. 1578 An. VII.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 12. Novembris, 1578. Pont. noſtri Anno VII.

XCI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Erectio Collegii Ungarici in Monaſterio S. Stephani in Monte Cœlio de Urbe.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium, & cauſa Conſtitutionis edenda.

Apoſtolici muneris ſollicitudo, divina diſpenſatione, Nobis licet immerentibus delegata indeſinenter requirit, ut ad

Chriſtianæ Reipublicæ vulnera reſpicientes, quæ apta illis remedia fore intelligimus, quamprimum adhibeamus, conemurque, ut ubi antiqui humani generis hoſtis ad deſtructionem malitia ſupereminet, ibi noſtra ad reparationem induſtria ſedulo operetur. Hoc ſane conſilio, & animo Nos jampridem Germanicum, Græcum, Anglicum, & alia hujuſmodi Collegia tam in Alma Urbe, quam extra eam multis in locis ereximus alendæ, boniſque moribus ornandæ, ac vera pietate, ſana doctrina, reliquiſque Chriſtiano nomine dignis virtutibus imbuendæ, earum Nationum Juventutis cauſa, quos ſibi, & ſuis aliquando optato uſui, & adjumento eſſe poſſent, ad depellendam ex eorum mentibus errorum caliginem, & veritatis lucem aperiendum, quod cum jam Nobis ad votum, ſuperna opitulante gratia, ſuccedere videamus, propter magnos, & multiplices labores, & fructus, qui in Vinea Domini colenda, & vepribus perpurganda ex his Alumnis, & operariis noſtris aſſidue conſtant, non poſſumus non magnopere lætari, & tanto firmius poſthac tali hærere Inſtituto, quanto intelligimus illud in opere utilius apparere.

Erectio Collegii Ungarici

§.1. Ceterum inter varias horum temporum calamitates cum menti noſtræ obverſaretur, nobiliſſimi, atque quondam opulentiſſimi Hungariæ Regni deploranda conditio, quod partim vi, & dolis Turcarum miſere ſubactum, partim hæreſibus pollutum, ac deformatum reperitur, pari cum pernicie animarum, & corporum, ei Nos pro debita omnibus Gentibus ſollicitudine noſtra, ac præcipua erga tam inſigne, & amplum Chriſtiani Orbis membrum charitate ſubvenire, quantum in Nobis eſt, omni ſtudio cupientes, peculiare Collegium pro natione Hungarica hic duximus inſtituendum exiſtimantes hac potiſſimum ratione poſſe Sanctam Religionem, fidemque Catholicam, unde vera ſalus, atque etiam omnis ſpes redemptionis pendet, in eo Regno fulciri, & inſtaurari, proinde ad Dei Omnipotentis gloriam, Sanctæque fidei Catholicæ incrementum, & ad totius Hungariæ Nationis utilitatem, ac ſalutem, Motu proprio, ex certa ſcientia noſtra, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, unum Collegium Adoleſcentum Hungarorum vocandum in hac Urbe, & in loco ad id per Protectores illius eligendo, erigimus, & inſtituimus, cui ſumptus neceſſarios, quo ad aliunde provideatur ex noſtris, & Cameræ noſtræ Apoſtolicę pecuniis ſubminiſtrari jubemus.

§.2. Ceterum cum in ipſa Urbe ſit Eccleſia S.Stephani in Cœlio Monte ſatis antiqua, & nobilis olim a fe. rec. Nicolao Papa V. Prædeceſſore noſtro reſtaurata, & Ordini Fratrum S. Pauli primi Heremitæ ſub Regula Beati Auguſtini viventium ea, ut dicitur, conditione conceſſa, ut duodecim ad minus Fratres illi diſervirent, quod fortaſſe per aliquod tempus obſervatum eſt, quia tamen longe aliter nunc evenire cernimus, ob memoratas Regni, & Gentis illius calamitates, & corruptam Religioſorum in illis partibus diſciplinam, unde ejuſmodi Fratres venire huc ſolent, qui officio ſuo juxta Prædeceſſoris noſtri voluntatem pie, & laudabiliter fungendo minime apti ſunt, atque Eccleſia ipſa ſolito cultu deſtituta reperitur, & redditus, bonaque illius magno cum ſcandalo diſtrahi, & diſſipari contingit, iden cogitavimus plus ex illa utilitatis, ad Nationem Hungaricam perventurum, ſi Collegio huic applicetur.

§.3. Quare in dicta Eccleſia S. Stephani in Cœlio Monte Ordinem San. Pauli Primi Heremitæ, omnemque illius ſtatum, ac dependentiam regulares, necnon Conventum, officia, ac miniſteria, eorumque omnium qualitates, & eſſentiam univerſam regularem, Motu, & ſcientia ſimilibus perpetuo ſupprimimus, & extinguimus, ipſamque Eccleſiam ab Ordine S. Pauli, cui ſic conceſſa, aut unita fuerat, ſeparamus, ac liberamus, necnon cujus juris dicta Eccleſia S. Stephani olim fuiſſe dicitur, Lateranen. Eccleſiæ Capitulo, & Canonicis, inter quos, & Fratres prædictos olim tranſactum, & concordatum fuiſſe aſſeritur, ut ſi in futurum contigeret Eccleſiam S. Stephani per Capitulum generale Fratrum Sancti Pauli dimitti, & relaxari, id in manibus eorumdem Canonicorum fieri deberet, nihil juris ad eam ex hac tranſactione, ſeu concordia, & alia quavis, etiam potiori ex cauſa competere decernimus, & quatenus opus eſt, illam cum ſuis rebus, juribus, & actionibus omnibus a prædicta quoque Eccleſia Lateranen., ejuſque menſa Capitulari perpetuo dividimus, & ſeparamus, perpetuum eiſdem ſilentium imponentes, ipſam vero Eccleſiam S. Stephani, ac ejus Domus, ædificia, & membra prope eam, & ubilibet tam in dicta Urbe, quam extra eam exiſtentia, urbanaque, & ruſtica prædia, ac fructus, redditus, proventus, agros, Vineas, Cenſus, Jura, emolumenta, ceteraque omnia bona mobilia, & immobilia cujuſcumque qualitatis, pretii, & valoris annui ſint, eidem Collegio in perpetuum concedimus, & aſſignamus, volumuſque, ut Fratres, qui nunc ibi reperiuntur, alio juxta voluntatem, & ordinationem Protectoris illorum traducantur, & locus vacuus Collegio, & Scholaribus reliquatur, cum eo tamen, ut in eadem Eccleſia Cultus Divinus debite exerceatur per Presbyteros ſæculares a Protectoribus, ſeu Rectoribus Collegii pro tempore exiſtentibus deputandos.

§.4. Er quia eſt etiam apud Baſilicam Sancti Petri Hoſpitale Sancti Stephani Regis Hungarorum nuncupatum, quod a dictis Fratribus poſſidetur, in quo nullis, vel paucis ejus Gentis Peregrinis ad Urbem venientibus, vix datur facultas exercendæ erga eos Hoſpitalitatis, hoc quoque Hoſpitale cum ſuis ædibus, rebus, ſuppellectilibus, mobilibus, & immobilibus, ac etiam omnibus, & quibuſcumque poſſeſſionibus, Vineis, agris, Domibus, Juribus, cenſibus, redditibus, ac aliis bonis ſimiliter eidem Collegio in perpetuum unimus, & incor-

incorporamus, itaut liceat Protectoribus, necnon Rectori dicti Collegii pro tempore exiſtenti corporalem poſſeſſionem tam Eccleſiæ, & Domus S. Stephani, quam Hoſpitalis, oecnon utriuſque Domorum, ædificiorum, Vinearum, agrorum, anoexorum, membrorum, prædiorum, cenſuum, Jurium, obventionum, & actionum omnium prædictorum per ſe, vel alium, ſeu alios propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illorumque omnium fructus, redditus, & proventus in Collegii prædicti uſus, & utilitatem, ſupportatis tamen oneribus dicti Hoſpitalis, ſi quæ ſint, convertere, cujuſvis licentia deſuper minime requiſita.

Privilegia Collegio, ejuſque Rectoribus, & Familiaribus, cæteriſque conceſſa.

§.5. Ceterum idem Collegium, illiuſque Rectores, Œconomos, Magiſtros, Præceptores, atque Scholares pro tempore in eo exiſtentes, & eorum domeſticos, officiales, ac miniſtros, & ipſius Collegii bona mobilia, & immobilia cujuſcumque qualitatis, & quantitatis in dicta Urbe, & extra, ac alias ubique locorum conſiſtentia ab omni juriſdictione, correctione, viſitatione, dominio, ſuperioritate, & poteſtate pro tempore exiſtentis Vicarii, Senatoris, Conſervatoris, ac Reformatorum dictæ Urbis, necnon Rectoris ſtudii generalis Urbis, & cujuſvis Ordinarii locorum, aliorumqoe quorumcumque Judicum, & officialium in ipſa Urbe, vel alias ubilibet conſtitutorum, & præterea illud io propriis ejus rebus, & bonis, & alios cum ipſo contrahentes a ſolutione, & exactione omniom, & quorumcumque pedagii, gabellæ, Bollettini, Decimarum, & cujuſvis alterius tam ordinarii, quam extraordinarii oneris ex quacumqoe cauſa impoſitorum, & imponendorum perpetuo eximimus, & liberamus, ac ſub Beati Petri, & Sedis Apoſtolicæ, atque noſtra protectione ſuſcipimus, Nobiſque, & dictæ Sedi immediate ſubiicimus, eiſdem quoque Collegio, Rectoribus, Scholaribus, Præceptoribus, Magiſtris, Œconomis, Officialibus, & Miniſtris, ut quibuſcumque privilegiis, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, & Indultis, quibus ſtudium generale dictæ Urbis, & illius Rector, Doctoreſque in eo, etiam actu legentes quovis modo utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poteruot quomodolibet in futurum, ad eorum inſtar, & pari modo uti, potiri, & gaudere valeant in omnibus, & per omnia perpetuo concedimus, illaque eis communicamus, diſtrictius inbibentes Vicario, Senatori, Conſervatoribus, Reformatoribus, Rectorique, & aliis Judicibus, officialibus, & perſonis prædictis, ac etiam pro tempore exiſtenti S. R. E. Camerario, Præſidentibuſque, & Clericis Cameræ Apoſtolicæ, ac quibuſvis Commiſſariis ad exactionem Decimarum, & aliorum onerum prædictorum pro tempore deputatis, oe quarumvis literarum, eis ſub qoibuſcumque tenoribus, & formis conceſſarum prætextu, Collegium, Rectores, Scholares, Præceptores, Magiſtros, Œconomos, Officiales, & Miniſtros prædictos, ſeu eorum aliquem in præmiſſis quovis modo moleſtent, nec moleſtari permittant.

§.6. Et præterea Regentibus, ac Superioribus dicti Collegii cum aſſiſtentia tamen Cardinalium Protectorum, qui pro tempore erunt, ſeu alicujus eorum, vel de ipſorum Conſilio, & expreſſo conſenſu, illos, qoos in dicto Collegio, & alibi per debitum tempus ſtudiſſe, ac literarum ſcientia, & moribus idoneos eſſe repererint, ad Baccalaureatus, Licentiaturæ, Doctoratuſque, & Magiſterii gradus, ſervata forma Concilii Viennen. justa Univerſitatis ejuſdem Urbis conſuctudinem, ſeu alias promovendi, & ipſorum graduum ſolita inſignia eis exhibeudi, quodque ſic promoti facultates, io quibus ſtuduerint, legere, & interpretari, ac de eis diſputare, & quoſcumque gradui, ſeu gradibus hujuſmodi convenientes actus exercere, ac omnibus, & ſingulis gratiis, favoribus, prærogativis, & Indultis, quibus alii in prædicta, ſeu aliis Univerſitatibus, & alibi juxta illius, & aliarum Univerſitatum hujuſmodi Conſtitutiones, & mores ad gradus prædictos promoti de jure, vel conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potisi, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere poſſint, ac debeant, perinde ac ſi gradus prædictos in ipſa Univerſitate juxta conſuetudinem, & mores prædictos ſuſcepiſſent, concedeodi, & indulgendi, liberam eadem auctoritate tribuimus facultatem.

Deſignantur Cardinales Protectores.

§.7. Ut vero ipſius Collegii Conſervationi, bonoque regimini tam in his, quæ ad inſtitutionem, & diſciplinam, quam quæ ad victum, veſtitum, aliaque hujuſmodi neceſſaria pertinent, opportunius conſulatur, Venerabiles Fratres noſtros Joannem Oſtieo. Maronum, & Jacobum Tuſculan. Sabellum Epiſcopos, & dilectos filios noſtros Tholomęum S. Agatæ Comen, & Julium Antonium S. Bartholomæi in Inſula titulorum S. Severinæ nuncupatos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ejuſdem Collegii Protectores, & Deſenſores conſtituimus, ac deputamus, quorum Conſilio, & opere, ſupradicta, & alia quæcumque ad eoſdem in Collegium admittendos Scholares, retinendoſve, ac dimittendos ſpectantia agantur, ſtatuantur, & ordinentur, dantes eiſdem, & pro tempore exiſtentibus Protectoribus plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem pro ſalubri directione, & conſervatione dicti Collegii, illiuſque bonorum, & rerum, ac jurium tam temporalium, quam ſpiritualium Rectores, Præceptores, Magiſtros, Regentes, Œconomos, Advocatos, Procuratores, alioſque Miniſtros, & Officiales in eo deputandi, amovendique, & alios eorum loco ſufficiendi, ordinationeſque, & ſtatuta, licita tamen, & honeſta, ſacriſque Canonibus, & Concilio Tridentino non repugnantia faciendi, & edendi, eaque cum viſum fuerit, revocandi, immutandi, & corrigendi, aliaque de novo condendi, quæ poſtquam facta, edita, revocata, immuta-

mutata, & correcta fuerint, perinde haberi volumus, ac ſi auctoritate Apoſtolica approbata, & confirmata eſſent.

§.8. Decernentes illa ab omnibus Rectoribus, Magiſtris, Scholaribus, aliiſve perſonis in Collegio ſervientibus, & miniſtrantibus inviolabiliter obſervari, ac juxta eorumdem diſpoſitionem, & omnino circa ea omnia ſupradicta a quibuſvis Judicibus Ordinariis, & delegatis, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis quavis aliter judicandi facultate, ubique judicari, & diſfiniri debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.9. Non obſtantibus præmiſſis, & Lateranen. Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, ac noſtris de unionibus committendis, vocatis quorum intereſt, & de non tollendo jure quæſito, ac de verificandis cauſis, propter quas Nos ad præmiſſa inducimur, coram loci Ordinario, vel aliis, etiam tamquam a Sede prædicta delegatis, itaut Rector, Miniſtri, ac Collegium prædictum nullibi umquam ad id teneantur, nec propterea, nec etiam pro eo quod ſupradict., aut alii intereſſe habentes vocati non fuerint, præſentes per ſubreptionem obtentæ præſumantur, viribuſque, & effectu ob id vel alias careant, aliiſque Apoſtolicis, ac etiam aliorum Conciliorum generalium Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Conventus, & Hoſpitalis prædictorum fundatione, atque illorum, & Ordinis, ac Eccleſiæ Lateranen. Urbis, & Cameræ Apoſtolicæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, exemptionibus, & Indultis Apoſtolicis eidem Ordini, Eccleſiæ, Hoſpitali, & Capitulo Lateranen., ac ipſorum ſuperioribus, & perſonis, necnon Senatori Urbis, Conſervatoribus, Reformatoribus, Camerario, Univerſitatibus, ac eorum Collegiis, Rectoribus, aliiſque prædictis, necnon ipſi Urbi, & Populo Romano ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis, etiam Motu proprio, & ex quibuſvis cauſis, atque iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, necnon quacumque contradictione alicujus, ſeu majoris partis Conventus, & Ordinis præfatorum, ſeu conſenſus Superiorum ipſius, & Capituli Lateranen. defectu, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

§.10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, Conſtitutionis, juſſionis, ſuppreſſionis, & extinctionis, liberationis, diviſionis, ſeparationis, impoſitionis, aſſignationis, voluntatis, unionis, incorporationis, exemptionis, libertatis, ſuſceptionis, ſubreptionis, conceſſionis, communicationis, inhibitionis, tributionis, conſtitutionis, deputationis, decretorum, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono. Kalen. Martii, Pontificatus noſtri Anno VII. — Dat. die 1. Octob. 1579. An.VII.

XCII.

Inhibitio perpetua ſub pœna excommunicationis, ac privationis Officiorum, & vocis activæ, & paſſivæ Monachis Congregationis Montis Oliveti extorquen. Prælaturas, & Officia dictæ Congregationis favoribus Principum.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

CUM nihil ita alienum ſit ab inſtituto perſonarum, quæ ſub obedientiæ jugo Altiſſimo famulari ſe aſtrinxerunt, atque effrænata illa dominandi libido, omnes quas poſſumus vias exquirimus, per quas illa repreſſa, & a cordibus dictarum perſonarum eliminata eædem perſonæ quietius, & tranquillius debitum eidem altiſſimo exhibeant famulatum.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus nonnulli Congregationis Montis Oliveti Ordinis Sancti Benedicti Monachi ad Prælaturas, & officia dictæ Congregationis improbe ſperantes non vereantur, quod ſua nequeunt induſtria aſſequi, illud favoribus potentum, & magnatum extorquere, Nos præmiſſis de aliquo opportuno remedio providere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia omnes, & ſingulos dictæ Congregationis Monachos cujuſcumque ætatis, gradus, conditionis, præeminentiæ, & literaturæ exiſtentes, & quacumque dignitate præfulgentes, qui ad Prælaturas, tam majores, quam minores, & alia quæcumque, & quomodocumque nuncupata officia dictæ Congregationis aſſequenda intenti ad Principum ſæcularium, vel eccleſiaſticorum, aliorumve Prælatorum, aut perſonarum de gremio dictæ Congregationis non exiſtentium favores per ſe ipſos, aut interpoſitas perſonas recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliiſque viis directe, vel indirecte, palam, vel occulte ad dignitates, ſeu officia in eadem Congregatione obtinenda aſpiraverint, vel aliis minus legitimis, & honeſtis rationibus ea obtinere

Excommunicatio in eos Monachos, qui favore potentum Prælaturas extorquere curaverint.

Digitized by Google

nere quæſierint, illorumque complices, & fautores, necnon omnes dictæ Congregationis Monachos, etiam Abbates generales, Viſitatores, & Vicarios, qui pro tempore regimini dictæ Congregationis deputati erunt, quovis illi titulo deſignentur, quibus etiam in virtute ſanctæ obedientiæ, ne id faciant, diſtrictius inhibentes, qui aliquos precibus, literis, aut favoribus Principum, vel Prælatorum, aut aliorum extra dictum gremium exiſtentium cujuſcumque gradus, ſtatus, ordinis, vel præminentiæ fuerint, etiam ſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, vel Patriarchali dignitate, ſeu Cardinalatus honore, vel Regali, Imperiali, ſeu Ducali ſublimitate cenſeantur, adducti, ſeu quos pactis, pollicitationibus, aut aliis quibuſcumque minus legitimis viis ambire, aut procurare compererint, ad cujuſvis generis prælaturas, dignitates, officia, adminiſtrationes, & gradus promovere præſumpſerint, laqueo excommunicationis latæ ſententiæ, a qua non niſi per Nos, aut Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes præterquam in mortis articulo conſtituti abſolvi nequeant, innodamus.

§.2. Decernentes Monachos dignitates, aut officia hujuſmodi ambientes, illorumque fautores, & complices, ad quaſcumque Prælaturas, dignitates, & Officia ſpiritualia, vel temporalia, & præſertim in ipſa Congregatione obtenta, & obtinenda perpetuo inhabiles, & Prælaturis, dignitatibus, adminiſtrationibus, vel officiis eo ipſo privatos, pro ut Nos etiam eos privamus, ac voce tam activa, quam paſſiva carere, necnon electiones, & promotiones, ſic ut præfertur, injuſte, & indebite extortas, aut factas nullas, invalidaſque eſſe, & adverſus eos, qui his minus legitimis rationibus ad quodcumque regimen, aut officium ſe eligi, vel aſſumi obtinuerint, per ejuſdem Congregationis ſuperiores quandocumque procedi, & rei veritate etiam per indicia, & probabiles conjecturas legitime tamen cognita, condignis pœnis tanquam publice dictæ Congregationis quietis perturbatores affici poſſe, & debere.

Clauſulæ.

§.3. Et ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, vel Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Congregationis, & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis illis, & illorum ſuperioribus, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis conceſſis, & confirmatis. Quibus omnibus etiam ſi per illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat Motu, & ſcientia ſimilibus latiſſime derogamus, ac derogatum eſſe volumus, contrariis quibuſcumque, aut ſi prædictis Congregationis & Monachis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides tranſumptorum.

§.5. Ac ut harum literarum notitia ad omnes dictæ Congregationis Monachos facilius deveniat, volumus illas ſingulo quoque anno in Capitulo dictæ Congregationis, ſive illud generale, ſive non generale, fieri contingat, publice legi, illaſque in dicto Capitulo lectas ſic arctare, ac ſi legitime unicuique intimatæ fuiſſent, illarumque exemplis etiam impreſſis manu Scribæ dicti Capituli, vel Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Præſidentis ipſius Congregationis, vel alterius in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti obſignatis eamdem prorſus fidem haberi, quæ præſentibus haberetur, ſi eædem exhiberentur.

Dat. die 4 Aprilis 1579 An. VII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 4. Aprilis, 1579. Pontificatus noſtri Anno VII.

XCIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Suppreſſio quorumdam Monaſteriorum, & dignitatum Abbatialium Congregationis Camaldulen., & applicatio aliis Monaſteriis, & Eccleſiis pro reſtituenda regulari diſciplina in dicta Congregatione.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AB ipſo primum die, quo fuimus ad regimen univerſalis Eccleſiæ divina pietate vocati, ſollicitudinem perpetuam habuimus in reparanda Sacrarum Religionum diſciplina, ac tollendis incommodis, quæ in eis irrepſerint, ut illis noſtra opera, & auctoritate quam primum ſublatis, Religiones ipſæ fructus magis Domino proferant ampliores.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. Pium igitur hoc, & ſalutare inſtitutum proſequi, annuente Domino, intendentes ad Venerabilem familiam Camaldulen. olim a Beato Romualdo inſtitutam, Eremo, Sanctitate, & Religionis zelo florentem reſpicimus, & animadvertentes ejuſdem Ordinis Monachos numero adeo exiguos eſſe, atque ordinem ipſum ſic anguſtis prope finibus circumſcribi, ut ad ipſius dignita-

gnitates, regendaque Monaſteria inhabiles, vel minus idonei, ac literarum ignari plerumque neceſſario ſint eligendi, eoſdemque ad eas dignitates aſſumptos ſe ipſos non agnoſcentes, ac propriis viribus nimium confidentes in dies majoribus adminiſtrationibus, ac officiis aſſequendis ſtudere, eaque cupiditate ductos, aut ſpe elatos, quæ æquum ab iniquo diſcerni plene non patitur, illorum electioni, qui vitæ, ac morum ſanctitate, ſcientiarumque cognitione præ ceteris, & in Ordine clarent, aperte adverſari, ac aliis novarum rerum auctoribus, ac conditione, rerumque agendarum uſu inferioribus facere, ſuppreſſione nonnullarum dignitatum Abbatialium Monaſteriorum dicti Ordinis, illarumque ad minorem numerum reductione, ut ad illas in poſterum viri eligantur magis idonei, aliiſque ſæcularibus remediis, vel novarum Conſtitutionum editione proſpicere decernimus.

Suppreſſio, de jure in ipſa Conſtitutione

§.2. Itaque de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes dicti Ordinis Monachos, qui Sancti Nicolai in formibus nuncupati de Urbe, e della Roſa Senen., ac S. Michaelis Aretin., necnon Sancti Nicolai Burgi Sancti Sepulchri, ac Sanctæ Margharitæ de Britelli, & de forma Feſulanen., ac Plebanæ de Cellulis, ac Sanctiſſimæ Trinitatis Feretran., ac Sanctæ Crucis Eugubin. Civitatum, vel Diœceſum Monaſteriorum, ſeu Prioratuum regimina, & adminiſtrationes obtinent, vel eorum regimini ſub quocumque nomine etiam Plebanorum præſunt, ab eiſdem prorſus abſolvimus, & ab illorum poſſeſſione amovemus, ac pro abſolutis, & amotis a regiminibus, & Adminiſtrationibus prædictis prorſus haberi debere decernimus, nonnulliſque juſtis de cauſis adducti in eiſdem Monaſteriis, Prioratibus, & Eccleſiis Dignitatem Abbatialem, vel Prioratus, aut Plebanatus, vel alio quovis nomine nuncupatam penitus, & omnino ſupprimimus, extinguimus, & abolemus, ac eorumdem Monaſteriorum, Prioratuum & Eccleſiarum fructus, redditus, proventus, jura, res, & bona quæcumque Sancti Nicolai de dicta Urbe, videlicet Monaſterio Sancti Gregorii etiam de Urbe, quo ex eiſdem Monachis dicti Ordinis eodem in Monaſterio Sancti Gregorii benigno hoſpitio excipere valeant, ac del Archo in Monaſterio della Roſa dignitate Abbatiali inſtituta, ac Prioratus, & Prioris illius dignitate, ac nomine, & denominatione prorſus abolitis, ac Sancti Michaelis Monaſterio de Agnano, necnon Sancti Nicolai Burgi ſancti Sepulchri, Monaſterio Sanctæ Mariæ de Trivio Sarſinaten., ita tamen, quod ejuſdem Monaſterii Sanctæ Mariæ pro tempore Abbas in Civitate ejuſdem Burgi Sancti Sepulchri, ut eſt moris, reſideat, ac Sanctæ Margaritæ Monaſterio Angelorum Florentin. juxta antiquam ejuſdem Ordinis privilegiorum diſpoſitionem, quam potiori pro cautela per præſentes confirmamus.

Monaſteria, in quibus literarum ſtudia vigere debeat

§.3. Ac ad augendam literarum, ac liberalium artium, ſcientiarumque ſtudium in Monaſterio Sancti Salvatoris prope, & extra muros Vulterran. poſtremis temporibus Inſtitutum plebis de Cellolis, Sanctiſſimæ Trinitatis Feretran. Monaſterio, etiam Beatæ Mariæ Angelorum Piſauren., ac Sanctæ Crucis Eugubin. Monaſterio Sanctæ Mariæ, etiam Piſauren. ut ita diſpoſitionem alias a Sede Apoſtolica emanatam, quam hac in parte etiam confirmandam duximus, perpetuo concedimus, applicamus, & approbamus.

§.4. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ Monachis, ut præfertur, ab eorum adminiſtrationibus abſolutis, ut cum primum præſentium literarum ad eos notitia pervenerit, Eccleſiarum, ac Monaſteriorum, nec non fructuum, redditu um, proventuum, juriumque, & pertinentiarum, & illorum quorumcumque poſſeſſionem vacuam, liberam, & expeditam dimittant, ita ut liceat dictorum Monaſteriorum, quibus illa conceſſa, & applicata ſunt, ut præfertur, Abbatibus, & Conventibus corporalem poſſeſſionem Eccleſiarum, ædificiorum, membrorum, Chororum, & proprietatum, ac jurium omnium quacumque ratione poſſeſſorum per ſe ipſos, vel alios ad id deputandos omni mora, & dilatione præciſa libere apprehendere, captamque, & apprehenſam etiam perpetuo retinere.

§.5. Ac ad magis obviandum abuſui introducen. in eo Ordine majorem numerum Abbatum, & Prælatorum, qui pluribus ab hinc annis eodem in Ordine inolevit, quod in poſterum Abbas Sanctorum quatuor Coronatorum ſimiliter de Urbe, qui nudo tantum nomine utitur, dum in Ædificiis dictæ Eccleſiæ triumque Monaſteriorum dicti Ordinis, aut ſtatus, & eſſentia Regularis illius Inſtitutum fuerit, verum ſuperioribus annis brevi tantum tempore Cardinale, qui eidem Eccleſiæ tunc præerat, ac cujus titulus Cardinalatus dicta Eccleſia, tunc erat, permittente, aliquot Monachi Camaldulen. prope dictam Eccleſiam Sanctorum Quatuor inhabitaverint, nec apud eam Eccleſiam reſederint, ut inde aliquos fructus perceperint, ne unquam eligatur, expreſſe prohibemus.

§.6. Ac dum regimini, & adminiſtrationi Monaſterii Sancti Hyppoliti Faventin. pro tempore ejus Ordinis Generalis præeſt, dumque vice Generalis eodem in Monaſterio fungitur nullam vocem in Capitulo generali ejus Ordinis tanquam dicti Monaſterii Sancti Hyppoliti Abbatem ſibi vindicare valere, verum ad ejuſdem Generalis arbitrium ibidem poni, & amoveri poſſe declaramus.

§.7. Necnon quo certus Monachorum, & miniſtrorum numerus, inter quos Conventualitas ſervari poſſit in Monaſteriis dicti Ordinis alatur, pauciorem numerum duodecim Monachis eiſdem in Monaſteriis educandum non eſſe cenſemus, id ſi ſecus evenerit, ac in Monaſteriis minor numerus duodecim Monachis fuerit, ne Conventuales, quos appellant, Monachos, qui numero duo ſunt, & ad generale Capitulum accedunt, cauſa certiorandi Capitulum de ſtatu

ſtatu ſingulorum Monaſteriorum eligere poſſint, interdicimus, ac generalem pro tempore dicti Ordinis, cujus munus trienuii ſpatio abſolvitur, tertio ejus Magiſtratus anno Syndicatui duorum Monachorum ætate graviorum, qui ad id per Diffinitores electi fueriut ſubjacere, debere ſtatuimus.

§.8. Ac poſtremo de probitate, & prudeutia dilecti filii Antonii de Piſa nunc ipſius Ordinis Generalis plurimum in Domino confidentes, nt hac viee dumtaxat, ſi opus fuerit, idque expedire illi videbitur, omnes dicti Ordinis Diffinitores eligere valeat, facultatem impartimur; Ac omnia, & ſingula, quæ prudenti, & maturo Judicio dilecti filii Noſtri Ptolomei Tituli Sanctæ Agathæ Presbyteri Cardinalis Comen.nuncupat. dicti Ordinis apud Nos, Sedemque Apoſtolicam Protectoris, ad ejuſdem Ordiuis Reformationem ſtatuta, & ordinata ſunt, quibuſque ejus propria mann idem Ptolomæus Cardinalis ſubſcripſit, quorum tenores,ac ſi de verbo ad verbum iuſererentur præſentibus, pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habemus, approbamus, & confirmamus, ac præſenti ſcripti patrocinio communimus, omneſque, &

Clauſulæ.

ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus, præſenteſque, ac in dictis ſtatutis, & nrdinationibus contenta per quoſcumque dicti Ordinis Monachos, & Profeſſores quacumque dignitate præditos obſervari debere, & ad id per privationem offieinrum, & dignitatum, quæ obtinent, ac inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ac demum cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis cogi, & compelli poſſe, ſicque, & non aliter per quoſeumque Judices Ordinarios, & Delegatos, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, dictique Ordinis pro tempore exiſtentes Protectores, cauſarumque Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deſignatio executorum.

§.9. Quocirca venerabilibus fratribus Maceraten., & Amerin. Epiſcopis, & dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & iu eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Generalis, vel Monachorum dicti Ordinis fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia, & ſingula ab omnibus, ad quos ſpectat, inviolabiliter nbſervari. Contradictores quoslibet, ac rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hnc, ſi npus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§.10. Non obſtantibus fel. rec. Bonifatii Papæ VIII. de una, & Coucilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ad judieium ultra tres dietas non trahatur, ac piæ mem. Leonis X. Prædeceſſorum noſtrorum ſuper electione Diffinitorum dicti Ordinis facien., ac Lateranen. Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, ac noſtra de unionibus committendis ad partes vocatis, quorum intereſt, & exprimendo vero valore, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum, Prioratuum, & Ordinis bujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque,

Exceptio.

§.11. Ceterum in his, quæ pro ſalubri dicti Ordiois ſtatu, & felici directione alioquin inſtituta hucuſqne reperiuntur, quæque nec præſentibus, nec ſtatutis, aut ordinationibus per dictum Ptolomæum Cardinalem editis contraria ſint, nec illorum effectum impedire poſſunt, nihil omnino detrahere, ſed illa omnino immota cuſtodiri intendimus, ac volumus, quod Eccleſiis Monaſteriorum etiam Prioratuum ſuppreſſorum prædictorum, per Presbyteros ſæculares, ab Ordinariis approbare, quibus de congruis ſalariis, & proviſionibus arbitrio ipſorum Ordinariorum ſtatuendis, & declarandis per dictos Monachos omnino ſatisfieri debeat, in diviois debite deſerviatur.

Fides transumptorum fides.

§.12. Quodque præſentium literarum exemplis etiam impreſſis manu publici Notarii ſubſcriptis, ac perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub anoulo Piſcatoris die 8. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno VII.

Dat. die 8. Aprilis 1579. An. VII.

XCIV.

Confirmatio ſtatutorum, & ordinationum in Capitulo generali factorum ſuper reformatione Congregationis Caſſinen.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

CUM in cunctis rebus ea ſit bumani judicii incertitudo, ut nulla prorsus lex conſtitutiove, matura quantumvis conſideratione, & pio ſtudio componi, & excogitari poſſit, quin eam propter varietatem & multitudinem rerum emergentium, in quibus omnis bujus ſeculi operatio conſtituta eſt, plerumque etiam quæ Apoſtolica auctoritate fuerit approbata, & confirmata, refor-

reformari & alia de novo utiliter ſtatui, & provideri experientia rerum magiſtra ſuadeat: mirum eſſe non debet, ſi quæ præteritis temporibus etiam a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris conſulte ſtatuta fuerunt, ex ſanctioris inſpectione conſilii, cum ea pro regularium præſertim a noxiis præſervatione, & feliciori in ſpiritualibus & temporalibus incremento, moderari, vel revocari expedire Nobis conſtat, in melius reformamus, ut regulares ipſi de virtute in virtutem progredientes, gratiam divinam conſequi, & ad cœleſtem patriam facilius pervenire mereantur.

Facti ſeries.

§.1. Sane ſicut accepimus cum dilecti filii Præſidens, Diffinitores, & Abbates Congregationis Monachorum Caſſinen. alias Sanctæ Juſtinæ de Padua, ordinis Sancti Benedicti, hæc prudenter conſiderantes, & paterno zelantes affectu, ut ſicut Congregatio ipſa, ab eius primæva erectione, optimis, ac ſalubribus inſtitutis, & conſtitutionibus uſque ad hæc tempora, recta, & gubernata fuit, idem quoque de cetero eorum ſolerti vigilantia, & ſtudio, gratia divina ſibi aſſiſtente eveniat, in eorum ultimo generali Capitulo nonnullos Prælatos ex gremio ejuſdem Congregationis deputaverint, qui conſtitutiones, ordinationes, declarationes, & inſtituta regularia dictæ Congregationis exacte inſpicerent, & quæ emendatione, correctione, vel additione indigerent, reformare, corrigere, addere, & alia in id opportuna juxta diſcretionem a Deo Optimo Maximo ſibi datam facere ſtuderent, Prælatique iſti munus ſibi injunctum prompta devotione ſuſcipientes, poſt maturam inſtitutionum hujuſmodi a ſe habitam examinationem, nonnulla pro quieto, & felici regimine, ſolidiorique ſtatu ejuſdem Congregationis nuper ordinaverint, ediderint & ſtatuerint; aliqua vero alia jam abrogata innovaverint, & quæ emendatione, vel additione, ſeu mutatione digna ſibi viſa fuerint, emendaverint, addiderint, & immutaverint.

§.2. Et præcipue, quod Monachi, Conventuales nuncupati, quos ſinguli conventus Monaſteriorum ipſius Congregationis cum eorum Prælatis ad Capitulum generale pro electione illius Diffinitorum mittere tenentur, de cetero, non ſorte dumtaxat, juxta morem a pluribus annis obſervatum, & dudum a fel. rec. Julio Papa II. Prædeceſſore noſtro, ſuis in forma Brevis literis, Apoſtolica auctoritate approbatum, ſed poſtquam ſorte extracti, & ad id per ſingulos conventus, ad quos ſpectabit, ſuffragiis ſecretis, & aliis juxta formam, ordinationibus, ut præfertur, noviter editis, præſcriptam, approbati fuerint, eligantur. Qui ſic extracti, approbati, & demum Conventuales electi, cum paci, & quieti ipſius Congregationis plurimum conſuli veriſimile ſit, ſi in illius præcipuis membris conſtituendis reliquæ partes, quibus miſticum corpus ejuſdem Congregationis conſtat, conveniant, etiam quod ab omni voce activa, & paſſiva in hujuſmodi Diffinitorum electione aliis literis recolendæ memoriæ Clementis Papæ VII. ſimiliter Prædeceſſoris noſtri excluſi videantur, vocem in ea activam dumtaxat, & nequaquam paſſivam, ne homines novi, & inexperti regimini ejuſdem Congregationis admoveantur, & auctoritas ſuperiorum minuatur, ac licentia delinquendi præbeatur, habeant. Quas quidem ordinationes, ſtatuta & alia prænarrata Præſidens ipſe & regimen ejuſdem Congregationis per Nos, & Sedem Apoſtolicam approbari, & confirmari ſummopere cupiant.

§.3. Rurſus declarationis noſtræ oraculo dilucidari perplexitates, quæ in pleriſque ejuſdem Congregationis Abbatibus, & aliis Monachis oriuntur, ſi excommunicationis latæ ſententiæ & aliæ pœnæ, literis Sanctæ memoriæ Leonis Papæ X. etiam Prædeceſſoris noſtri, adverſus eos, qui circa Diffinitorum electionem practicas per ſe, vel alios directe, ſeu indirecte quocumque tempore fecerint, ab aliiſve practicatos, ſeu aliter conſcios, aut quomodolibet illarum notitiam habentes, & non revelantes inflictæ, afficiant eos, qui tempore celebrationis Capituli generalis immediate in ſermonibus, quos ad invicem cum aliis, de negotiis in illo pertractandis conferre contigerit, non ambitus, vel alicujus alterius improbæ intentionis cauſa, ſed ut viri ad iſtud diffinitorum officium eligantur, conſilio, & opera quorum Congregatio ipſa confidenter innixa divinum auxilium in adverſis ſperare, atque tranquillitatis tempore in ſuo ſtatu feliciter perſeverare poſſit, explicant literæ, quos idoneos, vel inſufficientes ad tale munus obeundem eſſe exiſtimat.

Confirmatio ſtatutorum.

§.4. Nos zelum, & ſtudium hujuſmodi tanquam pium, & laudabile plurimum commendantes, & pro noſtra erga eandem Congregationem, illiuſque Prælatos, & Profeſſores univerſos propenſa voluntate, honeſto huic deſiderio, quantum cum Deo poſſumus, benigne annuentes, nec non prænarratarum Iulii, Leonis, & Clementis Prædeceſſorum literarum, ipſorumque, tam antiquorum, etiam abrogatorum quam nuper ſic ordinatorum, innovatorum, & immutatorum, ac aliorum præmiſſorum, ceterorumque de neceſſitate magis forſan exprimendorum tenores, modos, formas, cauſas, qualitates, & compendia veriora, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur pro plene, & ſufficienter expreſſa habentes, conſtitutiones, ordinationes, & ſtatuta quæcumque, ut præfertur, ſeu alias quomodolibet edita, innovata, emendata, addita, immutata, & reformata cum omnibus quibuſvis inde pro tempore ſecutis, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ex certa ſcientia confirmamus, & approbamus; illiſque perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur adiicimus; ſupplentes omnes & ſingulos tam juris, & facti, ac omiſſarum ſolemnitatum quarumvis etiam ſubſtantialium defectus, qui in eiſdem quomodolibet intervenerunt, illaque valida, & efficacia fore, ac eſſe, & ſuos plenarios effectus ſortiri debere, necnon omnes & ſingulos quos con-

Digitized by Google

concernunt, ad illornm obſervationem perpetuo teneri decernimus.

Declaratio cenſurarum. §.5. Ad ſervandas vero dictorum Abbatum, & Monachorum conſcientias, & ab eis, ac aliis quibuslibet omnem prorſus ambiguitatis ſcrupulum removendum, quod ob ſermones, qui inſimul, non ambitus, vel alterius improbæ, ſed bonæ intentionis cauſa de idoneitate, vel inſufficientia ad Diffinitorum officium eligendorum habiti, ut præfertur, fuerunt, ſeu quos in futurum haberi continget, ſupradictas, aliquaſve alias ſententias, cenſuras, & pœnas non incurrerint, aut incurrant, declaramus.

Derogatio contrariorum. §.6. Non obſtantibus præmiſſis, ac aliis quibuſvis etiam Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Ordinis, & Congregationis prædictorum ſtatutis, uſibus, naturis, & conſuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, ac literis Apoſtolicis, etiam Prædeceſſorum hujuſmodi, in contrarium quomodolibet, ſub quibuſvis verborum formis, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores pro plene & ſufficienter expreſſis habentes, latiſſime derogamus, & ceteris contrariis quibuſcumque.

Dat. die 13. Aprilis 1579. An. VII. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 13. Aprilis, 1579. Pontificatus noſtri Anno VII.

XCV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev. Revocat S. Sua alias ſuas literas Congregationi Clericorum Regularium S. Pauli decollati conceſſas ea in parte, qua adverſantur duabus Conſtitutionibus pro felici regimine dictæ Congregationis editis, ſuper jure ſuffragii, & celebratione Capituli generalis, dictaſque Conſtitutiones perpetuo approbat.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. ROmani Pontificis æqua & circumſpecta providentia; & ſi circa Religioſorum ſtatum, & mores intendens aliquid proximis temporibus ſtatuerit, id nihilominus ubi publice expedire cenſetur, immutat, ſicut in Domino conſpicit expedire.

Facti ſeries. §.1. Nuper ſiquidem dilectis filiis Præpoſito generali, & illi Aſſiſtentibus, ac Diſcretis Congregationis Clericorum Regularium Sancti Pauli Decollati exponentibus per Nos accepto, quod dum eadem Congregatio, autore Domino, Sediſque Apoſtolicæ intercedente auctoritate, initium ſumpſerat, reſque omnis ad paucos redigebatur, ac unam tantum domum, ſive Collegium in Civitate Mediolanen. haberent, ſtatuerant, idemque ſtatutum inter Conſtitutiones ejuſdem Congregationis perpetuo obſervandas redactum fuerat, videlicet, quod hi, qui in dicta Congregatione profeſſi fuiſſent in Capitulis, quæ vocalia nuncupantur, intereſſe, ac de rebus ad univerſæ Congregationis ſtatum pertinentibus agere, & ſtatuere poſſent: poſtquam autem ejus Congregationis Conſtitutiones ejuſdem Sedis Apoſtolicæ auctoritate comprobatæ, eademque Congregatio numero perſonarum aucta fuerit, ad evitandam confuſionem, quam in unum convenientium, & Congregatorum multitudo plerumque parere ſolet, aliarumque religionum exemplo ducti eatenus obſervata conſuetudine, cui aliquo tempore per quemquam adverſatum non fuerat, eadem in Congregatione uſu receptum extiterat, ut nullus, vel in dicta Congregatione profeſſus licet in Sacro, vel Presbyteratus ordine conſtitutus admitteretur in Capitulis vocalibus, niſi præcipue hoc illi per Capitulum generale conceſſum, indultumque foret: tunc autem perſonarum, ac domorum, vel Collegiorum dictæ Congregationis numero aucto cum animadverſum fuerit, difficile, & fere impoſſibile eſſe, omnes dictæ Congregationis Profeſſores, qui in eiſdem domibus, & Collegiis reſiderent, undique convenientes inſimul cauſa celebrandi Capitulum generale annis ſingulis, ut eſt moris, congregarentur, quo tempore in Eccleſiis domorum, & Collegiorum dictæ Congregationis divinus cultus, & miniſtrorum numerus maxime diminueretur, eædemque Eccleſiæ fere deſtitutæ remanerent, ac univerſæ Congregationi exinde maximum afferretur diſpendium, & incommodum, ſtatutum de admittendis ſingulis profeſſis in Capitulis vocalium, etiam ſi ſacris ordinibus conſtituti fuiſſent, per alias noſtras literas abolevimus, conſuetudinemque, quod nemo in eiſdem Capitulis vocalibus admitteretur, niſi per Generale Capitulum id expreſſe eis conceſſum extitiſſet, perpetuo approbavimus & confirmavimus, quodque nullus in poſterum vocem in eodem Capitulo generali haberet, qui in dicta Congregatione per quadriennium laudabiliter poſt factam profeſſionem non vixiſſet, ac fide dignorum teſtimoniis de vita, moribus, Religioniſque zelo probatus tunc demum a Capitulo generali ad idem Capitulum eſſet admiſſus, ac ad idem Capitulum generale quatenus celebrandum cujuſcumque domus, ſive Collegii ſuperior una cum diſcreto ejuſdem domus, & Collegii legitime in eadem Domo, vel Collegio ad id electo accedere deberent, nec alii ad idem Capitulum generale accedere auderent, ſeu præſumerent, ſtatuimus, & ordinavimus, & alias prout in eiſdem literis latius explicatur.

Cauſa Conſtitutionis edendæ. §.2. Verum cum ſicut iidem Præpoſitus, & illi Aſſiſtentes, & Diſcreti Nobis denuo expoſuerunt, in Conſtitutionibus nuper cum dilecto filio noſtro Carolo tit. Sanctæ Praxedis Presbytero Cardinali participatis pro felici dictæ Congregationis regimine editis libro quarto earumdem Conſtitutionum capite primo ſub titulo de adminiſtratione, in univerſum, & jure ſuffragii inter alia diſponatur ſub his verbis videlicet, non omnes etiam fratres adminiſtrationis participes eſ-

ſe poiſe, hoc eſt, non omnes jus ſuffragii habere, quam vocem habere, ſeu vocalem eſſe dicimus, ſed quadriennio demum poſt profeſſionem completo jus ſuffragii quilibet habere debet, modo eſſet Sacerdos, & ad id non factus inhabilis, neque in hoc diſpenſari poſſet, concedi, ac in eodem libro quarto de Capitulo generali congregando Capite ſecundo ſtatuatur, ut cum ad Congregationis tranquillitatem, & commodum pertinere videatur, Capitulum generale raro celebrari, ordinarie tertio quoque anno celebraretur, tum ad Præpoſiti generalis, & aliorum Officialium electionem tum ad ea tractanda, quæ ad Congregationis regimen, diſciplinamque conſervandam, aut ſi aliqua ex parte remittatur, reſtituendam pertinerent, nuper iidem Præpoſitus, & Aſſiſtentes Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus omnia, quæ in dictis literis continerentur, quatenus hujuſmodi poſtremo loco editis Conſtitutionibus adverſentur, tollere, & abolere, eaſdemque editas Conſtitutiones auctoritate noſtra inviolabiliter eadem in Congregatione obſervandas proponere, aliaſque in præmiſſis conſulere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Revocatio Literarum prædictarum, ut in Conſtitutione.

§.3. Nos igitur qui piarum Congregationum profectum ſinceris exoptamus affectibus, literarum prædictarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro expreſſis habentes, literas noſtras prædictas ea in parte, qua Conſtitutionibus prædictis nuper editis adverſantur, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium revocamus, & abrogamus, viribuſque penitus, & omnino evacuamus, ac Conſtitutiones prædictas perpetuo approbamus, & confirmamus, omneſque & ſingulos, tam juris, quam facti, & ſolemnitatum etiam ſubſtantialium omiſſarum in præmiſſis defectus ſupplemus, eaſdemque novas Conſtitutiones exacte in virtute ſanctæ obedientiæ ab omnibus, quos illa concernunt, diſtricte obſervari præcipimus, & mandamus,

Clauſulæ.

præſenteſque literas perpetuis futuris temporibus valere, ac de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel ad terminos juris reduci, aut in jus, vel controverſiam vocari poſſe, ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate judicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Mandatur executio.

§.4. Quocirca Venerabilibus fratribus Maceraten., & Amerin. Epiſcopis, ac dilecto filio Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties, pro parte Præpoſiti & Aſſiſtentium prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia obſervari; non permittentes eos, aut eorum quemlibet deſuper a quoquam quomodolibet indebite moleſtari, Contradictores quoſlibet, ac rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§.5. Non obſtantibus felic. record. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ad judicium ultra tres dietas non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 25. Aprilis, 1579. Pontificatus noſtri Anno VII.

Dat. die 25. Aprilis 1579. An. VII.

XCVI.

Inſtitutio Confraternitatis Campi Sancti de Urbe Germaniæ inferioris, & ſuperioris ac Flandriæ Nationis in Archiconfraternitatem aliarum Confraternitatum ſimilium, cum facultate aggregandi, & Indulgentiis.

Ex Regeſt. in Secret. brev.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Pietatis, & Chriſtianæ charitatis opera, quæ Salvator, & Dominus noſter Jeſus Chriſtus, cujus vices licet immeriti gerimus in terris, fidelibus ſuis antequam pateretur inſtanter commendavit, ubique gentium, præſertim in Alma Urbe, quæ ceteris Illuſtre exemplar præſtare debet, exerceri deſiderantes, fideles ſingulos hujuſmodi exercitiis maxime ſub immaginis pietatis Beatæ Mariæ Virginis Dei Genetricis vexillo pia devotione mancipatos ſpecialibus favoribus, & gratiis confovemus, eorumque Capellas, & Eccleſias Indulgentiarum & remiſſionum muneribus decoramus, ut illæ a Chriſtifidelibus ferventiori devotione fre-

frequententur, ac ipſi Chriſtifideles exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores.

Facti ſeries, & cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus dilecti filii Magiſtri, ſeu Adminiſtratores, & Confratres Confraternitatis in Capella, ſeu Eccleſia Hoſpitalis ejuſdem Beatæ Mariæ Campi Sancti de Urbe rite inſtitutæ Zelo Domini noſtri permoti in ipſa Capella plures Capellanos ad eorum nutum amovibiles pro Miſſarum, & aliorum Divinorum Officiorum ſingulis anni diebus celebratione, manutenere conſueverint, ac quamplurima charitatis, & miſericordiæ opera, tum pauperes infirmos viſitando, & eis de neceſſario ſubveniendo, mortuorumque pauperum Cadavera in celeberrimo ejuſdem Capellæ, ſeu Eccleſiæ Cemeterio gratis ſepelliendo, ac illa aſſociando, & hoſpitalitatem ſervando, necnon ſuis ſolitis veſtibus, & inſigniis, videlicet ſaco nigro imagine pietatis ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis induti frequentes proceſſiones faciendo hactenus exercuerint, & de præſenti exercent, ac ad ipſam Confratemitatem magnus Prælatorum Illuſtrium, & nobilium virorum conventus factus fuerit, convenienſque ſit, ut ſicut Urbs ipſa aliarum Civitatum, & locorum totius Orbis Mater, & Magiſtra eſſe dignoſcitur, ita etiam dicta Confraternitas aliarum ſimilium Confraternitatum eadem inſignia deferentium caput exiſtat, & ab ea tamquam capite ceteræ omnes ſimiles Confraternitates, & membra dependeant.

Erectio in Archiconfraternitatem.

§.2. Nos cupientes, ut dicta Confraternitas, cujus omnimoda adminiſtratio penes Germaniæ Inferioris, & Superioris, ac Flandriæ Nationes eſſe, & ſpectare dignoſcitur, proſperis igitur proficiat incrementis, ac grata dilectorum filiorum Flavii Presbyterorum Cardinalium tituli Sanctæ Priſcæ, Orſini, & Chriſtophori tituli S. Onuphrii Madrutii dictarum Nationum Protectorum apud Nos pro eiſdem Magiſtris, ſeu adminiſtratoribus, ac confratribus facta interceſſione adducti Confraternitatem Beatæ Mariæ hujuſmodi in omnium aliarum Confraternitatum nunc, & tempore ubicumque locorum erectarum, & Inſignia pietatis Beatæ Mariæ hujuſmodi deferentium in Archiconfraternitatem, a qua illæ omnes, ut membra a capite dependeant, Apoſtolica anctoritate tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus, ac Magiſtris, ſeu Adminiſtratoribus, & Confratribus prædictis, ut quæcumque ſtatuta, & ordinationes, licita tamen, & honeſta, ac Sacris Canonibus, & Decretis Concilii Tridentini non contraria a Vicario dictæ Urbis approbanda pro Capellæ, ſeu Eccleſiæ, & Archiconfraternitatis hujuſmodi felici regimine, piorumque operum exercitio, ac alias quomodolibet, & prout eis videbitur, etiam cum quarumcumque pœnarum in contravenientes appoſitione condere, & condita pro rerum, & temporum varietate revocare, limitare, alterare, & immutare, ac alia, ut præfertur, approbanda denuo edere, ipſaſque pœnas executioni demandare.

Conceſſio Indulgentiarum.

§.3. Et inſuper, ut dicta Capella, ſeu Eccleſia in majori reverentia ſemper habeatur, & Chriſtifideles eo libentius ad illam devotionis cauſâ confluant, quo exinde majora ſpiritualia dona pro animarum ſuarum ſalute adipiſci poſſe cognoverint, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Confratribus prædictis vere pœnitentibus, & confeſſis dictam Capellam, ſeu Eccleſiam ſingulis ejuſdem Beatæ Mariæ, & Sanctiſſimi Corporis Chriſti feſtivitatibus a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis earumdem feſtivitatum devote viſitaverint, ac inibi ter Orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam recitantibus, ſeu pro S.R.E. proſpero ſtatu, & Catholicæ Fidei exaltatione, ac conſervatione, hereſumque extirpatione, vel alias ad Deum, prout unicuique ſuggeret devotio, effundentibus, quo die ex feſtivitatibus prædictis id fecerint, necnon aliis omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus de gremio dictæ Confraternitatis non exiſtentibus ſi vere pœnitentes, & confeſſi Capellam, ſeu Eccleſiam prædictam in Feſtivitate Conceptionis ejuſdem Beatæ Mariæ a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis poſterioris Feſtivitatis hujuſmodi viſitaverint, & ibidem, ut præfertur, oraverint, plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem eiſdem auctoritate, & tenore concedimus, & elargimur,

§.4. Necnon eiſdem Chriſtifidelibus utriuſque ſexus, qui Cemeterium prædictorum ingreſſi inibi pro animarum Chriſtifidelium Defunctorum ibidem ſepultorum ſalute Pſalmum, qui incipit: *De profundis:* ſi ter Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam devote recitaverint centum dies de eis iniunctis, vel alias quomodolibet debitis pœnitentiis auctoritate, & tenore ſimilibus miſericorditer in domino relaxamus, præſentibus, quas ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium Indulgentiarum, ac gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam in favorem fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum etiam de Urbe, Cruciatæ Sanctæ, & expeditionis contra Turcas, ſeu redemptionis captivorum, & alias ſub quibuſvis verborum tenoribus, & formis, per Nos, & Sedem Apoſtolicam quomodolibet factis, & faciendis revocationibus nullatenus comprehenſis, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, & cenſeri, ac eiſdem Confratribus, & aliis Chriſtifidelibus ſuffragari decernimus, perpetuis futuris temporibus duraturis.

Dat. die 11. Maii 1579. An. VII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 11. Maii, Pontificatus noſtri Anno VII.

XCVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Decretum, quod Capitulares, & aliæ perſonæ Eccleſiæ Barchinonen. non poſſint percipere diſtributiones quotidianas prætextu officiorum Principatus Cathaloniæ.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium, & facti ſeries.

ROmani Pontificis providentia circumſpecta, circa geſta per eum ubi expedit, deſuper adducit officium, prout conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Capitulum Eccleſiæ Barchionen., quod dudum pro parte tunc exiſtentium Deputatorum, & Auditorum Computorum generalis Principatus Cathaloniæ fel. rec. Eugenio Papæ IV. Prædeceſſori noſtro expoſito, quod ad gubernationem, protectionem, & tuitionem Immunitatum, & libertatum, necnon utilitatem communem, & bonum regimen ejuſdem Principatus, perſonæ ſex numero, duæ videlicet Eccleſiaſticæ, & reliquæ ſæculares, quæ in Civitate Barchinonen. moram trahere, & in Domo ad id ibidem ordinata certis diebus inſimul convenire tenebantur, quarum tres deputati, aut reliqui tres Auditores Computorum ſingulis trienniis eligi conſueverant, & perſonæ Eccleſiaſticæ ſic electæ, quæ etiam quandoque Pontificali, & Abbatiali, ſeu alia dignitate fungebantur, pro eo, quod gubernationi, protectioni, & tuitioni hujuſmodi inſiſten. ab Eccleſiis, & Monaſteriis, quibus præerant, & beneficiis Eccleſiaſticis, quę obtinebant, abſentes exiſtebant, juxta Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ac beneficiorum eorumdem decreta ſtatuta, conſuetudines, & ordinationes, illorum fructibus, redditibus, & proventibus, ſeu aliquibus eorum portionibus privabantur. Idem Prædeceſſor prædictorum Deputati, & Auditoris Eccleſiaſticorum in ea parte inclinatus eiſdem, & pro tempore exiſtentibus Deputato, & Auditori Eccleſiaſticis eorumdem Computorum, & eorum cuilibet, ut deputationi, & auditioni Computorum hujuſmodi tam in dicta Civitate, quam alibi inſiſtendo fructus, redditus, & proventus omnium, & ſingularum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum prædictorum per eos pro tempore obtentorum, ipſorumque fructuum, reddit“um, & proventuum portiones cum ea integritate libere perpetuo percipere valerent, diſtributionibus quotidianis dumtaxat exceptis, cumque illos perciperent, ſi in eiſdem Eccleſiis, Monaſteriis, & beneficiis perſonaliter reſederint, & ad reſidendum in eiſdem interim minime tenerentur, nec ad id a quoquam inviti valerent coarctari, auctoritate Apoſtolica indulſit, & deinde piæ mem. Clemens Papa VII., etiam Prædeceſſor noſter Indultum hujuſmodi dicta auctoritate approbavit, & innovavit.

§. 1. Poſtmodum, vero etiam Nobis pro parte tunc exiſtentium deputati, & Auditoris Eccleſiaſticorum Computorum hujuſmodi expoſito, quod ipſi ratione deputationis, & auditionis computorum eorumdem propria domicilia quandoque etiam valde remota derelinquere, & ad dictam Civitatem ſe transferre, & ibidem triennio moram trahere, ac ut ſtatum ſuum decenter juxta dignitatis officii hujuſmodi exigentiam tenere valerent, magna expenſarum munera de neceſſitate ſubire cogebantur, & fructus beneficiorum illarum partium, plerumque adeo tenues exiſtebant, ut ex illis abſque diſtributionibus quotidianis commode ſe ſuſtentare, & onera antedicta, ſuſtinere non poſſent. Nos ipſorum Deputati, & Auditoris Eccleſiaſticorum ſupplicationibus in ea parte etiam inclinati, eiſdem Deputato, & Auditori Eccleſiaſticis, tunc, & pro tempore exiſtentibus, ut deinceps triennio prædicto durante non ſolum fructus, redditus, & proventus Eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum prædictorum, ſed etiam jura, obventiones, & emolumenta quæcumque, ac etiam diſtributiones quotidianas, & ſolis præſentibus, & Divinis Officiis intereſſentibus dumtaxat dari, & per eos lucrifieri ſolita cum ea integritate, cum qua illa perciperent, ſi omnibus Divinis, Officiis tam Diurnis, quam Nocturnis intereſſent, percipere libere, ac licite valerent, ita quod ſuper integra portione hujuſmodi per locorum Ordinarios, ſeu quoſvis quomodolibet moleſtari, impediri, vel perturbari, aut aliqua etiam minima parte diſtributionum prædictorum propter abſentiam hujuſmodi privari nequirent, eadem Apoſtolica auctoritate indulſimus, prout in diverſis dictorum Prædeceſſorum, ac noſtris inde confectis literis plenius continetur.

Cauſæ reformationis præcedentium literarum.

§. 2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiongebat ad Deputati, & Auditoris Eccleſiaſticorum officium, hujuſmodi perſonæ dignitates Eccleſiaſticas, etiam Pontificales, & Abbatiales, ut præfertur, in dicta Provincia obtinentes, & præter eas quatuor Canonici ſingularum Cathedralium Eccleſiarum ejuſdem Provinciæ admitti, & convenire, ac per ſortem eligi, & deputatus viginti quatuor, Auditores vero Eccleſiaſtici pro tempore exiſtentes decem, & octo regalia quotidie pro ſalario fuerint eis præſcripta; præterea quilibet eorum durante dicto triennio in ſingulis Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti duodecim ducatis cum dimidio alterius ſimilis ducati, & in Sancti Georgii viginti alios Ducatos, & totidem ſolidos, ac in S. Joannis feſtivitatibus, etiam duodecim alios ducatos, necnon in fine menſis Maii ſexdecim alios ducatos, & totidem ſolidos, & etiam pro Candelis quoque anno vigintiquinque alios ducatos ultra plura alia jura, & emolumenta ipſis ratione deputationis, & auditionis computorum hujuſmodi obvenientia, quæ quoad deputatum videlicet octingentos, quo vero ad Auditorem Eccleſiaſticos prædictos ſexcentos ducatos, vel circa annuatim exce-

exceduot, percipere, ac ex illis omnibus non ſolum ſtatum ſuum decenter juxta dignitatis officii hujuſmodi exigentiam tenere, & onera eis incumbentia commode ſupportare, ſed etiam plerumque maximum peculium ſibi conficere, & acquirere conſueverint; præceteris autem Cathedralibus Eccleſiis Principatus hujuſmodi Eccleſia Barchinon. præter quatuor illius Canonicos prædictos, etiam magno aliarum perſonarum non ſolum inibi, ſed etiam extra ipſam Ecceleſiam, Dignitates, & Officia, alia beneficia Eccleſiaſtica, quorum ratione ad officia Deputati, & Auditoris Eccleſiaſticorum hujuſmodi concurrere poſſunt, obtinentium numero referta ſit, & propterea omnes in illis partibus hujuſmodi officiam maxime exoptant, ac exinde eveniat, ut ſors in Capitulares, & alias perſonas ipſius Eccleſię, præſertim autem eas, quæ illius ſervitio minus addictæ exiſtunt, ac a matutinis, & aliis divinis Officiis inibi haberi, & fieri ſolitis ſe retrahunt, frequentius cedat, quæ quidem perſonæ ratione deputationis, & auditionis computorum hujuſmodi propria domicilia relinquere, & ſalvo unius, vel alterius famulorum augumento alia onera extraordinaria ſubire nullatenus coguntur, nec in aliquo impediuntur, quo minus pro diſtributionibus hujuſmodi percipiendis, & lucrandis in dicta Eccleſia reſidere, ac inibi, tam matutinis, quæ ſemper per tres horas vel circa antequam ad domum prædictam deputationi, & auditioni Computorum hujuſmodi vacaturi accedant, finiri ſoleut, quam ſingulis aliis Divinis Officiis hujuſmodi, præſertim autem Dominicis, & feſtivis, ceteriſque diebus, in quibus pro deputatione, & auditione computorum hujuſmodi inſimul conveniri non tenentur, commode ſi velint, intereſſe poſſint, & ſi eiſdem Deputato, & Auditori Eccleſiaſticis de Capitularibus, & aliis perſonis Eccleſiæ Barchinonen. hujuſmodi exiſtentibus dictæ diſtributiones quotidianæ, tam diurnæ, quam nocturnæ juxta dictarum literarum Noſtrarum tenorem, citra eorum in dicta Eccleſia Matutinorum, & aliorum Officiorum prædictorum temporibus intereſſentiam miniſtrare deberent, hoc profecto non ſolum in eorum, qui eiſdem diurnis, & nocturnis Officiis continue intereſſe ſtudent, malum exemplum, ſed etiam aliorum ab ipſius Eccleſiæ ſervitio propter infirmitates, aut alias graves neceſſitates inexcuſabilium, præſertim circa prædictas nocturnas diſtributiones, quæ juxta privilegia, & indulta eidem Eccleſiæ canonice conceſſa, ſeu illius ſtatuta, & laudabiles conſuetudines a tanto tempore, cujus contrarii memoria hominum non exiſtit, inviolabiliter obſervata nulli, niſi nocturnis Officiis hujuſmodi intereſſenti, etiam ſi quis infirmitate quantacumque gravi, & lethali, aut negociis Capituli ipſius Eccleſiæ, vel alio legitimo impedimento detineretur, & antea, infirmitate, & impedimento hujuſmodi ceſſantibus per viginti quinque annos continuam perſonalem reſidentiam in dicta Eccleſia feciſſet, eiſdemque matutinis, & aliis officiis interfuiſſet, miniſtrari poſſint, aut debeant, maximum præjudicium cederet, & gravamen, ipſiuſque Eccleſiæ ſtatus non parum perverteretur. Quare pro parte Capituli hujuſmodi Nobis fuit humiliter ſupplicatum quatenus in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.3. Nos igitur ſingulares perſonas dicti Capituli a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti; aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ac ſingularum literarum, nec non privilegiorum, & indultotum, & ſtatutorum prædictorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ipſos Deputatum, & Auditorem Eccleſiaſticos de Capitularibus, & aliis perſonis dictæ Eccleſiæ Barchinonen. pro tempore exiſtentes, nec divinis Officiis intereſſentes ſub prædictis Noſtris Literis, quoad perceptionem diſtributionum quotidianarum, tam nocturnarum, quam diurnarum in dicta Eccleſia Barchinonen. per præſentes, & divinis prædictis intereſſentes tam diurnis, quam nocturnis percipi, & lucriſieri ſolitarum hujuſmodi nullatenus includi, ſeu comprehendi debere, nec prætextu Literarum Noſtrarum prædictarum diſtributiones hujuſmodi percipere, aut lucrifacere poſſe, ac prædictum Capitulum ad miniſtrandum eis diſtributiones hujuſmodi minime teneri, nec propter illarum non ſubminiſtrationem aliquas ſententias, cenſuras, aut pœnas Eccleſiaſticas non incurrere Apoſtolica auctoritate tenore præſentium decernimus.

Mandatur executio.

§.4. Quocirca Venerabili Fratri Epiſcopo Amerinen., & dilectis filiis Priori Monaſterii Sanctæ Annæ Barchinonen., ac Officiali Tarraconen. per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Capituli fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra Capitulum hujuſmodi ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis circa præſentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere, non permittentes dictum Capitulum a quoquam deſuper quomodolibet indebite moleſtari, Contradictores quoslibet, & rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus rec. mem. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris Noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis,

Digitized by Google

tis, dummodo quis vigore præſentium ad Judicium ultra tres dietas non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 11. Maii 1579. An. VII.

Datum Tuſculi die 11. Maii 1579. Pontificatus noſtri Anno VII.

XCVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Erectio Collegii Helvetiorum, & Rhetiorum in Civitate Mediolanen.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

DUM ad amplas Helvetiorum, & Retiorum, populorumque eis ſubditorum Provincias, quæ perpetuis ſuperioribus ſæculis non minus bellicis laudibus, ac præſtantia, quam ſinceræ fidei, Chriſtianæque Religionis cultu, ac præcipuo quodam erga Romanos Pontifices Sanctamque Sedem Apoſtolicam devotionis affectu eminere ſolebant, nunc vero aliqua in parte inſtigante antiqui generis humani hoſte deformatæ exiſtunt, mentis noſtræ oculos convertimus, eam potiſſimum Nobis curam ſuſcipiendam putamus, ut quibuſcumque poſſumus modis nullis laboribus, nulliſve ſumptibus parcentes eos ipſos, qui divinæ gratiæ munere in unitate Catholicæ fidei adhuc fortiter perſiſtere dignoſcuntur, conſervemus, ac tueamur, cadentes autem, & collapſos divina bonitate ſavente erigamus, eorumque ſanandis vulneribus apta remedia adhibeamus.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, dilectus filius noſter Carolus Tituli Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis Borromæus nuncupatus, qui Eccleſiæ Mediolanen. ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica præeſſe dignoſcitur, in partem Apoſtolicæ ſollicitudinis vocatus, cupiens Helvetiorum, & Rhetiorum hujuſmodi nationes, quarum ipſe Protector exiſtit, Populoſque, ſeu Vaſſallos eiſdem ſubjectos ad fidei charitatem, & ipſius Sedis unitatem penitus reducere, Nobis inſinuari fecerit propter multas cauſas, & præcipue Nationum, & Populorum hujuſmodi vicinitatem opportunum, & expediens eſſe, ut in Civitate Mediolanen., quæ inter Italiæ præcipuas Urbes merito eſt cenſenda, unum Collegium pro Pueris Nationum, & Populorum hujuſmodi in Latinis, Græcis, Hebraiciſque literis, ac Logica, Phiſica, aliiſque liberalibus diſciplinis, ac demum Sacra Theologia, ac piis, & Chriſtiano homine dignis moribus inſtituendis, & confovendis erigatur, & inſtituatur, ac etiam dilectus filius noſter Michael Tituli Sanctæ Mariæ ſupra Minervam Presbyter Cardinalis Alexandrinus nuncupatus, qui Præpoſituram Sancti Spiritus Mediolanen. olim Ordinis Humiliatorum ex ſimili conceſſione, & diſpenſatione in commendam ad ejus vitam obtinet, a Nobis deſuper requiſitus opus erectionis, & Inſtitutionis Collegii hujuſmodi coadjuvare, diſmembrationique Eccleſiæ, necnon Domus, & ædium dictæ Præpoſituræ, una cum illius continentibus ædificiis, Hortis, Viridariis, ac pertinentiis intra Clauſtra Domus Præpoſituræ hujuſmodi exiſtentibus, ſacraque ſuppellectili, ac Domus utenſilibus, necnon omnibus rebus divino cultui deſtinatis in Eccleſia, & Domo, continentibuſque ædificiis hujuſmodi tantum conſiſtentibus ad effectum, ut illa eidem Collegio erigendo applicentur, conſentire paratus ſit.

Erectio Collegii Helvetiorum.

§.2. Nos qui dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis unire, tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum communem exiſtimationem etiam Beneficii, cui aliud uniri peteretur, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes vocatis, quorum intereſſet. Quique alias dicto Collegio erigendo poſtquam erectum foret, Præpoſituram Sanctorum Jacobi, & Philippi de Rivolta Modœtiæ Mediolanen. Diœceſis olim dicti Ordinis, cujus fructus, redditus, & proventus trecentorum ducatorum auri de Camera ſecundum exiſtimationem prædictam, valorem annuum non excedunt, per alias noſtras literas perpetuo univimus, annexuimus, & incorporavimus, hujuſmodi pium propoſitum magnopere collaudantes, & quantum in Nobis eſt, promovere, ac ad effectum perduci, optimarumque Artium, Diſciplinarum, & Sacrarum Literarum ſtudia his noſtris temporibus florere mirum in modum cupientes, præſertim, ut exinde viri non pro ſe ſolum boni, doctique evadere, ſed ad Patriam remeantes habendis concionibus, ac diſputationibus, fideique Orthodoxæ veritati delucidandæ, exercendæque animarum curæ, aliiſque piis, ac Sanctis operibus apti & idonei eſſe, & quam maximum in Eccleſia Dei fructum ex ſe proferre poſſint. Motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera liberalitate, & ex certa ſcientia Noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in dicta Civitate unum Collegium per dictum Carolum Cardinalem, & pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum, ſeu Præſulem Mediolanen. regendum, & gubernandum, in quo quinquaginta ad minus Pueri ex dictis Helvetiis, & Rhetiis, ac eorum reſpective ſubditis colligendi in ſcientiis, & diſciplinis prædictis, ac Sacris Canonibus inſtitui, & erudiri debeant. Ad Dei Omnipotentis laudem, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ incrementum, & præcipue Nationum, & Populorum hujuſmodi ſalutem, & commodum, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſine alicujus præjudicio perpetuo erigimus, & inſtituimus.

§.3. Nec

Digitized by Google

§.3. Necnon Eccleſiam, domum, & ædes Præpoſituræ Sancti Spiritus hujuſmodi, una cum illius continentibus ædificiis, hortis, viridariis, ac pertinentiis intra dicta clauſtra exiſtentibus, necnon Sacra ſuppellectili, utenſilibus, ac rebus, & bonis mobilibus, quæ ibidem ad præſens reperiuntur, & per ipſum Michaelem Cardinalem, vel ejus agentes per inventarium conſignabuntur dumtaxat ab ipſa Præpoſitura Sancti Spiritus, illius tamen eſſentia, ſtatu, fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, emolumentis, proprietatibus, honoribus, & prærogativis univerſis, ac præterquam in Eccleſiam, ac Perſonas Collegii hujuſmodi juriſdictione quibuſcumque, & quomodolibet denominatis eidem Michaeli Cardinali, & Succeſſoribus ſuis dictam Præpoſituram Sancti Spiritus pro tempore quomodolibet obtinentibus, ſemper in omnibus, & per omnia perinde ac ſi præſentes non emanaſſent, ſalvis, & reſervatis, nomineque, titulo, & denominatione Præpoſituræ Sancti Spiritus in dicta Civitate, ubi ad præſens conſiſtunt, ſuppreſſis, & ad Eccleſiam Sancti Appolliuaris Villæ Terzagi Mediolanen. Diœceſ. ab ipſa Civitate octo milliaribus, vel circa diſtantem, & eidem Præpoſituræ ſubjectam, etiam perpetuo tranſlatis ejuſdem Michaelis Cardinalis ad hoc expreſſo accedente conſenſu, auctoritate, & tenoro prædictis ſimiliter perpetuo ſeparamus, & diſmembramus, illaque ſic ſeparata, & diſmembrata, cum omnibus oneribus ſuper illis ex quavis cauſa forſan impoſitis, & ad quamcumque ſummam aſcendentibus, ad quæ dictum Collegium teneatur, & Præpoſituram ipſam pro tempore obtinens ab illis exemptus, & liber omnino remaneat.

§.4. Necnon redditum annuum duorum millium, & quadringentorum ſcutorum auri, ex Cameræ Apoſtolicæ pecuniis quot annis per noſtrum, & pro tempore exiſtentium Romanorum Pontificum Succeſſorum noſtrorum depoſitarium diſtributa in ſingulos menſes rata ſolutionis, donec de alio æquivalente redditu annuo in bonis ſtabilibus dicto Collegio per Nos, ſeu dictos Succeſſores noſtros proviſum fuerit, perſolvendum, & numerandum eidem Collegio pro illius dote, & dictorum puerorum ſuſtentatione, ita quod dictus Carolus Cardinalis Eccleſiæ, ac domus, & aliorum bonorum ab eadem Præpoſitura ſeparatorum, & diſmembratorum prædictorum poſſeſſionem, etiam propria auctoritate ſine alicujus Judicis auctoritate, vel intervento apprehendere, & apprehenſam retinere, ac illa necnon redditum annuum duorum millium, & quadringentorum ſcutorum hujuſmodi in dicti Collegii uſus, & utilitatem convertere libere, & licite valeat, eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuo applicamus, & appropriamus.

Privilegia cōceſſa Rector, aliiſque de Collegio.

§.5. Necnon eidem Collegio, ejuſque Rectoribus, Gubernatoribus, ſcholaribus, & bonis, ut omnibus, & qoibuſcumque privilegiis, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, & indultis, quibus Eccleſia & Eccleſiaſticæ perſonæ quovis modo utuntur, potiuntur, & gaudent, uti, potiri, & gaudere valeant, indulgemus. Ac eidem Carolo Cardinali ejus vita durante pro ſalubri directione, & conſervatione dicti Collegii, illiuſque bonorum, & rerum, ac jurium, tam ſpiritualium, quam temporalium Œconomos, Rectores, Gubernatores, Magiſtros, Præceptores, Advocatos, Procuratores, Miniſtros, & Officiales, ac etiam ſcholares in dicto Collegio deputandi, & amovendi, ac alios eorum loco ſufficiendi, necnon ordinationes, & ſtatuta æqua tamen, & honeſta, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non repugnantia faciendi, & edendi, eaque cum opus, & ſibi viſum fuerit, revocandi, immutandi, corrigendi, atque alia de novo condendi, quæ poſtquam facta, condita, revocata, immutata, & correcta fuerint, perinde ac ſi dicta auctoritate Apoſtolica approbata, & confirmata eſſent, ab omnibus Rectoribus, Magiſtris, Scholaribus, aliiſque perſonis in dicto Collegio ſervientibus, & miniſtrantibus inviolabiliter obſervari debeant, liberam, & omnimodam auctoritatem, & facultatem, auctoritate, & tenore prædictis pariter perpetuo concedimus,

§.6. Ac volumus, & eadem auctoritate decernimus, præmiſſa omnia cum primum fieri poterit, ſuum effectum conſequi, ac propterea Eccleſiam, domum, illiuſque continentia ædificia, & pertinentias hujuſmodi eidem Collegio ad effectum eorumdem præmiſſorum vacua, & expedita tradi debere: Collegium autem, ſive ejus Gubernatores, Adminiſtratores, & Officiales a die habitæ poſſeſſionis Eccleſiæ, & ædificiorum, aliorumque diſmembratorum, & tranſlatorum prædictorum, ædificia ipſa tam nunc, quam ubi, & quoties illa aliquo caſu etiam inexcogitato deſtrui, aut alio quovis modo ruere contigerit, reſtaurandum & reædificandum, eaque necnon omnia vaſa, & paramenta, & quæcumque alia ad manutentionem divini cultus in dicta Eccleſia Sancti Spiritus neceſſarie conſervandum, & etiam quoties opus fuerit, de novo faciendum, necnon Miſſas, & alia divina Officia celebrandum, ſeu celebrari faciendum, aliaque onera quæcumque eidem Eccleſiæ incumbentia ſupportandum omnino teneri, & ad id adſtrictos, & obligatos perpetuo eſſe, & fore, ita ut in futurum Michael Cardinalis, & ejus Succeſſores prædicti ad aliquid circa dicta ædificia tranſlata hujuſmodi, & ea, quæ in ipſa Eccleſia neceſſaria erunt, præſtandum, aut etiam ad fratrum in dicta Præpoſitura Sancti Spiritus, & illius domo nunc degentium, & exiſtentium alimoniam, veſtitum, vel ſuſtentationem, aut ſubventionem etiam ſi ipſos fratres inde amoveri, & ad quæcumque alia loca pro tempore transferri, aut eis, vel etiam pro dictis, & infraſcriptis, ac quibuſcumque aliis oneribus, & expenſis alias aliquid etiam quavis auctoritate, & ex quibuſcumque cauſis aſſignari contigerit, aut

ad ali-

ad aliquod ſimile, vel diſſimile onus, etiam quoad expenſas, quæ quocumque modo, ac caſu in celebratione divinorum officiorum, aut alias ratione cultus divini, ac pro eorumdem fratrum alimonia, ſuſtentatione, veſtitu, aut alias fieri in futurum contigerit, nullatenus teneantur; ſed ab eiſdem oneribus tuta conſcientia perpetuo exempti penitus, & in totum liberi, ac immunes exiſtant, omniaque onera, & expenſæ hujuſmodi ad dictum Collegium perpetuo ſpectent, & pertineant, eique immineant, & incumbant, & ſi dicti Fratres inde ut præfertur, amoveantur, & alio transferantur, aut alias pro eis, & dictis oneribus, ac expenſis aliquid etiam quavis auctoritate pro tempore aſſignetur, aut quid vis aliud innovetur, quodque Collegium hujuſmodi in domibus, ædibus, ac bonis prædictis perpetuo, & omni tempore manuteneri debeat.

§.6. Et caſu quo illud non manuteneatur, aut ejus erectio hujuſmodi ſuum non ſortiatur effectum, ex tunc ipſa Præpoſitura Sancti Spiritus in priſtinum, & eum, in quo antequam præſentes emanarent, erat, ſtatum reſtituta ſit, & eſſe cenſeatur, perinde ac ſi diſmembratio, & applicatio factæ non fuiſſent, ac omnia melioramenta nomine dicti Collegii, vel alias inibi quomodolibet facta, eidem Præpoſituræ S. Spiritus libere cedant, ac Eccleſia, domus, ædificia, & bona prædicta cum omnibus pertinentiis ſuis, ac quibuſcumque melioramentis deſuper impoſterum faciendis ad eamdem Præpoſituram Sancti Spiritus libere revertantur, reſque ipſa ſit, & eſſe intelligatur in priſtino ſtatu reſtituta, ac niſi conſenſus per dictum Michaelem Cardinalem ſuper præmiſſis præſtitus non eſſet, & præſentes non emanaſſent.

§.7. Mandantes eidem Carolo Cardinali, ut a die adeptæ dictæ poſſeſſionis aliquem idoneum locum, ſive Eccleſiam etiam ſæcularem, in quo, ſeu qua Presbyteros omnes, & Converſos dicti ſuppreſſi Ordinis in dicta domo Sancti Spiritus, illiuſque ædificiis nunc degentes inſimul, vel diviſim conjunctim, vel ſeparatim recipere, & retinere poſſit, perquirat, ac ipſis pro eorum numero, qui pro tempore erit, de congrua ſuſtentatione provideri faciat eoſdem Fratres, ut ſe de dicta domo, ad alia ab eodem Carolo Cardinali aſſignanda loca conferant, ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis arbitrio ejuſdem Caroli Cardinalis imponendis cogat, & compellat, ſuper quo eidem Carolo Cardinali amplam, & liberam auctoritatem per præſentes etiam concedimus, & impartimur.

Clauſulæ. §.8. Decernentes eaſdem præſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, ſeu impugnari nullatenus unquam poſſe, ſed eas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri: ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam S. R. E. Cardinales, ac Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quaviſaliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.9. Quo circa Ven. Fratribus noſtris Lauden., & Papien. Epiſcopis, ac dilecto filio Archipresbytero Eccleſiæ Mediolanen. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Caroli Cardinalis, ac etiam Adminiſtratorum, Gubernatorum, Magiſtrorum, Præceptorum, Advocatorum, Procuratorum, & Miniſtrorum prædictorum, aut aliorum, quorum intererit, vel alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter obſervari, ipſoſque Carolum Cardinalem, necnon Adminiſtratores, Gubernatores, Magiſtros, Præceptores, Advocatos, Procuratores, & Miniſtros prædictos illis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles, per cenſuras Eccleſiaſticas, & etiam pecuniarias pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Deſignantur executores.

§.10. Non obſtantibus priori voluntate noſtra prædicta, & Lateranen. Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, ac fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices a Sede præfata deputati contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis, vices ſuas committere præſumant, ac in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon dictæ Præpoſituræ San. Spiritus juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in ge- Derogatio contrariorum

Digitized by Google

in genere, vel in ſpecie etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac etiam conſiſtorialiter vel alias quomodnlibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & iunovatis. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & eapreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia eaquiſita forma ad hoc ſervanda foret, teunres hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indnltum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

§.11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, ſeparationis, diſmembrationis, applicationis, appropriationis, indulti, voluntatis, conceſſionis, impartitionis, decretorum, mandatorum, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 23. Maii 1579. An.VIII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, Nono Kal. Junii, Pontificatus noſtri Anno VIII.

XCIX.

Ordinationes pro bono regimine Fratrum Minorum S. Franciſci ſtrictioris Obſervantiæ.

Congregationem iſtorum Fratrum tempore Clementis VII. inſtitutam, approbavit ipſe & nonnulla pro ejus guberuio ſtatuit, ut in ejus Conſt.XLIII. In ſuprema *Tom.IV. Par.I.fol.*100.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

CUM illius vicem, meritis licet minime ſuffragantibus, geramus in terris, qui pacem in terras intulit, caritatemque ad invicem præ ceteris omnibus ejus fidelibus præcepit, officii noſtri debitam proſequimur actionem, ſi regularium perſonarum, quæ relicto ſæculo, ſub ſuavi voluntariæ paupertatis jugo, Dei obſequio ſe dedicarunt, pro commiſſo Nobis officio, concordiæ, ac quieti conſulere cupientes, pacem, & caritatem inter ipſos indncere, inductamqne confovere, & quæ iis contraria ſunt, falce vigilantiæ paſtoralis ad radicem poſita, prout rerum, & temporum qualitas requirit, quantum Nobis ex alto conceditur, totis viribus curamus.

Clemens VII. approbavit iſtam Congregationem Reformatorum, & nonnullas edidit ordinationes in Conſtitutione de qua in sub.

§.1. Sane licet alias per ſel.rec.Clementem VII. Prædeceſſorem noſtrum multa ad quietum, & tranquillum ſtatum pertinentia dilectorum filiorum profeſſorum Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de ſtrictiori Obſervantia Reformatorum nuncupatorum (ut qui Regulam ipſam Beati Franciſci pure, & plene juxta illius literam, & declarationes Nicolai Tertii, ac Clem. V. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, ut veri B. Franciſci filii, & alumni obſervare contendant) edita, & ſtatuta fuerint, ut in literis Clementis VII. ſub Datum Romæ apud S. Petrum 16. Kal. Decembris, Pontificatus ſui Anno nono, latius continetur.

Fratres de Obſervantia illos deſuper moleſtabant.

§.2. Nihilominus quidam ea Reformatis ſupradictis Nobis detulerunt, quod ipſis Reformatis, quamplures perturbationes, damnaque non mediocria a dilectis filii: Fratribus Minoribus de Obſervantia nuncupatis, ſub quibuſdam præteatibus, etiam contra dictarum literarum Clem. VII. formam, inferebantur.

Hic ideo Pōtifex aliqua addit circa.

§.3. Nos igitur eorumdem Fratrum Reformatorum nuncupatorum quieti, & indemnitati, ejuſdemque Ordinis proſperitati, ac propagationi conſulere volentes, Venerabilibus fratribns noſtris S. R. E. Cardinalibus ſuper cauſis Epiſcoporum, & Regularium deputatis, atque etiam ejuſdem Ordinis prædicti Protectori, cauſam hujuſmodi andiendam, & cognoſcendam commiſimus. Qui re mature diſcuſſa, necnon quorum intereſt, aut intererat partibus auditis, literiſque Clementis Septimi prædicti plene conſideratis, Nobis retulerunt, quæ reformationem hujuſmodi magis proſpere dirigere viſa ſunt. Quare de eorumdem Cardinalium conſilio, literis Clementis Septimi prædicti addenda quædam decrevimus.

Novitiorum profeſſionem.

§.4. Itaque volumus, & Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, ut Novitii Reformatorum præſentes, & futuri annnm continunm inter dictos Reformatos agant, & ad deliberandum an inter Reformatos prædictos permanere velint a die ingreſſus in Cuſtodias, ſeu loca Reformatorum. Si vero in familia Fratrum de Obſervantia profeſſionem emiſerint, & ad Reformatos de ſtrictiori Obſervantia tranſierint, vel in futurum tranſire voluerint, habeant itidem annum continunm a die ingreſſus ad deliberandum, an remanere in hac ſtrictiori Obſervantia voluerint.

Eorum receſſum poſt profeſſionem.

§.5. Poſt præſentium aut noſtrarum publicationem, & dictum annnm completum declaramus prædictos profeſſos extra reformatos haberi, ut profeſſos iuter cuſtodias Reformatorum, nec ipſos, ſicut nec alios inter eaſdem cuſtodias profeſſos, ab iis, ſine ſpeciali Apoſtolicæ Sedis licentia, recedere poſſe, ſine Apoſtaſiæ nota. Quo etiam anno peracto, tam Novitios in Cuſtodiis expreſſe profeſſos, quam profeſſos in Familia, & in Cuſtodiis annum continuum agentes,

Digitized by Google

volumus ad puram, & plenam Regulæ Sancti Franciſci Obſervantiam, juxta ipſius literam, ac Nicolai Tertii, & Clementis V. Romanorum Pontificum declarationes, & Clementis Septimi literas prædictas teneri, nec ab ea, Reformatorumque ipſorum obedientia recedere, minuſque a Reformatis ipſis expelli valeant, niſi incorrigibiles, juxta antiqua eorum inſtituta hactenus obſervata, & niſi qui ad Capuccinos tranſeundi licentiam in ſcriptis, juxta Pauli III., & Julii Tertii literas, a proprio Cuſtode obtinuerint.

Cuſtodis munus in recipiendis Novitiis & Fratribus de Obſervantia.

§.6. Liberum vero ſit eidem Cuſtodi, etiam nullo Miniſtri Provincialis, vel aliorum ſuorum Prælatorum habito, vel requiſito conſenſu, vel licentia, nulloque cum iiſdem verbo facto, per ſe, vel alium juxta Tridentini Concilii formam, atque Ordinis conſuetudinem, Novitios, necnon, & Fratres Ordinis prædicti de Obſervantia, tam propriæ quam alienæ Provinciæ reformandos, ad Ordinem, ac profeſſionem, & reformationem pro ſua Cuſtodia, abſque ullo penitus impedimento, de conſilio tamen, & conſenſu Fratrum illius loci, pro quo recipiuntur, admittere.

Loca Reformatis aſſignanda.

§.7. Teneantur autem Miniſter Provincialis, vel illo abſente Præſidens Capituli, vel Congregationis Provincialis, quando familiæ mutari ſolent, ad petitionem dictorum Reformatorum, alia etiam Provinciæ loca, ſive Monaſteria, aliis Reformatorum locis, quantum fieri poterit, contigua, vel commoda, juxta ejuſdem Clementis VII. literas, dare, & aſſignare, & Prioribus eorum locis addere, nec Fratrum Reformatorum paucitatem, (dummodo ad decem Fratres recipiendos ſint idonea, vel brevi tempore in ea illos introduci poſſe ſperandum ſit) nec aliam quampiam excuſationem quo minus id faciant, obiicere poſſint.

Miniſter Generalis Fratrum de Obſervantia, & non alii, facultatem habent viſitandi, & corrigendi Reformatos, ut hic.

§.8. Generalis Miniſter dictorum Fratrum de Obſervantia tantum, minime autem Provincialis, ſive alii dictorum Fratrum de Obſervantia Prælati, aut Commiſſarii, in dictos Fratres Reformatos, ſive illorum Cuſtodias juriſdictionem, viſitandique, & corrigendi facultatem, ſive per ſeipſum, ſive per ejuſdem Ordinis, etiam alienæ cuſtodiæ reformatos ipſos habeat, minime tamen poſſit aliquem ad Prælationem, vel officia, etiam in Cuſtodia promovere, aut correctionis, vel quovis prætextu, ſtatutis, cenſuris, caſibus, reſervationibus propriis, vel Ordinis Reformatos ſubiugare, aut Cuſtodiæ, Cuſtodis, vel Fratrum Reformatorum reſpective poteſtatem, facultatem, immunitatem, conceſſiones, gratias, ſtatuta, & pacem, quovis prætextu, modo, & quæſito colore, directe, vel indirecte annullare, ſuſpendere, arctare, alterare, immutare, impedire, contrafacere, aut inquietare, nec etiam de propria eorum Cuſtodia, domibuſque, & locis, niſi pro aliarum cuſtodiarum dicta viſitatione, dictos Reformatos, vel eorum aliquem amovere, extrahere, mittere, vel transferre, nec illos ad quaſcumque alias partes, Provincias, vel Cuſtodias, & alia propriæ ipſorummet Cuſtodiæ loca, etiam ſub ſpecie prædicationis mittere, collocare, vel retinere, niſi prout in ſingularum Cuſtodiarum Capitulis, vel ab ipſo Cuſtode fuerit ordinatum, locaque hujuſmodi eiſdem Reformatis fuerint aſſignata, & multo minus ad Reformatorum, vel Cuſtodiarum loca non Reformatos, etiam Novitios, vel Monialium Confeſſores, aut alios quoſcumque, etiam reformandos a Reformatis non receptos mittere, aut in eiſdem collocare, vel retinere.

Reformati non retineant reformandum, niſi Lectores, & Prædicatores cum ſuorum Superiorum licentia.

§.9. Nec etiam Reformati ipſi aliquem prædictorum non reformandum recipere, vel ad convivendum, ſive de familia in eorum locis retinere ullo modo poſſint, exceptis Lectoribus a Prælatis ipſorum licentiatis, propriæ Cuſtodiæ neceſſariis. Qui tamen in Cuſtodia vocem activam, vel paſſivam habere non poſſint, ſed illa ad Reformatos tantum in Cuſtodia pertineat; exceptis quoque opportunis Prædicatoribus ſimiliter licentiatis, vel impetratis, & hoc pro tempore tantum neceſſariis, ſed ſine conſenſu Cuſtodis in ſcriptis, non poſſint quicumque dicti Ordinis Prælati, Fratres non Reformatos in auditoriis ad ipſorum locorum confines, juxta morem Ordinis pertinentibus ad prædicandum, nec eiſdem confinibus quoſcumque Fratres ad eleemoſynas colligen. deſtinare.

Cuſtos poteſt mittere Fratres etiam ad loca extra Reformatorum cuſtodias pro negociis neceſſariis, & piis cauſis.

§.10. Pro neceſſariis autem negociis, & aliis piis cauſis, poſſint Cuſtodes ad quæcumque Ordinis, & aliorum loca, etiam extra Reformatorum Cuſtodias, maxime ad Sedem Apoſtolicam, & ad totius Ordinis Protectorem, & pro prædicatione ire, ac Fratres ſuos mittere, ſed cauſa manendi de familia in locis Ordinis extra Reformatos, pro ſtudio, vel alia cauſa, nullo modo Cuſtodes, vel Cuſtodiæ mittere, vel licentiam dare, nec Fratres ire, vel manere, nec Prælati Ordinis eos recipere, vel retinere poſſint.

Capitula Cuſtodialia ſingulis annis in locis cuſtodiæ ad electionem Cuſtodis fieri debeant.

§.11. Capitula Cuſtodialia ſingulis annis in propriis Cuſtodiæ locis diſtincte, & non extra cuſtodiam per Reformatos, quando, & ubi per proprium Cuſtodem, vel Cuſtodiam fuerit conſtitutum, fiant, eant tamen & ipſi Reformati ad Capitula etiam provincialia, ut in dictis literis Clementis Septimi ſtatuitur, & in illis vocem non activam tantum, ſed paſſivam poſthac habeant. Hujuſmodi autem Cuſtodiarum Capitulis, ſolus Cuſtos qui erit pro tempore, vel eo decedente Commiſſarius Cuſtodiæ, vel ipſe Generalis Miniſter, ſi perſonaliter tantum intereſſe voluerint, præſidere poſthac valeat.

Capitulo preeſſe poſſint Cuſtos, vel eo mortuo Commiſſarius, vel ipſe Miniſter Generalis Fratrum de Obſervantia.

§.12. In iis autem Capitulis unaquæque Reformatorum Cuſtodia plenam, & abſolutam habeat poteſtatem quæcumque ſtatuta, & ordinationes, dummodo contra Deum, animam, ac regulam, & decreta Concilii Tridentini non ſint, juxta literas Clementis Septimi prædictas, condendi, & ſtatuendi, nec in eo per Miniſtros generales, vel provinciales, vel eorum Commiſ-

Digitized by Google

Cuſtodes ad triennium eligantur, & cõfirmationem petant a Miniſtro Provinciali.

miſſarios, aut alios dicti Ordinis Prælatos quomodolibet impediri valeat. Electione Cuſtodum per Reformatos ad triennium facta, Cuſtodes per id, vel literas in ſiguum humilitatis confirmationem tantum infra meoſem petere teneantur a Miniſtro provinciali, quandocumque ſtatim facto exbibendam. Poſſiut autem Cuſtodes, etiam dum expectatur, & aotequam petatur confirmatio prædicta, cum plena auctoritate libere officio ſuo ſungi, quod ſi confirmationem bujuſmodi intra tres dies non obtinuerint, a Sede Apoſtolica ipſo facto tenore præſentium confirmati cenſeantur. Guardiani vero iu Capitulis electi, vel a Cuſtodibus ioſtituti, a Miniſtro, vel alio quopiam coofirmari deinceps non egeant, ſed eorum inſtitutio, io Capitulis, vel extra ab ipſis Cuſtodibus facta ſufficiat. Cuſtos pro tempore electus, vel eligendus in ſuo officio a prima electione cootinuet ad trienoium, videlicet uſque ad Capitulum Cuſtodiale, ſive citra, ſive ultra triennium fiat, abſque eo, quod ſingulis annis rurſus eligatur. Cuſtodis autem ſucceſſoris electio a Cuſtode prædeceſſore, Guardianis, & Diſcretis locorum Cuſtodiæ fiat, ſi tamen etiam intra triennium in ſingulis annalibus Capitulis Univerſitati electorum videretur Cuſtodem mioime idoneum eſſe, & Univerſitati Refurmatorum non utilem, alium ſibi Cuſtodem ex regulæ ipſius præſcripto eligere poſſint, & teneantur.

Cuſtode decedente, eligatur Commiſſarius uſque ad Capitulum Cuſtodiale.

§.13. Ipſo autem Cuſtode decedente, alius Cuſtos extra Capitulum poſthac non eligatur, ſed aliquis erit cuſtodiæ Commiſſarius uſque ad proximum Capitulum cuſtodiale, prout Reformati io ſuis Capitulis ordinaverint.

Cuſtodum facultates.

§.14. Poteſtatem vero eamdem habeant ſinguli Cuſtodes in ſuas cuſtodias, & Fratres, quam Miniſtri provinciales in ſuas provincias, & Fratres habent, tam ex vigore regulæ, quam ex Romanorum Pontificum conceſſis gratiis, dummodo bujuſmodi ſtrictiori Obſervantiæ reformatorum oon ſint contrariæ. Præſertim vero Cuſtodes poſſint loca ipſa juxta eorum exigentiam reſarcire, & augere locis, quæ Guardianum habere non ſolent, ipſum Guardianum in Capitulis cuſtodialibus cooſtitnere, & io eiſdem capitulis, ſive prout in illis fuerit ordinatum, prædicatores, & confeſſarios ſæcularium, ſervata forma Concilii Trid. examinare, & approbare, & illius officium prædicationis, & confeſſionum audiendarom concedere, & ad illa promovere, atque a caſibus, & cenſuris, Prælatis Ord. reſervatis, & reſervandis, per ſe abſolvere, vel per alium abſolvi curare, eos quoque, qui idonei ſunt, pro ſuo arbitrio ad ſacros ordines recipiendos approbare, & mittere.

Conſtitutiones non contrariæ huic Reformationi ſerventur.

§.15. Volumus tamen, quod ſi in capitulis generalibus conſtitutiones aliquæ, vel decreta, præſentibus literis, & buic Obſervantiæ ſtrictiori non contraria, ſed quæ magis ci favere videantur, ordinata fuerint, Reformati ea obſervare omnino teneantur.

§.16. Quo vero ad veſtitum ioduantur prædicti Reformati vilioribus indumentis, & deſpecto colore, & poſſiot ea repetiare ſecundum B. Franciſci regulam.

Veſtes deſignantur.

Conſtitutio Clem. VII. in ceteris approbatur.

§.17. Literas vero prædictas Clementis Septimi, quatenus ſupradictis oon adverſentur, auctoritate Apoſtolica teuore præſeotium confirmamos, illiſque perpetuæ firmitatis robur adiicimus.

Clauſulæ præſervativæ.

§.18. Decernentes præſentes literas nullo umquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu, etiam ex eo quod omnes intereſſe habentes, vel Fratres de Obſervantia prædicti, aut quicumque alii vocati non fuerint, ootari, argui, ſeu impugnari, aut ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam ab eadem Sede Apoſtolica emanatis, & in poſterum emanandis comprehendi poſſe, ſed illas pro omoibus, & ſingulis prædictorum Reformatorum cuſtodiis, cuſtodibus, & fratribus Reformatis, præſentibus, & futuris, ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque pleoarios, & integros effectus ſortiri debere.

Clauſula ſublata.

§.19. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E.Card., ſublata cis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, ac definiri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper bis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Diſtrictius inhibentes geoerali, & Provincialibus Miniſtris dictorum Fratrum de Obſervantia nuncupatorum, & eorum Commiſſariis nuoc, & in perpetuum pro tempore exiſtentibus, & illorum generalibus, & proviocialibus Capitulis, perſuniſque quibuſcumque io illis congregandis, ac omnibus, & quibuſcumque, quos præmiſſa concernunt, aut io poſterum quomodolibet concernent, & quibuſvis aliis cujuſcumqoe dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, ne ſub iodignationis noſtræ, & Excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo, ſi contrafecerint, incurrendæ pœnis, Reformatos prædictos, illorumque Cuſtodias, Cuſtodes, Diſcretos, Officiales, & Fratres, aut alios quoſcumque, quos præmiſſa quomodolibet concernunt, aut in poſterum concernent, quomi nus prædictis omnibus, & ſiogulis pacifice fruantur, ſeu prædicta omnia, & ſingula ſuum debitum ſortiantur effectum impedire, retardare, aut perturbare audeant, vel præſumant, ac & eiſdem qoacumque Eccleſiaſtica, ſeu Mundana præfulgeant dignitate, vel excellentia ſub antedictis pœnis mandantes, ut in præmiſſis omnibus, & ſingulis efficaciter pareant, & aſſiſtaot.

Executorum deputatio, & facultates.

§.20. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Mediolanenſi, & Epiſcopo Laudenſi, ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, necnon univerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Eccleſiarum Prælatis, ac quibuſcumque in dignitate

Eccleſiaſtica conſtitutis per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum Reformatorum prædictorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra eos præmiſſis omnibus, & ſingulis, juxta præſentium continentiam, & tenorem, pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos deſuper per Miniſtrum generalem, alioſque prædictos quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet ac rebelles, & præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni appellatione poſtpoſita, compeſcendo; necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.21. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, præſertim fel. record. Leonis X. Prædeceſſoris noſtri ſuper unione omnium Fratrum Minorum de Obſervantia, & nuncupatione eorumdem, & aliis in dictis literis Clementis VII. contentis, & quæ eidem Clementi placuit non obſtare, necnon dicti Clementis VII. literis prædictis pro Reformatis, & Boniſ.VIII. de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ad judicium ultra tres dietas non trahatur, Bulla aurea, Mari magno, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis quibuſcumque, dictique Ordinis ſtatutis, conſuetudinibus privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, etiam in forma Brevis, vel ſub quibuſcumque verborum formis, ſolemnitatibus, clauſulis etiam inſolitis, & quantumcumque fortiſſimis dicto Ordini, vel quibuſcumque Prælatis ejuſdem in contrarium conceſſis, approbatis, & innovatis, & in futurum concedendis, approbandis, & innovandis, etiam ſi talia forent, quod pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales mentio habenda foret. Quibus omnibus eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus infererentur, pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides transſumptorum.

§.22. Ceterum quia difficile foret &c.

D.P. A.VIII. 3. Junii.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die tertia Junii, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, Pontificatus noſtri Anno octavo.

C.

Unio Collegii Purificationis B. Mariæ Elboren., & Hoſpitalis ad recipiendum pauperes Scholares per Regem Portugalliæ inſtitutorum, Collegio S. Spiritus ejuſdem Civitatis cum fructibus, & redditibus eis applican., cum facultate Presbyteris Societatis Jeſu poſſeſſionem capiendi, & regendi illorum perſonas, & bona &c. ac cum oneribus, & ordinationibus &c.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Romani Pontificis providentia circumſpecta ea, quæ ad ſcientiæ, & doctrinæ incrementum, & perſonarum in illis proficere volentium commoditatem, infirmorumque ſubventionem ordinata, & inſtituta fuerunt, ne contentionis materiam, & rerum jacturam, inducant, ac perſonarum quietem perturbent, interdum alterat, & immutat, Officiique ſui partes in his libenter interponit, prout rationabiles cauſæ perſuadent, & Catholicorum Regum vota id expoſcunt, ac in Domino ſalubriter dignoſcitur expedire.

Facti ſeries.

§.1. Dudum ſiquidem poſtquam Chariſſimus in Chriſto Filius Noſter Henricus Portugalliæ, & Algarbiorum Rex Illuſtris, qui tunc ad hujuſmodi Regiæ dignitatis faſtigium nondum aſſumptus Eccleſiæ Alboren. ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica præerat in Civitate Elboren. unum Collegium ſub invocatione S. Spiritus ad Grammaticam, ceteraſque artes liberales, & Sacram Theologiam quibuslibet Clericis, & aliis perſonis ſtudere volentibus legendum, & interpretandum Ordinaria, & ſeu Apoſtolica auctoritatibus erexerat, & inſtituerat, ac poſtmodum illud in Univerſitatem Studii Generalis etiam erigi, ejuſque curam, regimen, & adminiſtrationem pro tempore exiſtentibus Præpoſito Generali, & Patribus Societatis Jeſu concedi, necnon Collegio, ſeu Univerſitati hujuſmodi inter alias nonnullas proprietates, ſeu annuos redditus olim ad Menſam Archiepiſcopalem ſeu Capitularem Elboren. ſpectantes, ac etiam quingentos cruciatos annuos ex fabricæ ejuſdem Eccleſiæ redditibus applicari, & applicationi hujuſmodi confirmari dicta, Apoſtolica auctoritate procuraverat. Nos ſupplicationibus ipſius Henrici Regis tunc Præſulis inclinati ſibi ut in eadem Civitate pro Collegii, ſeu Univerſitatis hujuſmodi augumento, ac Scholarium Clericorum, & Presbyterorum inibi ſtudentium commoditatibus, publicaque utilitate unum, duo, vel plura alia Collegia, in quibus aliqui ex ipſis Clericis Scholaribus, & Presbyteris ad certum tempus reſiderent cum Cappella, ſeu Cappellis, in quibus Miſſæ, & alia Divina Officia ſecundum providam ordinationem ejuſdem Henrici Regis tunc Præſulis deſu-

Digitized by Google

deſuper faciendam celebrarentur, erigendi, & inſtituendi facultatem per quaſdam conceſſimus, ac a fabrica, & menſa Capitulari prædictis tot illius bona, redditus, proventus, jura, obventiones, emolumenta, poſſeſſiones, & proprietates, quorum annuus valor ad ſummam quatuor millium Cruciatorum ſimilium æquis portionibus fabricæ, videlicet duorum, menſæ Capitulari aliorum duorum millium Cruciatorum hujuſmodi aſcenderet, perpetuo ſeparavimus, & diſmembravimus, illaque ſic ſeparata, & diſmembrata erigendi, poſtquam erecta fuiſſent pro eorum dote, necnon S. Spiritus Collegiis prædictis pro illius dotis augumento, ac alias ſub certis modo, & forma tunc expreſſis etiam perpetuo applicavimus, & appropriavimus.

§. 2. Ac ſucceſſive per alias noſtras literas, ex certis tunc expreſſis cauſis eidem Henrico Regi tunc Præſuli, ut in eadem Civitate unum Hoſpitale, in quo Collegiales, & alii pauperes Scholares prædicti occurrentibus eorum infirmitatibus recipi, & curari valerent, cum ſimili Capella erigendi & inſtituendi, ac illius in ſpiritualibus, & temporalibus curam, regimen, gubernium & viſitationem Presbyteris Societatis Jeſu, vel aliis perſonis ipſi Henrico Regi tunc Præſuli beneviſis committendi facultatem, etiam conceſſimus, diſmembrationem vero ſummæ duorum millium ducatorum ex fructibus, redditibus, & proventibus Menſæ Capitularis, & applicationem illorum Collegiis hujuſmodi, quoad ſummam mille quingentorum ducatorum eiſdem diſmembratione, & applicatione, in reliquis quingentis Ducatis ſalvis, & illæſis remanentibus caſſavimus, & annullavimus, ac loco ſummæ mille, & quingentorum Ducatorum hujuſmodi quæcumque fructus, redditus, proventus, Jura, obventiones, emolumenta, poſſeſſiones, & proprietates in oppido de *Stramoz* Elboren. Diœceſis conſiſtentia, ad dictam menſam Archiepiſcopalem ſpectantia, & pertinentia ab ipſa Menſa Archiepiſcopali ſeparavimus, & diſmembravimus, ac unam in S. Joaonis Baptiſtæ pro viginti quatuor de ſexennio in ſexennium, & alteram Capellanias in veræ Crucis Capellis ſitis in dicta Eccleſia Elboren. pro aliis viginti octo de biennio, in biennium eligendis Capellanis, ſeu portionariis, qui in Capellis, ſeu Collegio Sancti Spiritus, aut Eccleſia prædictis certas Miſſas qualibet hebdomoda celebrare, ac pueros, videlicet Logicam, & Philoſophiam, atque Theologiam per ſexennium, poſteriores vero Cappellani hujuſmodi Caſus Conſcientiæ in dicto Collegio S. Spiritus doceri, & interpretari ſolitos per bieonium prædictum audire, & ediſcere tenebantur, ac pro eorum ſubſtentationis ſubventione certas partes, ſeu portiones fructuum, redditùum, & proventuum a Menſa Archiepiſcopali, ac uno, & una ex Canonicatibus, & præbendis Eccleſiæ Elboren. hujuſmodi pridem diſmembratis, & eis ad id aſſignatis ſeu dictis Capellaniis reſpective applicatis percipere ſoliti erant, ac alias ſub certis modo, & forma ab eodem Henrico Rege tunc Præſule olim inſtitutas, perpetuo ſuppreſſimus, & extinximus, illarumque ſic ſuppreſſarum, & extinctarum, necnon a Menſa Archiepiſcopali per poſteriores literas hujuſmodi ſeparata, & diſmembrata fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, emolumenta, proprietates, & poſſeſſiones Sancti Spiritus, ex tunc, & aliis erigendis Collegiis, ac Hoſpitali hujuſmodi poſtquam erecta forent, juxta providam deſuper per ipſum Henricum Regem tunc Præſulem, ſeu ab eo deputatum, vel deputandum partitionem, diviſionem, & ordinationem deſuper faciendam ſimiliter perpetuo applicavimus, & appropriavimus, ac tunc exiſtentibus portionariis, ſeu Capellanis prædictis locum, & habitationem in dictis Collegiis, ſeu eorum aliquo, prout eidem Henrico Regi tunc Præſuli magis convenire viſum foret, conceſſimus, & aſſignavimus. Poſt completum autem ſui cujuſque ſtudii curſum, vel alias ipſis inde recedentibus illorum loco tot alios Capellanos, quot eidem Henrico Regi tunc Præſuli viſum foret, in d. Collegiis, ſeu eorum aliquo juxta illius ordinationem, & diſpoſitionem ſubrogandos, ac manutenendos fore, & eſſe ſtatuimus, prout in ſingulis noſtris literis prædictis plenius continetur.

§. 3. Cum autem ſicut dictus Henricus Rex Nobis nuper exponi fecit, ipſe vigore dictarum literarum in dicta Civitate prope Collegium S. Spiritus hujuſmodi aliud Collegium ſub invocatione Purificationis Beatæ Mariæ Virginis pro dictis Capellanis, & certis aliis Collegialibus, ac unum Hoſpitale, in quo tam Collegiales, quam pauperes ſcholares univerſitatis hujuſmodi occurrentibus eorum infirmitatibus recipi, & curari debeant, ereserit, & inſtituerit, ac tam Cappellaniarum ſuppreſſarum, quam a fabrica, & Menſa Archiepiſcopali ſeparata, & diſmembrata fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, poſſeſſiones, proprietates, & emolumenta prædicta inter Collegia Sancti Spiritus, & Purificationis, ac Hoſpitale hujuſmodi eorum cuilibet ſuam ratam partem aſſignando dividere, & compartiri intendat, ſeu forſan poſt factam per eum diviſionem, & compartitionem hujuſmodi re maturius perpenſa animadverteret ſuper regimine, gubernio, & adminiſtratione Collegii Purificationis, & Hoſpitalis hujuſmodi, portionibuſque reddituum, & bonorum illa, ac dictum Collegium Sancti Spiritus reſpective tangentibus, earumque exactionibus, & collectionibus, controverſias, diſſidia, odiique fomenta, & animi inquietitudines cum temporis, & eorum ſtudiorum, ac inſtituti jactura inter Rectores, Collegiales, Scholares, Œconomos, & Miniſtros Collegiorum, & Hoſpitalis hujuſmodi facile ſuboriri, fructus quoque, redditus, proventus, & alia bona prædicta ex illorum diviſione, & ſeparatione per manus diverſorum Miniſtrorum exacta, & gubernata majoribus expenſis ſubjacere, nec ita commode,

Cauſa præſentis Conſtitutionis.

Digitized by Google

de, & fideliter recuperari, adminiſtrari, & conſervari poſſe, & inſuper in Collegio Purificationis, & Hoſpitalis hujuſmodi nullam Cappellam propriam, in qua Cappellani, & alii ejuſdem Collegii Purificationis Collegiales Miſſas, & alia divina Officia, ad quæ ratione dictarum Cappellaniarum ſuppreſſarum, ſeu es conſuetodine, vel ſtatuto, aut alias obligati exiſtunt, celebrare poſſint, adhuc perfecte extructam & ornatam exiſtere, Collegium vero S.Spiritus hujuſmodi Eccleſiam, & diverſas Cappellas ad id commodas habere, ac propterea magis espediens fore, ut Collegium Purificationis, & Hoſpitale hujuſmodi eidem Collegio Sancti Spiritus, ſeu univerſitati tanquam membra ſuo capiti perpetuo uniantur, & incorporentur, ac ea ratione bona, & proprietates hujuſmodi integra, & indiviſa ad communem eorumdem Collegiorum, & Hoſpitalis uſum conſerventur, ac Miſſæ, & divina Officia prædicta in Eccleſia, & Cappellis Collegii Sancti Spiritus hujuſmodi celebrentur.

Unio Collegii & Hoſpitalis prædictorum.

§.4. Nos prædicti Henriei Regis judicio, quod ſemper plurimi fecimos acquieſcendum eſſe cenſentes, necnon ſingularum literarum noſtrarum, ac illarum vigore factarum erectionis, inſtitutionis, diſinembrationis applicationis, diviſiouis, & partitionis prædictarum tenores, bonorumque, & reddituum hujuſmodi confines, ſituationes, qualitates, ac tam illorum, quam Collegiorum Hoſpitalis, fabricæ, & menſarum hujuſmodi fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores præſentibus pro espreſſis babentes, ipſius Henrici Regis ſupplicationibus in hac parte inelinati Collegium Purificationis, & Hoſpitale hujuſmodi, ac tam illis aſſignata, quam quæcumque alia Cappellaniarum ſuppreſſarum, & etiam a fabrica, & menſa Archiepiſcopali, ſeu alias vigote dictarum noſtrarum literarum ſeparata, & diſmembrata fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, poſſelſiones, proprietates, & emolumenta prædicta eum omnibus, & ſingulis ſuis pertinentiis eidem Collegio Sancti Spiritus, ſeu univerſitati, ita quod liceat Præpoſito, Rectoribus, & Presbyteris Societatis hujuſmodi pro tempore exiſtentibus corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem Collegii Purificationis, & Hoſpitalis, ac jurium poſſeſionum, proprietatum, & pertiuentiarum prædictorum per ſe, vel per alium, ſeu alios propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque percipere, esigere, levare, colligere, locare, & dislocare, arrendare, ac in dicti Collegii Sancti Spiritus uſus, & utilitatem convertere, Miſſaſque, & alia divina Officia per dictos Cappellanos, & alios Collegiales, ut præfertur, celebranda in Eccleſia, ac Cappellis Collegii Sancti Spiritus hujuſmodi celebrari facere, necnon Collegium Purificationis, & Hoſpitale hujuſmodi, Collegialeſque, ac ſcholares, & alias quaſcumque perſonas in illis pro tempore degentes in ſpiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare, ceteraque in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria justa ordinationem deſuper per prædictum Henricum Regem factam, ſeu facien. gerere, & exercere, Diœceſani loci, ſeu prædictorum Capituli, vel cujuſvis alterius licentia, vel conſenſu deſuper minime requiſitis.

§.5. Cum onere tamen, & obligatione, quod Collegium Sancti Spiritus, ſeu Præpoſitus, & Rectores, ac Presbyteri Societatis hujuſmodi perpetuis futuris temporibus modo, & forma ad hoc per eundem Henricum Regem, ſeu perſonam, vel perſonas ad id ab eo pro tempore deputandas præſcriptis, ſeu præſcribendis centum Cappellanos, ſeu ſcholares, quorum quinquaginta Theologiæ in dicto Collegio Purificationis, & alii viginti quatuor artibus temporalibus, reliqui vero viginti ſex Cappellani, ſeu ſcholares hujuſmodi caſibus conſcientiæ extra ipſum Collegium Purificationis in dicta univerſitate incumbant, aſſignata eorum ſingulis annua portione, quæ ſit omnino libera, immunis, & exempta, ac modo, & forma, necnon in terminis, ac ſub cenſuris, & pœnis per ipſum Henricum Regem, ſeu ab eo ad id deputatos, vel deputandos ſtatuendis, abſque aliqua contradictione, & exceptione in eodem Collegio Purificationis ſolvi debeat, Theologiæ videlicet quinquaginta; artibus vero & caſibus conſcientiæ vacantibus Cappellanis ſeu ſcholaribus hujuſmodi triginta Cruciatorum monetæ Portugalliæ ſuſtentandi, & numerum centum Cappellanorum, ſeu ſcholarium hujuſmodi ſemper, ita quod aliquibus ex eis deficientibus, ſeu recedentibus, alii loco eorum ſurrogentur, manutenendi, ac in uſum dicti Hoſpitalis, & Collegialium, ac aliorum pauperum ſcholarium infirmorum in eo pro tempore degentium ſummam ſeptingentorum, & quinquaginta Cruciatorum ſimilium, ſi neceſſitas ita poſtulaverit, annuatim erogaudi, necnon tam Hoſpitalis, quam Collegii Purificationis hujuſmodi fabricam in ſuis ædificiis, & ſtructuris neceſſariis manutenendi, ac eiſdem Cappellanis, & aliis Collegialibus prædictis paramenta, & ornamenta, ceteraque omnia pro Miſſis, ut præfertur, per ipſos celebrandis neceſſaria ſuppeditandi, literis noſtris prædictis, præſertim eirca facultatem, ſtatuta, & ordinationes, ſelicem, & ſalubrem directionem, conſervationem, regimen, & adminiſtrationem Collegiorum, & Hoſpitalis hujuſmodi, illorumque bonorum, & rerum, ac jurium ſpiritualium, & temporalium, ac qualitates, & obligationes ſcholarium, & Cappellanorum hujuſmodi, necnon modum, & formam viſitationis, receptionis, admiſſionis, ſeu depoſitionis illorum, ac tempus, per quod ibidem ſuſtentari, & manuteneri debeant concernentia ſaciendi, condendi, revocandi, immutandi, corrigendi, & de novo edendi eidem Henrico Regi tuuc Præſuli conceſſam, alias in ſuo robore permanſuris,

Motu

Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia ac de ejuſdem Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium perpetuo unimus, annectimus, incorporamus, & applicamus, & appropriamus.

Clauſulæ. §.6. Decernentes eaſdem præſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, vel etiam ex eo, quod intereſſe habentes vocati non fuerint, aut alio quovis prætextu annullari, invalidari, vel impugnari, aut per locorum Ordinarios examinari, ſeu revideri, aut cauſas, propter quas illa emanaverint, verificari, aut ad terminos juris reduci, ſeu in controverſiam revocari poſſe, aut debere, neque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas eſſe, & fore; ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, vel delagatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Nuncios Apoſtolicos, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Mandatur executio. §.7. Quo circa Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Ulixbonen., & Silveo. ac Elven. Epiſcopis, ſeu dilectis filiis eorum Officialibus Generalibus mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Henrici Regis, ac Rectoris, Collegialium, & ſcholarium prædictorum, & aliorum, quorum intereſt, vel intererit, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter obſervari, ipſoſque Henricum Regem, ac Rectorem, ſcholares, & Collegiales, ac alios intereſſe habentes hujuſmodi, illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper per pro tempore exiſtentes Præſules, ſeu Adminiſtratores, ac Capitula Eccleſiæ Elboren. hujuſmodi, ac reddituum eorumdem proprietarios, vel quoſcumq. alios deſuper quomodolibet inquietari, impediri, ſeu perturbari. Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum. §.8. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit, de non tollendo jure quæſito, ac unionibus committendis, ad partes vocatis intereſſe habentibus, & exprimendo valore etiam beneficii, cui aliud uniri petitur, necnon Lateranen. Concilii uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, ac felic. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium in judicium non trahatur, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon omnibus illis, quæ in ſingulis noſtris literis prædictis noluimus non obſtare contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 13. Junii, 1579. Pontificatus noſtri Anno VIII. Dat. die 13. Junii 1579 An. VIII.

CI.

Inſtitutio Archiconfraternitatis Pietatis Carceratorum in Alma Urbe, ad eos viſitandos, conſolandos, & adiuvandos. Cum Indulgentiarum conceſſione.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. PII Patris Altiſſimi, qui antequam ineffabili pietatis, & caritatis ſuæ exuberantia, pro peccatorum noſtrorum expiatione, acerbiſſimum Crucis tormentum ſubiret, opera pietatis, & caritatis hujuſmodi fidelibus ſuis inſtanter commendavit, vices licet immeriti gerentes in terris, ad ea, per quæ opera ipſa ubique, præſertim in Alma Urbe noſtra, quæ ceteris illuſtre exemplar præſtare debet, ad pauperum Carceris incommodis, ac miſeriis afflictorum ſubventionem, & ſpiritualem conſolationem valeant propagari, libenter intendimus, & ad id fideles quoslibet ſpiritualibus muneribus, Indulgentiis videlicet, & peccatorum remiſſionibus invitamus ac alias deſuper officii noſtri partes interponimus, prout rerum, & perſonarum qualitatibus debite penſatis, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Quidam Chriſtifideles, Societatem Pietatis Carceratorum in Urbe ad pia cum eis opera exercenda inſtituere propoſuerint Papæ accedente licentia. §.1. Sane exhibita Nobis nuper, pro parte quamplurium piorum dictæ Urbis Chriſtifidelium petitio continebat. Quod ipſi pia atque ſincera devotione ducti, ac de proximi ſui ſalute Juvamineque recogitantes, ac re ipſa comperientes, diverſos in dies in dicta Urbe varias ob cauſas carceratos, tempore eorum carcerationis, tanquam ab amicis, propriiſque conſanguineis derelictos, vel illis in eadem Urbe carentes, & præcipue extraneos diverſarum Orbis Chriſtiani Nationum, quorum maxima in eadem

eadem Urbe, tam pro locis Sanctis dictæ Urbis viſitandi, quam etiam variis negociis apud Nos, Sanctamque Sedem Apoſtolicam, & alias peragendis, commorari ſolet, copia, qui illis in ſuis neceſſitatibus tam ſpiritualibus, quam temporalibus ſubveniat, eorumque cauſas, & liberationem procurent, in varios miſerrimoſque, ac etiam ſæpenumero deſperationis propriæ ſalutis, & vitæ incidere caſus, ac ibidem longo Carceris tædio affectos, ac pertæſos miſerrime vitam finire. Unde, ut his miſerandis caſibus, infortuniis, & calamitatibus in futurum remedium aliquod ſalubre adhiberi poſſit, præfati Chriſtifideles unam utriuſque ſexus Chriſtifidelium ſub denominatione Pietatis Carceratorum Archiconfraternitatem in eadem Urbe, ac quodam ad id congruo, & decenti loco, ſub noſtra, & dictæ Sedis beneplacito inſtituendam propoſuerunt, cujus Confratrum pro tempore exiſtentium præcipuum ſit inſtitutum, pauperes in quovis Carcere dictæ Urbis, tam pro civili, quam pro criminali cauſis pro tempore detentos, quibus cum colloqui permiſſum ſit, omni cum humanitate, & caritate, ac ſpirituali conſolatione per ipſos ordinatim viſitare, & ad patientiam in ſuis adverſitatibus fortiter, & animoſe pro Chriſto habendam, necnon confeſſionem Sacramentalem eorum peccatorum faciendam exhortari, & conſolari, eleemoſyniſque pauperibus ſubvenire, & qui ex eiſdem Confratribus Sacerdotes, & ad Confeſſiones audiendas approbati fuerint, eorumdem carceratorum confeſſiones audire, ipſiſque carceratis diverſos ſpirituales libros, in quibus legendis, & legere ignorantes alios legentes audiendis occupentur, elargiri, ac ut eiſdem carceratis, Dominicis, & aliis diebus Feſtivis de Præcepto Eccleſiæ ſervari ſolitis, Verbi Dei conciones, & exhortationes fiant, & his præcipue diebus, ipſi carcerati ab illicitis ludis, blaſphemiis, aliiſque Chriſtiana pietate indignis abſtineant, ad Dei laudem, ipſorumque carceratorum ſpiritualem conſolationem procurare, pacemque, & concordiam inter ipſos carceratos, & eorum inimicos inire, & componere, aliaque pietatis opera circa eoſdem carceratos in dies occurrentia pro viribus exercere. Quare pro parte eorumdem piorum Chriſtifidelium Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus præmiſſis annuere, ac alias deſuper opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Hic itaque Pontifex dictam Archiconfraternitatem erigit.

§.2. Nos igitur, qui honeſtis petentium votis, per quæ opera pietatis & caritatis hujuſmodi in dies noſtris potiſſimum temporibus, incrementum ſuſcipiant, & ad ceteras nationes hujuſmodi dilatentur, libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis, pium, rectumque eorumdem Chriſtifidelium animum & voluntatem in tam laudabili propoſito, quantum cum Deo poſſumus, confovere & adjuvare volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, in dicta Urbe Archiconfraternitatem Pietatis Carceratorum hujuſmodi ad munera prædicta, & alia caritatis & miſericordiæ officia erga dictos carceratos exercenda, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſine alicujus præjudicio, erigimus, & inſtituimus, eamque Archiconfraternitatem Pietatis Carceratorum denominari volumus. Ac illi ſic erectæ & inſtitutæ quæcumque bona mobilia, & immobilia, legata, relicta, & alia jura eidem Archiconfraternitati, tam per illius Confratres pro tempore exiſtentes, quam alias quaſcumque perſonas cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentes pro tempore quomodolibet elargienda, donanda, & relinquenda, auctoritate & tenore prædictis perpetuo applicamus, & appropriamus.

Statutaque condendi facultatem concedit.

§.3. Necnon eiſdem Confratribus pro tempore exiſtentibus quæcumque ſtatuta, & ordinationes, felix regimen & proſperum ſtatum, Archiconfraternitatis, ac pia opera hujuſmodi, circa eoſdem carceratos, ut præfertur, exercenda, concernentia (ſacris tamen Canonibus, Decretiſque Concilii Tridentini minime contraria, nec juriſdictionem, officium, & executionem Judicum, aliorumve miniſtrorum dictæ Urbis, circa ipſos Carceratos impedientia, & per dictæ Urbis Vicarium dicta auctoritate approbanda) condendi, & faciendi, ac condita toties quoties opus fuerit, corrigendi, mutandi, alterandi, & alia de novo faciendi.

Carceres non ſecretos intrandi, & cum carceratis tractandi, auctoritatem impartitur.

§.4. Necnon quemlibet dictæ Urbis carcerem, non tamen ejus loca, quæ ſecreta dicuntur, niſi permiſſu Judicum, toties quoties eis, & eorum cuilibet viſum fuerit, ad effectum præmiſſum ingrediendi, & in eo ad tempus beneviſum præmiſſa opera exercendo commorandi, licentiam eiſdem auctoritate, & tenore etiam perpetuo concedimus. Diſtrictius præcipientes, & mandantes cujuſvis dictæ Urbis Carceris cuſtodi, & quibuſcumque aliis perſonis, cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, & præeminentiæ exiſtentibus, ut eiſdem confratribus, & ab eis conſtitutis quemvis dictæ Urbis, & illius Burgi Carcerem non tamen Secretum, toties quoties fuerit requiſitus, ingredi permittat.

Indulgentias Confratribus elargitur.

§.5. Et inſuper cupientes ut Chriſtifideles, eo libentius dictam Archiconfraternitatem ingrediantur, & piis operibus hujuſmodi intendant, quo ex hoc dono cœleſtis gratiæ ſe uberius refectos eſſe cognoverint, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui dictam Archiconfraternitatem pro tempore ingredientur, die eorum ingreſſus, ſi tunc vere pœnitentes & confeſſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, ac in cujuslibet eorum mortis articulo, ſi etiam vere pœnitentes, & confeſſi, Sanctiſſimum nomen Jeſu ore vel corde invocaverint, necnon eiſdem Confratribus ſimiliter vere pœnitentibus, & confeſſis, qui prima quaque die Dominica menſis Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum hujuſmodi ſumpſerint, ple-

Digitized by Google

plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, auctoritate & tenore prædictis, miſericorditer in Domino concedimus. Præterea eiſdem Confratribus, quoties ſe invicem aggregaverint, eleemoſynam elargiti fuerint, ipſos carceratos viſitaverint, & circa eos aliqua alia pia opera exercuerint, centum dies de eis injunctis, ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentiis, auctoritate, & tenore prædictis etiam miſericorditer in Domino relaxamus.

Alias Confraternitates aggregandi, & Indulgentias communicandi, auctoritatem tribuit.

§.6. Poſtremo ipſis Confratribus, ut quaſcumque alias ſimiles Confraternitates, ubique locorum pro ſimilibus piis operibus exercendis, ſub eadem denominatione Pietatis carceratorum erigendas dictæ Archiconfraternitati tamquam membra capiti aggregare, ac in eorum numerum, ſeu dependentiam recipere, illiſque & earum Confratribus, Indulgentias, aliaque privilegia, & indulta eidem Archiconfraternitati per præſentes conceſſa, prædicta communicare, eoſque de illis participes facere, libere & licite valeant, eiſdem auctoritate, & tenore pariter perpetuo indulgemus.

Clauſulæ præſervativa.

§.7. Decernentes præſentes literas ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, & modificationibus, ſimilium Indulgentiarum, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros Rom. Pontifices pro tempore editis, etiam in favorem Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de eadem Urbe, ac Cruciatæ ſanctæ, nullo umquam tempore comprehendi, ſed ab illis omnino exceptas eſſe, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ac validiſſimum ſtatum reſtitutas, & de novo, etiam ſub data per eoſdem Confratres eligenda conceſſas fore, & cenſeri, ac perpetuis futuris temporibus durare.

Clauſula ſublata.

§.8. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate judicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſula derogatoria.

§.9. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Sanctio pœnalis.

§.10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, voluntatis, applicationis, appropriationis, conceſſionis, præcepti, mandati, relaxationis, indulti, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

D.P. A.VIII. 28. Junii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo qoingenteſimo ſeptuageſimo nono, 4. Kal. Julii, Pontificatus noſtri Anno VIII.

CII.

Confirmatio literarum Innocentii VIII., per quas Monaſteria Monialium Sanctæ Catherinæ, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ Peruſin. Ordinis Sancti Benedicti invicem unita viſitationi, & Congregationi Sanctæ Juſtinæ Paduan. ſubiiciuntur, cum confirmatione Indulgentiarum eis ab Alexandro VI., & de novo conceſſarum.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

INter ceteras curas, quæ Nobis imminent, in eam præcipue incumbimus, ut Monaſteria Monialium vitæ ſanctitate præfulgeant, quod ut ſuccedat, partes noſtras libenter interponimus.

Facti ſeries.

§.1. Cum itaque felic. record. Innocentius Papa VIII. Prædeceſſor noſter certis tunc expreſſis de cauſis adductis Monaſteria Sanctæ Catherinæ extra, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ intra muros Peruſii Ordinis Sancti Benedicti invicem perpetuo unita, ac eorum Abbatiſſam, & Conventum tunc & pro tempore exiſtentes ab Ordinarii loci, & cujuslibet alterius viſitatione, correctione, punitione, juriſdictione, & ſuperioritate, ita quod Ordinarii, ac alii quicumque nullum in Monaſteria, ac Abbatiſſam, & Conventum hujuſmodi, ac illarum ſervitores, ſervitrices, res, & bona quæcumque poſſent juriſdictionem ſeu ſuperioritatem aliquam quomodolibet exercere, etiam ratione delicti, contractus, aut rei de qua ageretur, ubicumque committeretur delictum, iniretur contractus, aut res ipſa conſiſteret, ſed deberent coram Sede Apoſtolica, & ejus delegatis, ſeu Prælatis, Præſidentibus, & Patribus pro tempore Congregationis Monachorum Sanctæ Juſtinæ Paduan. dicti Ordinis, dumtaxat conquerentibus de eis de juſtitia reſpondere exemit, & liberavit, necnon curæ, viſitationi, correctioni, & directioni Prælatorum, Præſidentium, & aliorum prædictorum pro tempore Congregationi Monachorum Sanctæ Juſtinæ de Padua dicti Ordinis hujuſmodi ſubjecit, mandans Prælatis, Præſidentibus ac Patribus prædictis, ut Monaſteria prædicta ſub hujuſmodi cura reciperent, illaque, ac Abbatiſſam, & Conventum hujuſmodi viſitarent, & reformarent ſecundum ritus, & mores dictæ Congregationis, ac ejuſdem Abbatiſſæ, & Conventui, ut omnibus & ſingulis gratiis, favoribus, privilegiis, exemptionibus, & indultis ſpiritualibus, & temporalibus dictæ Congregationi, ac illius Monaſteriis, membris, ac Monaſteriis Monialium ejuſdem Congregationis ejus curæ ſimiliter commiſſis in genere conceſſis, & concedendis, & quibus ipſa Monaſteria in genere potiuntur, & gaudet, ac uti, potiri, & gaudere poſſent quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere libere, & licite valerent, indulſit, & deinde piæ mem. Alexander Papa VI. Prædeceſſores noſtri ipſis Abbatiſſæ, & Conventui, quod in quadrageſimæ, & aliis anni

ni

ni temporibus, in quibus ſtationes majores in Eccleſiis Urbis, & extra muros illius celebrantur, unum, vel duo Altaria, ſeu loca in Eccleſia dictorum Monaſteriorum viſitando, & quinquies Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dicendo eaſdem Indulgentias conſequantur, quas conſequerentur viſitantes dictas Eccleſias Urbis, & extra illius muros temporibus, quibus ſtationes hujuſmodi celebrarentur, prout in literis dictorum Prædeceſſorum deſuper confectis plenius continetur.

Cauſa præſentis Conſtitutionis.

§.2. Cum autem dilectæ in Chriſto filiæ modernæ Abbatiſſa, & Conventus dictorum Monaſteriorum laudabiliter hactenus ſub gubernio, & regimine dictorum Præſidentium, & Patrum vixerint, ac cum maxima totius Populi Peruſin. ſatisfactione, & deſiderent præmiſſa pro eorum firmiori ſubſiſtentia per Nos approbari, pro parte earumdem Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eorum deſiderio in præmiſſis annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmatio præfatarum literarum.

§.3. Nos igitur Abbatiſſam, & ſingulares perſonas Conventus hujuſmodi a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, necnon dictarum literarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, literis Innocentii Prædeceſſoris prædicti robur Apoſtolicæ confirmationis, ac perpetuæ & inviolabilis firmitatis Apoſtolica auctoritate tenore præſentium adjicimus, & quatenus opus ſit, præmiſſa omnia, & ſingula de novo concedimus, & Indulgentias prædictas, prout per dictum Alexandrum Prædeceſſorem conceſſa fuerunt, miſericorditer in Domino de novo concedimus, & elargimur.

Clauſulæ.

§.4. Decernentes ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Mandatur executio.

§.5. Quocirca Venerabilibus fratribus Peruſin., Amerin., & Narnien. Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Abbatiſſæ, & Conventus hujuſmodi fuerint requiſiti, ſolemniter publicent, & publicari faciant, non permittentes eas deſuper a quoquam quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, ac rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum.

§.6. Non obſtantibus rec. mem. Bonifacii Papæ VIII. ſimiliter Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ad judicium ultra tres dietas non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ in dictis literis expreſſum eſt non obſtare, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 8. Julii, 1579. Pontificatus noſtri Anno VIII.

Dat. die 8. Julii 1579. An. VIII.

CIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Statutum Collegiorum Sancti Joannis Evangeliſtæ Portugalliæ ne quis extra dicta Collegia habitum deferat, cum mandato Ordinariis, ut id ſervari faciant.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium, & cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. QUæcumque ſacrarum Religionum ſtatum offendere noſcuntur, noſtrum Nos incitat Officium de medio removere. Cum itaque, ſicut accepimus, Generalis, & alii Rectores, & Canonici Collegiorum Congregationis San. Joannis Evangeliſtæ Regni Portugalliæ adinſtar San. Gregorii in Alga Venetiarum ſuis inſtitutis a Sede Apoſtolica approbatis, & confirmatis, ſe, moreſque ſuos conformare, ac ſub obedientia ſuorum ſuperiorum Altiſſimo famulatum exhibere ſtudeant, necnon ingredientes dicta Collegia ſtatutis a jure temporibus habitum ejuſdem Congregationis ſuſcipiant, & nonnullæ perſonæ dicta Collegia non ingreſſæ, nec de dicta Congregatione exeuntes habitum hujuſmodi perinde ac ſi Canonici dictorum Collegiorum dictæ Congregationis exiſterent, ubique gerere non formident in Dei offenſam, ac animarum ſuarum periculum, necnon maximum dictæ Congregationis futurum ſcandalum, dum enim tales perſonæ aliquod delictum committunt, id dictæ Congregationi facile imputari poteſt.

§.2. Volentes itaque huic incommodo, de aliquo opportuno remedio providere, harum ſerie ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes, & ſingulæ perſonæ cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentes habitum, quem in dictis Collegiis non ſuſceperint, ſtatim poſtquam Rector Generalis dictæ Congregationis præſentes noſtras literas in illis partibus publicari, & eis intimari fecerit, nullo alio a Nobis deſuper expectato Mandato dimittant, qui vero id facere neglexerint, ſeu recuſaverint, excommunicationis laqueo, a quo nonniſi ab Apoſtolica Sede, præterquam in mortis articulo abſolvi poſſint innodamus eo ipſo.

Executio.

§.3. Quocirca Venerabilibus fratribus Epiſcopo Amerin., ac Ordinariis locorum, ubi Collegia dictæ Congregationis exiſtunt, & eorum cuilibet mandamus, quatenus ipſi,

& qui-

Digitized by Google

& quilibet eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectorum ſeu Canonicorum hujuſmodi fuerint requiſiti, ab omnibus, & ſingulis, quos illæ concernunt, & concernent in futurum, firmiter obſervari, non permittentes eos deſuper a quoquam quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoſlibet, & rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtantibus felic. recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ad judicium ultra tres dietas non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac conſuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides transſumptorum.

§.5. Ceterum, quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod tranſumpto præſentium literarum ſigillo dicti Rectoris munito & manu Notarii publici ſubſcripto eadem fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 12. Julii 1579. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 12. Julii, 1579. Pontificatus noſtri Anno VIII.

CIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Conſtitutionum Fratrum Beatæ Mariæ Servorum per Generalem, & alios Deputatos correctarum, & compilatarum, & per Cardinalem Protectorem reviſarum.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium, & facti ſeries.

§.1. CUM ſicut accepimus, dilecti filii Fratres Ordinis Servorum Beatæ Mariæ ſemper Virginis ſub Regula S. Auguſtini viventes in Capitulo Generali nuper menſibus præteritis ab eis Parmæ celebrato ſimul congregati nonnulla ſtatuta ad felicem ſtatum, & directionem, ac reformationem ejuſdem Ordinis fecerint, atque dederint in mandatis dilectis Filiis Alexandro Provinciali Lombardiæ, & Paulo Provinciali Venetiarum, ac Cirillo ſocio Provinciæ Romandiolæ, ut una cum dilectis Filiis Jacobo de Florentia Priore Generali, & Antonio de Burgo Sancti Sepulchri Procuratore in Romana Curia dicti Ordinis omnes ejuſdem Ordinis Conſtitutiones juxta literas reformationis ejuſdem Ordinis per fel. record. Pium Papam V. Prædeceſſorem noſtrum factæ, atque juxta dicti Ordinis Regularia Inſtituta corrigerent, ac reformarent, & ſimul cum aliis in dicto Capitulo ſtatutis ederent, & eorum confirmationem a Nobis peterent, ipſi vero ſimul in Monaſterio Sancti Marcelli de Urbe dicti Ordinis convenientes prædictas Conſtitutiones juxta literas reformationis prædictæ, ac ſtatuta in eodem Capitulo generali decreta correxerunt, reformarunt, & compilarunt, nonnullas dubietates, quæ in eis erant explicantes, ac etiam quædam alia de novo addentes prout, eis viſum eſt expedire, atque illius deinde a Nobis confirmari humiliter ſupplicarunt.

Confirmatio Conſtitutionum de quibus §. præcedenti.

§.2. Nos vero Conſtitutiones prædictas, & per eoſdem Priorem generalem, & ſecum deputatos Fratres prædictos, ut præfertur, correctas, reformatas, ac compilatas dilecto filio noſtro Julio Antonio tituli Sancti Bartholomæi in Inſula Presbytero Cardinali Sanctæ Severinæ nuncupato ejuſdem Ordinis apud Nos, Sedemque Apoſtolicam pro Venerabili Fratre Noſtro Alexandro Epiſcopo Portuen. Cardinale Farneſio nuncupato Protectore, Viceprotectori revidendas, & examinandas remiſerimus, dictuſque Julius Antonius Cardinalis illas accurate, ac omni cum diligentia reviderit & examinaverit, cupientes eaſdem Conſtitutiones, & Ordinationes ab omnibus, quos illæ quomodolibet concernunt, & concernent in futurum, diligenter, & exacte obſervari, ac Priorem Generalem, & ſecum deputatos prædictos, atque alios univerſos ejuſdem Ordinis Fratres a quibuſvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon Conſtitutionum prædictarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ac revocantes in primis alias ejuſdem Ordinis Conſtitutiones, præſertim editas de an. 1569. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnes & ſingulas Conſtitutiones, & Ordinationes prædictas a Priore Generali, ac ſecum deputatis Fratribus prædictis correctas, reformatas, compilatas, & editas, & ab eodem Julio Antonio Cardinale, ut præfertur, reviſas, & examinatas, atque omnia, & ſingula in eis contenta ex certa ſcientia, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam Juris, quam facti, & ſolemnitatum, etiam ſubſtantialium defectus, ſi qui forſan intervenerint

nerint in eiſdem ſupplemus: præcipientes quoque in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ pœna omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Fratribus, quatenus de cetero Conſtitutiones, & Ordinationes prædictas inviolabiliter obſervent, & obſervare ſtudeant.

Clauſula. §.3. Decernentes præſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, aut alias quomodolibet infringi, ſeu etiam per Sedis Apoſtolicæ de Latere Legatos, aut Vicelegatos, ſeu dictum Alexandrum Cardinalem, & pro tempore exiſtentem Protectorem, ſeu Viceprotectorem, aut Generalem, aut Superiores dicti Ordinis, vel quoſcumque alios quavis auctoritate revocari, ſuſpendi, reſtringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus umquam poſſe; ſed Conſtitutiones, & Ordinationes prædictas a Priore Generali, & ſecum deputatis Fratribus hujuſmodi correctas, & reformatas, ac ab eodem Julio Antonin Cardinale reviſas, & examinatas perpetuo validas, & efficaces fore, & eſſe, necnon ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri: ſicque in præmiſſis ab omnibos cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam Cauſarum Palatii Auditores, & alios quavis auctoritate ſungentes, etiam S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §.4. Non obſtantibos Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis Juramento confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum. §.5. Ceterum quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca, ubi neceſſe fuerit, deferri, volumus, & ſimiliter dicta auctoritate decernimus, quod tranſumpto præſentium Literarum, ſigillo &c.

Dat. die 6. Septem. 1579 An. VIII. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piſcatoris die ſexta Septembris, millesimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, Pontificatus Noſtri Anno VIII.

CV.

Ex Bull. Ordinis Fratr. Prædic. T. V. pag. 367. Quædam circa Nundinarum libertatem in Viterbien. Cœnobii Ordinis Prædicatorum favorem ſancita firmat.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Decet Romanum Pontificem, Sanctæ Religionis Supremum aſſertorem, ea quæ pro Eccleſiarum, & locorum regularium, ac perſonarum in illis ſtudio piæ vitæ vacantium profectu, & commoditate devotioniſque fidelium augmento, per Sedis Apoſtolicæ providentiam circumſpectam provide conceſſa ſunt, approbationis ſuæ munimine conſolidare, ac alias in his officii partes libenter interponere, prout Eccleſiarum, locorum, & perſonarum eorumdem qualitatibus, & meritis debite penſatis, conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

§.1. Dudum ſiquidem poſtquam felicis rec. Sixtus Papa IV. Prædeceſſor noſter ad Chriſtifidelium devotionem erga Eccleſiam Domus B. Mariæ de Quercu nuncupatæ, in Campo Gratiano, prope, & extra Muros Viterbien. Ordinis Fratrum Prædicatorum per amplios augendam, omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus utriuſque ſexus, qui dictam Eccleſiam in die Dominico, feſtivitatem Nativitatis ejuſdem B. Mariæ Virginis de menſe Septembri immediate ſequente a primis Veſperis uſque ad ſecundas veſperas ejuſdem diei Dominicæ viſitarent, plenariam omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi forent, Indulgentiam, & remiſſionem omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi forent, indulgentiam & remiſſionem perpetuo duraturam Apoſtolica auctoritate conceſſerat, ac ut ipſi fideles, ad eamdem Eccleſiam confluentes hujuſmodi indulgentiæ facilius participes eſſe poſſent, pro tempore exiſtenti dictæ Domus Priori, tot quos vellet Presbyteros idoneos ſæculares, & cujuſcumque Ordinis regulares, qui Confeſſiones quarumcumque perſonarum de Civitate, & Diœceſi Viterbien. non exiſtentium, & eamdem Eccleſiam pro hujuſmodi conſequenda Indulgentia viſitantium per tres dies præcedentes, & totidem ſequentes, dictam Dominicam dumtaxat audire, ac eorum Confeſſionibus diligenter auditis eiſdem perſonis pro commiſſis per eos criminibus, exceſſibus, & delictis, ac peccatis omnibus in dictæ Sedi non reſervatis caſibus debitam abſolutionem, ea vice dumtaxat impendere, & pœnitentiam ſalutarem injungere valerent, deputandi facultatem, dicta auctoritate indulſerat, & piæ memoriæ Julius Papa II., etiam Prædeceſſor noſter, etiam Indulgentiam, & facultatem hujuſmodi ſub quacumque revocatione, ſeu ſuſpenſione per eum, vel Sedem prædictam de ſimilibus Indulgentiis eatenus facta, vel facienda comprehendi, ſeu revocari, aut ſuſpendi minime poſſe, neque debere niſi de illis, earumque toto tenore, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio facta foret, eadem auctoritate ſtatuerat, decreverat, & declaraverat, Idem Julius Prædeceſſor, tunc & pro tempore exiſtentibus Prioribus dictæ Civitatis, quod ex nunc perpetuis temporibus annis ſingulis de dicto menſe Septembri Nundinas in ipſa Civitate per decem dies dura-

Facti ſeries.

duraturas, in illis Kalendis inchoandas, & nunc finiendas, ac quod conducentes merces, animalia, & alia bona, ad ipſas Nundinas, & deinde illas reducentes, ad aliquam Gabellarum ſolutionem minime tenerentur, ſine tamen præjudicio Cameræ Apoſtolicæ, & Provincialium celebrare valerent, auctoritate prædicta indulſit.

§.2. Et deinde recolendæ memoriæ Leo Decimus ſimiliter Prædeceſſor noſter, tam Priori, & Conventui dictæ Domus, ac Deputatis illius Fabricæ, quam etiam Civitatis hujuſmodi ex tunc perpetuis futuris temporibus Nundinas prædictas libere, non in dictis Kalendis Septembris per decem dies duraturas, ut præfertur, ſed per quindecim dies ante Feſtum Pentecoſtes inchoandas, & etiam per quindecim dies poſt ipſum Feſtum finiendas non ſolum in dicta Civitate, ſed etiam in Campo Gratiano prope dictam Eccleſiam, alias juxta tenorem indulti Julii Prædeceſſoris hujuſmodi, celebrare poſſent, dicta auctoritate conceſſit, & etiam indulſit.

§.3. Et ſucceſſive ſimilis memoriæ Clementi VII. pariter Prædeceſſori noſtro, pro parte Prioris, & Conventus Domus, & Deputatorum Fabricæ hujuſmodi expoſito, quod ex conſuetudine, & ordine Prioris, & Conventus Prædicatorum, ac Dilectorum filiorum Communitatis, & hominum ipſius Civitatis, certos ex eiſdem hominibus una cum Priore Doraus hujuſmodi ſuper Fabrica prædicta, ac adminiſtratione, & diſpenſatione bonorum provenientium ex eleemoſynis fidelium ad dictam Eccleſiam propter multa miracula, quæ ibidem Altiſſimus meritis, & interceſſione ejuſdem B. Virginis jugiter operabatur, tunc confluentium ad illius honorem, ac ejuſdem Eccleſiæ, & divini cultus in ea ampliationem, necnon religioſorum inibi exiſtentium ſuſtentationem pie oblatis, deputari, ipſos Deputatos unius tamen anni ſpatio officium ſuum exercere conſueviſſe, ac ob varias Civium Viterbien. ſeditiones, & diſcordias, multitudineſque eorumdem deputatorum, & crebras illorum mutationes ſæpe evenerit, ot ipſi deputati invicem diſcordes, ab incœptis bonis operibus, & rerum adminiſtratione ceſſarent, ideoque pia illorum opera ſemper interrupta, & imperfecta remanebant, & propterea multitudo ipſa fidelium ad dictam Eccleſiam ferventes concurrere ſiſtebat, & cultus illic Divinus quotidie diminuebatur, ac Prior, & Conventus Domus hujuſmodi multa incommoda patiebantur, idem Clemens Prædeceſſor, Eccleſiæ, & Conventus prædictorum indemnitati conſulere volens, inter alia ſtatuit, & ordinavit, quod ex nunc de cetero ad eandem Eccleſiam, ſeu illius Fabricam duo tantum cives Viterbien. officiales ſuperſtantes, deputati nuncupati, prout tunc prædictæ Civitatis Gubernatores ad tunc Prioris dictæ Domus petitionem deputati noſcebantur, futuris temporibus deputarentur, quorum officinm per triennium, a die deputationis ipſorum, & ſine interpellatione computandum perduraret, ipſo tamen triennio elapſo, Legatus, ſive dictæ Civitatis Gubernator, vel alterius eorum viceſgerens pro tempore exiſtentes duos alios cives in ſuperſtantes Fabricæ hujuſmodi, dummodo idonei eſſent, cum ſimili facultate, & poteſtate deputarent, ſive antiquos, ſi eis videretur, ad aliud triennium confirmarent.

§.4. Præterea bonæ mem. Paulus III. itidem Prædeceſſor noſter, ſtatum, & ordinationem Clementis Prædeceſſuris hujuſmodi dicta auctoritate approbans, & confirmans duos dumtaxat ex Civibus Viterbien. in ſuperſtantes Fabricæ Eccleſiæ, ſeu Domus hujuſmodi per Legatum, ſeu Gubernatorem, aut Viceſgerentem prædictos ad petitionem Prioris Domus hujuſmodi ad triennium duraturos, niſi aliquando ipſis Legato, Gubernatori, aut Viceſgerenti, & Priori, ex aliqua rationabili cauſa aliter videretur, futuris temporibus deputari debere, eoſdemque pro tempore Cives Deputatos prætextu officii ſuperſtantis Fabricæ in aliis rebus Domus, & Eccleſiæ hujuſmodi, præterquam in his, quæ officium Superſtantis concernebant, quoquomodo ſe intromittere, aut aliquam ſervitutem Domui, & Eccleſiæ, ſeu Priori, & Fratribus prædictis imponere, vel aliquid ab eis exigere, ſeu aliquam in eos poteſtatem exercere, niſi quantum ex aliquo dictæ Sedis privilegio permiſſum eis foret, minime poſſe, neque debere, auctoritate prædicta decrevit, & declaravit, ac eiſdem Civibus, & quibuſvis aliis, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, a qua niſi per Romanum Pontificem præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolutionis beneficium obtinere nequirent, ſe intromittere, aut illos moleſtare præſumerent.

§.5. Itidemque Paulus Prædeceſſor voluit, & dicta auctoritate decrevit, quod prædium de Sancto Cataldo, ſitum in plano delli Orfanelli nuncupato Territorii dictæ Civitatis ad eandem Domum ſpectans pro incluſo, & in numero bannitarum haberetur, vel teneretur, & qui in illo damnum dare reperti forent, pœnas per ſtatuta dictæ Civitatis damnum dantibus in prædiis, & poſſeſſionibus incluſis, & bannitis, impoſitas incurrerent, & ad illarum ſolutionem tenerentur, & poſtmodum pro majori commoditate, & utilitate Domus, & Eccleſiæ prędictarum eiſdem Priori, Conventui, & deputatis, quod Nundinæ prædictæ non triginta diebus, quindecim vero ante, & quindecim poſt Feſtum Pentecoſtes hujuſmodi, ſed per octo dies ante, & alios octo poſt idem Feſtum Pentecoſtes, & ſucceſſive per quinque ante, & alios quinque dies poſt Dominicam immediate ſequentem Feſtum Nativitatis Beatæ Mariæ hujuſmodi, & in Campo Gratiano prædicto, ſeu alio loco extra, & prope muros Viterbien., tantum celebrari poſſent, itaut tempore Nundinarum hujuſmodi durante, ad illas conducentes, & ab illis deducentes merces, animalia, & alia bona, juxta morem

rem

neriut in eiſdem ſupplemus; præcipientes quoque in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ pœna omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Fratribus, quatenus de cetero Conſtitutiones, & Ordinationes prædictas inviolabiliter obſervent, & obſervare ſtudeant.

Clauſulæ. §. 3. Decernentes præſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, aut alias quomodolibet infringi, ſeu etiam per Sedis Apoſtolicæ de Latere Legatos, aut Vicelegatos, ſeu dictum Alexandrum Cardinalem, & pro tempore exiſtentem Protectorem, ſeu Viceprotectorem, aut Generalem, aut Superiores dicti Ordinis, vel quoſcumque alios quavis auctoritate revocari, ſuſpendi, reſtringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam poſſe; ſed Conſtitutiones, & Ordinationes prædictas a Priore Generali, & ſecum deputatis Fratribus hujuſmodi correctas, & reformatas, ac ab eodem Julio Antonio Cardinale reviſas, & examinatas perpetuo validas, & efficaces fore, & eſſe, necnon ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri; ſicque in præmiſſis ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam Cauſarum Palatii Auditores, & alios quavis auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis Juramento confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum. §. 5. Ceterum quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca, ubi neceſſe fuerit, deferri, volumus, & ſimiliter dicta auctoritate decernimus, quod tranſumpto præſentium Literarum, ſigillo &c.

Dat. die 6. Septem. 1579 An. VIII. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die ſexta Septembris, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, Pontificatus Noſtri Anno VIII.

CV.

Ex Bull. Ord'nis Fratr. Præd'c. T. V. pag. 367. Quædam circa Nundinarum libertatem in Viterbien. Cœnobii Ordinis Prædicatorum favorem ſancita firmat.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Decet Romanum Pontificem, Sanctæ Religionis Supremum aſſertorem, ea quæ pro Eccleſiarum, & locorum regularium, ac perſonarum in illis ſtudio piæ vitæ vacantium profectu, & commoditate devotioniſque fidelium augmento, per Sedis Apoſtolicæ providentiam circumſpectam provide conceſſa ſunt, approbationis ſuæ munimine conſolidare, ac alias in his officii partes libenter interponere, prout Eccleſiarum, locorum, & perſonarum eorumdem qualitatibus, & meritis debite penſatis, conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Facti ſeries. §. 1. Dudum ſiquidem poſtquam felicis rec. Sixtus Papa IV. Prædeceſſor noſter ad Chriſtifidelium devotionem erga Eccleſiam Domus B. Mariæ de Quercu nuncupatæ, in Campo Gratiano, prope, & extra Muros Viterbien. Ordinis Fratrum Prædicatorum per amplius augendam, omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus utriuſque ſexus, qui dictam Eccleſiam in die Dominico, feſtivitatem Nativitatis ejuſdem B. Mariæ Virginis de menſe Septembri immediate ſequente a primis Veſperis uſque ad ſecundas veſperas ejuſdem diei Dominicæ viſitarent, plenariam omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi forent, Indulgentiam, & remiſſionem omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi forent, indulgentiam & remiſſionem perpetuo duraturam Apoſtolica auctoritate conceſſerat, ac ut ipſi fideles, ad eamdem Eccleſiam confluentes hujuſmodi indulgentiæ facilius participes eſſe poſſent, pro tempore exiſtenti dictæ Domus Priori, tot quos vellet Presbyteros idoneos ſæculares, & cujuſcumque Ordinis regulares, qui Confeſſiones quarumcumque perſonarum de Civitate, & Diœceſi Viterbien. non exiſtentium, & eamdem Eccleſiam pro hujuſmodi conſequenda Indulgentia viſitantium per tres dies præcedentes, & totidem ſequentes, dictam Dominicam dumtaxat audire, ac eorum Confeſſionibus diligenter auditis eiſdem perſonis pro commiſſis per eos criminibus, exceſſibus, & delictis, ac peccatis omnibus in dictæ Sedi non reſervatis caſibus debitam abſolutionem, ea vice dumtaxat impendere, & pœnitentiam ſalutarem injungere valerent, deputandi facultatem, dicta auctoritate indulſerat, & piæ memoriæ Julius Papa II., etiam Prædeceſſor noſter, etiam Indulgentiam, & facultatem hujuſmodi ſub quaumque revocatione, ſeu ſuſpenſione per eum, vel Sedem prædictam de ſimilibus Indulgentiis eatenus facta, vel facienda comprehendi, ſeu revocari, aut ſuſpendi minime poſſe, neque debere niſi de illis, earumque toto tenore, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio facta foret, eadem auctoritate ſtatuerat, decreverat, & declaraverat, Idem Julius Prædeceſſor, tunc & pro tempore exiſtentibus Prioribus dictæ Civitatis, quod ex nunc perpetuis temporibus annis ſingulis de dicto menſe Septembri Nundinas in ipſa Civitate per decem dies dura-

Digitized by Google

duraturas, in illis Kalendis inchoandas, & nunc finiendas, ac quod conducentes merces, animalia, & alia bona, ad ipſas Nundinas, & deinde illas reducentes, ad aliquam Gabellarum ſolutionem minime tenerentur, ſine tamen præjudicio Cameræ Apoſtolicæ, & Provincialium celebrare valerent, auctoritate prædicta indulſit.

§.2. Et deinde recolendæ memoriæ Leo Decimus ſimiliter Prædeceſſor noſter, tam Priori, & Conventui dictæ Domus, ac Deputatis illius Fabricæ, quam etiam Civitatis hujuſmodi ex tunc perpetuis futuris temporibus Nundinas prædictas libere, non in dictis Kalendis Septembris per decem dies duraturas, ut præſertur, ſed per quindecim dies ante Feſtum Pentecoſtes inchoandas, & etiam per quindecim dies poſt ipſum Feſtum finiendas non ſolum in dicta Civitate, ſed etiam in Campo Gratiano prope dictam Eccleſiam, alias juxta tenorem indulti Julii Prædeceſſoris hujuſmodi, celebrare poſſent, dicta auctoritate conceſſit, & etiam indulſit.

§.3. Et ſucceſſive ſimilis memoriæ Clementi VII. pariter Prædeceſſori noſtro, pro parte Prioris, & Conventus Domus, & Deputatorum Fabricæ hujuſmodi expoſito, quod ex conſuetudine, & ordine Prioris, & Conventus Prædicatorum, ac Dilectorum filiorum Communitatis, & hominum ipſius Civitatis, certos ex eiſdem hominibus una cum Priore Domus hujuſmodi ſuper Fabrica prædicta, ac adminiſtratione, & diſpenſatione bonorum provenientium ex eleemoſynis fidelium ad dictam Eccleſiam propter multa miracula, quæ ibidem Altiſſimus meritis, & interceſſione ejuſdem B. Virginis jugiter operabatur, tunc confluentium ad illius honorem, ac ejuſdem Eccleſiæ, & divini cultus in ea ampliationem, necnon religioſorum inibi exiſtentium ſuſtentationem pie oblatis, deputari, ipſos Deputatos unius tamen anni ſpatio officium ſuum exercere conſueviſſe, ac ob varias Civium Viterbien. ſeditiones, & diſcordias, multitudineſque eorumdem deputatorum, & crebras illorum mutationes ſæpe evenerit, ut ipſi deputati invicem diſcordes, ab incœptis bonis operibus, & rerum adminiſtratione ceſſarent, ideoque pia illorum opera ſemper interrupta, & imperfecta remanebant, & propterea multitudo ipſa fidelium ad dictam Eccleſiam ferventes concurrere ſiſtebat, & cultus illic Divinus quotidie diminuebatur, ac Prior, & Conventus Domus hujuſmodi multa incommoda patiebantur, idem Clemens Prædeceſſor, Eccleſiæ, & Conventus prædictorum indemnitati conſulere volens, inter alia ſtatuit, & ordinavit, quod ex nunc de cetero ad eandem Eccleſiam, ſeu illius Fabricam duo tantum cives Viterbien. officiales ſuperſtantes, deputati nuncupati, prout tunc prædictæ Civitatis Gubernatores ad tunc Prioris dictæ Domus petitionem deputati noſcebantur, futuris temporibus deputarentur, quorum officium per triennium, a die deputationis ipſorum, & ſine interpellatione computandum perduraret, ipſo tamen triennio elapſo, Legatus, ſive dictæ Civitatis Gubernator, vel alterius eorum viceſgerens pro tempore exiſtentes duos alios cives in ſuperſtantes Fabricæ hujuſmodi, dummodo idonei eſſent, cum ſimili facultate, & poteſtate deputarent, ſive antiquos, ſi eis videretur, ad aliud triennium confirmarent.

§.4. Præterea bonæ mem. Paulus III. itidem Prædeceſſor noſter, ſtatum, & ordinationem Clementis Prædeceſſoris hujuſmodi dicta auctoritate approbans, & confirmans duos dumtaxat ex Civibus Viterbien. in ſuperſtantes Fabricæ Eccleſiæ, ſeu Domus hujuſmodi per Legatum, ſeu Gubernatorem, aut Viceſgerentem prædictos ad petitionem Prioris Domus hujuſmodi ad triennium duraturos, niſi aliquando ipſis Legato, Gubernatori, aut Viceſgerenti, & Priori, ex aliqua rationabili cauſa aliter videretur, futuris temporibus deputari debere, eoſdemque pro tempore Cives Deputatos prætextu officii ſuperſtantis Fabricæ in aliis rebus Domus, & Eccleſiæ hujuſmodi, præterquam in his, quæ officium Superſtantis concernebant, quoquomodo ſe intromittere, aut aliquam ſervitutem Domui, & Eccleſiæ, ſeu Priori, & Fratribus prædictis imponere, vel aliquid ab eis exigere, ſeu aliquam in eos poteſtatem exercere, niſi quantum ea aliquo dictæ Sedis privilegio permiſſum eis foret, minime poſſe, neque debere, auctoritate prædicta decrevit, & declaravit, ac eiſdem Civibus, & quibuſvis aliis, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, a qua niſi per Romanum Pontificem præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolutionis beneficium obtinere nequirent, ſe intromittere, aut illos moleſtare præſumerent.

§.5. Itidemque Paulus Prædeceſſor voluit, & dicta auctoritate decrevit, quod prædium de Sancto Cataldo, ſitum in plano delli Orſanelli nuncupato Territorii dictæ Civitatis ad eandem Domum ſpectans pro incluſo, & in numero bannitarum haberetur, vel teneretur, & qui in illo damnum dare reperti forent, pœnas per ſtatuta dictæ Civitatis damnum dantibus in prædiis, & poſſeſſionibus incluſis, & bannitis, impoſitas incurrerent, & ad illarum ſolutionem tenerentur, & poſtmodum pro majori commoditate, & utilitate Domus, & Eccleſiæ prędictarum eiſdem Priori, Conventui, & deputatis, quod Nundinæ prædictæ non triginta diebus, quindecim vero ante, & quindecim poſt Feſtum Pentecoſtes hujuſmodi, ſed per octo dies ante, & alios octo poſt idem Feſtum Pentecoſtes, & ſucceſſive per quinque ante, & alios quinque dies poſt Dominicam immediate ſequentem Feſtum Nativitatis Beatæ Mariæ hujuſmodi, & in Campo Gratiano prædicto, ſeu alio loco extra, & prope muros Viterbien., tantum celebrari poſſent, itaut tempore Nundinarum hujuſmodi durante, ad illas conducentes, & ab illis deducentes merces, animalia, & alia bona, juxta morem

Digitized by Google

rem aliarum Nundinarum liberarum ad alicujus Gabellæ, ſeu alterius oneris ſolutionem, minime tenerentur, eadem auctoritate conceſſit, & indulſit, ac demum per eum accepto, quod tempus decem dierum hujuſmodi nimis breve erat, ac ob illius brevitatem illi, qui alias ad Nundinas ipſas venturi erant, videntes non poſſe infra tale tempus ad illas accedere, & inde recedere, ad eaſdem Nundinas non veniebant, & multi mercatores ad illas propterea venire non curabant, idque in Fabricæ prædictæ præjudicium redundebat, cum neceſſaria ad proſecutionem, & abſolutionem illius provideri non poſſent, tempus decem dierum hujuſmodi ad ſexdecim dies, octo vero ante, & octo poſt ultimo dictam Dominicam, dicta auctoritate prorogavit, & ampliavit.

§.6. Ac denique venerandæ memoriæ Pius Papa Quartus, etiam Prædeceſſor noſter, præmiſſa omnia, quatenus illa eſſent in uſu, auctoritate prædicta approbavit, & confirmavit, necnon Hoſpitium ad Domum, & Fratres prædictos pertinens, ac pro commoditate, & neceſſitate Forenſium, ibidem ad vota perſolvenda, & Nundinas hujuſmodi venientium extra prædictam Civitatem in Campo Gratiano hujuſmodi conſtitutum, perpetuo, ut prius liberum, & exemptum ſtatuit, & declaravit. Ac rurſus per eum accepto, quod nonnulli circumvicini dicti prædii de Sancto Caſtaldo, pro eo quod prædium ipſum non ſolum in Viterbien., ut præfertur, ſed etiam in Caſtri Vitorchiani Territoriis conſiſtebat, prætendentes, & eam partem ipſius prædii in dicto Territorio Viterchiani conſiſten. in numero bannitarum dictæ Domus comprehendi, variis modis Priorem, & Conventum prædictos ſuper prædio hujuſmodi perturbari, & inquietare præſumebant, herbas bannitas faciendo, paſcendo, vendendo, & alia committendo in Domus, Prioris, Fratrum, & Conventus prædictorum præjudicium non modicum, & gravamen, prædictus Pius Prædeceſſor ad removenda hujuſmodi diſcrimina decrevit, quod prædium hujuſmodi de cetero pro incluſo in numero bannitarum Prioris, & Fratrum, ac Conventus hujuſmodi pariter haberetur teneretur, & intelligeretur, diſtrictius inhibendo Communitati, & hominibus Viterbien., ac Caſtri Viterchiani, omnibuſque, & ſingulis univerſitatibus, & particularibus perſonis, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentibus, ne ſub pœnis in ſtatutis dictæ Civitatis de damna dantibus in prædiis, & poſſeſſionibus incluſis, & bannitis contentis, eo ipſo, incurrendis, bannitas in præjudicium Domus, & Conventus prædictorum facere, nec herbas prædictorum locorum colligere, incidere paſcere, vel vendere auderent, ſeu præſumerent.

§.7. Et poſtremo per Sanctæ Memoriæ Pium Papam Quintum ſimiliter Prædeceſſorem noſtrum accepto, quod ante publicationem quarumdam ſuarum literarum in Religioſorum Domorum, & locorum Ordinis Mendicantium favorem, ſuper exemptione, & immunitate a ſolutione, & præſtatione exactionum, Datiorum, Gabellarum, Pedagiorum, victualium, & aliarum impoſitionum, necnon facultate adminiſtrandi bona Monaſteriorum, Conventuum, & aliorum locorum, eorumdem Religioſorum dicti Ordinis Mendicantium, ac de fructibus, redditibus, proventibus, & ſubventionibus illorum, necnon eleemoſynis, & oblationibus, ac prohibitione, ne de cetero tutores, & curatores, ſeu Protectores, aut alio nomine nuncupati Sanctesii de eiſdem bonis, fructibus, & eleemoſynis ullo modo diſponere poſſent, conceſſarum eleemoſynæ, & oblationes, quæ in dicta Eccleſia annuatim fieri conſueverant, & ex quibus pro majori parte onera Conventus Domus hujuſmodi ſupportabantur, ac in quibus emolumenta, & redditus eorumdem Conventus potiſſimum exiſtebant, in ipſa capſa duabus clavibus obſerata includebantur, & earumdem clavium una penes Priorem, & Conventum Domus hujuſmodi, altera vero penes certos Laicos, Sanctesios nuncupatos, annuatim, ſive alias a Communitate, ſive Concilio dictæ Civitatis electos, retinebantur, dictique Laici adminiſtrationem hujuſmodi juxta ipſarum literarum tenorem illis interdictam, ac eos ad claves dictæ capſæ eidem Priori, & Conventui reſtituendum, & conſignandum aſtrictos fuiſſe ægre ferebant, ac forſan clauſulam illam dictis literis adjunctam, ne ſcilicet Tutores, aut Curatores, ſeu Procuratores, & alio nomine Sanctesii, aut alias nuncupati, ſoli, de eiſdem bonis ullomodo diſponere poſſent, contra mentem ipſius Pii Prædeceſſoris ſiniſtre interpretabantur, ac ipſis hujuſmodi adminiſtrationem non ſimpliciter interdictam, ſed ipſi ſoli adminiſtrarent limitatam fuiſſe, prætendebant, atque inde deſuper Priorem, & Conventum prædictos moleſtare velle jactabant, occaſionemque controvertendi quærebant, idem Pius Quintus Prædeceſſor literas prædictas cum omnibus in illis contentis clauſulis auctoritate prædicta, Motu proprio, & ex certa ejus ſcientia confirmavit, ac pro potiori cautela officium, & interventum Sanctesiorum, ſeu alio nomine nuncupatorum Laicorum adminiſtratorum hujuſmodi in ipſis, Conventu, & Eccleſia, ac illorum nomen, & denominationem ſuppreſſit, extinxit, caſſavit, & annullavit, necnon Communitati, conſilio, & officialibus Civitatis hujuſmodi, ac quibuſcumque aliis, ad quos ſimilis electio, & deputatio de jure, vel conſuetudine ſpectat & pertinet, ne in poſterum in hujuſmodi officio, electione, ſeu adminiſtratione, ſe intromitterent diſtrictius inhibuit, ac eidem Priori, & Fratribus tunc, & pro tempore exiſtentibus, ſimul, & in ſolidum omnium, & ſingulorum dictæ Domus bonorum, ac illius fructuum, redditųum, & proventuum, necnon quarumcumque oblationum, & eleemoſynarum eis in poſte-

rum

Digitized by Google

rum faciendarum, liberam, & omnimodam adminiſtrationem, diſtributionem, ſabricæque dictæ Eccleſiæ curam, & regimen, ita quod ipſi Prior, & fratres, ſemotis, & excluſis Sanctesiis, ſeu Officialibus hujuſmodi, qui intervenire conſueverant, de ipſis fructibus, proventibus, eleemoſynis, & nblationibus diſponere, illoſque in Eccleſiæ, & Conventus prædictorum ntilitatem, ipſorumque ſuſtentationem convertere, & alias juxta ipſarum literarum vim, formam, & tenorem libere poſſent, & valerent, conceſſit, irritanti decreto deſuper appoſito, prout in diverſis ſingulorum Prædeceſſorum prædictorum literis deſuper confectis, plenius continetur.

Confirmatio prædictarum literarum.

§.8. Nos igitur Eccleſiam, & domnm hujuſmodi, non minori quam dicti Prædeceſſoris noſtri gratia, & liberalitate complecti, ac in ſuis privilegiis, & immunitatibus confovere volentes, ipſoſque Priorem, & Fratres, ac eorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſeqnendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon ſingularum literarum prædictarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, Motu proprio, non ad ipſorum Prioris, & Eratrum, vel alicujus eorum pro eis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera liberalitate, & ex certa ſcientia noſtris ſingulas literas prædictas cum inbibitionibus, mandatis, ſtatutis, decretis, derogationibus, privilegiis, indultis, exemptionibus, immunitatibus, gratiis, ac omnibus, & ſingulis aliis clauſulis in eis contentis, auctoritate prædicta, tenore, præſentium, quatenus ſint in uſu, & ſacris Canonibus, ac Tridentino Concilio non contraria, approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Extenſio dierum pro nundinis habendis.

§.9. Volumus autem, quod prædictæ nundinæ, quæ alias per octo dies ante, & per totidem poſt ſeſtum Pentecoſtes, & Nativitatis Beatæ Mariæ haberi, & celebrari conſueverunt, de cetero per ſexdecim etiam dies qualibet vice, Prima vero per quatuor ante, & duodecim poſt ſeſtum Pentecoſtes, altera vero vicibus hujuſmodi de menſe ſeptembris ſimiliter per quatuor ante, & duodecim dies ſimiles poſt Dominicam immediate ſequentem Feſtum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis hujuſmodi, ultra dies in honorem Dei, & illius Sanctorum feriatos, ſi qui intervenerint, occurrant durare.

Clauſula.

§.10. Decernentes, præſentes literas nullo umquam tempore de ſubreptionis, & obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu, & ex eo quod intereſſe forſan habentes ad id vocati non fuerint, vel ex quacumque alia cauſa notari, impugnari, vel invalidari, aut in jus, vel controverſiam revocari nullatenus poſſe, eaſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus a Nobis, & Succeſſoribus noſtris, Romanis Pontificibus, ſeu dicta Sede, aut illius Legatis, vel Nunciis etiam de latere, pro tempore emanatis nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties ille emanabunt, toties in priſtinum & eum, in quo antequam emanarent, erant ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas eſſe, & fore, ac eiſdem Priori, & Fratribus ſuffragari, ſicque per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Mandatur executio.

§.11. Quocirca Venerabilibus Fratribus Montis Flaſconen., & Balneoregien. Epiſcopis, ac Dilecto Filio Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Prioris, & Fratrum prædictorum, ac aliorum intereſſe habentium, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes eiſdem in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi, ab omnibus ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter obſervari, ipſoſque Priorem, & Fratres, ac alios intereſſe habentes illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportona juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum.

§.12. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. record. Bonifacii Papæ VIII., etiam Prædeceſſoris noſtri, de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, & Generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Villarum, & locorum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac etiam legibus municipalibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque Confraternitatibus, Univerſitatibus, Prio-

Digitized by Google

1579. Prioribus, Superioribus, Gubernatoribus, hominibus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie etiam Motu, & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſeu alia quomodolibet conceſſis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Necnon omnibus illis, quæ in ſingulis literis prædictis expreſſum fuit non obſtare, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

Dat. die 9. Septem. 1579 An. VIII. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die nona Septembris, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, Pontificatus noſtri, Anno VIII.

CVI.

Uſus Altaris portatilis Religioſis Societatis Jeſu reſtituitur, non obſtante Concilii Tridentini diſpoſitione, ut in eo inter miſſiones, quæ a Superioribus de ipſis fiunt, ubique in loco tuto Miſſam celebrare, & Euchariſtiam miniſtrare poſſint.

GREGORIUS PAPA XIII.

Dilectis filiis Præpoſito generali, & Presbyteris Soc. Jeſu.

Reſtitutio, de qua in ſubr. USum Altaris viatici Societati veſtræ a fel. rec. Paulo Papa III. conceſſum, deinde a Concilio Tridentino univerſe ſublatum, vobis eatenus reſtituimus, ut inter miſſiones, quæ a Superioribus fiunt, Presbyteri veſtri, ſervata alias forma dictæ conceſſionis, Miſſæ Sacrificium licite valeant celebrare ſuper hujuſmodi Altare ubique gentium, etiam in caſtris militum, modo loca, & ſi communia, & profana, tuta, & honeſta ſint, & Generalis, aut per eum Provinciales Præpoſiti, eo cum utendum fore judicaverint. Itidemque poſſint ibi Presbyteri ipſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrare fidelibus, ad illud ſumendum debite præparatis.

§.2. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Eadem porro fides ubique detur præſentium exemplis, eo quo ſolent alia, in veſtra Societate tranſumpta modo munitis, quæ daretur ipſis præſentibus, ſi exhiberentur, vel oſtenderentur. Contrariorũ derogatio.

D.P. A.VIII. 1. Octobris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die prima Octobris, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, Pontificatus noſtri Anno VIII.

CVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev. Confirmatio inſtitutionis, ac ſtatutorum Collegii Procuratorum Civitatis Peruſin.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Facti ſeries. §.1. EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Decanus, & Vicedecanus, necnon Procuratores Collegii Procuratorum, & cauſas dicen. in Civitate Peruſin. canonice inſtituti, quod alias dictum Collegium pro cauſarum celeriori expeditione, & majori utilitate, & commodo litigantium inſtitutum fuit, & pro illius directione, & manutentione Capitula, decreta, Ordinationes, inſtitutiones, ſtatutaque infraſcripta promulgata fuerunt, videlicet.

Capitula ſive Statuta Collegii Procuratorum Civitatis Peruſinæ. §.2. Quod nemo poſſit in dicta Civitate, illiuſque Tribunalibus, & curiis officium Procuratoris, & Cauſidici gerere, niſi fuerit originarius Civis Peruſin., bonorumque morum, laudabilis vitæ, optimæ conditionis, & famæ, & per quinquennium operam dederit Theoricæ, & per biennium practicæ incubuerit.

§.3. Quodque antiquior in dicto Collegio receptus ſemper denominetur Decanus, & ſequens Vicedecanus, quibus liceat hujuſmodi Collegium, pro peragendis illius negociis convocare, & coadunari facere, & omnes Procuratores, dicti Collegii eis obedientiam præſtare, eorumque mandatis parere teneantur, & in procedendo, ac incedendo, omnibuſque aliis actis, ac functionibus ſemper Senioribus omnis reverentia ſub pœna ſuſpenſionis, & privationis ad tempus præſtari debeant.

§.4. Ac qui vult admitti in dictum Collegium, id Decano, ſeu Vicedecano dicere, ac ab eo licentiam explorandi animos aliorum obtinere debeat, & deinde licentia hujuſmodi obtenta Collegium prædictum congregare valeat, & in illius Congregatione deputentur nonnulli Inquiſitores, qui de qualitate, conditione, vita, moribus, litera, practica, & ſufficientia aſſumendi ſe plenius informare, ac habita informatione infra octo dies eidem Collegio relationem facere debeant, qua relatione facta, ſi favorabilis fuerit, tunc deputentur duo Examinatores exactiores ab eodem Collegio, qui ſolum Deum, & Charitatem præ oculis habentes dictum aſſumendum examinent, & examinatione hujuſmodi peracta illius ad tres,

tres, vel quatuor dies relationem faciant, & deinde, ſi idoneus repertus fuerit, vota Collegialium perſonarum aſſumendo præſtentur, & ſi major illorum pars pro aſſumptione convenerit, ille intelligatur admiſſus, & in eodem Collegio deſcriptus, ac pro hujuſmodi admiſſione ſolvere teneatur in manibus Depoſitarii dicti Collegii ſcuta quinque auri, deponenda antequam examini ſe ſubiiciat, & ultra præmiſſa unum par Chirothecarum cuilibet ex Cauſſidicis dare, & poſt admiſſionem hujuſmodi juramentum præſtare teneatur, manibus tactis Sacroſanctis Evangeliis ſub hac forma, videlicet.

Forma juramenti præſtandi a Procuratoribus admittendis in Collegiū præfatum.

Ego N. juro per Deum Omnipotentem Patrem, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium ejus unigenitum, & per Spiritum Sanctum, qui ex Patre, Filioque procedit, & per omnes Sanctos, & Sanctas Dei, ac jurejurando promitto officium procurationis nuper per me aſſumptum ſemper, & continue, dum illud exercuero, fideliter, legaliter, bona fide, & cum recta conſcientia exercere, juſtas cauſas aſſumere, & defendere, & juſtitiam, veritatem, & æquitatem amplecti, & quamprimum injuſtitiam cauſæ, quam agendam, & defendendam aſſumpſero, cognovero, illam penitus derelinquere, & in ea amplius me non intromittere, nec curſum juſtitiæ quovis modo per calumniam, vel vias indirectas impedire, Clientibus, vel aliis ad me venientibus malum conſilium ad veritatem occultandum, vel aliquid illicitum admittendum in cauſis, vel quovis alio negotio, necnon conferendum minime dare, nec in rebus illicitis auxilium, opem, vel conſilium præſtare, ſed potius ab omni malo propoſito eos avertere, ſtatuta Civitatis, ſuperiorum Conſtitutiones, & Decreta, ac Ordinationes noſtri Collegii firmiter & inviolabiliter obſervare, & in nullo contrafacere, vel venire ſub pœnis, & cenſuris, de quibus in eis, pupillos, & viduas, pauperesque miſerabiles perſonas ad me venientes, & eorum Cauſas gratis, & amore Dei facere, tueri, atque defendere, pactaque de quota litis, vel ſimilia nullo modo facere, vel ut alii faciant, conſulere, & mandatis ſuperiorum meorum parere, in conſiliis, ſeu tractatibus contra Sedem Apoſtolicam, illiuſque Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, & Officiales ab eadem Sede deputandos non adeſſe, nec quicquam in illorum dedecus, vel ignominiam admittere, nec conventiones contra eos facere, ſed pro poſſe omnibus ſcandalis contra illos imminen. obviare, & cum examinator, vel Inquiſitor deputatus fuero, omnia cum charitate, & pro veritate facere, atque exercere, & referre, & in obſervandis Benedictus Deus me adjuvet, & hæc omnia per hæc Sancta Dei Evangelia, quæ propriis manibus teneo, jurejurando confirmo.

§.5. Inſuper, quod quilibet ex dicto Collegio ter in anno ad minus Sacratiſſimam Euchariſtiam aſſumere debeat in feſtis Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Pentecoſtes, & Nativitatis ejuſdem, quodque ſinguli vocati ad Congregationem Collegii ex parte Decani, vel Vicedecani teneantur accedere & non accedentes ſolvant julium unum pro qualibet vice, ac in omni actu, etiam in cauſis proponendis, & in incedendo ſemper ſenior præcedere debeat, & ſi quis contrafacere præſumpſerit, pœna unius auri plectatur.

§.6. Quodque nullus ex junioribus debeat præcurrere ſeniores, niſi de ſenioris licentia, nec diſcedat aliquis ex procuratoribus, niſi prius expoſtulatis aliis, ſi quid habeant contra ſe, ac quod dicti procuratores, tam ad brachium juris, quam ubique inter ſe, quam cum Clientibus, & aliis, contra quos ſunt in cauſa, ſe abſtineant a ſuperfluis, & verbis incurioſis, & jurgiis omnibus ſub ſimili pœna pro qualibet vice.

§.7. Et qui repulſus eſt ab alio Collegio in dictum Collegium non affrancatur, nulluſque ex eiſdem procuratoribus Cauſam aliquam contra Communitates Peruſin. accipiat, niſi petita venia, & ulterius quod omnes Procuratores prædicti ſub vinculo juramenti per eos præſtiti debeant inter ſe pacem, & quietem habere, ac illam, & concordiam inter quoſcumque litigantes pro poſſe tractare, & parere, omni ſpe illiciti lucri exploſa.

§.8. Quodque dies Paſchatis, Dominicales, Natalis Domini, & alias feſtivitates ex præcepto ſervari ſolitas, ac inſtitutas ſervare, & ab ingreſſu Palatii abſtineri debeant, ipſique Procuratores incedere debeant togati, vel cum paliis longis deſuper, & ſubtus cum aliis uſque ad genua, maxime in actu exercitii, & niſi ita induti fuerint, non audiantur in aliquo actu, & proceſſus, & ſcripturas, ac alia omnia, ſtatim atque moniti fuerint, reddere, & reſtituere ſub ſimili pœna unius auri teneantur, poſſintque inter ſe Officiales deputare, & eligere Nuncium, & Notarium, ſigillumque conficere, & illo uti, decretaque per bonæ memor. Julium Cardinalem de Urbino nuncupatum condita, & facta ab eis ſervari debeant, ac pauperum procurator, & Communitatis nullo modo durante ejus officio poſſit, aut & valeat aliquid penitus a pauperibus recipere, etiam a ſponte dare volentibus, ſed pro illis teneatur omnino gratis omnia facere, & procurare, exceptis commeſtibilibus, quæ triduo conſumantur.

§.9. Poſtremo, quod proceſſus non portentur ad audientiam per ipſos Procuratores, ſed per Notarios, & tunc non niſi alteri Procuratori id intimatum fuerit, ad hoc, ut poſſit informare, & poſtremo, quod de ſtylo fides, niſi collegialiter fieri valeat, pro ut in diverſis deſuper confectis ſcripturis plenius continetur.

§.10. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat Decanus, Vicedecanus, & Procuratores prædicti cupiant inſtitutum dicti Collegii, ac ſtatuta, & alia præmiſſa, quæ a diverſis dictæ Civitatis Gubernatoribus confirmata fuerunt, pro illorum ſubſiſtentia noſtra ac Sedis Apoſtolicæ confirmatione roborari, pro parte eorum Nobis fuit humi-

humiliter ſupplicatum, quatenus eorum deſiderio in præmiſſis annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos igitur Decanum, Vicedecanum ac Procuratores prædictos, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, inſtitutionem Collegii, ac Decreta, & Ordinationes, ac Conſtitutiones Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus.

Confirmatio dictorum Statutorum.

Deſignantur executores.

§. 11. Quocirca Venerabilibus fratribus Peruſin., & Amerin. Epiſcopis, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Decani, Vicedecani, & prædictorum Procuratorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præmiſſis omnibus, & ſingulis juxta præſentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper a quoquam quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, ac rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obſtantibus felic. record. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ad judicium ultra tres dietas non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Civitatis, & aliorum Collegiorum ejuſdem etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Populo dictæ Civitatis, vel aliis Collegiis prædictis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, ac conſiſtoriali ter, & alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis ſpecialis mentio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque: Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die primo Octobris, 1579. Pontificatus noſtri Anno VIII.

Dat. die 1. Octob. 1579. An. VIII.

CVIII.

Confirmatio, ac inhibitio ne Religioſi Societatis Jeſu ad alios Ordines, etiam Cartuſien. ſe poſſint transferre.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam

Exordium, & facti ſeries.

§. 1. Decet Romanum Pontificem æqui, bonique ſupremum aſſertorem, aberrantibus tramites occludere, diſtricteque conſilia prævaricantia reprimere, ne obcœcatæ menti apparens virtus in damnationis periculum ſectantes trahat, aliiſque perditionis viam ſternat. Dudum ſiquidem fel. rec. Paulus Papa III. Prædeceſſor noſter inter alia Societati Jeſu, illiuſque Præpoſito, ac perſonis pro tempore exiſtentibus, per eum conceſſa privilegia per quaſdam ſuas literas ſub dat. videlicet quinto decimo Kal. Novembr. Pontificatus ſui Anno etiam quintodecimo, voluit, & inhibuit, ne quis in dicta Societate poſt emiſſa ab eo ſecundum illius Conſtitutiones vota, ſive profeſſus, ſive ſcholaris, aut Coadjutor Societatis hujuſmodi eſſet ad quemvis alium Ordinem etiam per Sedem Apoſtolicam approbatum (Cartuſien. dumtaxat excepto) niſi de expreſſa ejuſdem Sedis, vel pro tempore exiſtentis ipſius Societatis Præpoſiti generalis licentia, transferre, nec in alio recipi, aut retineri poſſet; ac ipſius Societatis Generalis, & alii inferiores Præpoſiti per ſe, vel alios ab ipſa Societate ſubterfugientes, & egreſſos, ac quoſcumque dictæ Societatis apoſtatas, reliquoſque inſolentes, qui id mereri viderentur, in quocumque habitu repertos excommunicare, capere, incarcerare, & alias ſuæ diſciplinæ ſubmittere, & ad id, ſi opus foret, auxilium brachii ſæcularis invocare libere, & licite valerent.

§. 2. Et deinde piæ me. Pio PP. IV. etiam Prædeceſſori noſtro pro parte claræ mem. Sebaſtiani Portugalliæ, & Algarbiorum Regis illuſtris, & tunc exiſtentis Præpoſiti, & perſonarum Societatis hujuſmodi expoſito, quod nonnullæ ejuſdem Societatis perſonæ animi levitate, ut credebat, ductæ, ac quietem labori, cui pro excolenda, & propaganda Chriſtiana Republica continuo erant expoſitæ, ac privatum commodum, tam publicæ, quam Societatis hujuſmodi utilitati indiſcrete præferentes, fucatiſque coloribus afferentes, ſe id facere ob frugem melioris vitæ, aut ſtrictioris obſervantiæ, ſeu non obtenta ſuperiorum licentia ad alios Ordines tranſire poſſe jactabant, & forſan tunc quidam de facto tranſierant, alii vero ambitioſa cupiditate moti, poſtquam ſe Deo dediderant, ſæculi libertatem quærentes, ad illud reverti, & in eo palam degere non dubi-

Digitized by Google

dubitaverant, nec dobitabant in animarum ſuarum detrimentum, ac Societatis prædictæ non modicum præjudicium, quodque niſi opportunn aliqno remedio conſuleretur, verendum erat, ne Societas ipſa, quæ in erudien. ſuis impenſa, & labore, viris, qui Chriſtianæ Reipublicæ prodeſſent, & Catholicam ſidem in remotiſſimis partibus propagarent, ſedulo intendebat, taliter deluſa careret literatis, qui operam in vinea Domini juxta ipſius Societatis inſtituta præſtari ſolitam, valerent adimplere. Idem Pius Prædeceſſor ſub data videlicet ſexto Kalen. Decembris Pontificatus ſui Anno VI. quod nullus in dicta Societate admiſſus poſt emiſſa, ut præſertur, vota, ſive profeſſus, ſive ſcholaris, ſive Coadjutor cujuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis ille foret, a dicta Societate exire, aut recedere, etiam prætextu cujuſvis indulti a Sede Apoſtolica, ſeu illius majore Pœnitentiario, aut aliquo Nuntio, vel Legato etiam de latere impetrati, & impetrandi, quod etiam ex tunc idem Pius Prædeceſſor ſubreptitium declaravit, abſque expreſſa Superioris licentia, etiam quæſito colore, ob frugem melioris vitæ, aut ſtrictioris obſervantiæ, ad quemvis alium, etiam minorum, vel aliorum Fratrum Mendicantium, aut Ciſtercienſium, vel Sancti Benedicti, aut aliorum Monacorum Ordinum hujuſmodi, ſuorumve Monaſteriorum (præfato Cartuſien. Ordine dumtaxat excepto) recipi, ſeu retineri poſſet, aut præſumeret, ſub pœna excommunicationis, tam per recipientes, quam receptos, ac recedentes præfatos, ipſo facto incurrenda, a qua præterquam in mortis articulo ab alio, quam a Romano Pontifiee, vel ſuperiore Societatis hujuſmodi abſolvi non poſſet, & ſecus facta non tenerent, nulliuſque eſſent momenti.

§. 3. Et inſuper, ut qui ab ipſa Societate ad Cartuſien. infra tres menſes; ad alium vero ordinem de licentia prædicta infra tempus eis a dicto Superiore præfigendum accedere, illoſque actualiter ingredi, & ſi in illis permanere nollent, aut non poſſent, abſque ulla mora ad dictam Societatem regredi tenerentur, ſub pœna excommunicationis præfata, quam tam ipſi admiſſi, quam illos recipientes, vel eis auxilium, conſilium, vel favorem præſtantes etiam incurrerent, & nihilominus, ſi quis ex Religioſis ipſius Societatis animo indurato aliquid in contrarium attentare præſumeret, vel a dicta Societate poſt in ea emiſſa vota, ut præfertur, abſque ſuperioris licentia exiret, & in ſæculo, vel alio etiam regulari loco degeret, liceret dicto generali, aliiſque dictæ Societatis Superioribus eoſdem tranſgreſſores, & exeuntes tanquam Apoſtatas, etiam per auxilii brachii ſæcularis invocationem, ſummarie, & ſine figura Judicii ad dictam Societatem revocare, capere, & incarcerare, ac debitæ punitioni ſubiicere, Apoſtolica auctoritate perpetuo ſtatuit, ordinavit, & mandavit, prout in prædictis, ac rec. mem. Pii Papæ V. ſimiliter Prædeceſſoris noſtri, ſuper ſtatuto, ordinatione, & mandato hujuſmodi, cum dictus Pius IV. Prædeceſſor antequam ejus literæ deſuper conficerentur, ſicut Domino placuit rebus fuiſſet humanis exemptus, confectis literis plenius continetur.

§. 4. Et licet nullus præmiſſis contravenire debuerit, nihilominus ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filii Everardi Mercuriani Præpoſiti Generalis ejuſdem Societatis petitio continebat, non defuerunt, qui verſutiis quibuſdam literas præfatas tenere interpretantes, & periculoſe de dictæ Sedis poteſtate diſputan. eamque coarctantes ſub prætextu videlicet, quod via perfectionis inſtinctu Spiritus Sancti ſuggeſta præcludi minime poſſit, quodque literæ hujuſmodi ſolum intelligantur, quando traſfugæ Societatis prædictæ in ſæculo vagarentur, non autem quando ad alia loca regularia præcipue mendicantium ſe reducerent, habitumque per ipſos mendicantes geſtari ſolitum ſuſciperent, ſeu profeſſionem per eos emitti ſolitas emitterent, aut emittere intenderent regulares, ac id circo ſe excommunicationis latæ ſententiæ in prædictis literis irrogatæ vinculo nequaquam innodari, nec affici prætendant in animarum ſuarum damnabile periculum, dictæque Societatis jacturam, & gravamen, ac plurimorum ſcandalum, poſtmodum vero cum ad brachium ſæculare recurritur, Principes, ac Magiſtratus temporales, necnon Judiees, & Executores, aut juſtitiæ Miniſtri, ſeo etiam vigore privilegiorum ipſius Societatis aſſumpti Conſervatores contra recipientes, & retinentes hujuſmodi, ſeu dantes conſilium, auxilium, vel favorem ſub prætextu, quod ipſi ſic excommunicati in eaſdem cenſuras incidiſſe prius declarandi veniant, procedere recuſant, ſicque apoſtatandi aperitur, & fovetur occaſio.

§. 5. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat æquum videri non debeat, ut qui ad fidei Catholicæ defenſionem, & inter gentiles propagationem cum divina gratia procurandam vocati, & in ea diu educati, & verſati ſunt, ii levi aliqua illuſione, aut etiam gravi quacumque tentatione, vel laboris perferendi tædio, aut etiam honorum, & dignitatum deſiderio, & ambitione ab opere juxta ſuam vocationem incepto deſiſtant, aut ex acie pedem referant, maxime vero in Regionibus illis, in quibus meſſis quidem copia magna, operariorum vero inopia maxima exiſtit, ubi etiam has omnes ſpiritus erratici eſſe illuſiones ſperimentum docuit: nam eorum, qui ex illius partibus prætextu ingreſſus in Cartuſien. Ordinem ſe ſubtraxerunt, nullos hactenus eſt illum ingreſſus, ſed quidam ſano Conſilio, & reſipiſcentia magno Dei beneficio adiuti, ad Societatem regreſſi ſunt, alii vero in ſæculo non ſine animarum ſuarum periculo, & multorum ſcandalo remanſerunt, quinimmo ſimulato in Cartuſien. Ordinem, cujus nulla domus in Indiis, tam Orientalibus, quam Occidentalibus reperitur, ingrediendi animo divagari, aut ad alium contra præmiſſa Religionis Ordinem ſe traducere non veren-

rentur. Quare pro parte dicti Everardi Nobix fuit humiliter ſupplicatum, ot in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Inhibitio, de qua in Conſtitutione.

§.6. Nox igitur, qui piis, ac juſtis ſupplicantium votis libenter annuimus, præmiſſis obviare volentes, ipſumque Everardum a quibuſvis excommunicationis &c. cenſentes necnon ſingularium literarum præfatarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ipſaſque literas harum ſerie confirmantes, & ampliantes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ut impoſterum tam in Orientalibus, quam & Occidentalibus, quam omnibus, & ſingulix aliix Regionibus extra Europam nullus ex admiſſis in ipſa Societate, ſive profeſſus, ſive ſcholaris, ſive Coadjutor, ſe ab eadem Societate quavis etiam perfectionis, & meliorix vitæ præſumptione, ac ſtrictioris Ordinis prætextu, ſeu contemplatione, aut alia etiam juſta, & probabili, vel legitima cauſa poſt emiſſa in dicta Societate vota etiam ſimplicia, elapſo ab eorum ingreſſu in Societatem biennio emitti ſolita abſque noſtra, aut Sedis prædictæ, ſeu dicti Everardi, vel pro tempore exiſtentis ejuſdem Societatis Præpoſiti generalis, ſive ab eo deputandi, vel deputandorum ſpeciali, & in ſcriptis obtenta licentia ſub apoſtaſiæ, & infamiæ perpetuæ nota, necnon excommunieationis latæ ſeutentiæ, & aliis contra Apoſtatax quomodolibet inflictis, ſeu etiam aliis ab ipſis Præpoſito generali, ſeu deputan. infligendis pœnis, a quibus excluſo mortis articulo, ſi in illo eos decedere contingat tantum, nonniſi per pro tempore exiſten. Romanum Pontificem, aut dictæ Societatis Præpoſitom generalem, ſeu ab eo deputau. hujuſmodi abſolvi poſſint, & aliter facta abſolutio non teneat, ſubtrahere, aut exire, nee ſe ad quempiam alium etiam Carthuſien. Ordinem hujuſmodi præmiſſarum literarum, aut cujuſvis contra illarum diſpoſitionem obtenti, & a dicto Præpoſito generali non approbati indulti vigore transferre audeat, ſeu præſumat, ſed qui ad alios Ordines præterquam Cartuſien. in quacumque Orbis parte ab ipſa Societate hactenus ſe tranſtulerunt, ad illam ſe, & poſtquam moniti fuerunt, ſtatim ſub eiſdem pœnis, nulla excuſatione aut infirmitatis, vel mora, aut forenſi contentione, ſeu appellatione interjectis ſe reducere, & ſuperiorum correctioni ſubdere teneantur, qundque profeſſio per eos alibi, quam in dicta Societate emiſſa uollius ſit momenti, nec vinculi, & interim dicti effugientes, aut egreſſi nullis prorſus Eccleſiaſticorum, aut ſæcularium, ſive Patriarcharum, Primatum, Archiepiſcoporum, vel Epiſcoporum, aut Imperatorum, Regum, Ducum, Principum, vel Magnatum qoorumcumque ſervitiis, vel aſſiſtentiis ſe ſubiicere, & applicare, aut mancipari procurare, nec beneficia Eccleſiaſtica quæcumque, vel qualiacumque ſint etiam ſimplicia, aut Penſiones ſeu quorumcumque fructuum, vel jurium reſervationes, nec officia etiam ſæcularia, & quorumvis Ordinum regularia recipere, & retinere, neque ſcholax tenere, aut pueros inſtruendos accipere, nec etiam Confeſſiones audire, Sacramenta miniſtrare, aut prædicare, ſive etiam perfunctorie, *nullatenus, nuſquam, ac nuſpiam* debeant, aut poſſint, ſub iiſque pœnis Apoſtolica auctoritate tenore præſentium decernimus, ac declaramus.

§.7. Necnon eiſdem tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus perſonis, aliiſve quavis dignitate, gradu, & honore præfulgen. ſub ingreſſus Eccleſiæ, ac quibuſvis Ordinum eorumdem, etiam Cartuſien. Protectoribus, Capitibux generalibus, aliiſque Superioribus, & particularibus, ne quempiam ex dicta Societate in partibus extra Europam conſiſtentibus ad eorum Ordinem, ſeu Conventus, aut domos quemlibet tranſeuntem abſque ſpecialibus Præpoſiti generalis, ſeu Deputandorum hujuſmodi teſtimonialibus literis, nullo jure, nullo ſanctioris vitæ penſo, aut conſcientia, nullaque neceſſitatis cauſa recipere, vel retinere, etiam virtute cujuſcumque gratiæ ſuper hoc eis ſpecialiter a Sede præfata ſub quibuſvix clauſulis, & Decretis, ac derogatoriarum derogatoriis, niſi præſentium literarum expreſſa fiat mentio conceſſa attentent, ſub ſimilis excommunicationis per eos, ac tam ipſis, quam dictis effugientibus auxilium, conſilium, vel favorem publice, vel occulte directe, vel indirecte dantes ipſo facto, & abſque alia illarum declaratione, promulgatione, aut denunciatione facienda incurrendis pœnis inhibemus.

Pœna in eos, qui contra Sanctioné hujus Conſtitutionis Religioſos Soc. Jeſu in aliam Religioné receperint.

§.8. Mandantes ſub eiſdem pœnis, ut hactenus præterquam tamen in dicto Cartuſien. Ordine receptos, etiam ſi habitum per recipientex geſtari ſolitum ſuſceperint, & profeſſionem per ipſoſmet emitti conſuetam, emiſerint, eidem Præpoſito generali, vel deputan. hujuſmodi id petentibus ſtatim, & abſque aliquo Judicis Miniſterio, aut licentia Capitum Ordinum, eorumque Superiorum expectata, & quod excommunicatio, & pœnæ hujuſmodi contra ipſos recipientes, vel retinentex, aut egreſſos, ac dantes conſilium, auxilium, vel favorem inflictæ veniant declarandæ, aut quolibet alio excogitabili prætextu ceſſante tradere, & conſignare, ac in eventum, in qoem ſic egreſſos ad alios Conventus, vel domos tranſportare fecerint, aut permiſerint, ſuis expenſis, & periculix eos requirere, & reſtituere, damnaque ipſi Societati occaſione hujuſmodi illata reſarcire debeant, & teneantur.

§.9. Et inſuper pro tempore exiſtentibus Præpoſito generali, ac aliis Superioribus dictæ Societatix, ſeu etiam eorum Conſervatoribus, aut ad omne calumniæ genus obſtruendum, & pro temporum, cauſarum, & occaſionum neceſſitate in eiſdem partibus extra Europam occurrente quaſcumque cenſurarum, & pœnarum declarationes pro conſervatione, & cauſa privilegiorum, & jurium, rerum, & perſonarum ipſius Societatis tantum facere, & contra talex effugientes quibuſvis juris, & facti remediis,

& viis

Digitized by Google

& viis etiam per ſe, vel manu ſæcularium obten. appellationis alicujus, quæ ex nunc, prout ex tunc, & e contra irrita ſit, & cenſeatur admiſſione, procedere, ſeu procedi mandare libere, & licite valeant, eiſdem auctoritate, & tenore concedimus.

Clauſulæ.

§.10. Decernentes ſingulas literas præfatas alias in ſuo robore priſtino remanere, ac præſentes nullo unquam tempore de obreptionis, vel ſubreptionis vitio, aut intentionis noſtræ defectu notari, vel impugnari, ſuſpendi, revocari, annullari, invalidari, aut ad viam juris reduci, vel contra illas perpetuo validas, & efficaces, ac illibatas exiſtere, & quoties aliquid contra eos extorqueri, & obtineri contigerit, toties eaſdem in priſtinum ſtatum reſtitutas, confirmatas, & innovatas, & de novo etiam ſub data per dictæ Societatis Superiores, vel perſonas eligenda conceſſas fore, & eſſe, ac in ſuo pleno, & integro robore abſque eo quod deſuper interpretanda ſit a Sede prædicta illarum ulterior confirmatio, reſtitutio, revalidatio, vel nova conceſſio permanere. Sicque in omnibus, & ſingulis præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.11. Non obſtantibus præmiſſis ac Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis Ordinibus, eorumque Superioribus, Conventibus, domibus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, necnon conſiſtorialiter, & alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi de illis, ac totis eorum tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis obſervata inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, necnon omnibus illis, quæ ipſi Prædeceſſores in dictis ſuis literis voluerunt non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides tranſumptorum.

§.12. Volumus autem quod præſentium tranſumptis &c. conſtitutæ, ſeu etiam generalis Præpoſiti ipſius Societatis munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§.13. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, confirmationis, ampliationis, Decretorum declarationis, inhibitionis, conceſſionis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, Nono Kal. Nov., Pontificatus noſtri Anno VIII.

Dat. die 24. Octobr. 1579. An. VIII.

CIX.

Reductio Monacorum Ordinis S. Baſilii in unam Congregationem, & ſub regimine unius Abbatis, cum privilegiorum, & gratiarum elargitione, pro dicti Ordinis reformatione.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad futuram rei memoriam.

S. Baſilius Magnus Monachorum Ordinem erexit.

BEnedictus Dominus Deus noſter, a quo Sancti ſui intelligentiæ ſpiritu repleti, tamquam imbres ſapientæ ſuæ eloquia emiſerunt, eumque in oratione confeſſi ſunt. Quo gratiæ munere B. Baſilius cognomento Magnus, a divina benignitate locupletatus, omnis bonitatis, tantæque in ſe beneficentiæ auctori, quod recepit, fertiliſſimi agri more, cum centeſimo reddidit incremento. Nam præter ea, quæ effudit Theologicæ ſcientiæ, eloquentiæque flumina, quæque edidit continentiæ, abſtinentiæ, & ſuſceptorum pro Chriſto laborum tolerantiæ documenta, adoptatos ſibi novæ ſobolis fœtus, in Cœnobiaque procul a communi vivendi ratione ſegregatos in compoſitum Ordinem redegit, & ſalutaribus præceptis inſtituit, ut perpetua futurorum temporum ſucceſſione verbo, & opere a ſe inſtructi, Deum coſiterentur, Catholicæque Eccleſiæ ornamento eſſent, atque in dubiis rebus adiumento.

Cujus Ordinis Monaci in ſanctitate, & doctrina olim floruerũt nunc autem quaſi defecerunt.

§.1. Qui vitæ ſanctitate, & doctrina inſignes toto terrarum Orbe, maxime vero in Aſia, Paleſtina, Tracia, Græcia, & Italia multis ſæculis floruerunt. Poſtea vero, (quod non ſine maximo animi noſtri mœrore recenſemus) temporum iniuria, totiuſque Orientis a dira Turcarum Tyrannide oppreſſi calamitate, crebriſque ita hominum exigentibus culpis, exorientium ſchiſmatum diſſenſionibus, Ordo ille alibi penitus corruit, alibi ita fuit imminutus, ut diſciplina regulari laxata, caritas illa priſtina deferbuerit, Monacique alii alio diſperſi ſine capite ſicuti oves ſine paſtore erraverint, in aliquibus autem ne veſtigium quidem Monaſtici remanſerit inſtituti, Monaſteria everſa, & bona fuerint diſſipata.

§.2. Cui

Digitized by Google

Ideo hic Pontifex pro reformatione dicti Ordinis præcipit fieri Capitulum eligique Abbatem generalē, & alios officiales, inhærendo Conſtitutioni Innocentii III, quę eſt in cap.7. de Stat. Monac.

§.2. Cui incommodo, quod a Nobis noſtri Apoſtolatus ratio expoſcit, providere, ipſumque Ordinem priſtinæ dignitati, regularique obſervantiæ quantum Domino adiuvante poſſumus, reſtituere volentes, ut quamprimum in agro Domini uberes fructus majorum ſuorum, & præcipue tanti Patris, & Magiſtri exemplo edere valeant, maxime expedire duximus a Monaſteriis, quæ in Italia, & in utriuſque Siciliæ Regnis conſiſtunt, quorum plagas propius inſpeximus, hujuſmodi Ordinis inſtaurationem inchoare, ipſaque Monaſteria in unam Congregationem juxta Conſtitutionem felicis recordationis Innocentii Papæ III. Prædeceſſoris noſtri in Concilio generali editam quæ incipit, *in ſingulis*, ac Concilii Tridentini Decreta redigere. Et ut hæc facilius optatum conſequi poſſent effectum, primum Generale Capitulum dicti Ordinis celebrari mandavimus, in quo Abbas generalis, qui in ſingula prædicta, & alia ejus Ordinis Monaſteria, Conventus, & regularia loca ubicumque ſub obedientia noſtra, & S. R. E. illa ſuerint, illorumque perſonas abſoluta ſit auctoritate præditus. Ac præterea Viſitatores, Procurator generalis, & alii officiales, quorum electio in Capitulo generali facienda eſſet, in Monaſterio Sancti Philareti ejuſdem Ordinis, Melitenſis Diœceſis in feſto Pentecoſtes proxime præterito eligerentur, illo prius de more indicto per dilectum filium noſtrum Guillelmum tit. Sancti Laurentii in Paniſperna Presbyterum Cardinalem Sirletum nuncupatum, dicti apud Nos Ordinis, Sedemque Apoſtolicam Protectorem, dilecto filio Paulo Abbate Monaſterii Caſtri Villariis Ordinis S. Benedicti Caſſinenſis Diœc. Congregationis Caſſinenſis, eidem Capitulo ejuſdem Guillelmi Cardinalis nomine præſidente, ac in ejus manibus, antequam ad electionis negocium procederetur, per Priores, & alios Monacos Monaſteriorum dicti Ordinis S. Baſilii præſentes, vocemque in Capitulo generali habere debentes, profeſſione regulari, quæ per Monachos ejuſdem Ordinis S. Baſilii emitti debet, expreſſe emiſſa.

In quo Capitulo Abbas, Viſitatores, & alii Officiales electi fuerunt.

§.3. Et tandem cum pro electionibus, ut præfertur, celebrandis jam in unum conveniſſent, vocatis omnibus, qui voluerunt, potuerunt, & debuerunt electionibus hujuſmodi commode intereſſe, die ad eligendum præſtituta, ut mos eſt, dilectum filium Nicolaum Antonium Abbatem Monaſterii S. Nicolai de Butramo dicti Ordinis S. Baſilii, Hieracenſis Diœceſis in Abbatem generalem, ac duos Viſitatores, & unum Procuratorem generalem, alioſque Officiales per ſecreta ſuffragia elegerunt.

Et modo hic Pontifex dicti Capituli celebrationem, & dictorum Officialium electiones confirmat.

§.4. Nos autem reductionem eorumdem Monaſteriorum, Priorum, & Monacorum in Congregationem, & Capitulum, dictique Capituli indictionem, & præſidentiam, ac electiones hujuſmodi ratas, & gratas habentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eaſdem tenore præſentium approbamus, & confirmamus, omneſque tam juris quam facti, ac omiſſarum ſolemnitatum, etiam ſubſtantialium, vel ex Ordinis prædicti S. Baſilii ſtatutis requiſitarum defectus, ſiqui intervenerint in eiſdem, ſupplemus.

Abbatemque generalem in eo electum, de novo ipſe Pontifex eligit, illique curam, & adminiſtrationē concedit, omnium Monachorum, & Monaſteriorū Ordinis S. Baſilii.

§.5. Et nihilominus prædictum Nicolaum Antonium Abbatem eidem Congregationi univerſæ in Abbatem generalem præficimus, curam illius univerſam, & in ſpiritualibus, & temporalibus pleniſſime committendo, ita ut ipſe, & Abbas generalis pro tempore electus, æque ut alii aliorum Ordinum in Congregationes reductorum Abbates generales, & præſidentes, in ſuis Capitulis, Congregationibus, & ordinationibus, de jure, & privilegio, & conſuetudine habent, & exercent, habereque & exercere poſſunt, plenam, & omnimodam ſuperioritatem, juriſdictionem, & auctoritatem habeat, & exerceat, tam in ea omnia, quæ in Italia, & Regnis prædictis ſunt, quam etiam in S. Mariæ de Oviedo Genuen. & del Tardon Cordubenſis, ac Vallis del Galleguillos Iſpalenſis Diœceſis, ejuſdem Ordinis S. Baſilii Provinciæ Hiſpaniæ, dudum a Nobis in Regnis Hiſpaniarum inſtitutæ, & prorſus in alia quæcumque Monaſteria, Domus, & loca in eadem Provincia ſub regula S. Baſilii hactenus erecta, & in poſterum erigenda, eorumque Abbates, Conventus, Monacos, & perſonas, quæ Nos pridem cum Monacis ejuſdem Ordinis Sancti Baſilii in Italia exiſtentibus, & eorum Congregationis prædictæ ſub obedientia inde futuri Abbatis, ſeu Vicarii generalis ejuſdem Congregationis perpetuo conjunximus: eaque, necnon Viſitatorem ejuſdem Provinciæ Hiſpaniæ Abbati, ſeu Vicario generali Congregationis hujuſmodi in Italia pro tempore eligendo ſubiecimus, & ab eo dependere decrevimus inter alia, quemadmodum noſtris diverſis literis prioribus, videlicet Kal. Maii ſecundo, poſterioribus vero octavo Kal. Julii, ſexto Pont. noſtri annis dat. plenius continetur.

Eique omnes Monacos ſubjecit.

§.6. Jubemus itaque univerſos, & ſingulos ejuſdem Congregationis S. Baſilii Abbates, Priores, & Prælatos, necnon Monacos, & alias quaſcumque perſonas, ipſi Abbati generali, tamquam membra capiti, & eorum legitimo Superiori, in omnibus, quæ ad officium Abbatis generalis pertinent, eorumque animæ ſalutem, regulariſque obſervantiæ rationem concernunt, prompte, & humiliter obedire.

Habitum præſcribit.

§.7. Et ut habitus, qui exterius geritur, religioſis mentis affectibus pariter reſpondeat, ſtatuimus, ut omnes Congregationis ejuſdem profeſſores eumdem habitum a Novitiis diſtinctum ex panno nigri coloris cum caputio ſive cuculla monacali omnino deferant, veluti ex antiquo ejuſdem Ordinis inſtituto priſci Patres, & Monaci geſtare ſolebant.

Profeſſionem regularem per omnes emitti mandat.

§.8. Utque omnes ejuſdem Ordinis Sancti Baſilii Monaci, & Religioſi, qui in dicto Ordine jam admiſſi ſunt, ad profeſſionem regularem ejuſdem Ordinis in manibus

Digitized by Google

bus Abbatis, ſi ibi fuerit, vel Prioris Monaſterii, in quo reperientur, expreſſe emittant. Deinceps vero nemo in dicto Ordine, illiuſque Monaſteriis, ad ejuſdem Ordinis habitum regularem, ſive tacite ſive expreſſe admittatur, niſi in ætate legitima conſtitutus, anno demum integro in probatione juxta ejuſdem Concilii Tridentini decreta perſtiterit.

Capitulum generale quolibet triennio cogi jubet.

§.9. Generale autem Capitulum in quo de Ordinis prædicti reformatione, & regulari Obſervantia agendum erit, tertio quoque anno celebretur.

Officia ſint triennalia.

§.10. Eorumdem, ſive Abbatis generalis, ſive Viſitatorum, ſive Procuratoris item generalis munera, ſive ufficia triennalia ſint, licebit tamen in eodem Capitulo generali, ubi maniſeſte cognitum fuerit expedire, eoſdem omnes, aut eorum aliquos ad aliud triennium in eodem, quod geſſerit, officio, nec ultra confirmare, qui tandem ab eiſdem muneribus abſoluti, ſaltem per aliud ſimile triennii ſpatium officio vacent.

Capitulo præſideat eligendus a Card. Protectore.

§.11. Ceterum ſi dicto Guillelmo Cardinali, & pro tempore dicti Ordinis Protectori videbitur opportunum, ac quouſque ille id expedire cenſuerit, conſilium, & auxilium alicujus Abbatis Congregationis Caſſinenſis, in hujuſmodi Capitulis celebrandis, ex longa conſuetudine, & experientia plenius inſtructi, ad ipſum Capitulum generale poterit adhiberi, qui ejuſdem Protectoris auctoritate etiam eidem Capitulo præſideat generali.

Locus futuri Capit. deſignetur.

§.12. In ſingulis vero Capitulis generalibus locus, in quo proxime futurum Capitulum generale celebrandum ſit, deſignetur.

Electiones per ſuffragia ſecreta fiant.

§.13. Electiones autem per ſuffragia ſecreta fiant, prout Conc. Trid. prædicti decretis eſt ſtatutum.

In Monaſteriis Commendatis, Menſa Conventualis ſit diſtincta ab Abbatiali, & Commendatarii aſſignent bona, quæ pro Monachorũ ſubventione ſufficiant.

§.14. Ad hæc, ut ipſi Monaci degentes in Monaſteriis, in quibus menſa Conventualis non eſt ab Abbatiali ſeparata, quæque clericis ſæcularibus, & aliis cujuſcumque gradus, & dignitatis, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, commendata ſunt, obſequiis Altiſſimi liberius vacare poſſint, menſam Conventualem a menſa Abbatiali diſtinguimus, & ab eiſdem Monaſteriis quouſque illa commendata fuerint, eam bonorum ſtabilium, proprietatum, juriumque partem, quæ tamen inter immobilia cenſeantur, perpetuo diſmembramus, atque dividimus, quæ ad alendum ſolitum Monacorum, & miniſtrorum numerum, ac victum, & veſtitum, aliaque ad eorum ſubſtentationem neceſſaria comparanda ſufficiant, eoſdemque Commendatarios ad aſſignaudum totidem bona, proprietates, & jura prædicta intra tempus per eſidem Guillelmum Cardinalem Protectorem præfigendum omnino teneri volumus. Hæc autem bona ſtabilia, proprietates, & jura ſic per Nos diſmembrata, necnon omnia alia mobilia, & immobilia, quæ ex piorum fidelium teſtamentis, legatis, largitionibus, aut alias quomodocumque ipſis Conventibus, & Monacis in poſterum donata, conceſſa, & relicta fuerint, pro quorum conſecutione Monaci Conventuum eorumdem nomine, etiam in judicio agere, & experiri, ac illo intervenire valeant, ſed & oblationes atque eleemoſynas in eorumdem Monaſteriorum Eccl. erogandas pro conſtituenda menſa Conventuali in ſingulis Monaſteriis prædictis, ac pro augmento earumdem menſarum Conventualium etiam perpetuo applicamus, & appropriamus,

Commendatarii Monaſteria reparent neceſſaria ad cultum divinũ aſſignent.

§.15. Nihilominus tamen Commendatariis incumbat, prout tenentur, in eiſdem Monaſteriis, quæ Conventum habent, Monaſteriorum, & Eccleſiarum eorumdem reparationi, ac aliis ad Divinum cultum neceſſariis providere, quorum Monaſteriorum clauſtra, & ædificia pro uſu Monachorum conſtructa ad Monacos prædictos in eis permanere contigerit, eorum liberi, atque abſoluti juris eſſe decernimus.

Et Monaci poſſeſſionem capiant.

§.16. Liceat porro Abbatibus, Prioribus, ceteriſque dicti Ordinis Monacis, & Religioſis, corporalem poſſeſſionem bonorum ſic diſmembratorum, & applicatorum, ac ut præfertur, aſſignandorum, cum primum illa per Commendatarios aſſignata fuerint, ac clauſtrorum, ac ædificiorum Monaſteriorum prædictorum Conventum habentium, per ſe, vel alium, ſeu alios, propria auctoritate abſque alicujus Judicis miniſterio libere apprehendere, & apprehenſam retinere, ac eorumdem bonorum, ſive proprietatum, & jurium fructus in communes eorumdem Monacorum, & miniſtrorum uſus, & utilitatem convertere, ipſorumque clauſtrorum, & ædificiorum libero uſu pacifice frui, & gaudere, quorumvis licentia ſuper his minime requiſita.

Monaſteria etiam commendata huic Congregationi aggregata cenſeãtur ſalvis remanentibus dignitatibus Abbatialibus, de quibus Sedes Apoſtolica libere diſponere poſſit.

§.17. Ut autem prædicta Monaſteria Ordinis S. Baſilii ſic in unam Congregationem redacta, eliminatis omnibus abuſibus, in via Domini quotidie magis proficiant, Conventus omnium Monaſteriorum virorum Conventum habentium dicti Ordinis S. Baſilii, quæ tam in Italia, & prædictis Regnis erecta ſunt, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque ſint, & per quoſcumque, etiam S. R. E. Cardinales, in titulum, commendam, vel adminiſtrationem, aut alias obtineantur, dignitatibus Abbatialibus eorumdem ſemper ſalvis, ita ut de eis quotieſcumque vacabunt per Romanum Pontificem, & Sedem prædictam omni tempore diſponi libere debeat, & ſine præjudicio jurium ejuſdem Sedis, quæ inviolata permanere volumus, ac etiam de Oviedo, del Tardon, ac Vallis del Galleguillos prædictorum, necnon omnium, & quorumcumque aliorum, quæ deinceps a Congregatione, & Monacis prædictis, Deo adiuvante, erigentur, & conſtruentur in eiſdem Italia, & Regnis, ac Provincia Hiſpaniæ, ipſi Congregationi in perpetuum aggregamus.

Hic Ordo privilegiis CongregationisCaſinenſis gaudeat.

§.18. Ac Monaſteriis, Conventibus, Prioribus, & Monacis prædictis, necnon Converſis, & Oblatis, aliiſque etiam dictorum Monaſteriorum S. Baſilii Religioſis, & perſonis, ut de cetero omnibus, & quibuſcum-

eumque privilegiis, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, indulgentiis, favoribus, gratiis, & indultis, tam ſpiritualibus quam temporalibus, Congregationi prædictæ Caſſinenſi, illiuſque perſonis, & locis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & dictam Sedem, in genere, & in ſpecie conceſſis, confirmatis, & innovatis, ac etiam per viam communicationis ad eamdem Congregationem Caſſinen. extenſis, quibus illi utuntur, potiuntur, & gaudent, & uti potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum (quæ tamen uſu recepta ſint, & Sacris Canonibus, ac dicti Concilii Tridentini Decretis, ipſiuſque Ordinis S. Baſilii Inſtituti non adverſentur) uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, concedimus, & indulgemus.

Exemptio a Juriſdictione Ordinariorum, & Commendatariorum, qui Regulam S. Baſilii profeſſi non ſint.

§.19. Eamdemque Congregationem S. Baſilii, illiuſque Conventus, Monacos, & perſonas quaſcumque, ab omni Ordinariorum locorum, ac etiam eorum, qui Monaſteria dicti Ordinis etiam Archimandritatus appellata, in commendam, vel alias quomodolibet obtinuerint, eumdemque Ordinem S. Baſilii expreſſe profeſſi non fuerint, juriſdictione, auctoritate, & poteſtate penitus eximimus, & liberamus, ac ſub noſtra, & Beati Petri protectione immediate ſuſcipimus. Ita tamen ut omnes, ſub dicta exemptione comprehenſi, Abbatis generalis, Viſitatorum, Abbatum, Priorum, & aliorum officialium, tam in dicto generali Capitulo quam extra illud canonice electorum, & aliorum, qui pro tempore eligentur, juriſdictioni, viſitationi, morumque correctioni juxta eamdem regulam S. Baſilii, ac ejus Ordinis inſtituta omnino, prout eorum incumbit muneri, ſint ſubiecti.

Abbas & Viſitatores, viſitent & reforment Monachos, & inobedientes corrigant &c.

§.20. Inſuper Abbati generali, & Viſitatoribus in Capitulo generali deputatis, ut Monaſteria, Prioratus, & alia loca, ac Abbates, Priores, Conventus, & perſonas Congreg. prædictæ, juxta dicti Concilii Decreta, & regolaria inſtituta prædicta viſitare, & tam in capite, quam in membris reformare, delinquentes, inobedientes, & rebelles corrigere, punire, & caſtigare, regularia dicti Ordinis S. Baſilii inſtituta in illis exacte cuſtodienda introducere, ac in dicto Capitulo generali pro tempore congregatis ejuſdem Congregationis Monacis, quæcumque ſtatuta, & ordinationes ad ſalutare ipſius Congregationis regimen, & ad regularem obſervantiam pertinentia (licita tamen, & honeſta, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, necnon regulæ S. Baſilii prædicti minime contraria) ab ipſo tamen Guillelmo Cardinale, & pro tempore exiſtente dictæ Congregationis Protectore antequam promulgentur, examinanda, & approbanda concedere valeant, licentiam tribuimus.

Decretum irritans.

§.21. Decernentes ſupradicta omnia perpetuo inviolata fore, ſicque per quoſcumque Judices, ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata cuique aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Guillelmus Sirletus Cardinalis Protector, deputatur executor hujus Conſtitutionis cum facultatibus hic expreſſis.

§.22. Sed ne præſentium literarum effectus in longum protrahatur, Guillelmo Cardinali prædicto præcipimus, ut per ſe, vel alium, ſeu alios ipſas præſentes literas, & quicquid in eis continetur, ab univerſis, & ſingulis Ordinis, & Congregationis S. Baſilii prædicti Abbatibus, Prioribus, & Monacis, aliiſque prædictis, & dictorum Monaſteriorum, & Archimandritatuum prædictorum Commendatariis, etiam ut præfertur, qualificatis inviolate faciat obſervari, & ad aſſignandum, & cum effectu tradendum pro Monacorum, & Miniſtrorum numero alendo, ac menſa Conventuali in his Monaſteriis, quibus eorum Conventus exiſtunt, partem bonorum, & proprietatum, ac jurium, clauſtraque, & ædificia prædicta libere conſignandum intra duos menſes a die publicationis earumdem literarum, hic de more Conſtitutionum, & Literarum Apoſtolicarum faciendæ numerandos, etiam per privationem Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum ab eis obtentorum; ceteraque omnia juris, & facti remedia opportuna compellat. Nos enim illi, & pro tempore exiſtenti Protectori, per ſe, vel alium, ſeu alios, contra Commendatarios omnes Monaſteriorum, & locorum Conventuum prædictorum ſic in Congregationem reductorum, qui congruam aſſignationem bonorum, proprietatum, ac jurium diſmembratorum prædictorum præſtituto tempore facere diſtulerint, recuſaverint, negaverint, vel etiam quovis modo impediverint, ceteroſque omnes ſua in præmiſſis quomodolibet intereſſe putantes, etiam per edictum locis publicis affigendum citandi, & monendi, ac contra eos, & prorſus contra quoſcumque alios contradictores, & rebelles, eiſque auxilium conſilium, & favorem, publice vel occulte præſtantes, etiam ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſed ſola facti veritate inſpecta, omni, & quacumque appellatione remota, procedi; & ad hunc aliorumque præmiſſorum omnium executionem, & effectum, tam eiſdem quam etiam quibuſcumque Judicibus, & perſonis, etiam ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac etiam per ſimile edictum inhibendi, cenſuras, & pœnas etiam ſæpius aggravandi, interdictum Eccleſiaſticum apponendi, auxilium brachii ſæcularis, ubicumque opus fuerit, invocandi, necnon partem proprietatum, & poſſeſſionum menſarum Abbatialium prædictarum, quæ ad redditum annuum pro victu, & aliis ad uſum ſoliti Monacorum, & Miniſtrorum numeri ſatis ſint arbitrio ejuſdem Guillelmi Cardinalis, & pro tempore Protectoris, vel eorum qui ab eo deputabuntur, eligendorum, pro men-

ſa

Digitized by Google

ſa Conventuali, etiam per ſubtractionem, & alias prout eis viſum erit, perpetuo conſtituendi, & aſſignandi, ceteraque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & opportuna faciendi, & exequendi, etiamſi talia fuerint, quæ mandatum requirant magis ſpeciale, quam præſentibus eſt expreſſum, plenam, & liberam tenore præſentium concedimus facultatem.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.23. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtris de unionibus committendis ad partes, ac valore fructuum exprimendo, necnon de non tollendo jure quæſito, ac generalis, & uniones perpetuas niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis noviſſime celebrati Lateranenſium Conciliorum, ac piæ mem. Innocentii IV., quæ incipit; *Volentes*, & Bonifacii VIII. Romanorum Pontificum de una, & in eodem Concilio Generali edita de duabus dietis, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, necnon Monaſteriorum, & Ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Monaſteriis, & Ordinibus, eorumque Superioribus, & perſonis, etiam Monaſteria, & Archimandritatus ejuſdem Ordinis in Commendam obtinentibus, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & eamdem Sedem, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ac alias, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, & ſpecie, etiam ab immemorabili tempore quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, ac etiam uſu receptis, ac quocumque tempore factis, & promulgatis, & quibuſcumque aliis indulgentiis, & literis Apoſtolicis ſpecialibus, vel generalibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, aut omnino non inſerta, effectus earum impediri valeant quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia contra earumdem præſentium tenorem nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari, contrariis quibuſcumque; aut ſi Commendatariis, & perſonis prædictis, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, & ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Hæc Conſtitutio ligat duos menſes a die publicationis.

§.24. Poſtremo volumus ut lapſis ſtatim duobus menſibus a publicatione prædicta, literæ prædictæ ita unumquemque ſupradictorum arctent, ac ſi ſingulatim intimatæ fuiſſent; earum quoque exempla etiam impreſſa, Notarii publici manu, & Prælati Eccleſiaſtici ſigillo obſignata, eamdem illam prorſus fidem ubique locorum, in judicio, & extra illud faciant, quam ipſæmet præſentes facerent, exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino &c.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, Kalendis Novembris, Pontificatus noſtri Anno VIII.

D.P. A.VIII. I. Novemb.

CX.

De electione quolibet triennio in Capitulo generali fienda, Prioris Generalis, & aliorum Prælatorum Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris, Ordinis S. Auguſtini, ejuſque bonorum temporalium adminiſtratione.

Dilectis filiis Priori Generali, Viſitatoribus, Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, Vicariis, Prælatis, Procuratoribus, ac officialibus quibuſcumque, nunc & pro tempore exiſtentibus, quocumque titulo nuncupatis, necnon Canonicis, Novitiis, Converſis, commiſſis, ac quibuſvis aliis perſonis in Congregatione Canonicorum Regularium S. Salvatoris Ordinis S. Auguſtini degentibus.

GREGORIUS PAPA XIII.

Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Pius V. decrevit quolibet triennio celebrari Capitulum generale, & ibi eligi Priorem generalem, & alios Prælatos.

QUÆ inter religioſorum cœtus diſſidia excitant, ea ne altius expullulent, ſunt a Nobis radicitus extirpanda. Cum igitur fel. rec. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter per in forma Brevis literas, ſuper reformatione Congregationis veſtræ S. Salvatoris Ordinis S. Auguſtini emanatas, ſub dat. ſexta Dec. 1571. Pontificatus vero ſui anno ſexto, juſtis, & de gravibus cauſis inter alia ſtatuiſſet, ordinaſſet, & decreviſſet, ut de cetero Capitulum Generale ejuſdem Congregationis, in quo Prior Generalis, Viſitatores, ceterique Prælati, ac etiam Procurator Generalis eligerentur, quolibet triennio tantum, non autem ut antea ſingulis annis celebraretur.

Et hic Pontifex hoc confirmavit, & officium omnium Prælatorum triennio durare juſſit.

§.1. Noſque per alias noſtras literas ſub datum 23. Martii 1574. licet quo ad rationem eligendi Priores, alioſque Prælatos Conventuales tantum prædictas literas, ita ratione, & novo rerum eventu ſuadente immutaverimus, ac modificati fuerimus, ceteris tamen omnibus in eiſdem literis contentis, & ordinatis, ac præſertim triennali electioni hujuſcemodi non ſolum non aliqua alia ex parte detrahere, aut ullatenus derogare velle profeſſi expreſſe fuerimus, ut ipſa quoque Conventualium Prælatorum officia ad triennium extendentes, ea omnia confirmaverimus, atque approbaverimus, quemadmodum in dictis noſtris literis plenius continetur.

Quidam tamen in his dubia excitabant.

§.2. Nihilominus quia nuper Nobis eſt inſinuatum, nonnullos veſtræ Congregationis hujuſmodi ordinationi ac ſtatuto a Prædeceſſore noſtro, provida ac matura deliberatione invento, a Nobis confirmato, & in veſtro generali Capitulo acceptato, & jam

jam in uſu recepto, non ſolum acquieſcere velle, ſed colore quodam de hujuſmodi literarum noſtrarum validitate dubitandi, re autem vera temeritatis, & ambitionis ſtimulis agitatos de illa immutanda, infirmanda, vel etiam revocanda, verba facere auſos fuiſſe.

Ideo hic Pontifex denuo eadem ſtatuit.

§.3. Nos ad tollendum omne dubium, & hujuſmodi audaciam compeſcendam, & pacem, tranquillitatemque in dicta Congregatione veſtra perpetuo confovendam, & retinendam, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium hac noſtra declaratione, determinatione, ac definitione, ſupradictam de triennali electione, & adminiſtratione, ordinationem, conſtitutionem, & decretum, iterum, & de novo, quatenus opus ſit, approbamus, confirmamus, eiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimos, ac ſuper eo ſpecialiter, & expreſſe perpetuum ſilentium imponimus.

Inhibetque ſub pœnis hic expreſſis ne de cetero tractetur de immutando hoc decreto ejuſque confirmatione.

§.4. Mandantes propterea vobis omnibus, & ſingulis in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub privationis perpetuæ tam officiorum, dignitatum, & adminiſtrationum quarumcumque, quam vocis activæ, & paſſivæ, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris arbitrio noſtro moderandis, & infligendis pœnis diſtricte præcipientes, & inhibentes, ne quis veſtrum publice vel privatim, ſecreto vel palam, in Capitulis Generalibus, vel Conventualibus, intra Monaſteriorum ſepta vel extra, ac tandem uſque vel unquam omnino de ſupradicto triennio corrigendo, vel mutando amplius loqui, ſeu tractare præſumant.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.5. Contrariis quibuſcumque non obſtantibus.

Fides tranſumptorum.

§.6. Volumus autem ad hujus declarationis, & prohibitionis noſtræ faciliorem notificationem, præſentium exemplis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, vel etiam Prioris generalis pro tempore exiſtentis veſtræ Congregationis munitis, eamdem prorſus fidem adhiberi, quæ præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D.P. A.VIII. 16. Decemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die decima ſexta Decembris, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, Pontificatus noſtri anno VIII.

CXI.

Ex Bullar. Ord. Prædic. Tom. V. p. 371

Vulgat Conſtitutionem qua S. Pius V. Ordinis Fratrum Prædicatorum LXXIX. Propoſitiones Michaelis Baii damnaverat.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Procemium.

PRoviſionis noſtræ debet provenire ſubſidio, ut ea, quæ a Prædeceſſoribus noſtris emanarunt, ſuadente maxime Fidei Catholicæ conſervatione, ubicumque ipſis opus eſt, producantur. Quare Nos tenorem literarum fel. rec. Pii Papæ V. Prædeceſſoris noſtri in ejus regiſtro repertum deſcribi, & præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt.

Conſtitutio S. Pii V. contra 79. propoſitiones Michaelis Baii. Procemium.

§.1. Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Ad futuram rei memoriam. Ex omnibus afflictionibus, quas in hoc loco a Domino conſtituti tam luctuoſo tempore ſuſtinuimus, ille animum noſtrum præcipue excruciat dolor, quod Religio Chriſtiana tantis jam pridem turbinibus agitata, novis quotidie propoſitis opinionibus conflictetur, Chriſtique Populus antiqui hoſtis ſuggeſtione diſſectus in alios, atque alios errores paſſim, & promiſcue deferatur. Quantum vero ad Nos attinet, totis viribus conamur, ut illi ſimul, atque proſiliunt, penitus opprimantur, magno etenim mærore afficimur, quod plerique ſpectatæ alioquin probitatis, & Doctrinæ in varias ſententias offenſionis, & periculi plenas, cum verbo, tum ſcriptis prorumpunt, deque eis etiam in Scholis invicem controverſantur cujuſmodi ſunt ſequentes.

I. Nec Angeli, nec primi Hominis adhuc integri merita, recte vocantur gratia.

II. Sicut opus malum ex natura ſua eſt Mortis Æternæ meritorium, ſic opus bonum ex natura ſua eſt Vitæ Æternæ meritorium.

III. Et bonis Angelis, & primo Homini, ſi in Statu illo permanſiſſent uſque ad ultimum vitæ, felicitas eſſet merces, & non gratia.

IV. Vita Æterna Homini integro, & Angelo promiſſa fuit intuitu bonorum operum, & bona opera ex lege naturæ ad illam conſequendam per ſe ſufficiunt.

V. In promiſſione facta Angelo, & primo homini continetur naturalis juſtitiæ conſtitutio, qua pro bonis operibus, ſine alio reſpectu, Vita Æterna juſtis promittitur.

VI. Naturali lege conſtitutum fuit homini, ut ſi in obedientia perſeveraret, ad eam vitam pertranſiret in qua mori non poſſet.

VII. Primi Hominis integri merita fuerunt primæ Creationis munera, ſed juxta modum loquendi Scripturæ Sacræ, non recte vocantur gratiæ, quo fit ut tantum merita, non etiam gratiæ debeant nuncupari.

VIII. In Redemptis per gratiam Chriſti, nullum inveniri poteſt bonum meritum, quod non ſit gratis indigno collatum.

IX. Dona conceſſa homini integro, & Angelo forſitan non improbanda ratione poſſunt dici gratia. Sed quia ſecundum uſum ſcripturæ nomine gratiæ tantum ea munera intelliguntur, quæ per Jeſum male merentibus, & indignis conferunt, id eo neque merita, neque merces, quæ illis redditur, gratia dici debet.

X. Solutionem pœnæ temporalis, quæ peccato dimiſſo ſæpe manet, & corporis reſurrectionem proprie nonniſi meritis Chriſti adſcribendam eſſe.

XI. Quod pie, & juſte in hac vita mortali uſque in finem converſati vitam conſequimur æternam, id non proprie gratiæ Dei, ſed ordinationi naturali ſtatim initio creationis conſtitutæ, juſto Judicio Dei,

depu-

Digitized by Google

deputandum; nec in hac retributione bonorum ad Chriſti merita reſpicitur, ſed tantum ad primam inſtitutionem generis humani in lege naturali inſtitutum eſt, ut juſto Dei Judicio obedientiæ mandatorum Vita Æterna reddatur.

XII. Palagii Sententia eſt: opus bonum citra gratiam adoptionis factum non eſt Regni cœleſtis meritorium.

XIII. Opera bona a filiis adoptionis facta non accipiunt rationem meriti, ea eo quod fiunt per Spiritum adoptionis, inhabitantem corda Filiorum Dei, ſed tantum ex eo quod ſunt conformia legi, quodque per ea præſtatur obedientia legi.

XIV. Opera bona Juſtorum non accipient in die Judicii extremi ampliorem mercedem, quam Juſto Dei Judicio mererentur accipere.

XV. Dicit rationem meriti non conſiſtere in eo quod, qui bene operatur, habeat gratiam, & inhabitantem Spiritum Sanctum, ſed in eo ſolum, quod obedit Divinæ Legi, quam ſententiam ſæpius repetit, & multis rationibus probat fere toto libro.

XVI. In eodem libro ſæpius repetit, quod non eſt vera Legis obedientia, quæ fit ſine charitate.

XVII. Dicit ſentire cum Pelagio, qui dicunt eſſe neceſſarium ad rationem meriti, ut homo per gratiam adoptionis ſublimetur ad ſtatum Deificum.

XVIII. Dicit opera Cathecumenorum ut fidem, & pœnitentiam, ante remiſſionem peccatorum facta eſſe vitæ æternæ merita, quam vitam non conſequentur cathecumeni, niſi prius præcedentium delictorum impedimenta tollantur.

XIX. Videtur inſinuare, quod opera Juſtitiæ, & temperantiæ, quæ Chriſtus fecit, ex dignitate perſonæ operantis non contraxerint majorem valorem.

XX. Nullum eſt peccatum ex natura ſua veniale, ſed omne peccatum meretur pœnam æternam.

XXI. Humanæ naturæ ſublimatio, & exaltatio in conſortium Divinæ naturæ, debita fuit integritati primæ conditionis, & proinde naturalis dicenda eſt, & non ſupernaturalis:

XXII. Cum Pelagio ſentiunt qui textum Apoſtoli Rom. 2. gentes quæ legem non habent, naturaliter, quæ legis ſunt, faciunt, intelligunt de gentibus Fidei gratiam non habentibus.

XXIII. Abſurda eſt eorum ſententia, qui dicunt hominem ab initio dono quodam ſupernaturali, & gratuito ſupra conditionem naturæ fuiſſe exaltatum, ut fide, ſpe, caritate Deum ſupernaturaliter coleret.

XXIV. A vanis, & otioſis hominibus ſecundum inſipientiam Philoſophorum excogitata eſt ſententia, hominem ab initio conſtitutum, & per dona naturæ ſuperaddita fuerit largitate conditoris ſublimatus, & in Dei filium coadoptatus, & ad Pelagianiſmum reiicienda eſt illa ſententia.

XXV. Omnia opera Infidelium ſunt peccata, & Philoſophorum virtutes ſunt vitia.

XXVI. Integritas primæ creationis non fuit debita humanæ naturæ exaltatio, ſed naturalis ejus conditio, quam ſententiam repetit, & probat per plura Capitula.

XXVII. Liberum arbitrium ſine gratiæ Dei adiutorio nonniſi ad peccandum valet.

XXVIII. Pelagianus eſt error, dicere, quod liberum arbitrium valet ad ullum peccatum vitandum.

XXIX. Non ſolum fures ii ſunt, & Latrones, qui Chriſtum viam, & oſtium veritatis, & vitæ negant, ſed etiam quicumque aliunde quam per Chriſtum, in viam Juſtitiæ, hoc eſt ad aliquam Juſtitiam conſcendi poſſe dicunt.

XXX. Aut tentationi ulli ſine gratiæ ipſius adjutorio reſiſtere hominem poſſe, ſic ut in eam non inducatur, aut ab ea ſuperetur.

XXXI. Caritas perfecta, & ſincera, quæ eſt ex corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, tam in Cathecumenis, quam in Pœnitentibus poteſt eſſe ſine remiſſione peccatorum.

XXXII. Caritas illa quæ eſt plenitudo Legis non eſt ſemper conjuncta, cum remiſſione peccatorum.

XXXIII. Cathecumenus juſte, recte, & ſancte vivit, & mandata Dei obſervat, ac Legem implet per caritatem ante obtentam remiſſionem peccatorum, quæ in Baptiſmi lavacro demum percipitur.

XXXIV. Diſtinctio illa duplicis amoris, naturalis, videlicet, quo Deus amatur, ut auctor naturæ, & gratuiti, quo Deus amatur, ut beatificator, vana eſt, & commentitia, & ad illudendum ſacris literis, & plurimis veterum teſtimoniis excogitata.

XXXV. Omne quod agit peccator, vel ſervus peccati, peccatum eſt.

XXXVI. Amor naturalis, qui ea viribus naturæ oritur, ex ſola Philoſophia per elationem præſumptionis humanæ, cum iniuria Crucis Chriſti defenditur a nonnullis Doctoribus.

XXXVII. Cum Pelagio ſentit, qui bonum aliquod naturale, hoc eſt, quod ex naturæ ſolis viribus ortum ducit, agnoſcit.

XXXVIII. Omnis amor Creaturæ rationalis, aut vitioſa eſt cupiditas, qua mundus diligitur, quæ Joanne prohibetur, aut laudabilis illa caritas, quæ per Spiritum Sanctum in corde diffuſa Deus amatur.

XXXIX. Quod voluntarie fit, etiam ſi neceſſitate fiat, libere tamen fit.

XL. In omnibus ſuis actibus peccator ſervit dominanti cupiditati.

XLI. Is libertatis modus, qui a neceſſitate, ſub libertatis nomine non reperitur in ſcripturis, ſed ſolum nomen libertatis a peccato.

XLII. Juſtitia qua juſtificatur per fidem impius, conſiſtit formaliter in obedientia mandatorum, quæ eſt operum juſtitia, non autem in gratia aliqua animæ infuſa, qua adoptatur homo in filium Dei, & ſecun-

Digitized by Google

dum interiorem hominem renovatur, ac Divinæ naturæ conſors efficitur, nt ſic per Spiritum Sanctum renovatus deinceps bene vivere, & Dei mandatis obedire poſſit.

XLIII. In omnibus pœnitentibus ante Sacramentum abſolutionis, & in Cathecumenis ante Baptiſmum eſt vera juſtificatio, ſeparata tamen a remiſſione peccatorum.

XLIV. Operibus pleriſque, quæ a fidelibus fiunt, nt mandatis Dei pareant, cujuſmodi ſunt obedire Parentibus, Depoſitum reddere, ab homicidio, a furto, a fornicatione abſtinere, juſtificantur quidem homines, quia ſunt Legis obedientiæ, & veræ Legis juſtitiæ, non tamen iis obtinent incrementa virtutum.

XLV. Sacrificium Miſſæ non alia ratione eſt Sacrificeium, quam generali illa, qua omne opus, qnod fit, ut ſancta ſocietate Deo homo inhæreat.

XLVI. Ad rationem, & definitionem peccati non pertinet voluntarium, nec definitionis qnæſtio eſt, ſed cauſæ, & originis, utrum omne peccatum debeat eſſe voluntarium.

XLVII. Unde peccatum originis vere habet rationem peccati ſine ulla relatione, ac reſpectu ad voluntatem a qua originem habuit.

XLVIII. Peccatnm originis eſt actuali parvuli voluntate voluntarium, & habitualiter dominatur parvulo, eo quòd non gerit contrarium voluntatis arbitrium.

XLIX. Ex habituali voluntate dominante fit, ut parvulus decedens, ſine regenerationis Sacramento, quando uſum rationis conſecutus erit, actualiter Deum odio habeat, Deum blaſphemet, & Legi Dei repugnet.

L. Prava deſideria, quibus ratio non conſentit, & quæ homo invitus patitur, ſunt prohibita præcepto non concupiſces.

LI. Concupiſcentia, ſive lex membrorum, & prava ejus deſideria, quæ inviti ſentiunt homines, ſunt vera Legis obedientia.

LII. Omne ſcelus ejus eſt conditionis, ut ſuum Auctorem, & omnes Poſteros eo modo inficere poſſit, quo inficit prima transgreſſio.

LIII. Quantum eſt ea vi tranſgreſſionis, tantum meritorum malorum a generante contrahunt, qui cum minoribus naſcuntur vitiis, quam qui cum majoribus.

LIV. Definitiva hæc ſententia, Deum homini nihil impoſſibile præcepiſſe, falſo tribuitur Auguſtino, cum Pelagii ſit.

LV. Deus non potuiſſet ab initio talem creare hominem, qualis nunc naſcitur.

LVI. In peccato duo ſunt, actus, & reatus, tranſeunte autem actu nihil manet niſi reatus, ſive obligatio ad pœnam.

LVII. Unde in Sacramento Baptiſmi, aut Sacerdotis abſolutione, proprie reatus peccati dumtaxat tollitur, & Miniſterium Sacerdotum ſolum liberat a reatu.

LVIII. Peccator pœnitens non vivificatur miniſterio Sacerdotis abſolventis, ſed a ſolo Deo, qui pœnitentiam ſuggerens, & inſpirans, vivificat eum, & reſuſcitat, Miniſterio autem Sacerdotis ſolus reatus tollitur.

LIX. Quando per eleemoſynam, aliaque pietatis opera Deo ſatisfacimus pro pœnis temporalibus, non dignum pretium Deo pro peccatis noſtris offerimus, ſicut quidam errantes autùmant, nam alioquin eſſemus ſaltem aliqua ex parte Redemptores, ſed aliquid facimus cujus intuitu Chriſti ſatisfactio Nobis applicatur, & communicatur.

LX. Per paſſiones Sanctorum Indulgentiis communicatas non proprie redimuntur noſtra delicta, ſed per communionem charitatis Nobis eorum paſſiones impartiuntur, ut digni ſumus, qui pretio Sanguinis Chriſti a pœnis pro peccatis debitis liberemur.

LXI. Celebris illa Doctorum diſtinctio, Divinæ Legis mandata biſariam impleri, altero modo quantum ad præceptorum operum ſubſtantiam tantum, altero quantum ad certum quemdam modum, videlicet ſecundum quem valeant operantem perducere ad Regnum æternum, hoc eſt ad modum meritorum, commentitia eſt, & explodenda.

LXII. Illa quoque diſtinctio, qua opus dicitur biſariam bonum, vel quia ea obiecto, & omnibus circumſtantiis rectum eſt, & bonum, quod moraliter bonum appellari conſuevit, vel quia eſt meritorium Regni æterni, eo quod fit a vivo Chriſti membro per ſpiritum caritatis, reücienda putatur.

LXIII. Similiter, & illa diſtinctio duplicis Juſtitiæ, alterius, quæ fit per ſpiritum charitatis inhabitantem, alterius, quæ fit ea inſpiratione quidem Spiritus San. cor ad pœnitentiam excitantis, ſed nondum cor inhabitantis, & in eo charitatem diffundentis, qua Divinæ Legis juſtificatis impleatur, odioſiſſima, & pertinaciſſima reiicitur.

LXIV. Denique, & illa diſtinctio duplicis vivificationis, alterius, qua vivificatur peccator, dum ei pœnitentia, & vitæ novæ propoſitum, & inchoatio per Dei gratiam inſpiratur, alterius qua vivificatur, qui vere juſtificatur, & palmes vivus in vitæ Chriſti efficitur, commentitia judicatur, & ſcripturis minime congruens.

LXV. Nonniſi Pelagiano errore admitti poteſt uſus aliquis liberi arbitrii bonus, ſive non malus, & gratiæ Chriſti iniuriam facit, qui ita ſentit, & docet.

LXVI. Sola violentia repugnat libertati hominis naturali.

LXVII. Homo peccat, etiam damnabiliter in eo quod neceſſario facit.

LXVIII. Infidelitas pure negativa in his, quibus Chriſtus non eſt prædicatus, peccatum eſt.

LXIX. Juſtificatio impii fit formaliter per obedientiam Legis, non autem per occultam communicationem, & inſpirationem gratiæ, quæ per eam juſtificatos faciat implere Legem.

LXX. Homo exiſtens in peccato mortali, ſive in reatu æternæ damnationis poteſt habere veram caritatem, & caritas etiam

per-

perfecta poteſt conſiſtere cum reatu æternæ damnationis.

LXXI. Per contritionem, etiam cum caritate perfecta, & cum voto ſuſcipiendi Sacramentum conjunctum non remittitur crimen extra caſum neceſſitatis, aut martyrii, ſine actuali ſuſceptione Sacramenti.

LXXII. Omnes omnino juſtorum afflictiones ſunt ultiones peccatorum ipſorum, unde Job, & Martyres, quæ paſſi ſunt, propter ſua peccata paſſi ſunt.

LXXIII. Nemo præter Chriſtum eſt abſque peccato originali. Hinc Beata Virgo mortua eſt propter peccatum ex Adam contractum, omneſque ejus afflictiones in hac vita, ſicut aliorum juſtorum fuerunt ultiones peccati actualis, vel originalis.

LXXIV. Concupiſcentia in Renatis, relapſis in peccatum mortale, in quibus jam dominatur, peccatum eſt, ſicut & alii habitus pravi.

LXXV. Motus pravi concupiſcentiæ ſunt pro ſtatu hominis vitiati, prohibiti præcepto, Non concupiſces, unde homo eos ſentiens, tranſgreditur præceptum, non concupiſces, quamvis tranſgreſſio in peccatum non deputetur.

LXXVI. Quandiu aliquid concupiſcentiæ carnalis in diligente eſt, non facit præceptum diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.

LXXVII. Satisfactiones laborioſæ juſtificatorum non valent expiare de condigno pœnam temporalem poſt culpam condonatam.

LXXVIII. Immortalitas primi hominis non erat gratiæ beneficium, ſed naturalis conditio.

LXXIX. Falſa eſt Doctorum ſententia, primum hominem potuiſſe a Deo creari, & inſtitui ſine juſtitia naturali.

Damnatio prædictarum propoſitioni.

§.2. Quas quidem ſententias ſtricto coram Nobis examine ponderatas, quamquam nonnullæ aliquo pacto ſuſtineri poſſent, in rigore, & proprio verborum ſenſu ab aſſertoribus intento, hæreticas, erroneas, ſuſpectas, temerarias, ſcandaloſas, & impias, aures offenſionem immittentes reſpective, ac quæcumque ſuper iis verbo, ſcriptoque omiſſa, præſentium auctoritate damnamus circumſcribimus, & abolemus, deque eiſdem, & ſimilibus poſt hac quoque quocumque pacto loquendi, ſcribendi, & diſputandi facultatem quibuſcumque interdicimus, qui ſecus fecerint, ipſos omnibus dignitatibus, gradibus, honoribus, beneficiis, & officiis perpetuo privamus, ac etiam inhabiles ad quæcumque decernimus, vinculo quoque anathematis eo ipſo innodamus; a quo nullus Romano Pontifice inferior, valeat ipſos, excepto mortis articulo, liberare.

§.3. Ceterum, ut jam commoti his de rebus tumultus, & contracta odia facilius comprimi poſſint, ſimulque animarum ſaluti plenius conſolatur, dilecto filio noſtro Antonio tituli Sancti Bartholomæi in Inſula Presbytero Cardinali Granvelano nuncupato per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut ipſe quid ad perpetuam dictarum ſententiarum, & ſcripturarum abolitionem, quid ad arcenda hujuſmodi proloquia, & diſputationes; quid denique ad unionem, & pacem cum communi omnium, & Eccleſiæ Catholicæ ſatisfactione componendam facto opus ſit, in primis diligenter expendat, deinde in iis omnibus, quæ pro communi ſalute, tranquillitate, & honore optimum Judicaverit, ſalva ſemper Eccleſiæ prædictæ unitate etiam per alium, ſeu alios Fide, Doctrina, & Religione præſtantes ocius exequatur, faciatque quicquid decreverit, inviolate ab omnibus obſervari, contradictores quoslibet per cenſuras, & pœnas prædictas, ceteraque juris, & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtantibus quod forſitan aliquibus ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, Indulgentiis, & literis Apoſtolicis ſpecialibus, vel generalibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus præſentium impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis.

§.5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ damnationis, circumſcriptionis, abolitionis, interdicti, decreti, mandati, privationis, & innodationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, Kalendis Octobris, Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Fides transumptorum.

§.6. Ceterum volumus, ut earumdem literarum tenori hic inſerto illa ipſa omnino fides adhibeatur ubicumque, & quandocumque, ſive in judicio, ſive alibi illc fuerit exhibitus, vel oſtenſus, ſicut illius originalibus literis prædictis adhiberetur, ſi ipſæ exhiberentur, vel oſtenderentur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 29. Januar. 1579. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, Quarto Kalendas Februarii, Pontificatus noſtri Anno VIII.

Decla-

CXII.

Declaratio quorumdam ſtatutorum, & privilegiorum Militiæ & Religionis S. Joannis Hieroſolymitani, circa profeſſionem emittendam, habitumque ſuſcipiendum. Et confirmatio exemptionis a ſolutione decimarum, & aliorum onerum quorumcumque.

Quo ad primam partem videri poteſt Conſt. XI. T. IV. P. II. Pii IV. Circumſpecta. *fol.* 20. *Et quo ad ſecundam partem vid. ſup. Pii V.* Et ſi cuncta *fol.* 49.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

QUO magis ac firmius Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, Ordini. Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, & Nobis acceptiſſimi, ac de Chriſtiano nomine, fideique Catholicæ defenſione optime merito, illiuſque Magno Magiſtro, Præceptoribus, & Commendatariis hactenus per Sedem Apoſtolicam conceſſa privilegia præſerventur, quo eumdem Ordinem complectimur, æquum eſt providere.

Clemens VII. ſtatuit beneficia, & penſiones habentes, habitum ſuſcipere debere, & profeſſionem emittere infra ſex menſes.

§. 1. Dudum ſiquidem fel. recordationis Pius Papa IV. Prædeceſſor noſter, dum ſavore ejuſdem Hoſpitalis, & Religionis, privilegia eidem antea conceſſa confirmavit, atque approbavit, vel etiam ampliavit, animadvertens piæ mem. Clementem Papam VII. etiam Prædeceſſorem noſtrum ſtatuiſſe, quod omnes & ſinguli Bajulivarum, Prioratuum, Præceptoriarum, domorum, & beneficiorum in vim collationum eis factarum poſſeſſores, ſæculares, aut alterius Ordinis regulares, ſeu penſiones ſuper illorum ſructibus, redditibus, & proventibus hujuſmodi, eatenus etiam per Sedem eamdem reſervatas, percipientes, illas & illa infra ſex menſes a die intimationis dictarum literarum in manibus Magiſtri, & Conventus prædictorum juxta formam ſtabilimentorum dictæ Religionis dimittere & transferre, ſeu illarum caſſationi conſentire tenerentur, alioquin beneficia & penſiones hujuſmodi niſi illa poſſidentes, & illas percipientes infra dictum tempus habitum ſuſciperent, & profeſſionem Regularem ipſius Religionis emitterent, lapſis menſibus ipſis vacarent, ac caſſæ & extinctæ eſſent, & eſſe cenſerentur eo ipſo.

Paulus III. ſtatuit Cappellanos provideri poſſe de Eccleſiis hujus Ordinis.

§. 2. Ac deinde recol. mem. Paulum Papam III. etiam Prædeceſſorem noſtrum, ut Magiſter, & ſinguli Priores, Bajulivi, Præceptores, Milites, & Fratres Hoſpitalis hujuſmodi pro eorum libito parochiales, ac etiam ſine cura Eccleſias, ſeu earum Vicarias, ſeu Cappellanias perpetuas, aut Cappellas, vel Altaria, ſeu alia beneficia ſimplicia ad eorum collationem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem ratione Prioratuum, Bajulivatuum, Præceptoriarum, etiam Camerarum magiſtralium nuncupatarum, hoſpitalium, domorum, & aliorum beneficiorum dicti Hoſpitalis per eos pro tempore obtentorum de jure, ſtatuto, conſuetudine, fundatione, aut privilegio, vel alias quomodolibet ſpectantia & pertinentia, ab ipſis Bajolivis, Præceptoriis, domibus, hoſpitalibus, & aliis beneficiis dependen. ſeu illis annexa, quæ dudum forſan Fratribus ſaltem Cappellanis ejuſdem Hoſpitalis, & ab eiſdem Magiſtro, Prioribus, Bajulivis, ac Præceptoribus, & aliis prædictis conſerebantur, a longo tamen & forſan longiſſimo tempore citra, de cujus initio memoria hominum forſan non exiſtebat, per ipſos Magiſtrum, Priores, Bajulivos, Præceptores, Milites, & Fratres, per abuſum aut ex defectu hujuſmodi Cappellanorum, vel aliarum perſonarum ejuſdem Hoſpitalis ad id idonearum, Clericis, ſeu Presbyteris ſæcularibus collata, aut conſerri, & per ipſos Presbyteros, vel Clericos ſæculares obtineri ſolita, etiam Fratribus hujuſmodi, præſertim Cappellanis nuncupatis, qui ut aſſeritur, a Presbyteris ſeu Clericis, niſi quo ad geſtationem Crocis, vel habitu d. Hoſpitalis ad pectus non deferebant, immo privilegiis Clericorum ſæcularium, juxta forſan eorum privilegia, & conſuetudines gaudere ſolebant, ſi ad id alias idonei & habiles reperirentur, conferre, ac alias de illis providere, & diſponere, ipſique Fratres, quibus beneficia hujuſmodi conſerri contingeret, illa ſi ibi alias canonice conſerrentur, aut ipſi eligerentur, præſentarentur, vel alias aſſumerentur ad illa, & inſtituerentur in eis, recipere, & in titulum, etiam quoad viverent, retinere, reſpective libere & licite valerent, ſtatuta & ordinationes extendiſſe & ampliaviſſe, eique deſuper indulſiſſe.

Pius IV. ſtatuit Clericos ſæculares non poſſe cedere beneficiis, niſi certo modo.

§. 3. Idem Pius IV. conceſſiones, & privilegia dictorum Prædeceſſorum confirmans, ipſos Magiſtrum, & Conventum, necnon Priorem Eccleſiæ, alioſque Priores, & Præceptores intra limites ſuarum juriſdictionum & adminiſtrationum veros Ordinarios, juxta formam ſuorum ſtabilimentorum, & privileginrum exiſtere, & eſſe cenſeri decrevit, ac beneficia Eccleſiaſtica, ad præſentationem ſeu collationem Bajulivorum, Priorum, & Præceptorum Hoſpitalis hujuſmodi ſuffragari debere, ita quod Presbyteri ſæculares illa tunc temporis in Commendam, ſeu alias quomodolibet obtinen. Commendæ hujuſmodi cedere, aut illa alias dimittere non poſſent, niſi de conſenſu eorum, ad quos præſentatio, ſeu collatio ſpectaret, & in favorem dicti Hoſpitalis, ſeu perſonarum, quæ habitum per fratres Cappellanos ejuſdem Hoſpitalis deferri ſolitum ſuſciperent, & profeſſionem per eos emitti ſolitam emitterent, nec illa deinceps ipſi niſi infra ſex menſes a die intimationis habitum ipſius Religionis ſuſcepiſſent, & regularem profeſſionem infra alios ſex menſes emiſiſſent, poſſidere poſſent, & ſi ſecus fieret, aut ceſſionem ſeu reſignationem hujuſmodi, aut de d. Ordinis beneficiis, etiam in manibus ſuis in futurum fieri contingeret, hujuſmodi ceſſiones, reſignationes, & Proviſiones nullios eſſent roboris vel momenti, niſi in illis expreſſe diceretur, & de conſenſu Magni Magiſtri, &

de

de illis juxta formam privilegiorum dictæ Religionis provideretur.

Paulus III. confirmavit quædam Statuta Religionis circa proviſionem beneficiorum.

§.4. Inter ſtatuta etiam ejuſdem Religionis per ſimilis mem. Paulum Papam III. ſimiliter Prædeceſſorem noſtrum, approbata & confirmata, ita cautum reperitur. Priores in ſuis Cameris Priuratibus, Bajulivi, & Commendatarii in ſuis commendis habeant proviſionem, vel præſentationem, beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura animarum, vel ſine, a ſuis commendis dependen. niſi id privilegio vel conſuetudine ad alios pertineat. Item frater Claudius de la Sengle Magiſter ſtatuit, ut omnia beneficia Eccleſiaſtica ejuſdem Ordinis, quorum collatio, aut præſentatio ad dictum Ordinem pertinet, nullis conferrentur, aut nulli ad ea præſentarentur, niſi eſſent Fratres ipſum Ordinem expreſſe profeſſi, & alias prout in ejuſdem Pii Quarti Prædeceſſoris præfati literis, ac ſtatutis, & ſtabilimentis, vel privilegiis dicti Hoſpitalis plenius continetur. Quæ omnia cum diſpoſitione juris communis maxime congruunt, tum auctoritati ſacroſancti Concilii Tridentini nituntur.

Hinc quæſtiones aliquæ ortæ ſunt.

§.5. Verum cum, ſicut accepimus, Clerici ſæculares poſſeſſores, cum cura & ſine cura beneficiorum eorumdem ad collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem Priorum, Bajulivorum, Commendatariorum, & poſſeſſorum aliorum dictæ Religionis bonorum, jure eorumdem Prioratuum, Bajulivatuum, Commendarum, & aliorum bonorum ejuſdem Religionis habitum ſuſcipere, & profeſſionem regularem, prout in eadem Religione conſuevit, emittere negligant, ac recuſent, in ſtatutorum ejuſdem Religionis contemptum, ac juris communis diſpoſitioni, & Concilii præfati decretis, privilegiis, quæ ab hac Sancta Sede Apoſtolica, ut præmittitur, conceſſis, contraveniendo, ac prætendant ejuſdem Pii IV. Prædeceſſoris noſtri, mentis, & intentionis non fuiſſe ad habitus ſuſceptionem, & profeſſionis emiſſionem eos teneri, qui poſt ab eodem Prædeceſſore obtentam privilegiorum confirmationem & ampliationem, de eiſdem ſive ſimilibus beneficiis conceſſiones fieri quomodocumque obtinuerunt, cum de illis qui tunc temporis in commendam ſeu alias obtinerent, eumdem Pium Quartum Prædeceſſorem ſub iſto verbo ad præſens ſtatuiſſe dumtaxat prætendatur. Allegantes quod commendæ, proviſiones, ſive alias quomodocumque conceſſiones de ſimilibus beneficiis eiſdem factæ poſt datam ejuſdem Pii Quarti Prædeceſſoris literarum, ſive mentio fiat, ſive reticeatur, beneficia eſſe dictæ Religionis, ſunt loco abſolutionis, ac derogationis tacitæ ſtatutorum & privilegiorum ejuſdem Ordinis, ita ut ad ſuſcipiendum illius habitum, ac profeſſionem emittendam minime teneantur, cum ſuſceptio habitus, & profeſſio ab eis emittenda ex ipſarum literarum ſerie expreſſe injunctæ fuiſſe non appareant; ex quibus eidem Ordini, illiuſque Magiſtro, Prioribus, Bajulivis, & Commendatariis, maxima in dies exoriuntur incommoda, atque perturbationes, præſertim dum eorumdem beneficiorum ſtatus ponitur in incerto.

Hic modo Pontifex inſiſtendo Concilio Tridentino ſu præ .. torum Pontificũ gratias confirmat

§.6. Quare Nos, ut par eſt, debito paſtoralis officii omnium Chriſtifidelium, præſertim vero eiuſdem Ordinis præfatarum regularium perſonarum pro Jeſu Chriſti nomine, ac Catholicæ fidei tuitione ad interitum uſque jugiter laborantium, commodis & indemnitati, quantum in Nobis eſt, proſpicere cupientes, ſimulque de communi ejuſdem Ordinis ac Religionis bono vehementer ſoliciti, ne quid ei indebite detrahatur, ſacrorum Canonum ac decretorum d. Concilii, eorumdemque ſtatutorum & privilegiorum auctoritati, & tenoribus innitentes, eademque privilegia, ſtatuta, & ordinationes, ac dictorum Prædeceſſorum noſtrorum literarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illaque omnia approbantes, & confirmantes, præſentiſque noſtri ſcripti patrocinio communientes, ac rata & grata habentes, ac quatenus opus ſit, innovantes, & de novo concedentes.

Declarat etiã proviſos per Sedem Apoſtolicam teneri habitum ſuſcipere.

§.7. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, auctoritate præſentium declaramus, nunquam intentionis Prædeceſſorum noſtrorum, vel noſtræ fuiſſe, in proviſionibus, ſive commendis, aut quibuſvis aliis conceſſionibus beneficiorum Ordinis, & Religionis hujuſmodi, ſive illa curata ſive ſine cura ſint, per eoſdem Prædeceſſores noſtros, vel per Nos & eamdem Sedem forſan etiam cum ſimplici derogatione privilegiorum & ſtabilimentorum Religionis prædictæ, non tamen ſpeciali, de non ſuſcipiendo habitum, & non emittendo profeſſionem mentione, ſeu per Magiſtrum, Conventum, Priores, Bajulivos, ac Commendatarios, vel alios, quibuſcumque perſonis cujuſcumque ſtatus & dignitatis, factis & conceſſis, tacite illos abſolvendi, quo minus juxta ejuſdem Ordinis ſtatuta, & privilegia infra tempus præfixum habitum ſuſcipere, & profeſſionem per Fratres ejuſdem Ordinis emitti ſolitam emittere debeant regularem, etiam ſi hoc explicite in eorumdem Prædeceſſorum, aut noſtris literis adiectum, vel injunctum his, ad quorum favorem hujuſmodi beneficia conceſſa extiterint, nequaquam fuerit.

Et non ſuſcipientes infra ſex mẽſes pœnas hic enunciatas incurrunt.

§.8. Ac quo noſtra hæc intentio ſingulis apertius innoteſcat, ſtatuimus, ut omnes & ſinguli, qui vel per Sedem præfatam, vel per Nos aut Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, etiam cum ſimplici derogatione privilegiorum, ſeu per Priores, Bajulivos, & Commendatarios fuerunt de beneficiis hujuſmodi proviſi, ſive hi, quibus eadem commendata, aut quomodolibet conceſſa extiterunt, etiam ſi ſuper his in Curia vel extra aliqua lis pendeat, ac de eiſdem in poſterum perpetuis futuris temporibus providebuntur, aut demum quibus eadem commendabuntur, vel concedentur, etiam per Sedem Apoſtolicam ſi poſt ſex menſes a die, quo id eis legitime indictum

atque

Digitized by Google

atque denunciatum fuerit, illico numerandos, profeſſionem non emiſerint, & habitum non ſuſceperint Ordinis prædicti, abſque alia deſuper facienda declaratione & citatione, omni & quocumque jure in dictis beneficiis vel ad illa competente careant eo ipſo, ipſique tamquam illiciti detentores & occupatores, & intruſi ab eiſdem amoveantur, deque illis tanquam de jure atque de facto vacantibus, Magiſtrum, ac Conventum, Priores, Bajulivos, & Commendatarios, & alios ad quos ſpectat, libere providere, ac de illis juxta Magiſtri & Religionis præfatæ ſtabilimenta, & conſuetudines exequi poſſe, eorumdemque poſſeſſores ab eorumdem beneficiorum poſſeſſione, vel potius detentione & occupatione amovendos eſſe, prout Nos in dictum caſum & eventum amovemus, ac regulis de annali & triennali poſſeſſore, & aliis privilegiis, remediiſque quibuſcumque, etiam in corpore juris clauſis, quibus diutini beneficiorum poſſeſſores utuntur, potiuntur, & gaudent, uti, potiri, & gaudere non poſſe, quamvis etiam longiſſimi temporis præſcriptione minime obſtante, verum eoſdem pro amotis & expulſis habendos eſſe, & cenſeri; amotiſque & expulſis actionem ſpolii, nec unde vi, vel aliud quodvis remedium poſſeſſorium ſive petitorium competere, ſeu deſuper propterea agere non valere.

Suſcipientes autem ſpolia condoqui poſſunt.

§.9. Et quo facilius ſiqui ad præſens reperiuntur quomodolibet proviſi de beneficiis a Prioratibus, Bajulivatibus, & Commendis hujuſmodi dependentibus, ſeu ad illorum collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem ſpectantibus, etiam habitum dictæ Religionis non ſuſceperunt, ad habitus ipſius ſuſceptionem, & profeſſionis emiſſionem inducantur, eiſdem Prioribus, Bajulivis, & Commandatariis licentiam, & facultatem concedimus, ipſis condonandi, & relaxandi eorum ſpolia, quæ ad dictos Priores, Bajulivos, & Commendatarios ſpectant, ita ut de illis diſponere poſſint, tam in vita quam in mortis articulo, condonationemque ac relaxationem hujuſmodi ejuſdem roboris, ac momenti eſſe, ac ſi ab eadem Sede emanaſſent.

Confirmat Pii V. exemptionem a decimis, & aliis oneribus.

§.10. Necnon fel. record. Pii Papæ V. etiam Prædeceſſoris noſtri literis inhærentes, illaſque approbantes, & confirmantes omnes, & ſingulas perſonas in d. Ordinis beneficiis quomodolibet exiſtentes a ſeminarii Clericorum in qualibet Civitate juxta dicti Concilii decreta erecti, ſeu erigendi, ac decimarum ſubſidii, & aliorum onerum contributione totaliter eximimus, & liberamus, ac liberos, & exemptos eſſe volumus. Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac dicti Ordinis apud Nos, dictamque Sedem Protectores, & alios Sanctæ Rom. Ec. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Deputat executores hujus Bullæ.

§.11. Quocirca dilectis filiis in Regnis Hiſpaniarum, & Neapolitani, noſtris & Sedis Apoſtolicæ, pro tempore exiſtentibus Nunciis, aut Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, & quibuſcumque Conſervatoribus per eoſdem Magiſtrum Bajulivos, Priores, & Commendatarios juxta formam privilegiorum Ordinis prædicti in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, electis, & eligendis, per præſentes Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Magiſtri, & Conventus, ſive Priorum, Bajulivorum, Præceptorum, & Commendatariorum præfatorum, & aliarum perſonarum, & poſſeſſorum præfatorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eos præmiſſis omnibus, & ſingulis, juxta præſentium continentiam, & tenorem pacifice, frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper a quoquam quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, ac rebelles, & præmiſſis non parentes per opportuna juris, & facti remedia, ac demum per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogat contrariis.

§.12. Non obſtantibus commendis, & proviſionibus, aliiſque diſpoſitionibus, vel conceſſionibus, quibuſcumque verborum formulis illa conceſſa fuerint, ac fel. rec. Bonifacii Papæ Octavi, Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres aliquis auctoritate præſentium ad judicium trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, contrariis quibuſcumque; aut ſi aliquibus communiter vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Clauſulas præſervativas apponit.

§.13. Decernentes præſentibus, & in eis contentis omnibus per quaſvis literarum conceſſiones, proviſiones, & alias quaſlibet diſpoſitiones, aliter quam ut præmittitur, per Nos, vel eamdem Sedem factas, vel forte quomodolibet faciendas, aut concedendas, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia derogari non poſſe, nec derogatum cenſeri, cujuſcumque tenoris, & formæ emanaverint, & cum quibuſcumque decretis, clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis fortioribus, & inſolitis, etiam ſi cauſas quaſcumque legitimas, & favorabiles continerent, quinimmo per præſentes illis omnibus expreſſe derogamus, earum tenores pro ſufficenter expreſſis habentes, præſentibus ſemper in ſuo robore

per-

Digitized by Google

permanſuris, niſi harum tenor de verbo ad verbum in illis eſſet inſertus, & Magiſtri Conventus conſenſus accederet.

Tranſumptis credi jubet.

§.14. Volumus autem quod præſentium tranſumptis, &c.

D.P. A.VIII. 23. Martii.

Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 23. Martii, 1580., Pontificatus noſtri anno VIII.

CXIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Applicatio unius Caroleni pro qualibet Navi ad Ripam Tyberis appellente pro Manutentione Societatis doctrinæ Chriſtianæ, illiuſque Eccleſiæ in Regione Tranſtyberina inſtitutæ.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium, & facti ſeries.

§.1. ET ſi erga omnes Chriſtifideles ex aſſuetæ benignitatis Officio gratioſos, & favorabiles eſſe deceamus, illoſque tamen potioribus gratiis proſequendos cenſemus, qui Spiritus Sancti gratia cooperante in jaciendis fundamentis fidei, extra quam nulla eſt ſalus mentibus puerorum, ſe indefeſſos præbent. Cum itaque ſicut Nobis innotuit omnes naves, & naviculæ ad Ripam Fluminis Tyberis Urbis noſtræ appellentes, ſemel quolibet anno unum carolenum pro qualibet ipſarum navium, & navicularum, ab antiquo ſolvere conſueverint, qui carolenus Rectori Eccleſiæ olim forſan Parochialis Sanctæ Mariæ de Turri Regionis Tranſtyberim ejuſdem Urbis, ut idem Rector Eccleſiam ipſam paramentis ornatam teneret, ac ibi Miſſam quater in hebdomada celebraret, ſolvi ſolitus erat, prout ex literis patentibus bo. mem. Franciſci Alidoſii tituli Sanctæ Ceciliæ Presbyteri Cardinalis Papien. nuncupati, ſub cujus titulo dicta Eccleſia Sanctæ Mariæ conſiſtebat, ſeu ab illo dependebat, apparet, in quibus literis ipſe Franciſcus Cardinalis aſſerit ſe a Perſonis fide dignis certioratum fuiſſe, quod hujuſmodi carolenus ad dictum Rectorem ipſius Eccleſiæ Sanctæ Mariæ pertinebat. Quare idem Franciſcus Cardinalis, qui etiam in Provincia noſtra Patrimonii Sedis Apoſtolicæ Legatus de latere tunc exiſtebat ad hoc ut creditur, dictæ Sedis auctoritate ſuffultus, licet de ea expreſſa mentio non fiat in dictis ſuis literis, prohibet Conſulibus & Mercatoribus dictæ Ripæ, & Piſcivendulorum ſub pœna excommunicationis, ne amplius dictum carolenum a navibus, & naviculis hujuſmodi ad Ripam præfatam appellentibus percipere, ſeu exigere auderent, ſed illum per Rectorem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ hujuſmodi, qui quater in Hebdomada Miſſam celebrare, & ipſam Eccleſiam Sanctæ Mariæ pro Miſſæ ſervitio paratam tenere deberet, ut præfertur, percipi, & exigi ſinerent, ſeu permitterent, prout in literis prædictis anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptimo confectis plenius continetur.

§.2. Et licet veriſimiliter credatur Rectores dictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, qui pro tempore fuerunt, etiam poſt emanatas hujuſmodi literas dictum carolenum exegiſſe. Nihilominus propter bellorum, quæ deinde in dicta Urbe viguerunt, injurias, & noviſſimum ejuſdem Urbis excidium, ac etiam peſtium contagiones, quibus ipſa Urbs oppreſſa fuit, nulla alia reperiatur ſcriptura, quæ pro parte dictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ deſuper oſtendi poſſit, niſi dictæ literæ patentes ipſius Franciſci Cardinalis, unde dicti Conſules carolenum præfatum aliquo tempore exegerunt, veruntamen de præſenti adſunt multi Teſtes, qui enim pro parte ejuſdem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ literæ monitoriales ſuper præmiſſis ſub pœna excommunicationis contra ſcientes, & non revelantes a dilecto filio noſtro in dicta Urbe Vicario obtentæ, & ſubſequenter more ſolito publicatæ fuerint, revelarunt ſe audiviſſe a perſonis, quæ ſuper dicta Ripa per quadraginta annos & ultra converſatæ ſunt, quod dictus carolenus eidem Eccleſię Sanctę Mariæ ſolutus fuit, ac ulterius licet dicti Conſules pluries moniti, ſeu citati, aut alias vocati fuerint coram dilecto filio Rodulpho Bonfiolo Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Generali Commiſſario ad docendum, & oſtendendum, qua auctoritate, & quo jure dictum carolenũ exigerent, tamen nihil aliud unquam dixerint, vel allegaverint, niſi quod ipſi Conſules in poſſeſſione dictum carolenum exigendi exiſtebant. Quapropter tandem noviſſime eiſdem Conſulibus ad inſtantiam d. Cameræ inhibitum fuit, ne dictum carolenum exigere, quin immo illud omne, quod eatenus pro præterito exinde exegerant, reſtituere & ſolvere deberent: adeo ut ſtante hujuſmodi inhibitione, neque Conſules præfati, nec quiſque alius dictum carolenum de præſenti exigant, ipſæque naves, & naviculæ ab eadem Ripa non ſoluto hujuſmodi caroleno recedant.

Applicatio unius Caroleni Societati Doctrinæ Chriſtianæ.

§.3. Cumque Nos pridem dictam Eccleſiam Sanctæ Mariæ Societati doctrinæ Chriſtianæ in eadem Eccleſia Sanctæ Agathæ inſtitutæ, ſeu eidem Eccleſiæ Sanctæ Agathæ, quæ etiam ipſi Societati Apoſtolica auctoritate perpetuo unita, ſeu conceſſa eſt, eadem auctoritate, etiam perpetuo univerimus, annexuerimus, & incorporaverimus, pro ut in noſtris inde confectis literis etiam plenius continetur, ipſaque Societas, & dilecti filii illius Socii in eadem Eccleſia Sanctæ Mariæ non ſolum quatuor Miſſas in hebdomada, ſed quotidie unam Miſſam celebrent, vel celebrari faciant ad quam Miſſam quotidianam audiendam Mercatores, & Nautæ ejuſdem Ripæ, qui forſan alias Miſſam ſaltem ita frequenter, non audirent, devotiſſime confluunt, Nos in præmiſſis pro noſtri Paſtoralis officii debito opportune providere, ac omnem de cetero ſuper his dubitandi, altercandi, & litigandi materiam, vel occaſionem ſuccidere, & de medio prorſus tollere volentes, litemque, & cauſam, vel controverſiam, ſeu lites & cauſas, vel controverſias ſuper dicto caroleno, & illius exactione, ac jure illum exigendi, ſicut præfertur, & alias quomodoli-

bet tam judicialiter, quam extrajudicialiter, & tam coram eodem Rodulpho, quam quocumque, ſeu quibuſcumque aliis Judicibus ordinariis, vel extraordinariis, Delegatis, & ſubdelegatis, necnon etiam in eadem Camera, & extra eam ubilibet, & quomodulibet inter Conſules, & Societatem præfatos & quoſcumque alios motas, & ortas, ac etiam indeciſas pendentes io ſtatu, & terminis, in quibus reperiuntur a Rodulpho, & aliis Judicibus, ac etiam Camera præfatis, ad Nos harum ſerie avocantes, illaſque ſic avocatas perpetuo extinguentes, eandemque Societatem, & illius ſingulares Perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine dictum carolenum annuatim ab omnibus, & ſingulis navibus & naviculis præfatis ad dictam Ripam pro tempore appellentibos tam pro toto tempore præterito, quo, ut præfertur, exactus non fuit, quam ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus exigendum Eccleſiæ S. Mariæ, & conſequenter Societati hojuſmodi, cui ipſa Eccleſia S. Mariæ, ut præfertur, unita eſt, prædictis, ita quod liceat etiam ex nunc de cetero in perpetuum dictis ſociis ipſius Societatis præſentibus, & futuris per ſe, vel alium, ſeu alios eorum, & Eccleſiæ S. Mariæ, ac Societatis præfatarum nominibus propria auctoritate, dictum carolenum ſemel annuatim a quolibet navium & navicularum præfatarum, tam pro toto tempore præterito, quo ut præfertur exactus non fuit quam in poſterum petere, exigere, recipere, & recuperare ipſumque carolenum in Eccleſiæ S. Mariæ, & Societatis præfatarum uſus & utilitatem convertere, etiam Vicarii noſtri, & ſucceſſorum noſtrorum in dicta Urbe, nunc & pro tempore exiſtentis, aut cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita, cum eo quod ipſi ſocii in eadem Eccleſia S. Mariæ Miſſas quater iu hebdomoda celebrare, ſeu celebrari facere, ipſamque Eccleſiam S. Mariæ paramentis ornatam manutenere, ut præfertur, debeant, & teneantur, eadem Apoſtolica auctoritate tenore præſentium etiam perpetuo applicamus, & appropriamus, ac etiam concedimus, & aſſignamus.

§.4. Necnon Conſulibus præfatis, & quibuſvis aliis perpetuum deſuper ſilentium imponimus, præſentes quoque etiam ex eo, quod ipſi Conſules, aut alii intereſſe habentes ad hoc vocati non fuerint, ſeu qoavis, vel quibuſvis aliis cauſis, de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quovis aliu defectu notari, ſeu impugnari, aut alias quomodolibet infringi, vel retractari nullatenus unquam poſſe, ſed illas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ſuos pleoarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus & ſingulis inviolabiliter perpetuo obſervari.

Clauſulæ.

§.5. Sicque in præmiſſis ab omnibus cenſeri ae ita, & non aliter per præfatos, & quoſcumque alios Judices, etiam caoſarum Palatii Apoſtolici Auditores, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, ac etiam in dicta Camera, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Mandatur executio.

§.6. Quocirca eidem Urbis Vicario, ac Venerabili Fratri Epiſcopo Maceraten., & dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta, quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictæ Societatis fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant dictam ſocietatem præmiſſis omnibos, & ſiogulis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos per præfatos Conſules, & alios quoſcumqoe deſuper quomodolibet indebite moleſtari, Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, alianue opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus ſententias, cenſuras, & pœnas Ipſas, etiam iteratis vicibus aggravandu, iovocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac felicis recordationis Pii Papæ IV. Prædeceſſuris noſtri, per quam ſtatuit, & ordinavit, quod omnes, & ſinguli cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentes, qui aliquas gratias, & conceſſiones, quæ aliqua ea parte quavis ratione, ſeu cauſa directe, vel indirecte, principaliter, ſecundario, vel acceſſurie, aut alias quovis modo Cameræ præfatæ, aut qualecumque minimum præjudicium, vel intereſſe, gravamen, ſeu detrimentum concernere cenſerentur illa intra tres menſes, a die eorum impetrationis computandos, in eadem Camera præſentare, ac ibidem regiſtrari facere deberent, & tenerentur, alioquin lapſis tribus menſibus eiſdem, ac gratiis, vel conceſſionibus non præſentatis minuſque regiſtratis illæ in judicio, & extra oullatenus fidem facere poſſent, & tamquam non conceſſæ, nullæque, & ipſo jure invalidæ, ac nullius roboris, vel momenti fuiſſe, eſſe, & fore, neminique, ut præfertur, ſuffragari poſſe, & regula noſtra de non tollendo jure quæſito, ſi opus ſit, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon literis, pendentia, ſeu controverſia, vel differentia, ac etiam Urbis, & Ripæ Cameræque præfatarum juramentu, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia robora-

boratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam illis, & illarum ceteriſque præfatis, & quibuſvis aliis ſuperioribus, & perſonis, necnon etiam dictis Conſulibus, & Piſcivendulis, ac quibuſvis aliis perſonis, in genere, vel in ſpecie, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, etiam Motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus, ac etiam Conſiſtorialiter, ac alias in præmiſſis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etſi de illis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, tenores hujuſmodi, pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe, ac fore decernimus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 13. Aprilis 1580. An. VIII. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 8. Aprilis, 1580. Pont. noſtri Anno VIII.

CXIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev. Approbatio Inſtitutionis, & Statutorum Confraternitatis Sanctæ Catharinæ de Senis de Urbe, cum facultate eadem innovandi, & Indulgentiarum elargitione.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. EX debito Miniſterii Paſtoralis ad ea noſtræ operationis ſtudia diligenter convertimus, per quæ charitatis, & miſericordiæ opera, ubique locorum præſertim in Alma Urbe noſtra omnium virtutum proprio domicilio exerceantur, ac pia Fidelium vota, Divini cultus augumentum, & ipſorum Chriſtifidelium animarum ſalutem concernentia optatum conſequantur effectum, ut ea quæ ad eum finem, per fideles ipſos pie facta, & ordinata fuiſſe dicuntur, firma perpetuo, & illibata perſiſtant, libenter Apoſtolico munimine roboramus, coſque ad Sancta opera exercenda Indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus propoſitis libenter invitamus.

Facti ſeries, & cauſa Conſtitutionis. §. 1. Cum itaque ſicut dilecti filii Gubernator, & Priores Confraternitatis Sanctæ Catharinæ Nationis Senenſium de Urbe exponi Nobis nuper fecerunt, dicta Confraternitas a centum annis, & amplius inſtituta fuerit, ac illius Confratres in piis, & charitativis operibus, prout alii aliarum dictæ Urbis Confraternitatum Confratres, ſe ſe exercuerint, & exerceant de præſenti, & literæ Apoſtolicæ Inſtitutionis, dictæ Confraternitatis confirmatoriæ non inveniantur, pro parte dictorum Gubernatoris, & Priorom Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus illis in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur, Nos qui pia Charitatis opera omni adhibito ſtudio exerceri, ſinceris exoptamus affectibus, dictos Gebernatorem, & Priores, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati Inſtitutionem dictæ Confraternitatis, ac Capitula, & ordinationes pro bono, & felici illius regimine, & directione ab eiſdem Confratribus hactenus facta, & condita, licita tamen, & honeſta, & Sacris Canonibus, ac Decretis Concilii Tridentini non contraria Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ſupplemus, necnon Gubernatori, & Prioribus, ac Confratribus præfatis, & pro tempore exiſtentibus quæcumque alia ſtatuta, ut præfertur, qualificata de novo edendi, & faciendi, ſeu per eos edita reformandi, mutandi, & alterandi, ac in totum tollendi, & abrogandi toties, quoties, id pro ſalubri directione, & manutentione dictæ Confraternitatis judicaverint expedire, licentiam concedimus.

Conceſſio Indulgentiarum. §. 2. Necnon de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui dictam Confraternitatem ingredientur in die primi illorum ingreſſus, præterea ipſis Chriſtifidelibus, etiam vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam Sanctæ Catharinæ de Senis nuncupatam, in qua dicta Confraternitas inſtituta reperitur, in feſto ejuſdem Sanctæ Catharinæ per dictos Confratres celebrando, ac aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis devote viſitaverint, & pias inibi preces, prout unicuique ſuggeret devotio, effuderint, necnon ipſis Confratribus in articulo mortis nomen Jeſu invocantibus, ſive aliquod pœnitentiæ ſignum oſtendentibus plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem auctoritate, & tenore præmiſſis elargimur.

§. 3. Ad hæc dictæ Confraternitatis utriuſque ſexus Confratribus, qui in Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ac Pentecoſtes, & Omnium Sanctorum Feſtis, & prima Dominica cujuslibet menſis in Eccleſia præfata, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum devote ſumpſerint, Decem, quique feria ſecunda cujuslibet menſis Anniverſariis pro animabus Confratrum dictæ Confraternitatis defunctorum celebrandis interfuerint, alios decem annos, & totidem quadragenas, necnon qui audita morte alicujus ex dictis Confratribus ter orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam recitaverint, quique veſtibus dictæ Confraternitatis induti cadavera Defunctorum dictæ Confraternitatis, ad Sepulturam aſſociaverint, & orationibus pro De-

ſunctis hujuſmodi peragendis interfuerint, alios centum dies, deinde qui confeſſi, & communicati virgines nubendas, & ad Eccleſiam Beatæ Mariæ Virginis ſuper Minervam de Urbe Proceſſionaliter accedentes, & inde recedentes aſſociaverint, plenariam omnium peccatorum Indulgentiam, necnon qui orationi quadraginta horarum decem annorum Indulgentiam, ac poſtremo qui Proceſſionibus dictæ Confraternitatis, ex qualibet devotione, & in quovis loco celebrandis interſuerint, & pias inibi preces ad Deum pro S. R. E. exaltatione, ac pace Chriſtianorum effuderint, decem annos de eis iniunctis, ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Clauſula ſive conditio pro validitate Indulgentiarum

§.4. Volumus autem, quod ſi præmiſſa peragentibus, aliqua alia Indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura per Nos conceſſa fuerit, præſentes literæ quoad Indulgentias, nullius ſint roboris, vel momenti.

Dat. die 10. Maii 1580. An. VIII.

Datum Romæ apud S. Petrum. ſub Annulo Piſcatoris die 10. Maii, 1580., Pont. noſtri Anno VIII.

CXV.

Statutorum Almæ Urbis confirmatio, cum declaratione, quod Statuta ordinatoria in Curia Capitolina obſerventur, deciſoria vero in omnibus Tribunalibus Urbis, ejuſque diſtrictus, ubi non extant particularia ſtatuta, de eiſdem caſibus diſponentia.

Sciat autem in cauſis criminalibus, Senatorem hæc Statuta quoad proceſſum non ſervare, ſed juxta facultates Gubernatoris Urbis procedere poſſe, ut conſuevit a Summis Pontificibus explicari in Brevi, quod pro Senatore expeditur in ejus electione. Et quoad Univerſitates Artium ponitur hic reintegratio hujuſmet Pontificis quoad earum juriſdictionem.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei

Adfuturam rei memoriam.

Exordium.

Urbem Romam, ex qua, veluti a capite, juris civilis prudentia defluxit, atque inde in alias Nationes longe lateque eſt diffuſa, legibus ſemper atque optimis abundare oportet inſtitutis, ut quæ tot donis, prærogativiſque excellit, ſeipſam in primis optime regat, aliiſque deinde Urbibus, exemplo Reipublicæ recta ratione adminiſtrandæ antecedat. Quod cum Nobis, pro eo quo illam Principis Apoſtolorum, ejus Succeſſorum, noſtrique & Chriſtianæ Religionis Sedem, proſequimur, veræ dilectionis affectu, debitoque noſtræ ſervitutis officio maxime ſemper curæ fuerit, plurimum in Domino lætati ſumus, dilectos filios populum Romanum, juſtitiæ colendæ ſtudio, ſolicitudini huic noſtræ reſpondiſſe. Illi enim, cum Urbis mores, conſuetudines & pleraque omnia negotia ita viderent eſſe confuſa, ut jus ſibi, cum ab antiquis tum a junioribus traditum, & denique ipſæmet canonicæ ſanctiones, in controverſiis, quæ quotidie in judicium vocantur, dirimendis, aliiſque rebus explicandis, prout tempus, moreſque poſtulant, non ita conveniant, ne quid ab eis in conceſſa ſibi facultate deſiderari contingat, privatas leges ſive ſtatuta præſentibus temporibus, ac negociis congruentia ſibi condere, noſtris auctoritate, & præſidiis freti inſtituerunt.

Populus Romanus inſtituit reformare antiqua Urbis, & nova condere Statuta.

§.1. Id vero, dum ſerio agunt, noviterque in juris hujuſmodi compoſitionem, Nobis annuentibus incumbunt, Statuta Urbis, quæ ſibi a majoribus ſuis relicta habebant, ſatis perplexa & confuſa invenerunt, in quorum libris, ob temporum vetuſtatem, Magiſtratuum fortaſſe negligentiam, multipliceſque ſuperiorum ætatum editas reformationes ſæpe, quæ adhuc vigebant, Conſtitutiones, una cum abrogatis & obſoletis, aliæque aliis contrariæ promiſcue continebantur.

Lucas Pætus a Populo una cum aliis deputatus, in tres libros ſtatuta redegit, & huic Pontifici exhibent.

§.2. Cupientes itaque iidem Populus, ut jus proprium in certam formam, & quaſi non diſſentientium inter ſe Statutorum conſonantiam redigeretur, ad præſentiumque temporum mores & negocia accommodaretur, provinciam hanc dilecto filio Lucæ Pæto utriuſque juris Doctori, nonnulliſque aliis Civibus Romanis demandandam curarunt, eorum vero aliquibus vita functis, aliis diverſorum negociorum occupatione diſtrictis, idem Lucas Statuta prædicta in quinque libros prius diſtributa, ſupervacaneis amputatis, necnon invicem pugnantibus, & iis quæ vel deſuetudine antiquata, vel contraria lege abrogata erant ſublatis, additiſque nonnullis reformationibus, ad dilectorum filiorum Conſervatorum, Populique Romani Officialium regimen & directionem ſpectantibus, quæ Nobis Populi eiuſdem nomine obtulerant, in tres breves admodum libros, certo diſtinctoque ordine redegit, Nobiſque ſuperioribus annis exhibuit.

Pontifex autem deputavit Cardinalem S. Severinæ, & alios hic nominatos ad illa examinandum, & corrigendum, prout emendarunt & correxerunt.

§.3. Qui intelligentes multa in Populum Romanum prædictum commoda, ex nova huiuſmodi Statutorum compilatione eſſe profectura, dilecto filio noſtro Julio Antonio tituli Sancti Bartholomæi in Inſula Presbytero Cardinali, S. Severinæ nuncupato mandavimus, ut convocatis dilectis filiis Conſervatoribus Cameræ Urbis, & Prioribus Capitum Regionum, qui pro tempore fuiſſent, necnon Hortenſio Frangipanio Urbis Cancellario, Antonio Vellio, Fabricio Lazaro, & qui einſdem Populi Romani Advocatus eſt, Horatio Burgheſio, & Vincentio Parentio Aulæ noſtræ Conſiſtorii, necnon Bernardino Biſcia, & Horatio de Arrigonibus in Romana Curia Advocatis, Stephano Creſcentio, Marcellino Alberino, Petro Paulo Fabio, Hieronymo Alterio, Auguſtino Palonio, Valerio de Valle, Proſpero Caſarello, & Riccardo Mazzatoſta, Romanis Civibus, a dicto Populo in ſuis Conſiliis ad hanc rem, diverſis, & ſucceſſivis tem-

temporibus, una cum prædicto Luca delectis, congregatis quoque dilectis filiis noſtris Alexandro tituli S. Mariæ in Aracœli Presbytero Cardinali Riario nuncupato, tunc Cameræ Apoſtolicæ generali Auditore, deinde Magiſtro Hieronymo Matthæio in eiuſdem Alexandri Cardinalis locum ad munus Auditoris ſuffecto, necnon venerabili fratre Hieronymo Epiſcopo Maceratenſi, locum unius ex officiis Clericatus Cameræ Apoſtolicæ ea indulto Apoſtolico obtinente, ac dilectis item filiis, Magiſtris Alexandro Frumento, & Pyrrho Tharo, Notariis noſtris in utraque Signatura noſtra Referendariis, ac etiam Mario Gabrielio eiuſdem Aulæ noſtræ Conſiſtorii Advocato, a Nobis ad hoc ſpecialiter deputatis, Statuta huiuſmodi, per dictum Lucam compilata, diligenter excuterent, atque examinarent, & quæ eis viderentur, ſupplerent, corrigerent delerent, & emendarent. Qui frequentiſſime per plores annos in unum congregati, eiſdemque Statutis diligenter viſis, & ſigillatim examinatis, matureque diſcuſſis, alia emendaverunt, alia explanaverunt, nonnulla addiderunt, nonnullaque etiam ſuſtulerunt. Denique Julius Antonius, & Alexander, Cardinales, ac Hieronymus Epiſcopus, necnon Marius Gabrielius, & Lucas Pætus prædicti, eorumdem Statutorum relectione & recognitione omni ſtudio, & diligentia ab ipſis de mandato noſtro facta, poſtremam illis manum adhibuerunt.

Antiqua igitur Statuta abrogat hic Pontifex.

§.4. Nos volentes ea, quæ tanto labore & maturitate ad publicam utilitatem digeſta ſunt, inviolabiliter obſervari, Motu proprio, & ea certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia & quæcumque antiqua Urbis Statuta, etiam reformata & innovata, ac quibuſvis approbationibus & confirmationibus Apoſtolicis roborata, præſentium auctoritate abrogamus, tollimus, & penitus abolemus, neminemque ad illa deinceps obligari volumus.

Novaque confirmat.

§.5. Noviſſime vero compilata Statuta prædicta, etiam certis in eis expreſſis caſibus, juramenti validitatem reſtringentia, ſicuti prædictis tribus libris digeſta ſunt, approbamus, & confirmamus.

Obſervari etiam præcipit in Curia Capitolina generaliter, & in aliis Curiis Urbis, & diſtrictus quoad deciſoria eorum.

§.6. Et ut approbatio hujuſmodi amplius innoteſcat, has præſentes, in principio omnium librorum eorumdem voluminum, quæ vel manu ſcribentur vel imprimentur, omnino deſcribi volentes, ſtatuimus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, ut de cetero, poſt triginta dies a publicatione præſentium nulla alia Statuta, quam hæc nova ad futurarum cauſarum deciſionem, ac negociorum expeditionem allegari poſſint, nec quiſquam illa allegans, audiri debeat, ſed tantum, ſecundum prædicta nova, a Nobis confirmata, in Curia Capitolina, & apud eam in futuris omnibus cauſis, in ipſa Curia Capitolina videlicet, etiam quoad cauſarum proceſſum, & quoad alia ubique in ipſa Urbe, illiuſque diſtrictu, ubi particularia Statuta, de eiſdem cauſis, & earum caſibus diſponentia, non habentur, quavis alia ſiniſtra, doloſa, vel captioſa interpretatione ſublata, in quacumque inſtantia, inviolate, ac perpetuo obſerventur, ac juxta illa lites, & controverſiæ omnes in futurum judicari, decidi, & definiri debeant.

Derogationemque Statutorum ſibi reſervavit.

§.7. Nec illis niſi per Signaturam noſtram, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis manu ſactam, nequeat derogari. Sitque irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.8. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon privilegiis, & indultis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis conceſſis, confirmatis, & innovatis, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, aut omnino non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides transſumptorum.

§.9. Volumus autem ut præſentium tranſumptis &c.

D. P. An.IX 25. Maii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo octavo Kalen. Junii Pont. noſtri Anno IX.

Sequitur reintegratio juriſdictionis, & indultorum Univerſitatum Artium Urbis, præſervata ſuperioritate Gubernatoris, & aliorum Judicum.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſæ huius Conſtitutionis.

ALmam Urbem noſtram, dilectoſque filios illius cives & incolas, eos præſertim quorum laboribus, & induſtria, bona & merces ad uſum quotidianum neceſſariæ & utiles ad Urbem ipſam, ex diverſis Mundi partibus convehuntur, & conſervantur, ac onera ipſi Urbi incumbentia, cura & labore aſſiduo ſubſtinent, paterno affectu proſequentes, in ea libenter intendimus, per quæ privilegia, & gratiæ illis a Prædeceſſoribus noſtris, Nobiſque ipſis conceſſæ, & conſuetudine confirmatæ, & approbatæ fuerunt, Apoſtolica auctoritate roborantur, & hæſitationes circa ea ſubortæ elucidantur, & de medio tolluntur.

Plures Pontifices diverſis Artibus dederunt cognitionem cauſarum ſuæ Artis, & quoſcumque.

§.1. Cum itaque dilecti filii Mercatores, Merciarii, Aromatarii, & quamplurimi alii diverſi generis Artifices, quorum omnium & ſingulorum artes, exercitia, denominationes, ac alia hic forſan latius, vel de neceſſitate exprimenda, ac ſpeciali nota digna, pro expreſſis, ac de verbo ad verbum pro inſertis haberi volumus, perinde ac ſi ſpecialiter, ac ſeriatim exprimerentur, ad Urbem ipſam confluentes, illius neceſſitati, & utilitati, ac decori & ornamento, Altiſſimo cooperante, maxime proſpexerint. Et propterea fel. rec. Martinus V. Paulus III.

Julius

Digitized by Google

Julius etiam III. Pius IV. & nonnulli alii Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, ac etiam Nos ipſi, conſiderantes Artes hujuſmodi, illarumque Artifices ipſi Urbi admodum neceſſarias & utiles exiſtere, ſingulosque ipſos Artifices ſine Rectoribus & Ducibus, ac ſine certis Judicibus degentes, ipſi Urbi parum utiles, ſibique ipſis non admodum proficuos futuros, dum pro ſuorum creditorum conſecutione, ad diverſa Tribunalia, & quod pejus eſt, ad Judices de artificio, & minus precio ipſarum artium omnino inexpertos & ignaros diſtracti, propria eorum negocia & artes ipſas deſerere cogerentur, Artificibus ipſis Collegia habere, & Conſules, Officiales, ac Judices ex ipſorum corpore creare, & de mercibus & mercedibus, aliiſque rebus, cauſis, & negociis cujuſque artis, & ad artem quomodolibet reſpective ſpectantibus uſque ad certas, in ſingulis literis, & privilegiis hujuſmodi comprehenſas, & expreſſas ſummas, agnoſcere, & judicare conceſſerunt & indulſerunt.

Conſuetudo etiam Artibus tribuit eandem juriſdictionem.

§.2. Ac inſuper ex antiqua conſuetudine, quæ vim legis habere dignoſcitur, ut etiam Collegia ſpecialibus privilegiis non munita cauſas eaſdem de rebus ad Artes ipſas ſpectantibus, etiam inter homines extra ipſa Collegia conſtitutos cognoſcere, & decidere conſueverint, inductum & obſervatum fuerit, eademque privilegia, indulta & conſuetudo uſu ipſo approbata, in ipſius Urbis, Artificumque prædictorum utilitatem non parvam cedere comperta ſunt. Quo factum eſt, ut Urbs ipſa civibus & incolis, omnique generis artis excellentium virorum copia redundaverit, & redundet de præſenti.

Sed Statuta Urbis noviter edita lib. 3. cap. 42. talem Conſulum juriſdictionem limitarunt ad homines de Arte.

§.3. Cum autem elapſis menſibus antiqua Statuta ipſius Urbis de mandato noſtro reformata & innovata, & inter cetera eorumdem Statutorum lib. 3. cap. 1x. ſtatutum & decretum fuerit, ut Conſules Artium hujuſmodi cauſas tantummodo inter ipſos homines de arte, & de rebus ſpectantibus ad artem ipſam cognoſcere, & judicare poſſent; ea propter a nonnullis nimium ſcrupuloſis, privilegiis, indultis, & conſuetudine cujuslibet artis, & Collegii, circa cognitionem, & deciſionem cauſarum, & negociorum, quæ licet de rebus ad artes ipſas ſpectantibus, contra homines extra artes, & Collegia degentes pro tempore oriuntur, & agitantur, maxima ex parte derogatum, & præjudicatum extitiſſe, hæſitatum fuerit, & hæſitatur adhuc. Unde aliqua ex ipſis Collegiis pene diſſoluta & dilapſa reperiuntur, Conſulum juriſdictione pene, præter & contra mentem & intentionem noſtram ſublata. Quapropter dilecti filii Angelus Clavarius, Franciſcus Calvius, & Curtius Sergardius Cameræ dictæ Urbis Conſervatores, necnon Baldaſar Cincius Prior Capitum regionum, Nobis ex dubietate & hæſitatione hujuſmodi maximum ipſi Urbi, illiuſque incolis & præcipue juriſdictioni ipſius Curiæ Capitolii proveniſſe, ac in futurum provenire poſſe damnum, & incommodum, non ſine animi noſtri diſplicentia ſuggeſſerunt.

Hic modo Pōtifex declarat hæc Statuta earum juriſdictioni non præjudicare.

§.4. Malis igitur & incommodis hujuſmodi quanto citius occurrere, quantum cum Deo poſſumus, ſatagentes, Motu proprio, non ad ipſorum Conſervatorum & Prioris, nec Conſulum, aut Artificum prædictorum, ſeu alicujus eorum, vel pro eis, aut eorum aliquo, Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex noſtra mera & deliberata voluntate, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hæſitationem, & dubitationem prædictam de medio tollentes, intentionis & voluntatis noſtræ minime fuiſſe, nec eſſe, privilegiis, indultis, ſtatutis, & conſuetudinibus ſingularum artium, earumque Collegiorum, Conſulum, & Judicum quorumcumque, circa cognitionem, & deciſionem omnium & ſingularum cauſarum, de rebus, & bonis ad artes ſingulas reſpective ſpectantibus, etiam inter & contra homines, qui de ipſis Artificibus, & Collegiis non ſunt, nec pro tempore erunt, vertentes, & quæ futuris perpetuis temporibus verti contigerit, in aliquo derogare, aut derogatum fuiſſe declaramus, & atteſtamur, decernimus, & definimus præſentium per tenorem.

Juriſdictioneſque eorumdem reintegrat.

§.5. Et nihilominus pro potiori eorumdem Corporum, & Collegiorum omnium & ſingulorum, ipſorumque, & cujuslibet eorum privilegiorum, indultorum, ſtatutorum, & conſuetudinum circa cognitionem, & deciſionem cauſarum ſimilium, denuo, quatenus opus ſit, privilegia, indulta, & conſuetudines, Apoſtolica auctoritate eorumdem tenore præſentium, confirmamus, & approbamus, illiſque omnibus & ſingulis perpetuæ firmitatis robur adiicimus. Decernentes omnes & ſingulos Conſules, & alios quoſcumque officiales, & Judices omnium & ſingularum artium & Collegiorum hujuſmodi, de negociis & cauſis ad ſingulas quaſque Artes reſpective ſpectantibus, etiam inter, & contra homines qui de Corporibus & Collegiis Artium ipſarum pro tempore non ſint, cognoſcere & judicare potuiſſe & debuiſſe, poſſeque & debere, prout & quemadmodum ipſi omnes, & ſinguli Conſules, & Judices ſingularum Artium ante dictorum ſtatutorum publicationem, & confirmationem per Nos, ut præfertur, editam & promulgatam, & juxta cujuſque ipſorum privilegia, indulta, & conſuetudines cognoſcere, decidere, & judicare poterant & conſueverant, de rebus tamen ad ſingulas artes ipſas reſpective ſpectantibus, cognoſcere & judicare in prima inſtantia, dummodo in articulis juris Conſultorem, ſeu aſſeſſorem adhibeant, auctoritate & tenore præmiſſis concedimus & indulgemus.

Appellatique ab eorum ſententiis permittit, ut hic. Sed hoc mox infra eſt immutatum.

§.6. Declarantes a ſententiis, declarationibus & decretis Conſulum & Judicum prædictorum infra terminum octo dierum a die latæ ſententiæ, ſeu facti decreti, ad Conſervatores, & non alios quoſcumque Judices appellari, & recurri poſſe & debere, & aliter, ſeu ab aliis factæ inhibitiones, & ſignificationes prætextu appellationum & recurſuum, nemini ſuffragari.

Clauſulæ præſervativæ.

§.7. Præſenteſque literas de ſubreptionis, & obreptionis vitio mentiſque, aut intentio-

tentionis noſtræ defectu, notari aut impugnari nullatenus poſſe, ſicque per quoſcumque Judices, etiam S. R. E. Cardinales judicari & definiri debere; irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.8. Non obſtan. præmiſſis ſtatutis ipſius Urbis, ut præfertur, per Nos editis, promulgatis & confirmatis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & Cancellariæ noſtræ regulis, etiam de non tollendo jure quæſito; privilegiis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, per Nos & Prædeceſſores noſtros quibuſvis dictæ Urbis Judicibus & Tribunalibus quomodolibet conceſſis, & innovatis, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes; ceteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An.IX. 1. Maii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſob annulo Piſcatoris die prima Maii, milleſimo quingenteſimo octuageſimo primo, Pontificatus noſtri Anno IX.

Sequitur declaratio, quod Conſtitutio præinſerta non præjudicat facultatibus Gubarnatoris Urbis, Capitanei Apellationum, & aliorum Judicum.

GREGORIUS PAPA XIII.

Motu proprio &c.

§.1 NE per præinſertas literas in forma Brevis noſtri aliquod præjudicium bono, & pacifico regimini Almæ Urbis noſtræ, & illius Gubernatori, ac aliis Judicibus ordinariis ipſius Urbis inferatur. Dicidimus, & declaramus intentionis noſtræ minime fuiſſe, nec eſſe, quod per præinſertas literas in aliquo juriſdictionibus, & facultatibus, ac ſuperintendentiæ ejuſdem moderni, ac pro tempore exiſtentis ejuſdem Urbis noſtræ Gubernatoris, ac aliorum Judicum ordinariorum dictæ Urbis, circa cauſarum cognitiones in præinſertis literis expreſſas, perinde, ac ſi præinſertæ literæ a Nobis emanatæ non fuiſſent, minime præjudicetur. Nec ullo umquam tempore eiſdem Gubernatori, & Judicibus, ac eorum Locatenentibus, & eorum cuilibet, præjudicatum eſſe intelligatur, prout præjudicare nolumus, ſed quod eorumdem Gubernatoris, & Judicum, & Capitanei Appellationum juriſdictiones, & facultates, quas per prius habebant, ſalvas. & illæſas circa præmiſſa perpetuo maneant, & illis præinſertas eis non obſtare volumus, appellationeſque, & provocationes omnes ad eos, ceteroſque Urbis, & Curiæ ordinarios, & eorum tribunalia, ſicut prius videlicet ante dicta ſtatuta, ſine ullo impedimento deferantur.

Conſtitutio præinſerta nõ præjudicat facultatibus Gubernatoris, & Capitanei Appellationũ Urbis.

Decretum irritans.

§.2. Decernentes &c., & ſic per quoſcumque etiam S. R. E. Cardinales, ac alios Judices &c. Judicari &c. debere: ſublata &c. irritum quoque &c. ſcienter contigerit attentari &c. ac ſolam præſentium ſignaturam, in judicio, & extra ſufficere, & plenam fidem facere, regula contraria non obſtante.

Fiat Motu proprio. V.

Papæ ſubſcr.

Datum Romæ apud S. Petrum, Nonis Julii, Anno X.

D. P. An.X. 7. Julii.

CXVI.

Quod Fratres Prædicatores Ordinis S. Dominici, ad inſtantiam cujuſcumque perſonæ extra ipſum Ordinem, aliquam gratiam facere, aut pœnam remittere non poſſint, neque conquiſitis favoribus, & ſuffragiis officia procurare.

Alia autem de his Fratribus, & eorum Ordine plene ſcripſi in Conſt. II. Honorii III. Religioſam *Tom. III. Par. I. fol.* 178.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

CUM nihil magis religioſorum ſtatum perturbet, quam favorum, & ſuffragiorum ſæcularium aucupatio, & conquiſitio, quibus Superiorum æqua mens, quæ pro meritis ſuorum unicuique ſubditorum tribui debet, pervertatur.

§.1. Nos malum hoc ab Ordine Fratrum Prædicatorum, cujus proſperum regimen, & incrementum ad Eccleſiæ ſanctæ utilitatem, ſinceris exoptamus affectibus, pro noſtra paſtorali ſollicitudine propellere ſummopere cupientes, Dilectis filiis Magiſtro Generali, ac provincialibus, & reliquis ejuſdem Ordinis Prælatis nunc, & pro tempore exiſtentibus, per Apoſtolica ſcripta, & in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, ne ad iſtantiam, & requiſitionem quarumque perſonarum, tam laicarum, quam eccleſiaſticarum, extra ſupradictum Ordinem conſtitutarum, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque ſæculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, & Regali, & Imperiali fulgentium, cuivis dicti Ordinis religioſo ullam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere audeant, ſeu præſumant.

Prohibitio faciẽdi gratiam, aut remittendi pœnam ad inſtantiã perſonæ extra Ordinem.

§.2. Quinimmo quoſcumque ejuſdem Ordinis Fratres, & Religioſos, qui contra decreta ſuarum coſtitutionum hac via, & iis mediis per mendicatos favores, & ſuffragia aliquid ſibi procuraverint, & alia, & ſimilia, & etiam majora in eodem Ordine conſequenda, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium inhabilitamus, ac inhabiles perpetuo fore, & eſſe, neque per quoſcumque, niſi per Sedem Apoſtolicam rehabilitari, aut cum ipſis deſuper diſpenſari poſſe.

Et conquiſitis favoribus, & ſuffragiis officia procurandi.

§.3. Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane quicquid contra præmiſſa aliquibus conceſſum fuerit, aut ſuper iis a quoquam contigerit attentari, au-

Sublata aliter judicandi poteſtate.

ctori-

Digitized by Google

ctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus.

Quibuſcumque non obſtantibus.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, ad earumdem præſentium effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus; ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§.5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam non impreſſis, manu alicujus publici Notarii ſubſcriptis, & ſigillo dicti Magiſtri Generalis obſignatis, eadem ubique fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

D. P. An.IX. 1. Junii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die primo Junii, milleſimo quingenteſimo octuageſimo, Pontificatus noſtri anno IX.

CXVII.

Contra non ſolventes in Feſto SS. Petri, & Pauli, cenſus, canones, & alia jura Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ debita.

Contra non ſolventes hos cenſus primam ſanctionem edixit Innocentius VIII., ut in ejus Conſt.IV. Apoſtolicæ, *T.III.P.I.fol.*200. *Et deinde latiorem Conſtitutionem formavit Paulus IV. in Conſt.XVI.* Incumbentia. *Tom.IV.Par.I.fol.*336.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD Romani Pontificis ſpectat officium boni patrisfamilias exemplo, curare ſedulo, ac providere, ne Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ dominia, proprietates, & jura depereant, neve contra jus faſque ab aliis occupentur, ac ſi qua ex eis vel temporum iniuria, vel hominum malitia, & cupiditate, vel aliquo alio caſu detineri, & uſurpari contingat, illorum recuperationi decenter inſtare, quo, & ipſius Sedis, ac aliorum Chriſtianorum Principum, atque adeo univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ neceſſitatibus, & opportunitatibus valeat ſubvenire.

Plerique Pontifices pœnas impoſuerunt non ſolventibus annuas Cameræ Apoſtolicæ.

§.1. Hoc ſane Conſilio, & animo complures Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, & in bis piæ mem. Innocentius VIII. ſexto Non. Maii, octavo, Alexander VI. quintodecimo Kal. Januarii, ſexto, & Paulus IV. octavo Kal. Novembris, ſecundo Pontificatuum ſuorum annis editis Conſtitutionibus, & literis, adverſus omnes; & quoſcumque S. R. E. & Cameræ Apoſtolicæ Feudatarios, Vicarios, Gubernatores, Cenſuarios, Emphyteutas, & alios Cameræ Apoſtolicæ debitores, eiſdem Sedi, & Cameræ debitas ſolutiones, certis die, & loco ſtatutis re ipſa non facientes, pactaque, & conventiones in eorum inveſtituris, & aliis conceſſionibus, necnon modos, & formas, aliaque omnia in eiſdem Prædeceſſorum literis contenta non adimplentes, ſententias, cenſuras, & pœnas, tam Eccleſiaſticas, quam privationis, & caducitatis Feudorum, Vicariatuum, Guberniorum, Locationum, Cenſuum, & aliorum bonorum, & jurium per eos a Sede, & Camera prædictis quomodolibet obtentorum impoſuerunt.

Fiſcus quolibet anno in vigilia, & feſto SS. Petri, & Pauli, acceptavit caducitates, & devolutiones, & non ſolventes moroſos, & contumaces declarari a Cameralibus obtinuit.

§.2. Quarum deinde Conſtitutionum, & literarum vigore, ac etiam juxta antiquam, & laudabilem conſuetudinem, ſingulis annis in vigilia, & feſto Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli hactenus in Camera Apoſtolica ſervatam coram eiſdem S. R. E. Camerario, & Cameræ prædictæ Præſidentibus, Clericis, & aliis Cameram prædictam facientibus, & repreſentantibus, pro recipiendis cenſibus, & aliis prædictis ibidem congregatis, ejuſdem Cameræ & Fiſci Procurator pro tempore exiſtens, acceptando prius omnes, & quaſcumque dictarum conceſſionum, & inveſtiturarum caducitates, devolut., & privat., necnon contractuum, & Inſtrumentorum reſolutiones, extinctioneſq., & alias pœnas legales, ſeu conventionales, ac aliter per eos incurſas, eoſdem non ſolventes, ſeu non adimplentes promiſſa, ac in dictis inveſtituris, & conceſſionibus contenta, ſeu alias per eos quomodolibet debita, ab eorum feudis, vicariatibus, guberniis, locationibus, adminiſtrationibus, cenſibus, & bonis, ac conceſſionibus, & inveſtituris cecidiſſe, & illis privatos fuiſſe, nec per quamcumque receptionem, in totum, ſeu in partem de eiſdem cenſib. poſtea tam in eadem Camera quam extra eam, & tam per ipſum quam alios quoſcumque factam, juribus ejuſdem Cameræ præjudicari, ſed quod ſemper ad bonum computum, ac eoſdem ſic, ut præfertur, non ſolventes, & non adimplentes moroſos declarari per Cameram prędictam ſingulis annis petiit, & inſtetit, ac moroſos, & contumaces, vel alias decerni, & declarari obtinuit.

PaulusIV. cõprobavit dictas Fiſci proteſtationes, & Cameralium ſententias, & decreta, ut habes in dicta ejus Conſtit. citata in rub.

§.3. Itaque idem Paulus Prædeceſſor proteſtationes, declarationes, ſententias, & decreta prædicta per eaſdem ſuas literas confirmans, & approbans perpetuo ſtatuit, omnes occupatores, & detentores ſeudorum, & aliorum prædictorum, ad illa eidem Cameræ relaxandum, & reſtituendum infra certum terminum, quod jampridem præteriit, quacumque præſcriptione, etiam centum annorum, & forſan ultra non obſtante obligatos eſſe, cogique poſſe, & debere, & alias prout in Conſtitutionibus, & literis, necnon proteſtationibus, interpellationibus, declarationibus, ſententiis, & decretis prædictis latius continetur.

Poſtea quolibet anno Feudatarii, & alii

§.4. Poſtea vero tam Pauli Prædeceſſoris, quam prædictarum, & aliarum Prædeceſſo-

Cameræ debitores, in vigilia, & feſto SS. Petri, & Pauli citati, ut illa ſolverent, & non ſolventes, cenſuris & pœnis, de quibus hic innodati fuerunt.

ceſſorum noſtrorum, conſtitutionum, & literarum hujuſmodi vigore feudatarii, & alii prædicti ad ejuſdem Cameræ, Fiſcique procuratoris inſtantiam ſolemniter ſingulis annis, in vigilia, & feſtivitate prædictis, ut moris eſt, ad legitime in eadem Camera comparendum, ac dictos cenſus, recognitiones, ſeu reſponſiones, aliaque per eos promiſſa, conventa, & quomodolibet debita cum effectu adimplendum, ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis, tam in ejuſdem Pauli, quam dictorum, & aliorum Prædeceſſorum noſtrorum literis contentis, necnon privationis, & caducitatis feudorum, vicariatuum, guberniorum, locationum, cenſuum, adminiſtrationum bonorum, jurium, & aliorum in eorum conceſſionibus quomodolibet contentorum, ſæpe ſæpiuſque citati, & interpellati fuerunt.

Multi tamen adhuc Terras, & bona Sedis Apoſt. detinent, & in pœnas prædictas non incurriſſe prætendunt, ex cauſis hic narratis.

§.5. Qui tamen præmiſſis, ac etiam literis quotannis die Cœnæ Domini legi ſolitis, quibus detinentes loca, & bona eiſqem S.R.E., & illa non reſtituentes, cenſuris quoque, & pœnis Eccleſiaſticis innodantur minime attentis, non modo cenſus, & alia per eos, ut præfertur, debita ſolvere, & adimplere ceſſarunt, & ceſſant, ſed etiam loca, & bona, ac alia prædicta temere, atque indebite, & de facto occupata detinuerunt, & detinent, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, ac etiam privationis, & ammiſſionis dictorum feudorum, & aliorum, & alias in eiſdem literis contentas damnabiliter incurrendo. Cum autem de mandato noſtro, & ad inſtantiam dilecti filii Rodulphi Bonſioli dictæ Cameræ Commiſſarii, contra omnes, & ſingulos moroſos occupatores, & detentores hujuſmodi, non ſolum generatim in vigilia, & feſto prædictis proxime præteritis, ſed poſtea nominatim contra multos ex eis in eadem Camera, & coram diverſis illius præſidentibus, & Clericis, legitime, & cum poteſtatione, ad devolutiones caducitateſque, & privationes, necnon ſententiarum, cenſurarum, & pœnarum prædictarum incurſus agi cœptum fuerit, & in dies agatur, & ſicut accepimus, nonnulli eorum ad ſe, in occupatione, detentione, & intruſione Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, locorum, tenutarum, arcium, fortalitiorum, & aliorum bonorum, & jurium hujuſmodi, ſic ut præfertur, ac alias ad Sedem, & Cameram prædictas devolutorum conſovendum, ſub prætextu quod tam Pauli prædicti, quam aliorum Prædeceſſorum conſtitutiones, & literæ prædictæ non fuerint nec ſint perpetuæ, ſed ad tempus, nec vim legis ſive conſtitutionis perpetuæ habuerint aut habent, ſed feudatarios, vicarios, & alios prædictos, tunc ſcilicet tempore emanatarum earumdem conſtitutionum, & literarum exiſtentes tantummodo comprehenderint, ac quod numquam in uſu fuerint, ſeu eſſe deſierint, & quod ipſi de illis ſcientiam ex defectu nullitatis, & publicationis earumdem, ſeu alias non habuerint, quodque ad conceſſiones, & inveſtituras ex cauſa oneroſa, etiam in vim contractus, ſeu alias quomodolibet factas, pro quibus certa annua ſolutio parvi prætii, nempe in cera, vel alia minima re, non commodum, ſeu utilitatem, ſed potius recognitionem ſuperioritatis Sedis, & Cameræ hujuſmodi concernente, fiat ſeu fieri debeat, ſe non extenderint, ſeu extendant, & quod in eorum conceſſionibus, ſeu inveſtituris prædictis, conventiones, & pacta aliqua expreſſa inita fuerint, per quæ cautum fuerit, & ſit, quod ob non factam cenſuum, & aliorum prædictorum debito tempore ſolutionem, ſeu ob pacta non ſervata, vel niſi ſub certa qualitate, & niſi infra certum tempus, vel alias niſi in certis caſibus devolutionem, ſeu caducitatem, vel privationem, & prædictas, aliaſque pœnas non incurrant, vel ſaltem quod eis quamcumque moram ob præmiſſa, vel alias quomodolibet incurſam, & tunc incurrendam purgare, ac ſeſe ab eiſdem devolutione, caducitate, privatione, vel incurſu, & aliis pœnis a dictis conſtitutionibus, & literis, ac jure communi traditis, ex variis, & diverſis per eos allegatis prætextibus licuerit, & liceat excuſari, & ſic iſtis, aliiſque ſubterſugiis, & cavillationibus, lites, & cauſas deſuper in eadem Camera, ut præfertur, motas, ſeu movendas in longum protrahere, & quotidie nova impedimenta obiicere conantur, in maximum Sedis, & Cameræ prædictarum præjudicium, ac eorumdem animarum periculum.

Ideo hic Pontifex innovat, & confirmat Prædeceſſorū Cōſtitutiones, & Fiſci proteſtationes, ac ſententias, ac decreta prædicta.

§.6. Nos cupientes, quantum cum Deo poſſumus, pro munere Nobis ex alto commiſſo, Sedis, & Cameræ prædictarum indemnitati providere, ac oppoſitionibus, & aliis præmiſſis opportunum remedium adhibere, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, certaque ſcientia noſtra, etiam Prædeceſſorum noſtrorum prædictorum veſtigiis inhærendo, eaſdem Innocentii, Alexandri, & Pauli, ac omnium aliorum Romanorum Pontificum Conſtitutiones ſuper præmiſſis, & illorum occaſione, vel cauſa quomodolibet editas, & emanatas, ac earum ſingulas, & deſuper confectas literas, ac in eis contenta quæcumque, necnon proteſtationes, & interpellationes, ſententias, & decreta in vigilia, & feſto prædictis, præſertim anno proxime præterito in eadem Camera factas, illarum ſingularum tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, & decretis, tenore præſentium perpetuo confirmamus, approbamus, & quatenus opus eſt, innuvamus, ac ab omnibus, & quibuſcumque feudatariis, aliiſque prædictis inviolabiliter obſervari debere volumus, & mandamus.

Et declarat quoſcumque, ſeu dictis, &c. comprehenſos fuiſſe in diſpoſitionibus dictarū Conſtitutionum ejus Prędeceſſorum.

§.7. Declarantes illa omnia perpetuo fuiſſe, eſſe, & fore, vimque, & robur perpetuum legum obtinuiſſe, & obtinere, & ſic omnes, & ſingulos, præteritos, præſentes, & futuros Feudatarios, Vicarios, Gubernatores, Adminiſtratores, & alios cenſuum, recognitionum, ac jurium debi-

Et Cam. Apoſtolicæ ad realem locorum incorporationem potuiſſe devenire.

debitores, etiam antiquos, & antiquiſſimos diu, ante vel poſt dictas Conſtitutiones, ſeu tempore illarum creatos, ſeu deputatos, ac futuris deinceps temporibus in perpetuum quomodolibet creandos, & deputandos, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel præeminentiæ Eccleſiaſticæ, vel Laicalis fuerint, & ſint, etiamſi Cardinalatus honore, ſeu Regia, Ducali, vel alia etiam majori dignitate, & auctoritate præfulſerint, & præfulgeant, ſingulis dictis Innocentii, Alexandri, & Pauli Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutionibus, & literis comprehenſos fuiſſe, & eſſe. Illaſque ipſos omnes, & ſingulos affeciſſe, & afficere, & propterea ſingulas literas, clauſulas, & conditiones, ac alia præmiſſa, tamquam talia habenda, & cenſenda eſſe, itemque acceptationes; declarationes, proteſtationes, interpellationes per dictum Fiſci procuratorem, ut præfertur, factas, ac ſententias, & decreta per dictam Cameram ſingulis annis in vigilia, & feſto prædictis, ut præfertur, latas, & factas; ac in futurum ferendas, & faciendas, omnes, & ſingulos Feudatarios Vicarios, Gubernatores, Cenſuarios, & alios prædictos, tam præteritos quam præſentes, & futuros, in ipſis generaliter, & alias ſpecialiter, ac quomodolibet nominatos perinde affeciſſe, & afficere, ac ſi in contradictorio judicio cauſa cognita, & ſervatis de jure ſervandis, facta, & lata fuiſſent, & eſſent, ac tranſgreſſores, & moroſos caducitatis, devolutionis, & privationis quorumcumque Feudorum, Vicariatuum, Guberniorum, & aliorum prædictorum eo ipſo abſque aliqua judicis declaratione, incurriſſe, & incurrere, dictoſque Camerarium, & Præſidentes, ac Clericos, & alios ad quos ſpectat, ad realem incorporationem Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, locorum, bonorum, jurium, & aliorum prædictorum pro Sede, & Camera prædictis omnibus præmiſſis, necnon omni, & quacumque appellatione, reclamatione, ſeu recurſu penitus remotis, devenire debuiſſe, & potuiſſe, ac teneri, & obligatos fuiſſe, & eſſe.

Feudatarioſque, & alios decernit anno quolibet in Camera Apoſtolica, ubi eam adeſſe contigerit, in vigilia & feſtivitate SS. Petri & Pauli debita jura Cameræ Apoſtolicæ ſolvere debere.

§.8. Et nihilominus omne dubium removere volentes, de poteſtate, & ſcientia prædictis, ſtatuimus, & ordinamus, ut omnes, & quicumque Fendatarii, Vicarii, Gubernatores, & alii prædicti ſuperius, & etiam in eiſdem prædeceſſorum literis comprehenſi, qui vel quorum auctores, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, etiam quacumque de cauſa, gratioſa, oneroſa, vel mixta, etiam in vim cujuſcumque contractus, Regna, Ducatus, Civitates, Caſtra, Oppida, Terras, Arces, fortalitia, Villas, agros, poſſeſſiones cultas, & incultas, caſalia, lacus, ſylvas, proprietates, bona, & jura quæcumque, ac cujuſcumque generis, & conditionis fuerint, & ſint, in verum, proprium, vel improprium feudum Regale, Ducale, vel alias quomodolibet nobile, & gentile, ſeu ignobile, antiquum ſeu novum, vel in vicariatum, guberninm, cenſum, vel emphyteuſim ad quamcumque agnationem, & nominationem, & in perpetuum, vel ad tempus, aut alias quomodocumque, & qualitercumque a Sede, & Camera prædictis, ſub conventione, vel proviſione jurata, vel non jurata, ac ſub præſtatione cenſus, canonis, penſionis, regalium, & aliarum quarumcumque reſponſionum, & recognitionum, cujuſcumque qualitatis, & quantitatis, etiam parvi, vel minimi valoris, ſuperioritatem, præeminentiam, recognitionem dominii, commodum pecuniarum, aut alium quemcumque effectum, & reſpectum denotantium receperint, & habuerint, ac habent de præſenti, & hujuſmodi cenſus, canones, & reſponſiones, per ſeipſos, vel eorum legitimos procuratores, juxta formam dictarum literarum, in vigilia, & feſtivitate prædictis ſingulis quibuſvis ſucceſſivis, non autem intermiſſis annis in ipſa Camera ubicumque eam adeſſe contigerit, & non alibi, nec alio die, quibuſcumque conventionibus in contrarium quomodolibet factis & uſu receptis, ac conſuetudinibus, etiam immemorabilibus quomodolibet introductis, & aliis quibuſcumque proceſſionibus ipſis, vel eorum auctoribus factis non obſtantibus, non ſolverint, & integre non ſatisfecerint, ac pacta, & conventiones, & ad quæ tam ex forma dictarum conceſſionum, quam interpellationum, & requiſitionum, alias de jure, uſu, & conſuetudine tenentur, non adimpleverint, & non adimpleviſſe ibidem docuerint, & oſtenderint, eo ipſo abſque alia monitione, requiſitione, vel quavis alia judicis declaratione deſuper facienda, feudis, vicariatibus, guberniis, & aliis præfatis omnibus, & ſingulis privati, ipſaque feuda, vicariatus, gubernia, & alia ad Sedem, & Cameram prædictas devoluta, utileque dominium cum directo conſolidatum, etiam abſque illorum poſſeſſionis apprehenſione ad jus, proprietatem, dominium, & omnimodam poſſeſſionem ejuſdem Cameræ eo ipſo rediiſſe cenſeantur, & ſint, etiam ſi feuda, vicariatus, gubernia, & alia hujuſmodi antiqua, & hæreditaria, formalia vel informalia, ac deſcendentibus, vel collateralibus, aut quibuſcumque aliis hominibus, vel legis providentia eis jus aliquod ad illa competierit, vel competat, ſeu alias acquiſitum foret, & eſſet, ac omni quamtumvis longo tempore, & quacumque immemorabili præſcriptione, etiam centum annorum, & non ultra, non obſtantibus ſine ſpolii, aut attentorum, vel alio quocumque vitio illorum poſſeſſionem actualem apprehendi, & ad illorum realem incorporationem pro Sede, & Camera prædictis deveniri poſſit, & ſolutiones aliter, ac alibi, quam die, & loco præfatis deinceps faciendæ, & recipiendæ, nullæ, nulliuſque roboris, & momenti ſint, & perinde habeantur, acſi factæ, & receptæ non fuiſſent, & quod mora etiam modici temporis non admittatur.

§.9. Quodque ſolutiones, omnes quæ in eadem plena Camera, in vigilia, ſeu feſtivita-

Solutioneſque ſemper intelligi factas ſine

Digitized by Google

prajudicio jurium Cameræ

vitate prædictis ſactæ, & receptæ ſuerint, & in ſuturum perpetuis ſuturis temporibus fient, ac recipientur, ſemper cum clauſula ſine præjudicio jurium ipſius Cameræ receptæ intelligantur, & ſint, etiam quod clauſula iſta in aliquibus ſpecialiter appoſita, in aliis vero omiſſa ſuerit.

Et poſt d. Feſtum recipi non poſſe.

§. 10. Ac præterea quod ſolutiones, quæ ex aliquo legitimo impedimento in plcoa Camera, poſt vigaliam ſeu feſtivitatem prædictas oblatæ fuerint, etiam cum eadem clauſula, & citato codem procuratore Fiſci, ſeu Cameræ Commiſſario, & non aliter, nec alio modo recipi debeant, alias eo ipſo nullæ, ac nullius efficaciæ, & effectus habeantur.

Conſentaque in prædictis Bullis obſervari.

§. 11. Volcotes omnia in dictis, & aliis Prædeceſſorum noſtrorum literis per Nos, ut præmittitur, confirmatis, approbatis, & innovatis, contenta, & narrata præſentibus non contraria perpetuis futuris temporibus, a prædictis, & aliis, quos præmiſſa, aut corum aliqua quomodolibet concernunt, ſeu concernere poterunt quomodolibet in futurum, omnino ſervari.

Sicque & non aliter judicari debere.

§. 12. Ac decernentes, ita per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis quavis aliter judicandi, & interpretandi ſacultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ab eiſdem, & quibuſcumque aliis ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Quibuſcumque non obſtantibus.

§. 13. Non nbſtautibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ac quacumque præſcriptione etiam immemorabili, contractibus quoque, inveſtituris, conceſſionibus, pactis, & conventibus, necnon privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Vicariis, Feudatariis, Gubernatoribus, & aliis prædictis omnibus per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceeſſores noſtros, ac Nos, & Sedem prædictam ſub quibuſvis verborum formis, ac etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, quomodocumque, ac quotieſcumque conceſſis, confirmatis, & innovatis, ac concedendis, confirmandis, & innovandis, etiamſi in eis caveretur expreſſe, quod Vicariatibus, Feudis, Gubemiis, & conceſſionibus, adminiſtrationibus, ac aliis præfatis ob non ſolutionem vel pacta non ſervata, vel alia quacumque de cauſa, ſeu ut niſi infra certum tempus privari non poſſint, quibus omnibus ac ſtylo, uſu, & aliis præmiſſis, etiam ſi pro eorum ſufficienti derogatione, de eis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quævis alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, acſi ad verbum, & forma in illis tradita obſervata insererentur præſeutibus, pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, de ſimili poteſtatis plenitudine ſpecialiter, & expreſſe derogamus, necnon omnibus aliis, quæ iidem Prædeceſſores noſtri in dictis eorum literis voluerunt non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Sine præjudicio cauſarum pendentium.

§. 14. Quæ omnia nolumus cuiquam adverſus præmiſſa in aliquo ſuffragari, quoad cauſas tamen tunc in Camera prædicta pendentes nulli per præſentes intendimus præjudicium generari.

Forma hanc Bullam publicandi, & etiã legendi in Camera &c.

§. 15. Sed ne quiſquam præſentium ignorantiam excuſare poſſit, jubemus illas per unum, vel duos curſores valvis Eccleſiæ Sancti Joannis Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, ac Cameræ prædictæ, & in acie Campi Floræ, nbi publicantur, de more appendi, eiſque detractis, ipſarum exempla, etiam impreſſa eis in locis relinqui, & præterea in ipſa Camera dum die ſtatuto illius Præſidens, & Miniſtri convenient, alta, & intelligibili voce perlegi, & & in libris ipſius Cameræ ad perpetuam rei memoriam deſcribi.

Dies qua hæc Bulla ligare incipit.

§. 16. Volentes etiam, ut illæ præſentes hic in Urbe ſtatim, extra vero eam ubicumque locorum prædictorum mediate vel immediate ſubiectorum ditionis prædictæ poſt decem dies, quam in dicta Camera lectæ, & publicatæ ſuerint, quemcumque Feudatariorum, Vicariorum, Gubernatorum, Adminiſtratorum, & aliorum cenſuum, recognitionum, & jurium debitorum prædictorum, perinde arctent, atque afficiant, ac ſi eis ſingulis præſentibus, ac in propriis eorum perſonis, & locis intimatæ fuiſſent.

Tranſumptorum fides.

§. 17. Utque ipſarum præſentium exempla &c.

D. P. An. IX. 1. Junii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo octuageſimo, Kalcudis Junii, Pontificatus noſtri Anno IX.

CXVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Confirmatio ordinationum, & taxarum in tota Provincia Mediolanen. per Judices Commiſſarios, & Regularium exemptorum Conſervatores, eorumve Notarios obſervan.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Romanum decet Pontificem providentiæ ſuæ partes impendere efficaces, ut illa, quæ pro bono publico, & plurimorum indemnitate prudenter facta, & circumſpecte diſpoſita eſſe noſcuntor, perpetuo firma & illibata ſubſiſtant, & ab omnibus, quos concernunt, etiam inconcuſſe obſerventur.

Facti ſeries.

§. 1. Cum itaque ſicut accepimus, dilectus filius noſter Carolus tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis Borromæus nuncupatus ex diſpenſatione Apoſtolica Archiepiſcopus Mediolanen. quaſdam ordinationes &

taxas in tota Provincia ſua obſervandas per Judices in Synodis Diœceſanis deputatos pro cauſis Commiſſariis, necnon per Conſervatores Regularium, exemptorumve quorumcumque in cauſis, coram eis, quovis modo pendentibus, ac eorumdem Notariis non tamen ubi ex aliquo ſtatuto, ac conſuetudine laudabili nihil, vel minor taxa exigeretur, ediderit.

Statuta atque taxa a S. Carolo Borromæo edita in cauſis Diœceſanis.

§.2. Statuens ſiquidem & ordinans, quod Judices præfati non pronuncient, prout in cedula, neque habeant terminum pro ſervato. ſed ſententias ſuas libere proferant & deſcripto in die termini, ut ſtatim publicent, eaſque recitent, vel recitari jubeant, propinas non accipiant, ſi ſalarium ordinarium aliquod habent, alias moderatas capiant, juxta taxam inferius deſcriptam & eo caſu per manus Notarii cauſæ ſententia, tamen prius nedum ſubſcripta, ſed etiam Notario conſignata, & publicata, quæ ſportulæ apud Notarium cauſæ poſt ſubſcriptionem, & Notario traditam ſententiam, & non antea deponantur, Notariuſque hujuſmodi depoſitionem in actis notare, & ſpecificare teneatur.

§.3. Pro interlocutoriis, aut aliis decretis vim diffinitivæ non habentibus ante diffinitivam, & pro videndis ſcripturis, informationibus, aut proceſſibus nihil prorſus accipiant, munera, vel xenia a litigantibus non accipiant, ne quidem eſculenta & poculenta, niſi quæ triduo conſumi poſſint.

§.4. Advocatos, Procuratores, aut ſollicitatores, quorum opera ad patrocinandum coram ipſis cupiant quemquam uti, neque verbis nominent, neque ullo modo ſignificent, advocantes, procurantes, aut ſollicitantes in cauſis coram eis pendentibus domi non retineant, neque etiam Notarium cauſæ.

§.5. Notarios aſſumant ab Ordinariis locorum approbatos, qui non ſolum cavere debeant de ſcripturis fideliter cuſtodiendis, ſed etiam finitis cauſis de eiſdem conſignari in Archiviis Ordinariorum abſque tamen præjudicio Notariorum eorumdem, habitis ab eorum Notariis quietantiis, ne morte cujuſquam deperdantur.

§.6. Aſſeſſores, arbitrive, qui in cauſa ſuſpicionis Judicibus ordinariis, vel aliis etiam delegatis adjunguntur, nihil aut quid minimum pro videndis ſcripturis, & proceſſibus, nec etiam pro voto deciſivo accipiant.

§.7. Cum in una & eadem cauſa contra diverſos unica citatione agitur, plures non dentur expeditiones, niſi ipſimet petierint, ſed unica tantum, & pro ea merces unica ſolvatur, quod ſi ex neceſſitate duplicata occurrant, Notario tantum pro labore ſcripturæ ſolvatur, idemque ſervetur in ſententiis quibuſcumque etiam abſolutoriis, ſi id commode præſtare poterit, attenta qualitate, & diverſitate cauſarum, ut ſcilicet omnes reos in una cauſa unica comprehendat ſententia, & pro unica tantum ſolvatur in cauſis Criminalibus, in quibus de jure ipſius citari debet, non procedatur, nec ſententia feratur, niſi ipſo legitime citato.

§.8. Pro Sigillo, tam in civilibus quam in criminalibus ad ſummum capiant realem unum, & in mandatis de excarcerando in capitalibus & pro relaxatione teſtium nihil, & in expeditionibus etiam, quæ fiunt in Civitate, cum clauſula ſi quis, nihil, pro viatico Judicis in Civitate nihil, ſi extra Civitatem ultra milliare ſcuta duo pro prima die, & ſi ultra ſcutum unum auri pro qualibet die, ultra expenſas honeſtas cibarias, & equorum vecturam, Notariuſque capiat pro medietate.

§.9. Notarii omnes prædictorum Judicum obſervent taxas Notariis fori cujuslibet Ordinarii præſcriptas, ac ſecundum illas exigant, præterquam in caſibus in præſenti reformatione expreſſis, in quibus eis liceat capere quod hic determinatum eſt, niſi ordinariorum taxæ minores & moderatiores hic ſint, quo caſu illas in totum etiam quo ad expreſſa in præſenti reformatione ſequi debeant.

§.10. Notarii nullum quantumvis levem terminum per ſe ipſos etiam in forma & dicunt, ſine Judicis decreto ſervent, ubicumque, Procuratorem aliquem ad lites conſtitutum a Principali ſuo lite pendente revocare contingat, tunc Notarii nullo modo revocationes hujuſmodi recipere poſſint, aut de illis rogari, niſi ſimul alter Procurator, qui munus illud procurationis ſuſcipiat, ab eodem legitime conſtituatur, & de alterius conſtitutione, ejuſque ſuſceptione apud acta doceatur.

Taxa propinarum, quas Judices poſſent percipere

§.11. Notarius cum Judici acta, ſeu alias ſcripturas detulerit, nihil omnino ultra duos ſolidos, etiam a ſponte dantibus ſub prætextu bibaliorum, ſeu regaliorum recipiat, Notarii, eorumque ſubſtituti, vel Scribæ non poſſint eſſe Procuratores in Curia, ſeu Tribunali, in quo Notarii ſunt, & officium ſubſtituti exercent, vel ſcribunt.

§.12. Judices non ſint participes aliquo modo emolumentorum, quæ Notarii ex ſuis laboribus in cauſis coram eis pendentibus percipiunt. Ac inſuper propinas a præfatis Judicibus obſervandas limitaverit in hunc modum videlicet, quod in cauſis ubi de ſumma vigintiquinque ſcutorum agitur, ſupra decem reales nihil percipi debeat, a vigintiquinque autem ſcutis uſque ad centum ſcuta tria ſcuta percipiantur, ſeu percipi poſſint, a centum uſque ad ducenta ſcuta ſex, a ducentis uſque ad quamcumque ſummam non ultra ſcuta decem pro ſententia declaratoria.

§.13. Ob non paritionem Monitorii in contumaciam non ultra regalia ſeptem cum dimidio, pro declaratoria in vim literarum, aut alias haberi vim diffinitivæ ſi ſumma ſit certa, accipiant, ut ſupra taxatum fuit, ubi autem non eſt certa, ſed agitur ad ipſarum literarum executionem, accipiant ſecundum cauſæ, & perſonæ qualitatem, dummodo non ultra quinque aureos, in beneficialibus vero ſi redditus annuus, de quo agitur, non excedat ſummam centum ducatorum, capiant ſcuta ſex, a centum vero uſque ad mille ſcuta duodecim, ab inde ſupra non ultra ſcuta viginti accipere valeant, quod ſi cauſæ æſti-

æſtimationem facilem non recipiant, moderatæ ſportulæ pro rerum & perſonarum qualitate juxta taxas prædictas recipi poſſint.

Taxa in cauſis criminalibus.

§.14. In cauſis criminalibus, in quibus pœna a deportatione ſupra veniret imponenda non ultra decem aureos accipere poſſint, a deportatione autem infra non ultra quinque, in cauſis autem capitalibus, in quibus ſit traditio Curiæ ſæculari, vel alia pœna corporalis imponitur, etiam ſi in illa indemnitati partis conſulitur, & in illius favorem niſi ſuerit dives, a qua uſque ad viginti quinque aureos poſſit accipi, etiam pronuncietur non ultra quinque ſcuta accipiant, caveant antem Judices, ne pro extorquendis ſportulis aliquem nolentem, quovis modo abſolvi ad petendam ſententiam hujuſmodi, per cauſarum expeditiones dilationem, vel rei in Carceribus deteotionem, vel per cautionis de ſe repreſentando, vel non diſcedendo, ubi alias illis de jure locus non ſit præſtandi cautionem, aut alias quoquomodo inducant.

§.15. Quæ omnia decreta, ſeu taxas Judicibus Synodalibus, & Conſervatoribus ſic præſcriptas ſervent etiam Judices Ordinarii in omoibus cauſis delegatis, niſi ubi de conſuctudine decretis, vel Conſtitutionibus Epiſcopalibus minor taxa ipſis ſervanda propoſita eſſet, quam ſervare teneantur, poſſintque locorom Ordinarii dictæ Provinciæ Mediolanen. tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati prædictorum omnium contemptores, ac ipſi quoquomodo contraveoientes admouere, & ſi ſe emendare neglexerint, informationem de exceſſibus hujuſmodi ſumant, ac ad Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, ſeu Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditorem tranſmittant, ut ea ad unguem non obſervantes juxta exceſſuum exigentiam corrigi, & puoiri poſſint, niſi ipſi Judices magis ab ordinariis judicari conſenſerint, ac alias prout in inſtrumento, vel inſtrumentis publico, ſeu publicis, aut alio, vel aliis documento, ſeu documentis, aut ſcriptura, vel ſcripturis deſuper confectis plenius dicitor contineri.

Confirmatio ordinationis, ac taxæ, ut ſupra.

§.16. Cumque ſicut etiam accepimus, idem Carolus Cardinalis, & Archiepiſcopus, ſeu Præſul ordinationes, & taxas prædictas, per eum, ſicut præmittitur, pro bono publico ſuæ Provinciæ factas a Nobis & dicta Sede Apoſtolica confirmari, & approbari deſideret, Nos in præmiſſis opportune etiam providere volentes, Motu proprio, non ad ipſius Caroli Cardinalis & Archiepiſcopi, ſeu Præſulis, vel alicujus pro eo Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera voluntate, & deliberatione, ac ex certa ſcientia noſtra, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes & ſingulas ordinationes, & taxas hujuſmodi per ipſum Carolum Cardinalem, & Archiepiſcopum ſeu Præſulem, ſic ut præmittitur, factas prædictas Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac etiam innovamus, & etiam de novo perpetuo facimus, necnon illis plenariæ, inviolabilis, & perpetuæ firmitatis robur adiicimus, omneſque, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ſupplemus, illaſque validas, & efficaces perpetuo exiſtere, & fore, ac ſuos plenarios effectus ſortiri, & obtinere, necnon a Judicibus Synodalibus & Conſervatoribus, ac etiam ordinariis, & delegatis, ac Notariis, ceteriſque ſupradictis, ac aliis omnibus & ſingulis dictæ Provinciæ, ad quos ſpectat, & ſpectabit, quoſque præmiſſa concernunt pro tempore quomodolibet in futurum inviolabiliter perpetuo obſervari, ſicque io præmiſſis ab omnibus cenſeri, & ita & non aliter per præfatos & quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam quavis auctoritate fungentes, etiam noſtri Sacri Palatii cauſarum Auditores, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam legatos de latere, & Sedis prædictæ Nuncios, etiam cum facultate legati de latere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis cauſa & inſtantia judicari, ſententiari, & diffiniri debere, necnon quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus, & declaramus: ſicque etiam volumus, & perpetuo ſtatuimus, mandamus, præcipimus, taxamus, & ordinamus, necnon etiam perpetuum deſuper ſilentium imponimus.

§.17. Quo circa Venerabili fratri Epiſcopo Alexandrino ac dilectis filiis cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, & Archipresbytero Eccleſiæ Mediolanen. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus ſuerit, ac quoties pro parte dicti Caroli Cardinalis Archiepiſcopi, ſeu Præſulis, vel cujuſcumque, aut quorumcumque aliorum, quorum intereſt, intererit, vel intereſſe poterit pro tempore quomodolibet in ſuturum, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra omnes & ſingulas ordinationes, & taxas prædictas, ac præſeotes noſtras literas & in eis contenta hujuſmodi a Judicibus Synodalibus & Conſervatoribus, ac etiam ordinariis, & delegatis, ac Notariis, ceteriſque ſupradictis in dicta Provincia, omnibuſque aliis & ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectabit, quoſque præmiſſa concernunt, & tangunt, ac concernent, & tangent pro tempore quomodolibet in futurum, inviolabiliter perpetuo obſervari, ac Carolum Cardinalem, & Archiepiſcopum, ſeu Præſulem, Ordinarioſque omnes dictæ Provinciæ Mediolanen. præſentes & pro tempore exiſtentes, alioſque prædictos, quorum ut præfertur, iotereſt, & intererit, ac quemlibet ipſorum illis pacifice, & quiete frui, & gaudere, non permittentes eos per Judices Synodales, & Conſervatores, ac ordinarios, & delegatos, ac Notarios, ceteroſque prædictos, aut quoſcumque alios deſuper quomodolibet moleſtari, inquietari, impediri, vel perturbari

Mandatur executio.

con-

Digitized by Google

contradictores quoslibet, & rebelles, per Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & etiam pecuniarias pœnas, ac opportuna juris, & facti remedia auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incidiſſe, & incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggravando, excommunicando, interdicendo, & interdictum Eccleſiaſticum apponendo, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§.17. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas quis auctoritate præſentium extra ſuam Civitatem, & Diœceſim ad Judicium non trahatur, aliiſque Apoſtolicis, necnon etiam in aliis univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis, & edendis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon etiam Civitatis, Diœceſis, & Provinciæ Mediolanen., ac quarumcumque aliarum Civitatum, Diœceſum, & locorum, necnon etiam Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Ordinum etiam juramento, confirmatione Apoſtol'ca, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, decretis, & præſcriptionibus, etiam immemorabilibus, ac legibus etiam Pontificiis, Imperialibus, Regiis, Ducalibus, & municipalibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Civitatibus, Diœceſibus, Provinciæ, & locis, ac etiam Eccleſiis, Monaſteriis, & Ordinibus prædictis illorumque ſuperioribus, Magiſtratibus, civibus, & incolis, ac Præſulibus, Capitulis, Abbatibus, Conventibus, & Superioribus, necnon Judicibus, Synodalibus Conſervatoribus ordinariis, delegatis, & Notariis, ceteriſque ſupradictis, & quibuſvis aliis perſonis in genere, vel in ſpecie ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis, irritantibuſque, & aliis etiam vim contractus, & ſtatuti etiam perpetui, atque legis inducentibus decretis, ac etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & etiam conſiſtorialiter, ac alias etiam pluries, & iteratis vicibus in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis, impoſterumque etiam concedendis, confirmandis, approbandis, & innovandis.

§.18. Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione alias, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, non autem, per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio ad hoc habenda, aut quævis alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent præſentibus, pro plene, & ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac ſufficienter derogatum eſſe, & fore decernimus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi Judicibus, Synodalibus Conſervatoribus, ordinariis, & delegatis, ac Notariis, ceteriſque ſupradictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 4. Junii 1580. An.IX.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die quarta Junii, milleſimo quingenteſimo octuageſimo, Pontificatus noſtri Anno IX.

CXIX.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Confraternitati Sanctiſſimi Corporis Chriſti in Eccleſia Sancti Auguſtini Ordinis Eremitarum de Urbe inſtitutæ quotannis unum Reum, ultimo ſupplicio damnatum liberandi facultatem concedit.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INducti eximia pietate ac charitate quas dilecti filii Confratres Confraternitatis Sanctiſſimi Corporis Chriſti in Eccleſia Domus Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini de Urbe Canonice inſtitutæ erga pauperes impendunt, inducimur ut eos ſpiritualibus favoribus, & gratiis proſequamur.

Cauſa Conſtitutionis edendæ.

§.1. Cum itaque ſicut accepimus, ipſi Confratres aliquot Puellas pauperes ſingulis annis in Matrimonium collocare, infirmos curare, & opportuna quæquæ eis miniſtrare, ac Defunctorum Corpora ad ſepulturam aſſociare, aliaque pia, & Charitativa opera ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac Animarum ſalutem, & Populi edificationem exercere conſueverint, & per diverſos Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros dilectis Filiis Imagini Sanctiſſimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum Lateranen. Eccleſiæ, Confalonis, Sancti Joannis Baptiſtæ de Miſericordia nuncupati, Sanctiſſimi Crucifixi, ac Sanctiſſimæ Trinitatis de Urbe Sodalitatibus, & earum ſingulis, ut unum, vel plures ex Carceratis, & ex quovis Crimine etiam capitali detentos quibuſdam ſolemnibus diebus liberare poſſint, conceſſum, & indultum exiſtat, ſupplicationibus Venerabilis Fratris Petri Dunyn Volslen. Oppidi Plocen., & Cariſſimi in Chriſto filii noſtri Stephani Poloniæ Regis Illuſtris apud Nos, Sedemque Apoſtolicam Oratoris hac in parte inclinati eiſdem Confratribus Confraternitatis Corporis Chriſti nunc, & pro tempore exiſtentibus ad inſtar aliarum dictæ Urbis Societatum, ut unum Carceratum, quem maluerint, ex quocumque Crimine damnatum citra tamen hæreſis, falſæ monetæ, falſificationis literarum, ſupplicationum, commiſſionum, & aliarum gratiarum Apoſtolicarum, læſæ Majeſtatis, aſſaſſinii, & propinati veneni crimina, etiamſi ultimo ſupplicio plectendus veniret, habita tamen ab hæredibus offenſi, quatenus aliquis exiſtat, pace, ad laudem Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & ad dictorum Confratrum electionem ſingulis annis

Facultas liberandi reum unum ſupplicii capitalis.

nis perpetuis futuris temporibus e carceribus educere, ac eductum à crimine hujuſmodi, & pœna exinde proveniente liberare valeant, Apoſtolica auctoritate per præſentes facultatem, & auctoritatem impartimur.

Mandatur executio Conſtitutionis.

§.2. Mandantes nunc & pro tempore exiſtenti Almæ Urbis noſtræ Gubernatori, & Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, Senatori, & illorum Locatenentibus, necnon Conſervatoribus, ceteriſque Juſtitiæ Miniſtris, Adminiſtratoribus, & Officialibus, ut ad omnem requiſitionem, & ſimplicem petitionem, & inſtantiam Confratrum præfatorum ipſis in Oratorio ejuſdem Confraternitatis conſtitutis carceratum per eos, ut præfertur, eligendum eidem Confraternitati, ſeu illius Confratribus ſingulis annis perpetuis futuris temporibus relaxent, ac realiter, & cum effectu relaxari faciant. Ita quod liceat e Carceribus, ut præfertur, liberato libere ubique Locorum ire, redire, morari, negociaque tractare, eumque Nos ex nunc prout ex tunc abſolvimus, & & liberamus, & ad propriam famam, honores priſtinos, & bona quæcumque non tamen fiſco incorporata, ac priſtinum, & eum in quo antequam delinqueret, erat ſtatum abſque aliqua pœnæ vel mulctæ ſolutione reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, volentes ut omnes, & ſinguli proceſſus, inquiſitiones, & Condemnationes contra eum forſan formati per quoſcumque Judices caſſentur, & aboleantur, ipſoſque caſſari, & aboleri mandent, & faciant, prout Nos illos caſſamus, & abolemus, nulliuſque fuiſſe, ſeu fore roboris vel momenti decernimus. Ita quod Carceratus relaxandus hujuſmodi nullo umquam tempore moleſtari poſſit.

Derogatio contrariorum

§.3. Non obſtantibus præmiſſis ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis etiam contra homicidas, aliorumque criminum reos a fel. record. Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro V. Julio II. Leone X. Clemente VII. Pio IV., & Pio V., & aliis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris etiam contra Contumaces editis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, etiamſi in illis caveretur expreſſe, quod illis non cenſeretur derogatum, niſi illorum tenore expreſſo, & inſerto, ac aliis quibuſvis clauſulis, & decretis, quibus omnibus hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 5. Julii 1580. An.IX.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum. ſub annulo Piſcatoris die quinta Julii, milleſimo quingenteſimo octuageſimo, Pontificatus noſtri anno IX.

CXX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Approbatio Inſtitutionis Confraternitatis, ſub Invocatione Sanctiſſimi Nominis Dei adverſus Blaſphemos in Hiſpaniarum Regnis erectæ cum largitione Indulgentiarum.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Facti ſeries, & exordium.

ALias per felicis recordationis Pium Papam IV. Prædeceſſorem noſtrum accepto, quod in Burgen., & pluribus aliis Hiſpaniarum Civitatibus, & aliis locis una ſaluberrima Confraternitas, ſub vocabulo Nominis Dei inſtituta erat, cujus Confratrum partes potiſſimum eſſent diligenter cavere, ne ipſi, vel alii coram eis aliquo modo niſi ob cauſam graviſſimam jurarent, & contrafacientes modeſte admonerent, quodque ipſi Confraternitatis plurimi Chriſtifideles ſe conſcribi fecerant, quorum opera, & ſtudio Blaſphemiæ, perjuria, & alias illicita juramenta prohibebantur, dictus Prædeceſſor omnibus, & ſingulis dictæ Confraternitatis ubivis Terrarum pro tempore diffuſe utriuſque ſexus Confratribus in illa pro tempore deſcriptis, qui vere pœnitentes, & confeſſi die feſto Circumciſionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti annis ſingulis Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſciperent, & ſolemnitati per ipſam Confraternitatem dicto die feſto ubivis locorum pro tempore celebrari ſolitæ in toto, vel parte intereſſent, quoties id agerent, toties, pro quolibet die feſto hujuſmodi plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem conceſſit, illis vero dictæ Confraternitatis Confratribus, qui qualibet prima die Dominica uniuſcujuſque menſis totius anni ad Miſſam, quam ipſi Confratres audire tenerentur, audiendam convenirent, quotieſcumque id agerent, decem annos qui vero temere jurantem, aut alias Divinum Nomen blaſphemantem modeſte, & charitative admonerent, pro qualibet vice centum dies, & cuicumque Verbi Dei Prædicatori ſæculari, vel cujuſvis Ordinis regulari, qui Chriſtifideles, ut a juramentorum abuſibus caverent, & hanc dictæ Confraternitatis regulam amplecterentur, hortatus foret, decem annos de eis injunctis miſericorditer in Domino relaxavit.

Indulgentiæ, & privilegia Confraternitati Nominis Dei conceſſa.

§.1. Necnon ipſis Confratribus, ut dicto die feſto Circumciſionis quoſcumque ſibi beneviſos, & idoneos Presbyteros ſæculares, vel cujuſvis Ordinis regulares, per Ordinarium loci approbandos, in ſuos poſſent eligere Confeſſores, qui Confeſſionibus eorum diligenter auditis, eos, & eorum quemlibet ab omni, & quacumque excommunicationis, etiam majoris, & aliis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure vel ab homine, aut mixtim, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſalvo tamen jure Tertii, necnon omnibus exceſſibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, & Sedi Apoſtolicæ reſervatis, præterquam in Bulla die Cœnæ Domini legi conſueta contentis abſolvere, ac vota quæcumque Hieroſolimitan. Viſitationis liminum Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli præfatorum de Urbe, ac Sancti Jacobi in Compoſtella, necnon Caſtitatis, & Religionis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare valerent, conceſſit, præterea eiſdem Confeſſoribus, ut ipſis Confratribus juramenta quælibet ſine alterius præjudicio relaxare, necnon eidem Confraternitati, illiuſque Confratribus, ac Eccleſiis, Cappellis, & Altaribus

taribus ejuſdem ubilibet conſtitutis, quod quocumque tempore cujuſvis interdicti, & ceſſatione a divinis, videlicet dicto die feſto Circumciſionis a primis Veſperis, uſque ad occaſum ſolis ejuſdem diei incluſive Veſperæ, Miſſæ, aliaque Divina Officia in Eccleſiis, Altaribus, & Cappellis præfatis ſolemniter, & publice celebrari, qualibet vero prima die Dominica cujuslibe t menſis præfati Confratres privatam eorum Miſſam, ex ejuſdem Confraternitatis Inſtituto celebrari ſolitam celebrari facere, illique intereſſe, ac ſemel in menſe Divinum Corpus ſumere, & quoties aliquem ſeu aliquos ex ipſis Confratribus quocumque tempore interdicti, ſeu ceſſationis a divinis hujuſmodi mori contigerit, dummodo cauſam non dediſſet interdicto, eorum Cadavera cum moderata pompa ſepeliri libere, & licite valerent, & interim interdicta, & ceſſationes a divinis hujuſmodi, quæcumque eſſent, ad effectum præmiſſum omuino ſuſpenderentur, & ſuſpenſa eſſe cenſerentur, indulſit.

§.3. Et deinde piæ mem. Pius Papa V. etiam Prædeceſſor noſter, quod in Civitatibus, Oppidis, & Locis totius Orbis Chriſtiani, in quibus ſorent Eccleſiæ Ordinis Prædicatorum, ibi tantum videlicet in hujuſmodi Civitatibus, Oppidis, & Locis, & in dictis Eccleſiis Prædicatorum dumtaxat dicta Coufraternitas erigi poſſet, nec deinceps nova ſocietas, ſeu Confraternitas hujuſmodi inſtitueretur, in Civitatibus, Oppidis, aut Locis, in quibus non ſoret dicti Ordinis Domus, aut in finitimis Eccleſiis abſque Licentia Prioris Provincialis, ſeu Couventualis dicti Ordinis, in eujus diſtrictu ſita ſoret Eccleſia, in qua dicta Coufraternitas eſſet, vel ſoret erigenda, quod ſi ſecus ſactum eſſet, Confratres taliter admiſſi dictæ Confraternitatis Indulgentias non conſequerentur, nec ſavoribus, aut privilegiis gauderent, quæ Confratribus legitime adſcriptis, per Sedem Apoſtolicam concederentur, Motu proprio ſtatuit, & ordinavit, prout in diverſis literis dictorum Prædeceſſorum deſuper confectis plenius continetur.

§.4. Quare pro parte dilectorum filiorum Confraırum Confraternitaıis Sanctiſſimi Nominis Dei in Eccleſia Beatæ Mariæ Supra Minervam de Urbe Canonice inſtitutæ Nobis ſuit humiliter ſupplicatum, quatenus literis præfatis robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictos Confratres a quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon tenores dictarum literarum præſentibus pro expreſſis habentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati literis præfatis, ac omnibus, & ſingulis in eis contentis, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium, ex certa noſtra ſcientia robur Apoſtolicæ confirmationis adiicimus, illaſque approbamus, & confirmamus.

Confirmatio literarum aliorum Pontificum, de quibus in Constitutione.

Ampliatio aliarum Indulgentiarum.

§.5. Ut autem Chriſtifideles, eo libentius dictam Confraternitatem in dicta Eccleſia B. Mariæ inſtitutam ingrediantur, quo exinde dono celeſtis gratiæ conſpexerint ſe uberius eſſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui vere pœnitentes, & confeſſi, dictam Confraternitatem ingredientur, in die primi illorum Ingreſſus, ac in mortis articulo plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem Apoſtolica auctoritate tenore præſentium elargimur.

Derogatio contrariorum.

§.6. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ in dictis literis expreſſum eſt non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides transſumptorum.

§.7. Ceterum quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca ubi neceſſe ſuerit, deſerre, volumus, quod illarum tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo &c.

Dat. die 9. Julii 1580. An.IX.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 9. Julii, 1580. Pont. noſtri Anno IX.

CXXI.

Apprnbatio Congregationis Fratrum, & Monialum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo in Regnis Hiſpan. ſub denominatione Diſcalceatorum inſtitutæ, Cum declaratione muneris Provincialis eorum Prioris, ac Superioritatis Prioris generalis totius Ordinis, graıiarumque ejuſdem Ordinis communicatione.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

PIA conſideratione Romanum decet Pontificem, circa ſtatum Religioſorum ita attendere, ut ipſi Religioſi regulam, quam ab initio profeſſi ſunt, obſervare nitentes, ab omni moleſtia vındicentur.

Innocent. IV. confirmavit Reg.lam mitigata Ordinis Carmelitarũ in Constitutione cit. in rubr.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt cariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, & dilecti filii Religioſi Diſcalceati nuncupati Ord. B. Mariæ de Monte Carmelo in Regnis Hiſpaniarum exiſtentes, quod cum alias fel. rec. Innoc. Papa IV. Prædeceſſor noſter ſupplicationibus Prioris, & ſratrum Eremitarum B. Mariæ de Monte Carmelo, ea in parte inclinaıus, declarationem, & correctionem regulæ eorum Ordinis a bon. memoriæ Alberto Patriarcha Hieroſolymitano ſibi traditæ, per bonæ etiam mem. Hugonem tituli S. Sabinæ Presbyterum Curdinalem, & Guillelmum Epiſcopum Anteradenſem de ejuſdem Innocentii Papæ mandato

fa-

factam, & per eoſdem Fratres firmiter obſervandam confirmaſſet.

Eugenius IV. Regulam mitigavit in Cōſtit. de qua hic in rubr.

§.2. Ac poſtmodum piæ mem. Eugenius Papa IV. etiam Prædeceſſor noſter, per eum accepto, quod in quibuſdam Capitulis Regulæ inter alia cavebatur, quod Fratres prædicti Ordinis ab eſu carnium ſe abſtinerent, niſi pro infirmitatis, vel debilitatis remedio. Eiſdem etiam quod ſingulis diebus, Dominicis dumtaxat exceptis, a feſto Exaltationis S. Crucis uſque ad feſtivitatem Reſurrectionis D.N. Jeſu Chriſti jejunare tenerentur. Quodque ſinguli eorum manere deberent in cellis ſuis, die ac noctu in lege Domini meditantes, ac in orationibus vigilantes præcipiebatur, rigorem hujuſmodi mitigans, ac Regulam ipſam moderans, ſtatuiſſet, ordinaſſet, & conceſſiſſet, quod dicti Ordinis profeſſores, tunc & pro tempore exiſtentes, tribus ſingularum hebdomadarum, etiam quibus, ut præfertur, jejunare, juxta eamdem Regulam eſſent adſtricti, præterquam in Adventu & in Quadrageſima, & aliis generalibus prohibitis diebus carnibus veſci, ac horis congruis in eorum Eccleſiis manere, & per clauſtra ac eorum ambitus deambulare, libere & licite valerent. Decernentes eoſdem Fratres, & eorum ſingulos circa præmiſſa ad arctiorem obſervantiam, quam ſupra præmittitur, occaſione profeſſionis in dicto Ordine emiſſæ, vel in poſterum emittendæ minime tenerentur. Et alias prout in eorumdem Innocentii & Eugenii literis deſuper confectis plenius continetur.

Sed poſtea de anno 1565. multi ex eis, primitivā regulam Innocentii IV. obſervare cœperunt.

§.3. Demum de anno Domini, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto, ſeu alio veriori tempore nonnulli dicti Ordinis profeſſores, divina inſpirante gratia, primum dictæ regulæ inſtitutum imitari cupientes, poſtpoſitis quibuſcumque corporis commodis, dummodo Chriſtum lucrifacerent, cum licentia ſui Prioris generalis tunc in Hiſpaniarum partibus exiſtentis, ibi aliquot Fratrum, & Monialium Monaſteria, in quibus primitiva regula prædicta cum omni Obſervantia, & rigore retinerentur, ſub obedientia tamen Provincialis fundare, & ædificare cœperunt. Quam quidem regulam, & Obſervantiam fundatores prædicti, ac etiam qui pro tempore admittebantur ex mitigatis, renunciando mitigationi, & relaxationi dicti Eugenii Prædeceſſoris, tranſacto probationis anno, denuo, ac etiam alii de ſæculo venientes profitebantur, & ſucceſſive benedicente Domino numerus Religioſorum primitivam Regulam hujuſmodi profitentium, & obſervantium adeo hoc tempore excrevit, ut de præſenti viginti duæ domus Fratrum, & Monialium hujuſmodi, in quibus fere trecenti Fratres, & ducentæ Moniales exiſtunt, devotum Altiſſimo famulatum exhibentes in prædictis Regnis Hiſpaniarum reperiantur.

Immo etiam alia inſtituta hic enunciata & Diſcalceati dicti ſunt.

§.4. Religioſi autem hujuſmodi ultra contenta in regula prædicta de licentia dicti Generalis, & cujuſdam Vicarii ab eodem Generali in Provincia Caſtellæ deputati, ac cum approbatione Viſitatorum Apoſtolicorum, qui fuerunt dictæ Religionis, quædam inſtituta ad carnis mortificationem, & populi ædificationem ab initio ſuæ inſtitutionis obſervare incœperunt, veluti Diſcalceatos incedere, unde Diſcalceatorum nomen ſortiti ſunt, indui ſacco, dormire ſuper tabulis, ad ſublevandam ſuam inopiam manibus propriis operari, multum in oratione ſe exercere, atque divinum Officium ſine cantu, ſeu modulatione recitare.

Ipſi tamen Diſcalceati, a Fratribus profitentibus Regulam, ut ſupra mitigatā ab Eugenio IV diverſimode moleſtabātur, ideo ſupplicarunt pro ſeparatione

§.5. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ipſis Religioſis Diſcalceatis quamplures moleſtiæ & impedimenta, eorum pium inſtitutum turbantia, per fratres mitigatam ab eodem Eugenio Prædeceſſore regulam, ut præfertur, profitentes, mitigatos nuncupatos, ſuper præmiſſis illatæ fuerint. Ipſique Diſcalceati Prælatum ordinarium ex ſuis Diſcalceatis, ut par eſſet, non habebant, ſed ad præſens per dilectum filium Angelum de Salazar ex fratribus mitigatis Vicarium generalem a Venerabili fratre Philippo Epiſcopo Placentino, in dictis Regnis noſtro, & Apoſtolicæ Sedis Nuncio, donec de idoneo ſuperiore ejuſdem profeſſionis Diſcalceatorum provideatur, deputatum regantur, ac ſummopere cupiant ad eorum quietem & tranquillitatem conſervandam, ac pro Religionis, & ſtrictæ eorum obſervantiæ, atque inſtituti progreſſu & augmento, ut de omnibus Monaſteriis, quæ in dictis Regnis nunc ſunt, & pro tempore erunt, vel erigentur, ipſorum Diſcalceatorum, tam virorum, quam mulierum dictam primitivam regulam profitentium, una Provincia fiat, ſeparata a provinciis fratrum mitigatorum hujuſmodi, quæ ſubſit immediate Priori generali dicti Ordinis, & gubernetur per Priorem Provincialem ex ipſiſmet fratribus Diſcalceatis, in Capitulo dictæ Provinciæ canonice eligendum, prout alii Priores Provinciales ejuſdem Ordinis in ſimilibus Capitulis Provincialibus eliguntur, & deputantur. Propterea tam dicti Religioſi Diſcalceati, quam dictus Philippus Rex, qui profectum Religioſorum hujuſmodi maxime exoptat, Nobis humiliter ſupplicare fecerunt, ut honeſtis petitionibus hujuſmodi annuere, & alias in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Hic igitur Pontifex dictos Diſcalceatos in Regnis H. prout ab ipſis Mitigatis ſejungit.

§.6. Nos igitur æquum, & rationi conſonum ducentes; ut qui arctioris regulæ obſervantiam ſectantur, Superioribus eorum, qui in laxiori degunt, non ſubjaceant, ſed quilibet ejuſdemmet profeſſionis Superiores habeant, & ab illis juxta eorum inſtituta regularia proſpere, & feliciter gubernentur, prædictorum fratrum & Monialium Diſcalceatorum tranquillitati & indemnitati, eorumque inſtituti propagationi, & profectui conſulere cupientes, eoſdem Fratres, & Moniales, eorumque ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum

ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper Viſitatione Apoſtolica, & conſultatione Epiſcoporum, & regularium Reformatione deputatorum, quibus hoc negotium examinandum mandavimus, conſilio, inſtitutum hujuſmodi, quod juxta primitivam regulam prædictam dicti Fratres Diſcalceati profitentur, laudantes & approbantes, dictos Bratres, & Moniales primitivam Regulam hujuſmodi in Regnis Hiſpaniarum obſervantes, Diſcalceatos nuncupatos, eorumque domus, Conventus, Monaſteria, & loca, nunc & pro tempore exiſtentia, a Provinciis Fratrum & Monialium ejuſdem Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo regulam per prædictum Eugenium Prædeceſſorem mitigatam, nunc & pro tempore obſervantium mitigatorum nuncopatorum, penitus, & omnino in perpetuum, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſejungimus, ſeparamus, & diſmembramus, ipſoſque Diſcalceatos ab omni & quacumque juriſdictione, viſitatione, correctione, & ſuperioritate Prioribus, Provincialibus, & aliis Prælatis, & Superioribus mitigatis in ipſos Diſcalceatos competente, perpetuo eximimus, & liberamus.

Monaſteria quæ eorum in unam Provinciam reducit, regendam a Priore Provinciali Diſcalceat. ſub obedientia Prioris Generalis Ordinis.

§.7. Necnon eorumdem Fratrum, & Monialium Diſcalceatorum prædictorum domus, Monaſteria, & loca quæcumque hactenus erecta, & inſtituta, ac in poſterum erigenda, & inſtituenda, in unum Provinciam de per ſe Diſcalceatorum nuncupandam per unum Priorem Provincialem in Capitulo dictæ Provinciæ, ex eiſdem Diſcalceatis, ut præfertur eligendom, regendam, & gubernandam in perpetuum erigimus, & inſtituimus. Ac dictam Provinciam Fratrum, & Monialium Diſcalceatorum ſub obedientia, & ſuperioritate Prioris Generalis totius Ordinis prædicti, ſicut aliæ Provinciæ ejuſdem Ordinis ei ſubſunt, & ſubiacent, perpetuo ſubeſſe, atque ſubiectam remanere, & ſubiacere volumus.

Prioris Provincialis Diſcalceat. munus deſcribat.

§.8. Qui per ſe ipſum tantum, vel per alium virum idoneum ex ipſis Fratribus Diſcalceatis, & juxta eorum primitivam regulam, & inſtituta regularia ab ipſis Diſcalceatis obſervari ſolita, eos viſitare, reformare, corrigere, & punire poſſit: in Monaſteriis tamen, domibus, & locis eorumdem Fratrum Diſcalceatorum extra nullatenus ipſi Fratres Diſcalceati, vel aliquis eorum ab eodem Priore Generali, quovis prætextu vel occaſione amoveri, aſſignari, mutari, extrahi, aut transferri, aut ad alias Provincias mitti aut retineri, niſi aliter in eorum Capitulo Provinciali fuerit ordinatum. Ipſi vero dictæ Provinciæ Diſcalceatorum Fratres in præmiſſis perpetuo eidem Priori Generali parere, & obedire, & cum ipſum ad eorum Monaſteria, domos, & loca divertere, ant pro viſitatione hujuſmodi, aut alias accedere contigerit, eum omni humilitate, & reverentia benigne recipere, & pertractare, prout decet, teneantur, & debeant. Necnon Priori Provinciali ejuſdem Provinciæ Fratrum Diſcalceatorum ipſos Fratres, & Moniales Diſcalceatos, illorumque domos & Monaſteria, & loca quæcumque, regendi, gubernandi, viſitandi, & reformandi, ad Capitulum Provinciale, ſuis loco, & tempore indicendi, convocandi, congregandi, & celebrandi, & quoſcumque officiales neceſſarios, ona cum capitularibus eligendi, ac quæcumque ſtatuta, & ordinationes bonum regimen dictæ Provinciæ ad Dei ſervitium concernentia in eodem Capitulo condendi, mutandi, alterandi, & in totum, ſi videbitur, abrogandi, & de novo edendi, dummodo ſacris Canonibus, & decretis ſacri generalis Concilii Tridentini, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac eorum primitivæ regulæ, & inſtituto prædictis non adverſentur. Et abuſus quoſcumque tollendi, & emendandi, Monaſteria item domos, & Conventus, tam virorum quam mulierum ejuſdem Provinciæ in quibuſcumque locis, cujuſvis licentia deſuper minime requiſita, de conſenſu dicti eorum Capituli, & alias ſervata forma ejuſdem Concilii, conſtrui, & ædificari faciendi, ipſique Priori Provinciali, ut poſtquam electus fuerit, officium ſuum exercere abſque alia confirmatinne, quam tamen a Priore totios Ordinis Generali mox petere teneatur, plenam, & liberam facultatem concedimus, & impartimur.

Privilegia Ordinis ei communicat.

§.9. Et inſuper omnibus, & ſingulis dictæ Provinciæ perſonis utriuſque ſexus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, quod omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, & indulgentiis, exemptionibus, immunitatibus, prærogativis, favoribus, & indultis, tam ſpiritualibus quam temporalibus Fratres, ſeu Moniales, vel Sorores dicti Ordinis, de jure vel conſuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, decretis ejuſdem Concilii, Conſtitutionibus Apoſtolicis ac primitivæ regulæ, & inſtituto prædictis, & præſentibus literis non contrariis, uti, potiri, & gaudere, libere, & licite valeant indulgemus.

Ad Cartuſianos tantum transire concedit.

§.10. Ne autem inſtituta dictæ Provinciæ relaxentur, Fratribus, & Monialibus Diſcalceatis prædictis ſecundum dictam primitivam regulam profeſſis, ne ad ſuum Fratrum Mitigatorum, vel alium Ordinem, præterquam Cartuſianorum ſine apoſtaſiæ nota tranſire poſſint abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, perpetuo prohibemus.

Officiales Mitigatorum, nõ moleſtent ipſos Diſcalceatos ſuper præmiſſis.

§.11. Inhibentes dicto Angelo de Salazar, & Priori Generali, ac Provincialibus, & Commiſſariis, aliiſque dictorum Fratrum Mitigatorum Prælatis, Miniſtris, & Officialibus, ne eoſdem Fratres Diſcalceatos, ſeu Moniales, aut Sorores hujuſmodi ſuper præmiſſis quoquomodo moleſtare, perturbare, vexare, ſeu inquietare audeant vel præſumant. Quod ſi ſecus fecerint, eos, & eorum ſingulos, Excommunicatio-

nis

Digitized by Google

nis ſententia innodamus. Dicti vero Fratres Diſcalceati nullo modo parere aut deferre teneantur. Salva tamen in reliquis obedientia dicti Prioris Generalis totius Ordinis, cui eos perpetuo ſubiectos eſſe, & ſubiacere volumus, ut præfertur.

Diſcalceati poſſint habere recurſum ad Sedem Apoſtolicã, vel Ordinis Protectorem.

§.12. Liceatque tam Priori Provinciali dictæ Provinciæ Fratrum Diſcalceatorum, quam aliis ejuſdem Provinciæ Fratribus, de licentia tamen ipſius Prioris Provincialis, ad Sedem Apoſtolicam, & totius Ordinis Protectorem liberum habere recurſum.

Facultates Mitigatis cõceſſæ viſitandi & gubernãdi Diſcalceatos revocantur.

§.13. Etſi alicui, vel aliquibus ex dictis Fratribus Mitigatis ſit conceſſa facultas viſitandi, aut gubernandi, ſeu puniendi dictos Fratres, ſive Moniales Diſcalceatos, etiam a Nobis, aut noſtro, & dictæ Sedis in partibus illis commoranti Nuncio, aut quocumque alio facultatem hujuſmodi ea nunc caſſamus, revocamus, & annullamus.

Clauſulæ præſervativæ.

§.14. Decernentes præſentes literas nullo umquam tempore, de ſubreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ defectu, etiam ex eo quod omnes intereſſe habentes forſan vocati non fuerint, notari, argui, ſeu impugnari, aut ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam ab eadem Sede emanatis, & in poſterum emanandis comprehendi poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri debere.

Decretum irritans.

§.15. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, ac definiri debere. Necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum deputatio, & facultates.

§.16. Quocirca Venerabilibus Fratribus Toletano, & Hiſpalenſi Archiepiſcopis, & Epiſcopo Palentino, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apſtolicæ generali Auditori, necnon univerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ac quibuſcumque in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, aut quoties pro parte Fratrum Diſcalceatorum prædictorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eos præmiſſis omnibus, & ſingulis, juxta præſentium continentiam, & tenorem, pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos deſuper per Priorem generalem, alioſque prædictos quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, ac rebelles, & præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.17. Non obſtantibus præmiſſis, ac aliis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem mitigatis, vel quibuſvis aliis perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, ac alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides tranſumptorum.

§.18. Ceterum quia difficile foret, earumdem præſentium literarum notitiam ad quaſcumque perſonas pervenire, & ubique illas præſentare, eadem auctoritate volumus, & decernimus, quod tranſumptis earumdem præſentium literarum manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillatis, eadem fides ubique, tam in judicio quam extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An.IX. 22. Junii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 22. Junii, 1580. Pont. noſtri Anno IX.

CXXII.

Innovatio Conſtitutionum a Prædeceſſoribus editarum, contra homicidas, & alios capitaliter bannitos. Et majorum pœnarum inflictio in eorum receptatores, & auxiliantes, Communitateſque eos non perſequentes, & capientes.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam

Cauſa hujus Cõſtitutionis.

TAnta, tamque horrenda quotidie ſuccreſcunt ſanguinariorum, & ſcelera-

Digitized by Google

torum hominum maleficia, ut Nos, qui ſubditos noſtros caritatis potius vinculo, quam ſeveritate pœnarum in officio contineri ſemper optavimus, tandem neceſſe ſit ad ipſos procul a ſocietate humana ſubmovendos, nova remedia adhibere, ac ſimul cogitare quomodo illos confovendi facultas tolli ab iis poſſit, ſine quorum auxilio impuriſſimi illi pleraque omnia delicta neque perficere, neque pœnas effugere poſſent.

Innovatio Bullarum editarum contra Bannitos.

§.1. Quæ fel. rec. Pius Secundus, Paulus item Secundus, Sixtus Quartus, Julius Secundus, Leo Decimus, Clemens Septimus, Pius Quartus, Pius Quintus, & diverſi alii Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri ſuo quiſque tempore, prout neceſſitas tulit, bene, & providenter reſpicientes, Conſtitutiones ſuas in exitiale hoc genus, pro temporis, & criminum ratione ediderunt, quas Nos cum ſuis cenſuris, & pœnis omnibus, ac ſi ad verbum insererentur præſentibus, haberi volumus pro expreſſis, ex certa ſcientia noſtra innovantes, ita ut illæ omnes præſentibus, & viciſſim præſentes illis univerſis, & ſingulis ad omnes earum omnium caſus, & partes ſubſidio ſint.

Subditi Papæ aut in ejus Statu bona poſſidentes, Bannitos, in Statu vel extra, in locis ſuis receptantes.

§.2. Hoc edicto perpetuo de Fratrum noſtrorum conſilio ſtatuimus, ut quicumque etiam eccleſiaſtica, & quacumque dignitate præditus, ſive Dux, aut Comes, Marchio, Vicarius, Feudatarius, Gubernator, ſive alius cujuſvis conditionis, & & ordinis, hujus ſtatus, & ditionis noſtræ temporalis S. R. E. in eiſdem temporalibus mediate, vel immediate ſubiectus, etiam dominia, juriſdictiones, & loca extra ſtatum prædictum obtinens, ac etiam quicumque extraneus bona in eodem ſtatu habens, homicidas, latrones, graſſatores, & alios quocumque crimine capitali bannitos, vel diffamatos, in ſuis quiſque dominiis, locis, ſeu domibus tam in ipſo ſtatu quam extra eum conſiſtentibus receptaverit, ſeu quod in hujuſmodi locis receptentur permiſerit quoquomodo.

Faventeſque.

§.3. Ac etiam quicumque, ne ii capiantur, impediverit, captoſque eripuerit, vel occultaverit, poteſtatemve evadendi fecerit, vel carcerem, aut aliam quamcumque cuſtodiam fregerit, conatuſque fuerit, ſive ad hoc homines, arma, aliave miniſtraverit, ſeu alias auxilium, conſilium, vel favorem, palam, vel in occulto, aut quocumque modo præſtiterit.

Juſtitiæque miniſtros in eis perquirendis impedientes.

§.4. Præterea quicumque Judices, miniſtros, vel executores juſtitiæ, in perquiſitione, captura, ſeu adductione, ac omnino in libera eorum officii executione impediverit, verberaverit, inſecutus fuerit, concuſſerit, perterreſecerit, ad arma conclamaverit, alioſve concitaverit, ſeu mandaverit.

Excommunicatus.

§.5. Cum præſentium auctoritate excommunicationis majoris ſententia innodamus, a qua ſolus Romanus Pontifex abſolvere poſſit, niſi in mortis articulo, & ſatisfactione debita præcedente.

Criminiſque læſæ majeſtatis rei ſunt.

§.6. Ac præterea ipſum læſæ majeſtatis reum, & S. R. E. rebellem pronunciamus.

Bonis omnibus privantur

§.7. Necnon Ducatu, Comitatu, Marchionatu, Terris, Oppidis, Caſtris, Dominiis, vicariatibus, guberniis, feudis, & aliis, quæ a Romana, & quibuſcumque aliis Eccleſiis obtinet, ac obtinebit in futurum, ceteriſque omnibus bonis immobilibus, mobilibus, & ſemoventibus, rebus, & juribus ſuis, necnon omni, & quacumque etiam eccleſiaſtica dignitate, gratia, exemptione, reali, & perſonali, honore, privilegio, & beneficio, Eccleſiaſtico, & temporali privamus eo ipſo.

Ad dignitates cum filiis inhabilitantur.

§.8. Ac ipſum, & ejus filios indignos decernimus ad illa, & alia inpoſterum obtinenda, & quoſcumque actus legitimos exercendos, quibus etiam portæ numquam patebunt ullius dignitatis Eccleſiaſticæ, vel mundanæ.

Vaſſalli liberantur.

§.9. Sintque vaſalli, cuſtodes, & populi a fidelitatis juramento, & quocumque alio jure abſoluti.

Ædificia deſtruantur, vel Cameræ applicentur.

§.10. Omnia ejus ædificia diſiiciantur, aut aliis Cameræ Apoſtolicæ juribus adſcribantur.

Dominia Cameræ prædictæ acquirantur.

§.12. Ducatus vero, ac Dominia, Vicariatus, Gubernia, Feuda, ceteraque bona, & jura prædicta, eorumque fructus, & emolumenta, aliis Fiſci noſtri juribus perpetuo applicamus. Et ita Cameræ Apoſtolicæ, eo ipſo abſque declaratione ſuper incurſu pœnæ privationis hujuſmodi, aut citatione ejus, vel eorum, qui pœnam hujuſmodi incurrerint, facienda, aut Judicis ſententia, vel decreto, vel alia juris, & facti ſolemnitate habenda, perpetuo applicata, appropriata, & incorporata, & ad noſtram, Romanique Pontificis pro tempore exiſtentis liberam diſpoſitionem pertinere volumus, ac ſi per lapſum temporis conceſſionis eorum, aut finitam lineam ad ipſam revertiſſent.

Privilegia de recipiendis bannitis revocantur.

§.12. Nec quiſquam exemptionis, vel vetuſti privilegii de recipiendis, & non conſignandis hujuſmodi facinoroſis, & bannitis, aut alio quocumque prætextu juvari poſſit.

Bona confiſcata ſub Conſtit. LIII. Pii V. T. IV. Par. II. fol. 364. non comprehenduntur.

§.13. Declarantes, Ducatus, Dominia, Vicariatus, Gubernia, Feuda, aliaque prædicta, ſub Conſtitutione dicti Pii Quinti Prædeceſſoris ſuper hujuſmodi dominiis, & juriſdictionibus in feudum, aut alias non concedendis edita, minime comprehendi.

Communitates non capientes Bannitos iiſdem pœnis ligantur

§.14. Communitates vero, necnon univerſitates omnium Civitatum, terrarum, & locorum ſtatus prædicti, cum primum de acceſſu, ſtatione, vel tranſitu bannitorum, & aliorum prædictorum notitiam habuerint, ſi ſtatim populos ſuos armatos pulſu campanarum, & aliis ſignis non convocaverint, illoſque non ceperint, & tute cuſtodierint, vel ſi illos capere non potuerint, finitimas quaſque Communitates, & univerſitates, aut dominos non commonefecerint, vel ipſi, aut eorum aliqui illos receptaverint, vel toleraverint, vel cibis, commeatu, auxilio, conſilio, vel favore,

re,

re, aut quocumque alio modo, etiam ut evadant, per ſe, vel alios juverint, cenſuris, & pœnis omnibus ſupradictis ſupponimus, earumque etiam res, & bona omnia, necnon fructus, & emolumenta Fiſco prædicto, modo, & forma præmiſſis applicamus eo ipſo.

Executorum deputatio, & facultates.

§.15. Et nihilominus dilecto filio Camerario noſtro, ceteriſque omnibus ſingularum literarum prædictarum executoribus, & præterea Gubernatori Urbis, ac cauſarum Curiæ Cameræ prædictæ generali Auditori per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut quiſque pro ſe ad omnimodam illarum, & præſentium noſtrarum, ac cenſurarum, & pœnarum omnium in eis contentarum executionem omnino procedentes, faciant illas omnes, & in eis contenta quæcumque, ſemper, & ubique per omnia loca prædicta, & ab omnibus, ſub illis comprehenſis, juxta ſingularum literarum earumdem continentiam, & tenorem, inviolabiliter obſervari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.16. Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus, quæ in ſingulis literis prædictis conceſſum eſt non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Forma & effectus publicandi.

§.17. Ut autem præſentes literæ omnibus amplius innoteſcant, & ne quiſquam illarum ignorationem excuſare poſſit, jubemus illas valvis Eccleſiæ S. Joannis Lateranen., & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac in acie Campi Floræ, de more appendi, eiſque detractis, ipſarum exempla, etiam impreſſa eiſdem in locis affixa relinqui, factaque hujuſmodi publicatione, volumus ipſas præſentes hic in Urbe publicatas die ſequenti, extra vero eam poſt decem dies, quoſcumque perinde arctare, atque afficere, & contrafacientes pœnas, & alia ſupradicta omnino incurrere, ac ſi eis ſingulis præſentibus in propriis eorum perſonis, & locis intimatæ fuiſſent.

Exemplorum fides.

§.18. Inſuper earumdem præſentium exempla, etiam impreſſa, Notarii publici manu, & Camerarii prædicti, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo obſignata, eamdem prorſus fidem ubique locorum in judiciis, & extra illa facere, quæ ipſæmet præſentes facerent, ſi exhiberentur, vel oſtenderentur.

Nulli ergo &c.

D. P. An.IX. 11.Julii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo octuageſimo, quinto Idus Julii, Pontificatus noſtri Anno IX.

✠ Ego Gregorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſ. ſubſcr.

Sequuntur Cardinalium ſubſcriptiones.

CXXIII.

Annullatio diſpoſitionum beneficialium, quæ contra canonicas Sanctiones, Statuta, vel Apoſtolica privilegia fiunt perſonis prohibitis propter genus, aut hæreſim & a Fide Apoſtaſiam. Cum declaratione, quod ad novam Romanorum Pontificum diſpoſitionem pertineant.

Similem Conſtitutionem n.XLIV.T.IV.Par.II fol.348. edidit Pius V. Cum ex Apoſtol. *De aliis pœnis Hæreticorum vide in Pauli IV. Conſt.XXVII.* Cum ex. *T.IV.Part.I.f.*354.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa hujus Conſtitutionis.

IN Eccleſiis, præſertim inſignibus, hoc magnopere curandum eſt, ut ſacerdotes, & perſonæ ſalubribus etiam inſtitutis convenienter ordinentur, quod quantum in Nobis eſt, enitimur: atque eos ab illis repellendos in primis contendimus, qui propter genus aut hæreſim, & a Fide Apoſtaſiam, ſive proprio, ſive ſtirpis, ſive cognatorum vitio contaminari, per canonicas ſanctiones, aut ſtatuta ab hac Sede firmata, aut Apoſtolica Privilegia, prædictis Eccleſiis prohibentur. Sed Nobis negociorum magnitudine diſtentis, hujus generis nonnulli ad illarum Sacerdotia frequenter obrepunt, inter quos quidam exiſtimationis ſuæ prodigi, etſi ſe ab illis expulſum iri ſciant, ſpe tamen inconcuſſa præſumunt, ſe inde vel permutatione, vel aliquo pacto beneficium, penſionem, aut quid aliud exacturos.

Annullatio diſpoſitionum beneficialium pro perſonis hic enunciatis.

§.1. Nos malum hoc, quo dictæ Eccleſiæ ſæpius divexantur, penitus evellere volentes, præſentium auctoritate decernimus omnes, & quaſcumque Apoſtolicas, necnon Legatorum dictæ Sedis, & aliorum omnium ab ea facultatem diſponendi habentium, ac etiam ordinarias diſpoſitiones dignitatum, præbendarum, beneficiorum, & officiorum ejuſmodi Eccleſiarum in quaſcumque perſonas ſic infectas, & per hujuſmodi ſanctiones, ſeu ſtatuta, vel privilegia, ut præfertur, inhabiles, vires, & effectum non habere, perſonaſque hujuſmodi illarum prorſus uſu, & commodo carere, beneficiaque ipſa ut prius vacare, & quæ ex illis tempore diſpoſitionis Apoſtolicæ prædictis perſonis, illi reſervata fuerint vel affecta, ſub eadem reſervatione vel affectione manere.

Reſervatio beneficiorum eiſdem collatorum, & modus ea impetrandi.

§.2. Et tam illa, quam etiam omnia alia non reſervata neque affecta, de quibus ab ipſa Sede, ac Legatis, & aliis facultatem haben. prædictis, in hujuſmodi perſonas quomodocumque diſpoſitum fuerit, ad novam Romanorum Pontificum diſpoſitionem dumtaxat pertinere, eaque ab aliis idoneis ab ipſa Sede dumtaxat, libere impetrari poſſe. Impetrationes tamen, ac etiam Motu proprio conceſſiones, niſi modus vacationis, necnon caſus ac decretum hujuſmodi, non conditionaliter, aut per æquipollens, ſed definite, nominatim, ac diſpoſi-

tive

ſitive in illis exprimantur, omnino non valere. Ab Ordinariis vero ceſſantibus reſervationibus vel affectionibus Apoſtolicis, pro tempore collata, devolutioni, juxta Lateranen. ſtatuta Concilii ſubiacere; necnon irritum, & inane, quicquid ſecus per quoſcumque ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Reſervationibus Apoſtolicis fructuum, penſionum, & aliarum rerum hujuſmodi beneficiorum, in perſonas idoneas, etiam de hujuſmodi contaminatorum conſenſu factis, eiſdemque ab illis interim præſtitis vel ſolutis, nihilominus valituris. Nemo autem ignorationem prætexens valeat excuſari, cum prædictæ prohibitiones ſatis manifeſtæ ſint, & quiſque ante petitionem vel acceptionem beneficiorum hujuſmodi, num illorum capax ſit, debeat ſe probare. Nulli ergo &c.

D. P. An.IX. 13. Novemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo octuageſimo, Idibus Novembris, Pontificatus noſtri Anno IX.

CXXIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Statuit, ut Prior Generalis, & Viſitator Congregationis Sancti Salvatoris Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium, ſint triennales, nec niſi elapſo triennio reeligi poſſint.

GREGORIUS PAPA XIII

Ad perpetuam rei memoriam.

Facti ſeries, & Exordium.

§.1. CUM alias felic. record. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter in generali reformatione Congregationis Sancti Salvatoris Ordinis Sancti Auguſtini Canonicorum Regularium edita per ejus literas in forma Brevis ſub die 5. Decembris 1571. Pontificatus ſui Anno VI. confectas Motu proprio, & ex mera voluntate, & certa ſcientia ſuis recte, & ſalubriter ſtatuit, & ordinavit, quod de cetero ejuſdem Congregationis Capitulum generale quolibet triennio tantum, non autem ſingulis annis, ut antea celebraretur, in eiſdem literis de Procuratore Generali, & Viſitatoribus creandis, deque eorum electionis forma, & tempore multa provide etiam decreviſſet; quia tamen in eiſdem de prædictorum Prioris Generalis, & Viſitatorum Officiorum, & munerum vacatione nihil ſtatutum, & determinatum eſſe reperitur.

Declaratio Cõſtitutionis fa. me. Pii V. de qua in preſenti Conſtitutione.

§.2. Nos ad dictam Congregationis pacem, & concordiam conſervandam, quam dubitandi, & alterandi materiam ſuggerere poſſent noſtræ declarationis remedio reſecanda, & præcidenda eſſe cenſentes, Motu ſimili, & ex mera noſtra voluntate, ac deliberatione, & certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, ordinamus, & præſentium noſtrarum literarum tenore declaramus, quod quemadmodum Capituli Generalis celebrandi, in eoque Prioris Generalis, & Viſitatorum eligendorum tempus juxta ejuſdem Prædeceſſoris noſtri prædictas literas triennale eſt, & eſſe debet, prout etiam per varias noſtras literas triennale eſſe voluimus, & confirmavimus, ſic eorumdem officiorum Prioris Generalis, & Viſitatorum hujuſmodi vacatio quoque triennalis eſſe debeat, itaut quicumque Prior Generalis, vel Viſitator ejuſdem Congregationis per triennium fuerit, ſtatim poſt Officii Generalatus, & Viſitatoriatus abdicationem, & dimiſſionem ad eadem munera, officia, vel adminiſtrationes nequaquam confirmari, eligi, vel aſſumi poſſit niſi per ſimile triennium ab eodem munere, & officio vacaverint, aliquo modo poſſit, audeat, vel præſumat. Quo vacationis tempore trium annorum, ut præfertur, elapſo liberum eſſe decernimus eidem Congregationi, & ejus Prælatis, & Perſonis in Capitulo Generali juxta prædictas reformationis literas congregatis eoſdem iterum ad eaſdem dignitates, officia & adminiſtrationes eligere, prout quemque dignum, & idoneum eſſe judicaverint.

Clauſula.

§.3. Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & deffiniri debere, præſenteſque literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, vel impugnari non poſſe: ſed illas ſemper validas, & efficaces eſſe, nec per quemquam cujuſcumque privilegii, ſtatuti, conſuetudinis, vel ſtyli, & uſus prætextu, vel colore ullatenus infringi, vel contra illas, & in eis contenta venire non poſſe, neque debere, irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, & declaramus.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam Pii V. Prædeceſſoris noſtri, ſi quam emanarunt, Pontificatus ſui anno quinto, quatenus hujuſmodi voluntati, & decreto noſtro adverſentur, ac dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, & reformationibus: privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis eidem Congregationi per quoſcumque Romanos Pontifices quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 18. Novem. 1580. An.IX.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die decimaoctava Novembris, milleſimo quingenteſimo octuageſimo, Pontificatus noſtri Anno IX.

CXXV.

Juriſdictio Ordinariorum, in puniendis vicariis, familiaribus, colonis, & Miniſtris Fratrum Militum Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, juxta diſpoſitionem Conc. Tridentini ſeſſ. 24. cap. 11.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

CIrcumſpecta in omnibus actib. ſuis Romani Pontificis providentia, interdum

ea

quæ certis, etiam rationabilibus tunc ſuadentibus cauſis a Sede Apoſtolica emanata reperiuntur, alia ſupervenieute ratione, qua præſertim populorum offenſioni occurritur, & Epiſcoporum juriſdictioni rite conſulitur, reducere, ac ſuam declarationem interponere conſuevit, & alias deſuper diſponit, prout temporum, rerum, & perſonarum qualitate penſata perſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Cauſa hujus Cõſtitutionis.

§.1. Cum itaque compertum ſit quamplurimos clericos ſæculares, nec non laicos gratiis, & privilegiis, quibus Sedes Apoſtolica dilectos filios Magiſtrum, Conventum, & Milites Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani de Republica Chriſtiana optime ſemper meritos, ac eorum Eccleſias, & loca liberaliter proſecuta eſt, abutentes, unde ſibi religioſius vivendi legem imponere deberent, inde laxioris vitæ occaſionem arripere, dum varios, ſæpe etiam vanos exemptionis, libertatiſque titulos prætexunt; alii quidem quod pro Vicariis, Capellanis, minoiſtris, & inſervientibus Eccleſiis dicti hoſpitalis quomodolibet adſcripti ſint, alii vero quod coloni, procuratores, & familiares ipſorum Militum exiſtant, quamvis in propriis domibus licenter degant, nihilominus es prædictorum Militum privilegiis, illorumque confirmatione, etiam poſt Concilium Trident. a fel. record. Pio Papa V. Prædeceſſore noſtro obtenta, prætendant ſe ab omni juriſdictione Ordinariorum exemptos eſſe, nec ab illis inquiri, viſitari, puniri, aut corrigi poſſe, eoque ipſo delictorum ſuorum ſibi impunitate promiſſa, gravem in populo offenſionem præbere, & in Epiſcoporum juriſdictione perturbationem in dies majorem excitare dignoſcantur.

Reductio privilegiorum, & exemptionũ.

§.2. Idcirco Nos huic malo, quod a prædicto Concilio multo ante prævifum fuerat, ſalubriter providere volentes, Motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra voluntate, ac deliberatione, & certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula privilegia, exemptiones, gratias, & indulta Magiſtro, Conventui, Militibus, & Militiæ dicti hoſpitalis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Sedem prædictam in genere vel in ſpecie quomodolibet conceſſa, & confirmata, necnon dict Pii V. literas ſuper eorumdem cofirmatione emanatas ſub datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 29. Novembris 1568. Pontificatus ſui anno tertio, ad prædicti Concilii decretorum terminos tenore præſentium reducimus, ac reducta eſſe, nihilque ex ipſis privilegiis, exemptionibus, gratiis, & indultis, ordinariis locorum detractum eſſe, quominus ipſorum Militum Vicarii, Capellani, Miniſtri, Servientes, Adſcripti, Coloni, Procuratores, & Familiares Militum hujuſmodi, quibus ea jam conceſſa ſunt, & in poſterum concedi contigerit, ab ipſis Ordinariis tamquam Apoſtolicæ Sedis delegatis, de eorum exceſſibus, criminibus, & delictis, etiam extra viſitationem, quando, & quoties opus fuerit, inquiri, viſitari, puniri, & corrigi poſſint, ipſorumque Ordinariorum juriſdictioni plene in prædictis ſubiecti exiſtant, (exceptis tamen iis, qui eccleſiis, aliiſqe locis dictorum Militum actu ſerviunt, & intra eorum ſepta, & domos reſident, ac ſub eorum obedientia vivunt, quæ omnia debere ſimul concurrere intelligantur, ſive iis, qui legitime, & ſecundum regulam prædictæ Religionis profeſſionem fecerint, de qua loci Ordinario conſtare debeat.) Et ita in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & intepretandi facultate, & auctoritate, in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & definiri debere.

Clauſulæ præſervativæ.

§.3. Præſenteſque literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, vel impugnari non poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces eſſe, nec per Magiſtrum, Conventum, & Milites prædictos quorumcumque privilegiorum, ſtatutorum, conſuetudinum, & ſtyli prætestu ullatenus infringi, vel contra illas, & in eis contenta veniri non poſſe, neque debere, irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Hoſpitalis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, necnon declarationibus, ſententiis, juramentis, concordiis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Magiſtro, & Conventui, ac Militibus prædictis, & eorum Vicariis, Capellanis, colonis, familiaribus, procuratoribus, & aliis quibuſlibet, ipſorum Militum intuitu, vel contemplatione, per quoſcumque Romanos Pontifices. & Sedem prædictam quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti eorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent præſentibus, pro ſufficenter expreſſis, & inſertis habentes, ad effectum præſentium dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe, motu ſimili derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Confirmatio d. Conſtitutionis Pii V.

§.5. Eiſdem Pii Papæ V. literis memoratis, quo ad alia, & in eo maxime quod voluit prædictorum Militum privilegia, illorumque

Digitized by Google

torumque confirmationem non comprehendere, neque eccleſias neque perſonas, in his, qoæ ad curam animarum pertinent, ſed in his dicti Conc. Tridentini Decreta omnino ſervari debere, in ſuo robore permanentibus.

Fides tranſumptorum. §.6. Volumus autem, qood præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem ubique fides tam in judicio quam extra adhibeatur, quæ eiſdem præſenribus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An. IX. 25. Novemb. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die vigeſimaquinta Novembris, milleſimo quingenteſimo octuageſimo, Pont. noſtri Anno IX.

CXXVI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev. Erectio novæ Eccleſiæ Cathedralis S. Severii in Regno Neapolis.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. PRo excellenti præeminentia Sedis Apoſtolicæ, in qoa poſt Beatum Petrum Apoſtolorum Principem quamquam imparibus meritis pari tamen auctoritate conſtituti ſumus, Dirutas Eccleſias temporum injuria, aliiſve calamitatibus ſupprimere, ac illarum loco in Agro irriguo Militantis Eccleſiæ novas Epiſcopales Sedes, & Eccleſias plantare Rom. Pont. dignum arbitramur, ut per hujuſmodi novas plantationes populorum augeatur devotio, divinus Cultus floreat, animarum ſalus ſubſequatur, & loca ſimilia illuſtrentur; idque Nos eo libentius agimus in his locis, in quibus benedicente Domino Incolas, & alios Chriſtifideles multiplicaſſe noſcuntur, ut propagarioni nuvæ Sedis, & aſſiſtentia honorabilis Præſulis cum decenti Miniſtrorum nomero Fideles ipſi in devotione perſiſtentes, etiam devotionis hujuſmodi augmentom ſuſcipientes æternæ fœlicitatis premium, Deo eorum pium propoſitum adjuvanre, facilius conſequi mereantur.

Facti ſeries. §.1. Sane cum Civitas Civitaten. in Regno Neapolis penitus deſtituta, & ſolo æquata a nullis incolis habitetur, & vix veſtigia Cathedralis Eccleſiæ in ea appareant, & ob id Eccleſia Civitaten. amplius in rerum natura non exiſtit. Nos attendentes quod ſi in ipſa Eccleſia Civitaten. certo modo Paſtoris ſolatio deſtituta nomen, titulom, & denominatio Cathedralis Eccleſiæ perpetuo ſupprimerentur, & extinguerentur; Archidiaconatus vero qui major poſt Pontificalem, & Archipresbyteratus ipſius Eccleſiæ, qui ſecunda inibi dignitates exiſtunt, ad infraſcriptam erigendam Eccleſiam transferrentur, ac Oppidom Sancti Severi nollius Diœceſis ejoſdem Regni, quod inſigne, ac mœnibus, & turribus cinctum eſt, nec non frequentem populum, & quod plurimos Incolas nobiles continet, & in quo quatuor Parochiales Eccleſiæ exiſtuor, in Civitatem, & Parochialis Eccleſia Beatæ Mariæ Virginis ejuſdem Oppidi, qua ſatis venuſta, ac frequenti numero Sacerdotum, & Miniſtrorum Eccleſiaſticorum referta, necnon omnibus ad Divinum cultum neceſſariis luculenter inſtructa, & alioqoin inſignis exiſtat, in Cathedralem Eccleſiam ſub invocatione ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis cum alia dignitate duodecim Canonicatibus, totidemque Præbendis, duobus perpetuis ſimplicibus perſonalem reſidentiam requirentibus Beneficiis Eccleſiaſticis, Beneficiatis nuncnpandis erigeretur, & inſtitueretur, necnon Eccleſiæ Civitaten., ac Archidiaconatus, & Archipresbyteratus præfatorum buna, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolnmenta quæcumque, dictæ Eccleſiæ erigendæ illiuſque Epiſcopali, & Capitulari menſis reſpective, etiam perpetuo applicarentur, & appropriarentur, inde profecto Cleri, & Populi ſalus cum Eccleſia Sanctæ Mariæ Virginis, ac Oppidi prædictorum decore longe magis proveniret.

Erectio Cathedralis Sanctæ Mariæ Oppidi S. Severi. §.2. Præmiſſis itaque, & aliis rationabilibus cauſis adducti, habita ſuper his cum Venerabilibus Fratribus noſtris deliberatione matura de illorum conſilio, & aſſenſu ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in dicta Eecleſia Civitaten., nomen, titulum, & denominationem Cathedralis Eccleſiæ Apoſtolica Auctoritate tenore præſentium perpetuo ſupprimimus, & extinguimus; Archidiaconatum vero, & Archipresbyteratum ſuppreſſę Eccleſię hujuſmodi ad dictam erigendam Eccleſiam transferimus; necnon Oppidum in Civitatem Sancti Severi nuncupandam, ac Eccleſiam Beatæ Mariæ hujuſmodi in Cathedralem Eccleſiam, ſub invocatione ejuſdem Sanctæ Mariæ pro uno Epiſcopo Sancti Severi nuncupando, qui eidem Cathedrali Eccleſiæ præſit, illiuſque ædificia ampliet, & ad formam Cathedralis Eccleſiæ redigat, Epiſcopalem, & Canonicales Domos conſtrui, ac ædificari faciat, omnimodamqoe in Clerum, & Populum prædictum juriſdictionem Epiſcopalem exerceat, necnon omnium, & ſingulorum beneficiorum Eccleſiaſticorum in Civitate Sancti Severi, ac infra aſſignanda Diœceſi pro tempore vacantium diſpoſitionem ordinario jure, aliaque omnia, qua ad munus Epiſcopale pertinent, habeat, ac Archiepiſcopo Beneventan. jure Metropolitico ſubſit, necnon io eadem Cathedrali Eccleſia unum Archidiaconatum, qui inibi poſt Pontificalem Major, & pro Archidiacono olim Civitaten., & unom Archipresbyteratum, pro Archipresbytero, qui in erecta Eccleſia hujuſmodi animarum curam hactenus exercuit, & in futurum exercebit, qui ſecunda, ac unum Primiceriatum pro Archipresbytero, olim Civitaten., qui tertia, & ultima dignitates inhibi exiſtant, & doodecim Canonicatus, & totidem præbendas, pro duodecim Canonicis præbendatis, qui omnes inſimul Capitulum dictæ Cathedralis

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiæ conſtituant, necnon duo perpetua ſimplicia, & perſonalem reſidentiam requirentia beneficia Eccleſiaſtica Beneficiata nuncupanda, pro duobus Clericis, Beneficiatis nuncupandis.

Epiſcopalis Dignitatis inſtitutio.

§.3. Præterea in ea Epiſcopalem dignitatem cum Sede, præeminentiis, honoribus, privilegiis, & facultatibus, quibus aliæ Cathedrales Eccleſiæ, de jure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, necnon Epiſcopali, & Capitulari menſis, aliiſque Cathedralibus inſigniis, ad Omnipotentis Dei, ejuſque B. Mariæ laudem, totiuſque triumphantis Eccleſiæ gloriam, & fidei Catholicæ exaltationem, auctoritate, & tenore prædictis, perpetuo erigimus, & inſtituimus, ac Oppidum Sancti Severi Civitatis, & Eccleſiam Beatæ Mariæ Cathedralis, necnon habitatores, & incolas hujuſmodi civium nomine, & honore decoramus.

Deſignatio Diœceſis, & additiõ pro menſis Epiſcopali & Capitulari.

§.4. Ulterius dictæ erectæ Eccleſiæ Oppidum Sancti Severi, pro Civitate, necnon olim Civitatem Civitaten., totumque illius territorium, Oppida, terras, villas, & alia loca, olim in Diœceſi Civitaten. exiſtentia, ac etiam locum Turris majoris, nulliusDiœceſis ejuſdemque loci Turris majoris, & Civitatis Sancti Severi territoria, & diſtrictus pro Diœceſi; necnon Eccleſiaſticas pro Clero, & ſæculares perſonas in Civitate Sancti Severi, & loco Turris Majoris hujuſmodi, ac territoriis, Oppidis, Terris, Villis, & aliis locis prædictis habitantes pro populo, auctoritate tenore præmiſſis pariter perpetuo concedimus, & aſſignamus, ac Civitatem, Diœceſim, Clerum, & Populum hujuſmodi futuro Epiſcopo Sancti Severi, quoad Epiſcopalem, & dicto Archiepiſcopo, quoad Metropolitanam ordinariam juriſdictionem, & ſuperioritatem, ita quod dictus locus Turris Majoris non amplius nullius Diœceſis, ſed poſt hac S. Severi Diœceſis exiſtat, ſubiicimus.

§.5. Necnon ruralem Eccleſiam rectoriam, ſeu Præpoſituram nuncupatam olim Monaſterium Sanctorum Petri, & Severi Ordinis Sancti Benedicti dicti Oppidi Turris Majoris, quam Venerabilis frater noſter Jacobus Epiſcopus Aprutin., nuper in commendam ad ejus vitam ex diſpenſatione Apoſtolica obtinebat, ac cujus, & illi forſan annexorum fructus, redditus, & proventus trecentorum ducatorum auri de Camera ſecundum communem exiſtimationem valorem anouum ut accepimus uon excedunt, commenda hujuſmodi ex eo quod idem Jacobus Epiſcopus illi, necnon omni juri, ſibi in dicta rurali Eccleſia, vel ad illam quomodolibet competenti hodie in manibus noſtris ſponte, & libere ceſſit, Noſque ceſſionem hujuſmodi duximus admittendam, ceſſante adhuc eo quo ante commendam ipſam vacabat, tunc vacantem, cum annex. hujuſmodi prædiis, proprietatibus, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, omniaque, & ſingula prædia, proprietates, ceoſus, Decimas, primitias, ceteraque bona, fructus, redditus, proventus, & etiam juriſdictiones, actiones, & jura, ac alia emolumenta quæcumque olim menſæ Epiſcopalis Eccleſiam Civitaten., & quæ hactenus ad ipſam menſam Epiſcopalem, Epiſcopum, & Eccleſiæ Civitaten. quomodolibet, & ubilibet ſpectabant, & pertinebant Epiſcopali pro ejus, & Epiſcopi Sancti Severi pro tempore exiſtentis, Capitulari autem menſis erectæ Eccleſiæ illiuſque maſſæ communi, pro dignitatum Canonicatuum, & præbendarum aliorumq. Beneficiorum in ea erectorum dotibus, illaque pro tempore obtinentium alimentis neceſſariis omnia, & ſingula fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcunque Beatæ Mariæ in Cathedralem erectæ, necnon Archidiaconatus, & Archipresbyteratus translatorum prædictorum fructus, redditus, & proventus, obventiones, & emolumenta quæcumque, ita ut ex dicta Maſſa aliquid certum in præbendam dictis Archidiacono, Archipresbytero, & Primicerio, necnon Canonicis, & Beneficiatis conſtituatur, ac reliqua, quæ de detractis præbendis hujuſmodi dictæ Maſſæ ſupererunt, pro rata ſervitii ab unoquoque eorum præſtiti poſtmodum inter ipſos, modo, & ordine a futuro Epiſcopo Sancti Severi præſcribendis dividantur, auctoritate, & tenore prædictis, etiam perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ita quod liceat pro tempore exiſtenti Epiſcopo Sancti Severi olim Menſæ Epiſcopalis, & Eccleſiæ Civitaten., rectorique prædict. ac Capitulo & Beneficiatis præfatis ipſius erectæ Eccleſiæ, necnon Archidiaconatus, & Archipresbyteratus translatorum hujuſmodi fructuum, redditum, & proventuum, jurium, obventionum, & emolumentorum corporalem poſſeſſionem per ſe, vel alium, ſeu alios propria auctoritate reſpective libere apprehendere, & perpetuo retinere, illaque percipere, colligere, levare, exigere, recipere, & recuperare, arrendare, locare, & in eorum uſus, & utilitatem reſpective convertere, cujuſvis licentia deſuper minime requiſita.

Clauſula & Derogatio contrariorum

§.6. Decernentes ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter, contigerit attentari, non obſtantibus quatenus opus ſit, noſtris de non tollendo jure quæſito ac unionibus committendis ad partes, vocatis quorum intereſt, necnon Lateranen. Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictarum Eccleſiarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in

in ſpecie, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & etiam conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus ommiſſo, & forma in eis tradita obſervata, inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

§.7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuppreſſionis, extinctionis, translationis, erectionis, inſtitutionis, decorationis, conceſſionis, aſſignationis, ſubiectionis, unionis, annexionis, & incorporationis, decreti, derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo octuageſimo, decimo Kalendas Martii, Pontificatus noſtri Anno IX.

CXXVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Erectionis Confraternitat. Sanctæ Mariæ Rotundæ.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Pietatis, & Chriſtianæ charitatis opera, quæ Salvator, & Dominus Noſter Jeſus Chriſtus, cujus vices licet immeriti gerimus in Terris, Fidelibus ipſis antequam pateretur, inſtanter commendavit, ubique locorum, ac præſertim in Urbe noſtra Chriſtianæ Religionis proprio domicilio exerceri cupientes, his, quæ propterea provide, & religioſe ordinata fuiſſe dicuntur, libenter cum a Nobis petitur, Apoſtolici muniminis firmitatem adiicimus, aliaſque deſuper diſponimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Facti ſeries.

§.1. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii Federici Zuccari Regentis, ac Confratrum Confraternitatis S. Joſephi in Eccleſia B. Mariæ Rotundæ de Urbe Canonice inſtitutæ petitio continebat, quod dudum poſtquam quondam Deſiderius de Auditorio, tunc Canonicus dictæ Eccleſiæ devotione ductus ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ Sanctum Sepulchrum Dominicum Hieroſolymitanum bis, & Montem Sinai ſemel, & alia loca Terræ Sanctæ diverſos Corporis, & Animæ labores, cum ſummo vitæ diſcrimine perferendo, ad laudem Dei viſitaverat, & eainde nonnullas Venerabiles Reliquias ſecum detulerat, Reliquias præſcriptas in loco devoto, & convenienti collocari, & tam ipſe, quam dilecti filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ attendentes, quod in ipſa Eccleſia a ſiniſtra parte illius ingreſſus erat una ex majoribus Cappellis nondum in titulum perpetui Beneficii Eccleſiaſtici erecta, in qua immunditiæ dictæ Eccleſiæ reponebantur, & quæ a Chriſtifidelibus nullo modo, aut parum frequentabatur, nec in veneratione habebatur, in Eccleſiæ prædictæ dedecus, & Populi inibi confluentis devotionis diminutionem, ipſam Cappellam ad debitam formam, & nobiliorem ſtatum deduci, ac divinum cultum inibi augeri deſiderarent, Capitulum prædicti ad ſonum Campanæ, ut moris eſt, ſuper eo capitulariter congregati, camdem Cappellam dicto Deſiderio ad effectum illam reſtaurandi, & ibidem dictas reliquias honorifice reponendi, eique per Cappellanum tunc ab eodem Deſiderio ei incertos eventus per Confraternitatem prædictam inibi tunc ipſo Deſiderio procurante, inſtituendam, ac aliis modis, & formis tunc expreſſis deputandum inſerviendi, Miſſaſque certis tunc forſan expreſſis modo, & forma, atque diebus celebrandi, cum facultate in dicta Cappella Confraternitatem hujuſmodi inſtitui faciendi, ita quod dictus Deſiderius, ſi ſibi placeret, eiſdem Confratribus Parochianum dictæ Eccleſiæ, quæ etiam Parochialis exiſtit, in dicta Cappella ſepeliri, quod medietas ceræ, quæ obveniret ratione dictæ Sepulturæ pro una inter Capitulum, & pro altera medietatibus pro divini cultus in ipſa Cappella manutentione inter Confratres præfatos dividerentur, quodque ipſe Deſiderius pro eleemoſynis in Cappella prædicta recoligendis, quarum quinta pars dictæ Eccleſiæ, reſiduum vero ipſius Cappellæ eſſet Cyppum, & Truncum, & pro Cuſtodia paramentorum, & aliarum rerum dictæ Cappellę in Sacriſtia dictæ Eccleſiæ unam capſam habere, & retinere poſſet, & ſub certis aliis pactis, & conditionibus, necnon modis, & formis tunc expreſſis conceſſerunt, & aſſignarunt, prout in diverſis Inſtrumentis deſuper confectis plenius dicitur contineri.

Erectio & Inſtitutio Altaris, & Confraternitatis S. Joſeph de Terra Sancta nuncupati.

§.2. Cum autem, ſicuti eadem petitio ſubiungebat, prædictus Deſiderius in ſuo propoſito perſeverans ex bonis ſibi a Deo collatis Cappellam ipſam reſtaurare, & in ea unum Altare lapideum formoſiſſimum, ſub Invocatione S. Joſephi de Terra Sancta nuncupati conſtrui, & ædificari, ac ſubtus dictum Altare Reliquias hujuſmodi divinæ pietatis intuitu rite collocari, ac Miſſas juxta conceſſionis, & aſſignationis prædictarum tenorem celebrari. Necnon ad Omnipotentis Dei gloriam, & illius cultus augmentum, ac ejuſdem Sancti Joſephi honorem unam Confraternitatem Chriſtifidelium Deo, & ipſi Sancto Joſepho devotorum præcipue inſignium operantium Architectorum, Picturæ, Sculpturæ, & metallariæ, lignariæ, fuſariæ, & diverſarum Artium, ut præfer-

Digitized by Google

præfertur, canonice inſtitui, & erigi, ac eidem Confraternitati quandam Cameram ſupra dictam Capellam exiſtentem per dictos Capitulum concedi, & aſſignari curavit, pro parte Federici Regentis, ac Confratrum prædictorum aſſerentium poſtquam fe. rec. Paulus Papa III. Prædeceſſor noſter conceſſionem, aſſignationem, & Inſtitutionem hujuſmodi, ſub Data videlicet Tertio nonas Octobris, Pontificatus ſui Anno Nono confirmari, & approbari conceſſerat, ſe literas ſuper conceſſione hujuſmodi non expediviſſe, & nihilominus Regentem, & Confratres dictæ Confraternitatis pro tempore exiſtentes, ex tunc dictæ Capellæ in divinis deſervire, ac eorum, & ipſius Confraternitatis impenſis nonnullas virgines annuatim Matrimonio collocare, ac Miſſas juxta conceſſionem, & aſſignationem hujuſmodi celebrari feciſſe, necnon pauperum, & infirmorum neceſſitatibus, & indigentiis ſubvenire, ac diverſa pietatis, & charitatis opera ſedulo exercere conſueviſſe: Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus conceſſionem, aſſignationem, erectionem, & Inſtitutionem prædictas, ac alia præmiſſa pro illorum ſubſiſtentia confirmare, & approbare, aliaſque deſuper opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmatio Confraternitatis præfatæ.

§.3. Nos igitur Federicum Regentem & Confratres prædictos, ac eorum quemlibet a quibuſvis excommunicat. &c. cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, conceſſionem, aſſignationem, erectionem, & inſtitutiones prædictas, ſicuti canonice facta fuerunt, eorumdem Capituli ad hoc expreſſo accedente conſenſu, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ firmitatis robur adiicimus, omneſque, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui intervenerunt in eiſdem, ſupplemus, ac illas validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri debere decernimus, & nihilominus pro potiori cautela Confraternitatem prædictam de conſenſu Capituli hujuſmodi a dilecto filio noſtro in dicta Urbe, & ejus diſtrictu Vicario in ſpiritualibus generali approbando de novo ſine alicujus præjudicio auctoritate, & tenore prædictis perpetuo erigimus, & inſtituimus, necnon pro tempore exiſtentibus Regenti, & Confratribus prædictis, ut perpetuis futuris temporibus dictam Capellam, ac omnia, & ſingula illius res & bona mobilia, & immobilia, ac ſe moventia præſentia, & futura, regere, gubernare, & adminiſtrare, illorumque fructus, necnon oblationes, & eleemoſynas, aliaque pia ſuffragia inibi pro tempore erogata percipere, exigere, & levare, ac in ipſius Capellæ uſus, & utilitatem, ac illius jurium, & bonorum conſervationem, & divini cultus augmentum convertere, necnon unum, vel plures Presbyterum, ſeu Presbyteros a dicto Vicario approbandos, & ad ipſorum Regentis, & Confratrum nutum ponendos, & amovendos, qui Miſſas, & alia divina officia juxta providam diſpoſitionem deſuper ab eiſdem Regente, & Confratribus faciendam in ipſa Capella celebrare teneantur, ac in eadem Capella tam Confratres, quam alios Chriſtifideles ſepelire, necnon pro illius, & dictæ Confraternitatis ſalubri directione, ac rerum, & bonorum eorumdem adminiſtratione quæcumque ſtatuta, & Ordinationes, licita tamen, & honeſta, ac Sacris Canonibus, & Decretis Concilii Tridentini non contraria, ab eodem Vicario, pariter approbanda condere, eaque poſtquam condita fuerint pro temporum varietate corrigere, alterare, immutare, limitare, modificare, & in meliorem formam redigere, ſeu in totum caſſare, & alia, ut præfertur, approbanda de novo condere, & edere, quæ omnia ſemper a Vicario prædicto ſint examinata, & approbata, libere, & licite valeant, quodque dicta Capella, ſeu illius Altare, etiam a Nobis, vel Sede prædicta, ſeu illius legatis, etiam de latere, vel eodem Vicario, aut quocumque alio in titulum perpetui Beneficii Eccleſiaſtici, erigi, ſeu tamquam Beneficium Eccleſiaſticum per quoſcumque impetrari, vel alicui alteri Capellæ Eccleſiæ, ſeu Beneficio Eccleſiaſtico, vel loco uniri, aut illius fructus, & bona applicare, ſeu alias ex illis diſponere, nequeant, nulluſque Apoſtolica, vel ordinaria, aut delegata, ſeu mixta auctoritatibus fungentes de legatis, relictis rebus, & aliis prædictis directe, vel indirecte quovis quæſito colore abſque expreſſa licentia pro tempore exiſtentium Regentis, & Confratrum prædictorum in ſcriptis tradita ſe intromittere aliquatenus poſſit, Apoſtolica auctoritate, & tenore prædictis perpetuo concedimus, & indulgemus.

Clauſulæ ſpeciales.

§.4. Necnon quaſcumque erectiones, proviſiones, conceſſiones, uniones, applicationes: & alias diſpoſitiones de Capella, illiuſque Altare, rebus, & bonis prædictis, etiam per Nos, ſeu quoſcumque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & dictam Sedem, aut quoſcumque alios pro tempore factas, nullas, & invalidas fore, & eſſe, nec per eas cuiquam jus adquiri, dictoſque Regentem, & Confratres nunc, & pro tempore exiſtentes ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis nullatenus per quoſcumque quavis auctoritate quomodolibet moleſtari, vel impediri poſſe, ac quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate attentari contigerit, irritum, & inane decernimus,

Mandatur executio.

§.5. Quocirca venerabilibus Fratribus noſtris Amerin., & Maceraten Epiſcopis, ac dilecto filio Archipresbytero dictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Regentis, & Confratrum prædictorum, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſ-

ſiſtentes faciant auctoritate noſtra eoſdem Regentem, & Confratres, eorumque ſingulos confirmatione, approbatione, ſuppletione, novis erectione, Inſtitutione, Indulto, & Decretis prædictis, aliiſque præmiſſis pacifice frui, & gaudere, ac præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi ab omnibus, quos illa concernunt, & quomodolibet concernent in futurum, inviolabiliter obſervari. Non permittentes Regentem, & Confratres prædictos, ſeu aliquem ex eis contra earumdem præſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles, per ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias pœnas eorum arbitrio imponendas, infligendas, & moderandas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, etiam ad hoc, ſi opus fuerit, invocato auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Eccleſiæ juramento roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Eccleſiæ, & dilecto filio illius Archipresbytero, ac Capitulo prædictis, & quibuſvis aliis perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & etiam conſiſtorialiter, & alias quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, & impoſterum conceden. Quibus omnibus etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim a dicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem.

§.7. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, Decretorum, erectionis, inſtitutionis, conceſſionis, indulti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 7. Martii 1580. An. IX.

Datum Tuſculi Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuogeſimo, Nonis Martii, Pontificatus noſtri Anno IX.

CXXVIII.

De Confraternitate Annunciationis in Eccleſia Sanctæ Mariæ ſupra Minervam conſtitura.

Ex Bull. Ordinis Fratr. Prædic. T.V. pag. 407.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

UT Sanctiſſimum Glorioſiſſimæ Dei Genitricis Mariæ nomen, qui ſalutis noſtræ protulit auctorem, & apud Regem, quem genuit, pro nobis omnibus ſedulo intercedit, ubique locorum, & gentium, ac præſertim in Urbe noſtra, Chriſtianæ Religionis proprio Domicilio in qua Petrus Apoſtolorum Princeps Vicariorum Jeſu Chriſti, & ſuorum Succeſſorum Sedem ampliſſimam divina voluntate locavit, celebretur, digniſque laudibus efferatur, dilectos filios Guardianos, & Confratres Confraternitatis ſub invocatione Annunciationis ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis ſupra Minervam de eadem Urbe canonice inſtitutæ, qui piis, & caritatis operibus ſub ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis Vexillo, & nomine ſunt intenti, ſpecialibus gratiis, atque favoribus complectendos eſſe cenſemus, prout in Domino conſpicimus expedire.

Facti ſeries.

§.1. Sane pro parte dilectorum Guardianorum, & Confratrum Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum ipſi Guardiani, & Confratres ex proprio eorum inſtituto annis ſingulis quamplures pauperrimas Virgines nuptui tradere, hocque in opere, & in pauperibus Virginibus Sanctimonialium vitam ingreſſuris ſubveniendis, aliiſque chraritatis, & pietatis operibus inceſſanter, & continue laborare maxima cum diligentia conſueverint, adeout eadem Archiconfraternitas propter diligentem cuſtodiam, quam Virgines ipſæ earum pudicitiæ, & eximiam curam, quam earum Parentes, necnon Sorores, & aliæ Conſanguineæ, & affines ad honeſtam vitam peragendam, bonamque converſationem ſequendum habent, cum alioquin ad eadem ſubſidia recipienda pervenire nequirent, a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris pudicitiæ conſervatrix appellata fuerit, & ob frequentia, ac continua ſimilium Virginum connubia, quæ, ut ſequantur annis ſingulis per eandem Archiconfraternitatem, procurantur, ſit quaſi ſeminarium Artificum ejuſdem, unde hoc piiſſimum, Sanctiſſimumque opus eiſdem Romanis Pontificibus, ac Nobis adeo gratiſſimum fuit, ut præceteris dictæ Urbis Archiconfraternitatibus, aut Confraternitatibus feſtum principale ipſius Archiconfraternitatis, quod eſt Annunciationis ejuſdem Beatæ Mariæ, noſtra, & Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Collegii præſentia decorare, ipſumque opus honeſtis eleemoſynis ab ipſis Romanis Pontificibus, & Cardinalibus quotannis largiri ſolitis confoveri, & promoveri conſuevit, quod Prædeceſſorum noſtrorum inſtitutum ad Divini nominis gloriam, & exaltationem Nos ipſi una cum prædictis

Digitized by Google

ctis Cardinalibus conſtanter retinuimus.

Cauſa Conſtitutionis edenda.

§.2. Quo autem hoc adeo laudabile, & per neceſſarium opus in dies ad Dei Gloriam, ipſarumque Virginum, & aliarum hujuſmodi mulierum pudicitiæ, & honeſtatis conſervationem augeatur, & perpetuo majori cum caritate exerceatur, pro parte Guardianorum, & Confratrum prædictor. Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus erectionem, & inſtitutionem d. Archiconfraternitatis approbare, & confirmare, & eorum petitionibus annuere, aliaſque in præmiſſis opportune providere dignaremur.

Confirmatio Confraternitatis prædictæ

§.3. Nos igitur Guardianos, & Confratres prædictos, ac eorum quemlibet a quibuſvis Excommunicationis &c. cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati erectionem, & inſtitutionem dictæ Archiconfraternitatis, ſicuti canonice facta fuit, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, & quatenus opus ſit, de novo eam in Archiconfraternitatem aliarum Confraternitatum ſimilium ſub invocatione Annunciationis ejuſdem Beatæ Mariæ, tam erectarum, quam erigendarum, & illi canonice aggregandarum perpetuo ſine alterius præjudicio erigimus, & inſtituimus, ipſiſque Guardianis, & Confratribus, ut quaſcumque alias Confraternitates tam in dicta Urbe, quam extra eam, nunc, & pro tempore exiſtentes dictæ Archiconfraternitati aggregare, & aſſociare, illiſque, & eorum utriuſque ſexus Confraternitatibus dictæ Archiconfraternitatis privilegia, indulta, Indulgentias etiam plenarias, & peccatorum remiſſiones, ac relaxationes per præſentes conceſſa, & in poſterum concedenda, non tamen aggregandi, communicare libere, & licite valeant, licentiam concedimus, & impartimur.

Conceſſio Indulgentiarum

§.4. Ut autem ipſius Confraternitatis, & aliarum illi pro tempore aggregandarum Confraternitatum Confratres tunc, & pro tempore exiſtentes in tam pio, & laudabili inſtituto eo alacrius perſiſtant, quo ex hoc dono Cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe uberius eſſe refectos, de Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui dictam Archiconfraternitatem, & illi aggregatas, & in futurum aggregandas Confraternitates ingredientur, ſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſceperint, necnon omnibus illis, etiam utriuſque ſexus pro tempore exiſtentibus, qui etiam vere pœnitentes & confeſſi in mortis articulo nomen Jeſu devote invocaverint, aut aliquod pænitentiæ, ſignum fecerint, ac in Nativitatis, & Reſurrectionis ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac Pentecoſtes, necnon Conceptionis, Nativitatis, Purificationis, Annunciationis, & Aſſumptionis ejuſdem Beatæ Mariæ Feſtivitatibus, necnon Sanctæ Catharinæ de menſe Maii, Archiconfraternitatis, & Confraternitatum hujuſmodi Eccleſias devote viſitaverint, necnon Matronis, & aliis Mulieribus, quæ eaſdem puellas maritandas diebus Annunciationis, & Nativitatis Beatæ Mariæ, & Sanctæ Catharinæ hujuſmodi proceſſionaliter aſſociaverint, ipſiſque puellis maritandis vere pœnitentibus, & confeſſis, ac etiam utriuſque ſexus Confratribus, & aliis Chriſtifidelibus qui eidem proceſſioni interfuerint, & præmiſſa fecerint, ac pias inibi preces ad Deum, prout unicuique ſuggeret devotio, effuderint, ſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem dicta auctoritate, earumdem tenore præſentium elargimur.

§.5. Ac ipſis Confratribus, qui ſemel in quolibet menſe anni dictum Sacramentum dum infirmis defertur, ac Confratrum, & aliorum in eorum Eccleſiis ſepeliendorum cadavera ad ſepulturam uſque aſſociaverint, & Miſſæ ejuſdem Archiconfraternitatis ad Altare ejuſdem Beatæ Mariæ Annunciationis ſitum in Eccleſia dictæ domus devote qualibet ſecunda die Dominica cujuslibet menſis totios Anni interfuerint, qualibet die centum dies, ſingulis vero diebus ſabbati totius anni dictum Altare devote viſitantibus, & inibi prout unicuique ſuggeret devotio, ad Deum preces effundentibus, alios centum dies, necnon viſitantibus puellas ab eadem Archiconfraternitate nubendas unum Annum de eis iniunctis, ſeu alias quomodolibet debitis pænitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Præterea omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, ſimiliter vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, dictas Eccleſias in feſto Annunciationis ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis, ut præfertur, viſitantibus, & orantibus plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, dicta auctoritate, earumdem tenore præſentium, elargimur.

Derogatio contrariorum & exceptio pro validitate Indulgentiarū.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque. Volumus autem quod ſi præmiſſa peragentibus aliqua alia Indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura per Nos conceſſa fuerit, præſentes literæ nullius ſint roboris, vel momenti.

Fides tranſumptorum.

§.7. Ceterum quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod tranſumptis earumdem literarum, etiam impreſſis, manu Secretarii dictæ Archiconfraternitatis ſubſcriptis, & ſigillo ejuſdem Archiconfraternitatis munitis eadem prorſus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo &c. Si quis &c.

Dat. die 10. Martii 1580. An.IX.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incar. Dominicæ 1580. Sexto Idus Martii, Pont. noſtri Anno IX.

Finis Partis Tertiæ Tomi Quarti.

IN-

INDEX

NOMINUM, ET RERUM PRÆCIPUARUM

Numerus paginam indicat. A. primam columnam B. ſecundam deſignant.

A

AGnus Dei a Rom. Pontifice benedicti depingi, miniari, aut venales exponi non poſſunt ſub pœna excommunicationis. 233. a.
Aloyſius Mocenigus Dux Reipublicæ Venetæ fœdus init cum Pio V. contra Turcas. 189. a.
Alumina Infidelium in Statum Eccleſiaſticum non inducenda. 282. a.
Amadeorum Congregatio unita Ordini Minorum. 2. b.
Anglicanum Collegium Romæ inſtitutum. 359. b. Annui redditus ei aſſignati. 360. b. Exemptiones, & Privilegia conceſſa. 361. a. & ſeqq.
Annonæ Præfecti facultates quæ ſint. 315. b. & ſeqq.
Appellatio in Indiis Regi Hiſpaniarum ſubjectis ab Epiſcopo ad Metropolitam fit. 227. a. A Metropolita vero ad Ordinarium viciniorem appellari poteſt. Ibid.
Archivium Curiæ Romanæ. 73. b. Ejus ſcriptores poſſunt eſſe Notarii Cauſarum civilium cujuſcumque Judicis Commiſſarii. Ibid.
Archiconfraternitas SS. Trinitatis de Urbe. 156. a. Ejus Cardinalis Protector facultates omnes habet deſiniendi Cauſas ejuſdem intereſſe concernentes. Ibid. & ſeqq.
Aromatarii Urbis quibus in rebus Medicis ſint ſubjecti. 302. a. & ſeqq.
Auditoris Cameræ Tribunal reformatum. 133. a. Debitoribus quæ danda dilatio. 133. b. Monitoria generalia non danda. 134. b. Epiſcopi non impediendi in exequtione Concilii Tridentini. 134. b. Abſentes extra Italiam non citandi ad comparendum inſcio Pontifice. Ibid. Taxa expenſarum in cauſis cujuſcumque generis. 135. a. & ſeqq.
Auditor Contradictarum commiſſiones in Cauſis Spoliorum expedire non poteſt, niſi prævia Citatione Commiſſarii Cameræ Apoſtolicæ. 1. b.

B

BAnnitos Status Eccleſiaſtici, qui recipiunt, vel eis favent, excommunicationis, aliaſque temporales pœnas incurrunt. 452. a. & b.
Barchinonen. Eccleſiæ Capitulares diſtributiones quotidianas prætextu Officiorum Principatus Cathaloniæ percipere non poſſunt. 396. b.
S. Baſilii Monachi in unam Congregationem redacti ſub eodem capite. 421. b. & ſeqq. Privilegiis Ordinis Caſſinenſis gaudent. 423. b.
Benedictinorum Congregatio in Portugallia erecta. 228. a.
Beneficiorum vacantium Sede vacante collatio ſummo Pontifici reſervata. 7. b. Si lis pendeat ſuper aliquo Beneficio, ejus fructus apud idoneam perſonam a Judice deputandam ſunt deponendi. 9. b. Beneficia vacantia per reſignationem, ab Epiſcopo conferendi non ſunt reſignantis, aut ſuis conſanguineis, affinibus, aut Familiaribus. 10. b. Beneficiorum confidentias prohibuit Pius IV. 67. a. Quibus modis confidentia committatur. 67. b. Ad eam probandam quales præſumptiones ſufficiant. 68. a. Confidentiæ pœna, ejuſque cognitio ad quos ſpectet. 68. b. Conſtitutio Pii V. CXVII. ſuper Confidentiis ligat etiam S. R. E. Cardinales. 69. b. Beneficiorum per hæreſim vacantium collatio privative ſpectat ad Romanum Pontificem. 173. b. Si aliter fiat irrita eſt. 453. b. Quomodo debeant impetrari. Ibid.
Blaſphemi ex locis immunibus extrahi poſſunt, interveniente Judice Eccleſiaſtico. 205. b.
Breviarium Romanum a Gelaſio I. & Gregorio I. inſtitutum, & a Gregorio VII. reformatum. 22. a. Ejus Correctio Patribus Concilii Tridentini commiſſa. 22. b. A Pio V. perfecta. Ibid.
Burgenſis Eccleſia. 292. a. Erigitur in Metropolitanam. 292. b. Pampilonen., & Calaguritana Eccleſiæ ei in Suffraganeas aſſignantur. Ibid.

C

CAmaldulenſium Ordo. 242. b. Privilegia conceſſa, inter quæ facultas transferendi victualia de uno, ad alium locum pro neceſſitate. 243. b. Abbatiæ nonnullæ ſuppreſſæ ad regularem diſciplinam inducendam 389. b.
Cambii illiciti qui ſint. 145. b. Qui tales conſtituunt, pœnas a Sacris Canonibus contra uſurarios, inflictas ſubeunt. 146. a.
Camera Apoſtolica. Scripturæ ad eam ſpectantes eidem revelandæ, & reſtituendæ, ſub pœna excommunicationis Rom. Pontifici reſervatæ. 30. b. Ejus Collegium ad duodenarium numerum adauctum. 151. b. Emolumenta æqualiter dividenda. 152. b. Donationes quæcumque ab Eccleſiaſticis ſiant in præjudicium Cameræ nullæ ſunt, & irritæ. 211. b. Ad eam ſpectant Regularium extra clauſtra vagantium bona. 330. a. Quas pœnas incurrant, qui Cenſus debitos, in vigilia SS. Petri, & Pauli non ſolvunt. 440. a. & ſeq.
Camerarius S. R. E. Commiſſiones in forma ſi in evidentem ſuper alienationibus Bonorum Eccleſiaſticorum, aut locorum piorum concedere non poteſt. 29. a. Quæ ſit ejus facultas in Urbis ornatu procurando. 283. a. & ſeqq.
Camerinenſis Communitatis ſtatuta. 377. a. & ſeqq.
Carceres Urbis. 28. a. Viſitatorum Carcerum facultates. Ibid.
Carceratorum Archiconfraternitas Romæ inſtituta. 407. b. Privilegia ei conceſſa. 408. b.
Cardinales S. R. E. qui offendunt, pœnas a Bonifacio Octavo ſtatutas in cap. Felicis de pœnis in 6. incurrunt. 86. a. Eaſdem quoque ſubeunt, qui hujuſmodi offendentes cum ſciant, non revelant. 86. b.

Car-

Carmelitarum Ordo. 312. b. *Poteſt alienare bona ſtabilia pro neceſſitate, vel utilitate Monaſteriorum*. Ibid. *Quomodo probanda ſit utilitas, vel neceſſitas*. 313. a.

Carmelitæ Diſcalceati Hiſpaniarum Congregationem efformant. 448. b. *Ordinis tamen Priori Generali ſubiecti ſunt*. 450. a. *Ejuſque Privilegiis gaudent*. Ibid.

S. Carolus Borromæus Humiliatorum Ordinis reformationi fruſtra ſtudet. 146. b.

Caſſinenſis Congregationis S. Juſtinæ Prælati facultatem habent abſolvendi Monachos a quibuſcumque reatibus, cenſuris, & pœnis. 168. a. *Abbatiſſæ Monial. qua methodo ſint eligendæ*. 267. b. *Quæ circa hujuſmodi Abbatiſſas Prælatorum Ordinis ſit facultas*. Ibid. *Abbatum electio, & deſtitutio ſpectat ad Definitorium Generale*. 268. b. *Pœnæ contra ambientes ſtatutæ*. 269. b. *Promotiones canonice faciendæ*. 270. a. *Diffinitoris Generalis officium temporaneum*. 331. b. *Reformatio totius Congregationis S. Juſtinæ*. 391. a. & ſeq.

Cathaloniæ Principatus Deputati quamvis abſentes Canonicatuum quotidianas diſtributiones poſſunt percipere. 287. a. *Et ſe immiſcere in Judiciis Criminalibus*. 289. a.

S. Catharinæ de Senis Confratern. approbata. 435. a. *Indulgentiæ, & Privilegia ei conceſſa*. 435. b.

Cenſus annuus creandus cum numerata pecunia ſuper certa re immobili fructifera. 52. b. *Creari, vel augeri non poteſt de fructibus*. 53. a. *Perit pro rata rei cenſuatæ peremptæ*. Ibid. *Repeti ab invito non poteſt*. Ibid. *De infructuoſitate, & cautelis*. 54. a.

Chriſtophorus de Capite Fontium Ordinis Minoritarum Miniſter Generalis. 339. b.

Ciſtercienſis Ordo. 99. b. *Reformatione indiget*. Ibid. *Statuta pro hujuſmodi reformatione*. Ibid. *Ciſtercienſes Conventuales in Hiſpania ad Obſervantes ejuſdem Ordinis tranſire coacti*. 202. a. *Privilegia toto Ordini conceſſa confirmat Gregorius XIII*. 273. a. *Abbas & Prælati loca, & perſonas debent viſitare*. 273. b. *In Monaſteriis commendatis inſtituenda Menſa Clauſtralis*. 274. b. *Variæ Ordinationes, ad regularem diſciplinam inducendam*. Ibid. & ſeqq. 369. b.

Clarenorum Congregatio unitur Ordini Minoritarum. 2. b.

Clericus nefandi criminis reus privilegio clericali, omnique Beneficio, & Officio privus efficitur. 33. b. *Eadem, qua Laicus, pœna puniendus*. Ibid. *Sive conjugatus, ſive ſit liber clericali cum habitu, & Tonſura debet incedere, ut fori gaudeat privilegio*. 206. b.

Clericorum Regularium de Somaſcha Congregatio inſtituta a Paulo III. 50. b. *Reformata a Pio V*. 51. a.

Collegium Germanicum Romæ inſtitutum. 259. b. 260. a. *Dos ei aſſignata*. Ibid. *Conceſſa Privilegia*. 261. a. *Exemptum a Datiis, & Gabellis*. 262. b. *Cardinalis Protectoris quæ ſit facultas, & juriſdictio*. 280. b. *Vinea extra Portam Flaminiam pro recreandis Scholaribus empta, & donata*. 325. b.

Commiſſarius Cameræ Apoſtolicæ citari debet, antequam ſignentur commiſſiones, vel inhibitiones in Cauſis Spoliorum. 1. a. & b. *Commiſſiones in forma* Si in evidentem *ſuper alienationibus Bonorum Eccleſiaſticorum, aut Locorum piorum concedere non poteſt*. 29. a.

Conchinen. Epiſcopus vacante Eccleſia Goana ejuſdem ſuſcipit adminiſtrationem. 241. b.

Concilium Tridentinum. Quomodo intelligi debeat Canon. 3. Seſſ. 24. ſuper impedimento publicæ honeſtatis circa ſponſalia, vel matrimonia. 18. b. *Decretum de promotione Clericorum ſæcularium ad Sacros Ordines extenditur ad Clericos regulares, vel ſæculares in communi Religioſorum more viventes*. 46. a.

Confalonis Confraternitas Romæ inſtituta. 319. a. *Privilegia, & Indulgentiæ Fratribus conceſſæ*. 319. b.

Confraternitas Annunciationis in Eccleſia B. Mariæ ſupra Minervam erecta. 192. b. *Quibus operibus incumbat*. Ibid. *Quæ ſit facultas Cardinalis ejuſdem Protectoris*. Ibid. *Indulgentiæ Fratribus conceſſæ*. 461. a.

Confraternitas Campi Sancti de Urbe. 394. b. *In Archiconfraternitatem erigitur*. Ibid.

Confraternitas SS̃mi Sacramenti in Eccleſia S. Mariæ ſupra Minervam erecta. 258. b. *Indulgentiæ Fratribus propoſitæ*. 259. a.

Confraternitas S. Joannis Decollati Nationis Florentinæ Romæ inſtituta. 82. a. *Privilegia conceſſa*. 82. b. & ſeq.

Confraternitas in Eccleſia S. Mariæ Rotundæ erecta. 458. a.

Congregatio Clericorum Regularium S. Pauli Decollati. 348. b. *Eis vetitus tranſitus ad quemcumque alium Ordinem Carthuſiana excepta*. 349. a. *Statuta de modo, & Vocalibus Capitulorum Generalium*. 382. b. 393. a.

Congregatio Canonicorum Sæcularium S. Georgii in Alga Venetiarum. 84. b. *Privilegia omnia ei conceſſa, & confirmata*. Ibid. *Præcedunt Canonicis regularibus Lateranenſibus*. 165. b.

Congregatio Canonicorum Lateranenſium. 97. b. *Nullus extra Capitulum tractare poteſt de Officiis Generalatus, Viſitatorum, Prælaturarum, ſub pœna excommunicationis, & privationis Officiorum*. Ibid. *Feſtum S. Auguſtini celebrare poſſunt etiam die Dominico*. 139. b. *Præcedunt cuicumque Ordini Regulari poſt Clerum Sæcularem*. 141. a.

Congregatio Sanctæ Crucis Fontis Avellanæ ſuppreſſa. ccxxvii. b. *Monaſterium ipſum Eccleſia, & Bona Camaldulenſibus attributa*. ccxxviii. b. *Monachis vero, niſi intra menſem in alio profeſſi fuerint Ordine, inflictæ pœnæ*. ccxxix. a. *Beneficiorum huic Congregationi annexorum collatio Rom. Pontifici reſervata*. ccxxix. b.

Congregatio Eremitarum S. Hieronymi de Piſis. 160. b. *Eidem confirmata antiqua omnia Privilegia*. Ibid. *Communicata quoque Privilegia conceſſa Ordinibus Mendicantium*. 161. b. *Priorum officium perpetuum*. 271. a. *Præpoſitus Generalis, Viſitatores, Conſultores, & Diffinitores ex Priorum cœtu aſſumendi*. 271. b. *Priores autem ex Vicariis*. Ibid. *Præpoſitus Generalis eligendus ad annum*. 272. a. *Congregationis Portugalliæ Statuta, præſertim circa electionem Provincialis, Priorum &c*. 375. a.

Congregatio Canonicorum Regularium Sanctiſſimi Salvatoris. 186. a. *Prioris Generalis, aliorumque Superiorum electio quomodo ſit facienda*. 186. b. 187. a. *Capitulum Generale quolibet triennio cogendum*. 188. a. *Bona temporalia quomodo ſint adminiſtranda*. 188. b. *Ad Abbatem Generalem, & Viſitatorem ſpectat electio Prælatorum*. 266. b. *Officia omnia ſunt triennalia*. Ib. & 425. b. *Procurator*

Digitized by Google

rator Generalis eligendus, prout cæteri Prælati. 267. a. Prior autem, ac Viſitatores Generales, nonniſi elapſo triennio reeligi poſſunt. 454. a.
Congregatio Fratrum S. Joannis Dei ad infirmos curandos erecta, & approbata. 190. a. Facultas Fratribus conceſſa colligendi eleemoſynas pro Hoſpitalibus. 191. a. Ordinariorum juriſdictioni ſuppoſiti. Ibid. Ratio tamen eis reddenda tantum de Hoſpitalium regimine. 191. b.
Corrector Cancellariæ Apoſtolicæ commiſſiones in Cauſis ſpoliorum ſignare non poteſt, niſi prius citato Commiſſario Cam. Apoſtolicæ. 1. b. Quæ ſint ejus facultates, & quale officium. 80. b. & ſeqq.
Coſmus Medices ejuſque ſucceſſores Florentinæ Reipublicæ Duces, Magni Ducis titulo decorati. 74. b.
Cruciferorum Ordo a B. Cleto inſtitutus. 11. b. Ejus Officia ad triennium reducta per Innocentium VIII. Ibid. Reformatur. 12. a. & ſeqq.

D

DOctores viride Birretum deferre debent. 121. b. Qui autem fraudolenter decoxerint ad bonorum ceſſionem non ſunt admittendi, ſed ultimo puniendi ſupplicio. 131. a.
Didacus Vidal Abbas Eremitorii del Tardon. 342. a.
Doctrinæ Chriſtianæ Confraternitates ab Epiſcopis ſuis in Diœceſibus inſtituendæ. 181. b.
S. Dominicus ad deprimendas hæreſes inſtituit Pſalterium, vulgo Roſarium appellatum. 71. a.
Duellum crebris Romanorum Pontificum Conſtitutionibus prohibitum. 255. b. Pœnæ contra duellantes decretæ. 256. a. In Judices ſecundum duelli leges Judicantes, & advocatos hujuſmodi criminis reos defendentes. 256. b.

E

ECcleſiæ Rom. Loca alienari, vel infeudari cautum Conſtitutionibus Pii V. & Gregorii XIII. 233. b.
Eliſabeth Angliæ Regina in hæreſim labitur, aliaque perpetrat facinora. 98. b. Regno privatur. 99. a.
Emanuel Philibertus Sabaudiæ Dux Militiam S. Mauritii inſtituit. 236. b. Dotem Militiæ dat. 237. a.
Epiſcopi ordinariam habent juriſdictionem ſuper Milites S. Joannis Hieroſolymitani, quoad Parochias, & Sacramentorum adminiſtrationem. 180. b. Debent inſtituere in ſuis Diœceſibus Confraternitates Doctrinæ Chriſtianæ. 181. b.
Eremitarum S. Auguſtini Ordo. 234. b. Tam Fratres, quam Moniales hujus Ordinis bona ejuſdem alienare poſſunt accedente licentia Prioris Generalis. 235. a.

F

FAbrica S. Petri. Ejus Collegium facultatem habet inquirendi ſuper Legatis favore Eccleſiæ Lauretanæ. 8. a. Eorum vero quintam partem prætendere non poteſt, niſi conſtito de negligentia Miniſtrorum d. Eccleſiæ. 8. b. Examinare poteſt Contractus initos ſuper bonis Eccleſiaſticis. 55. b. Duæ ſententiæ definitivæ conformes, pro Fabrica latæ faciunt rem judicatam. 88. a. Commiſſiones autem appellationum, quæ ſimpliciter concederentur a Signatura, ſemper intelliguntur, ſine præjudicio exequtionis duarum conformium. Ibid. Habet facultatem exequendi omnia pia legata infra annum a die mortis teſtatorum non adimpleta cum retentione quintæ partis. 89. a Item legata non adimpleta intra triennium a die obitus Teſtatorum cum retentione medietatis. 90. a Cognoſcendi quoque Cauſas pendentes ſuper alienationibus Bonorum Eccleſiaſticorum factis inconſulta S. Sede Apoſtolica. 124. a. In caſibus autem dubiis tranſigendi. 128. b.
Famigeratorum pœna. 234. a.
Fluvii Januarii Provincia diſmembratur ab Eccleſia S. Salvatoris Braſilii. 305. b. In Vicariam perpetuam erigitur. 306. b.
Fontis Avellanæ Abbatia ſæcularis efficitur. ccxxix. b.
S. Franciſcus de Aſſiſio plures Fratrum Congregationes inſtituit, quos ſub unica collegit Regula. 2. b.
Frumentum, aut aliud quodcumque Graſciæ Genus e Statu Eccleſiaſtico extrahere vetitum. 122. b.

G

GElaſius PP. I. Officii divini formam præſcribit. 22. a.
Goana Eccleſia vacante ejus adminiſtrationem ſuſcipit Epiſcopus Cocbinen. 241. b.
Gomentius Tellezgiron nonnullas Literas in Diœceſi Toletana publicat, quibus facultas conceditur ſoluta pecunia &c. eligendi Confeſſarium pro abſolutione caſuum reſervatorum. 56. b. 57. a.
S. Gregorius VII. Breviarum Romanum reformat. 22. a.
Græcis præfinita forma profeſſionis fidei facienda. 311. a. & ſeqq. Collegium in Urbe eis erectum, dotatumque. 328. a. & ſeqq.
S. Gregorius Magnus Anglos ad fidem Catholicam convertit. 360. a.
Gregorius XIII. Romanus Pontifex electus. 227. a. Conſtitutionem Pii V. de non alienandis, vel infeudandis Terris, & Locis Rom. Eccleſiæ confirmat. 233. b. Levantinis in Civitate Anconitana mercaturam exercentibus privilegia nonnulla, exemptioneſque concedit. 247. a. & ſeqq. Privilegia omnia, exemptioneſque a Pio V. Ordinibus Mendicantibus conceſſa ad terminos juris communis reducit. 251. & ſeqq. Proceſſionem infra octavam Corporis Chriſti ab omnibus fieri permittit. 252. b. Feſtivitatem Roſarii inſtituit. 254. b. Duellantes pœnis coercet. 155. a. Dotem Collegio Germanico aſſignat. 262. b. Vide Collegium Germanicum. Bonifacii VIII. Conſtitutionem contra dantes aliquid, vel promittentes, pro obtinenda gratia, vel juſtitia apud Sedem Apoſtolicam confirmat, & ad fautores extendit. 293. a. Neophitorum Collegium fundat. 346. b. Conſtitutionem, qua S. Pius V. Michaelis Babii Propoſitiones damnavit, vulgat. 426. a.
Gubernatori Urbis, ſi quidquam aſſerat de mandato Papæ, pleno credendum. 121. a.
Guillelmus Cardinalis Sirletus. 424. b.

H

HElvetiorum Collegium Mediolani erectum. 398. a.
Henricus VIII. Angliæ Rex hæreſim introducit in Regnum. 98. b.
Henricus Cardinalis Portugalliæ Infans Sedis Apoſtolicæ a latere Legatus. 208. a.

Hie-

Hieronymus Lignana Præpoſitus Vercellen. ex Ordine Humiliatorum in necem S. Caroli Borromæi cum nonnullis aſſeclis conſpirat. 147. a.

Hiſpalen. Epiſcopus qua Ordinarius, qua Inquiſitor abſolvere poteſt ab Hæreſi, captiviſque Sacerdotibus licentiam impertiri pueros a matribus oblatos baptizandi. 314. a.

Homicidæ ex locis immunibus extrahi poſſunt, interveniente Judice Eccleſiaſtico. 205. a. & b.

Horas Canonicas non recitantes, ſi Beneficium Eccleſiaſticum obtineant, quam ratam amittant. 180. a.

Hoſpitali B. M. V. Theutonicorum antiqua confirmata Privilegia, præſertim conferendi Beneficia, etiam in menſibus reſervatis S. Sedi. 365. b. & ſeqq.

Hugo de Boncompagnis. Vide *Gregorius XIII.*

Humiliatorum Ordo in deterius ruit. 146. b. *Nonnulli hujus Ordinis Fratres in necem S. Caroli Borromæi conſpirant.* 147. a. *Extinctus a Pio V.* Ibid. *Beneficia, loca, & bona extincti Ordinis Sedi Apoſtolicæ reſervata.* 147. b.

Hungaricum Collegium Romæ in Montecælio inſtitutum 385. b. *Privilegia eidem conceſſa, & Protectores aſſignati.* 387. a. & b.

I

JEſuatorum Fratrum Privilegia. 354. a.

Indiarum Epiſcopi quodam Succo loco Balſami in confectione Sacri Chriſmatis uti poſſunt. 174. b. *Poſſunt etiam abſolvere ab irregularitate.* 175. a.

Indulgentiæ non concedendæ quaſius tempore, vel occaſione. 91. a.

Inquilini tenentur domos vicinis vendere ad Urbis ornatum. 164. a.

Inquiſitionis Officiales, aut eorum bona moleſtantes, quibus pœnis ſint addicti. 60. b. *Inquiſitorum juriſdictio contra eos, qui ad Sacros Ordines non promoti Miſſas celebrant, & Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrant.* 281. a.

S. Joannis Hieroſolymitani Milites, eorumque Familiæ, exempti ſunt a ſolutione quorumcumque onerum, 49. a. *Epiſcopis vero ſubjecti ſunt, quoad Parochias, & Sacramentorum adminiſtrationem.* 180. b. *De Profeſſione emittenda, & habitu ſuſcipiendo.* 430. a. & ſeqq. *Familiares autem, Coloni, & Miniſtri ſubjecti ſunt juriſdictioni Ordinariorum.* 454. b.

Joannes Cardinalis Moronus primus Anglicani Collegii Protector. 362. a.

Judæi expulſi a Statu Eccleſiaſtico exceptis Urbe Roma, & Ancona. 57. b.

L

LAteranenſis Baſilica præeminentia, & ſuperioritate fruitur ſuper omnes Urbis & Orbis Eccleſias, & Baſilicas ex Deciſione Gregorii XI., Rotæ, & Pii V. 87. a. & b. *Cardinalis Archipresbyteri, quæ ſint facultates.* 340. b.

S. Lazari Hieroſolymitani Militia unita Militiæ S. Mauritii. 239. b. Vide *S. Mauritii Militia.*

Leo X. Milites S. Joannis Hieroſolymitani, eorumque familias exemptas declaravit a ſolutione quorumcumque onerum. 49. a.

Literarum Apoſtolicarum ſuper proviſione Beneficiorum, eorumve capienda poſſeſſione exequtio impediri non poteſt, ex eo quod Cauſæ pendeant coram Ordinariis in prima inſtantia. 278. b. & ſeqq.

Lovanien. Univerſitas. 265. b. *Ejus Rex ex facultatem habet conferendi Beneficia, & Officia Eccleſiaſtica.* Ibidem. *Collationes vero Ordinariis intimare tenetur, ſed ſufficit, ut intimentur ad valvas reſidentiæ Collatorum.* Ibid.

Ludovicus Taberna Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarius. 331. a.

M

SAncti Mauritii Militia inſtituta ab Emanuele Philiberto Sabaudiæ Duce. 236. b. *Regula Ciſterclenſium ei data.* 237. a. *Dos aſſignata a fundatore.* Ibid. *Eidem unita Militia S. Lazari.* 239. b. *Ratione hujus Unionis M. Magiſter duas Triremes pro defenſione Sedis Apoſtolicæ contra hæreticos debet parare.* 240. b. *Dux Sabaudiæ perpetuus utriuſque Militiæ Magiſter.* Ibid.

Magiſter S. Palat. Apoſtolici eſt Canonicus Theologalis Baſilicæ S. Petri. 117. b.

Magiſtri viarum Urbis. 283. b. *Eorum facultas in Urbis ornatu curando.* 283. a. & ſeqq.

B. V. Mariæ Conceptio. 120. b. *Pœnæ ſtatutæ contra diſputantes, aut male ſentientes de Conſtitutione a Sixto IV. ſuper eadem edita.* Ibid. *De ea diſputari in publicis Concionibus non poteſt, aut quicquam vulgari idiomate ſcribi, aut dictari.* 128. b. *Officium parvum B. Virginis correctum & reformatum.* 153. b.

S. Mariæ Majoris Baſilica de Urbe. 34. a. *Seu Pœnitentiarii ex Ordine Fratrum Prædicatorum in eadem inſtituti.* Ibid. *Eiſdem annua attributa penſio.* 35. b. *Unitum Monaſterium S. Mariæ Macularum Oppidi S. Geneſii.* 36. a.

S. Mariæ in Dominica Eccleſia de Urbe. 60. a. *Stationum Indulgentiæ eidem aſſignatæ.* Ibid.

Mathæus de la Fuente religioſam vitam cum nonnullis ſociis ducit. 342. a.

Matrimonium. Quomodo intelligendus ſit Can. 3. ſeſſ. 24. Concilii Tridentini ſuper impedimento publicæ honeſtatis. 18. b.

Medicorum Urbis in Aromatorios juriſdictio. 302. a.

Michaelis Babii Propoſitiones damnatæ. 426. a. *Minoritæ Conventuales nuncupati ſoluti cura Monialium.* 16. b. *Eorum Ordo reformatus.* 17. a. *Conſtitutiones pro hujuſmodi reformatione editæ in Capitulo anni 1568.* 25. b. *Eorum Domus in Hiſpania additæ Fratribus de Obſervantia.* 201. a. *Idem in Portugalliæ Regno.* 208. b.

Minoritæ qualibet Feria V. non impedita aliquo feſto extra Quadrageſimam, & Adventum poſſunt recitare Officium SS. Corporis Chriſti. pag. 2. a. *Eis unitæ Congregationes omnes a S. Franciſco inſtitutæ, ac præſertim Amadeorum, & Clarenorum.* 2. b. *Huic Ordini ſubjecti Fratres, & Sorores de Pœnitentia.* 19. a. *In qualibet Provincia aſſignandæ duæ Domus Fratribus ſtrictioris Obſervantiæ.* 59. a. *Qui, & quomodo eligendi Superiores Ordinis.* 167. a. *Miniſtrorum Provincialium electio facienda per vota ſecreta.* Ibid. *Quæ methodus ſervanda ſit in recipiendis Novitiis.* 167. b. *Minoritis de Obſervantia additæ Domus Conventualium in Hiſpania.* 201. a. *Idem in Portugalliæ Regno.* 208. a. *A Prælatis Ordinis ad ſæcularia Tribunalia non licet appellare.* 295. a. *Miniſter Generalis facultatem habet mittendi Commiſſarios.* 295. b. *Provincia S. Joſephi Hiſpaniarum erecta.* 381. a. *Nonnullæ Conſtitutio-*

nes

nes in toto Ordine obſervandæ. 401. a. & ſeqq.

Miſſale Romanum ex mente Concilii Tridentini corrigitur. 116. b.

Monoſteria omnia, aliaque pia loca exempta ſunt ab onere hoſpitandi Milites. 197. b. Ad Monaſteria non datur acceſſus quacumque ex cauſa. 298. b. Prælati vero in caſibus tantum neceſſariis ea poſſunt ingredi. 299. b.

Monaſterium S. Catharinæ della Roſa de Urbe (nunc de Funariis) 5. b. Ejus Cardinalis Protector puellas in periculo amittendæ pudicitiæ conſtitutas capere, & in d. Monaſterium etiam invitis parentibus intrudere poteſt. Ibid.

Moniales, quæ curæ Minoritarum Conventualium ſubiectæ erant, Ordinariis Locorum traditæ. 16. b. Moniales quæcumque ſi clauſura exeant, excommunicationis pœnam incurrunt. 96. b. Eamdem pœnam ſubeunt, qui eas comitantur, vel recipiunt. Ibid. Si ſervent clauſuram, gaudent eleemoſynis. 244. & ſeqq.

N

NAtionis Germanicæ Concordata cum Sede Apoſtolica circa collationem Beneficiorum Eccleſiaſticorum in menſibus reſervatis. 424. b.

Neapolitanum Regnum. 215. a. Quæ ſpolia ad Cameram Apoſtolicam pertineant. Ibid. Ordinarii Regni nullo modo ſe ingerere debent in collationibus Beneficiorum reſervatorum Sedi Apoſtolicæ. 215. b.

Neophitorum Collegium Romæ erectum. 346. b. Dos ei aſſignata. 347. a. Privilegia conceſſa. Ibid.

S. Nicolai de Præfectis Eccleſia de Urbe in Parochialem erecta. 300. a.

Sanctiſſimi Nominis Dei Confraternitates non erigendæ, niſi in Eccleſiis Fratrum Prædicatorum, vel de eorum Prioris licentia. 169. a.

Notarii reorum reſponſiones, vel teſtium depoſitiones partibus patefacientes, Triremis, vel etiam ultimi ſupplicii pœnam incurrunt. 27. b.

P

PAulus Papa IV. Breviarium Romanum emendare tentat. 22. b.

Parochi ſuis in Eccleſiis reſidere debent non obſtantibus quibuſcumque Indulgentiis, etiam Apoſtolicis. 24. a.

Percuſſores Sacrarum Imaginum Sacra Immunitate non gaudent. 205. b.

Philippus II. Hiſpaniarum Rex Dertuſienſe Collegium Ordinis Prædicatorum pro erudiendis Neo-converſis erigit, dotatque. 40. b. Fœdus cum Pio Quinto contra Turcas init. 189. a. Expurgando Regno a facinoroſis hominibus incumbit. 205. a.

Pius IV. Breviarii Romani correctionem Patribus Concilii Tridentini committit. 22. b.

S. Pius V. Congregationes omnes diſcrepantes a Regula Ordinis Minoritarum ſupprimit, eaſque, ac potiſſimum Amadeorum, & Clarenorum dicto Ordini unit. 2. b. Beneficiorum vacantium Sede vacante collationem ſibi reſervat. 7. b. Cruciferorum Ordinem reformat. 11. a. Facultates creandi Doctores, Licentiatos, & Magiſtros particularibus perſonis conceſſas revocat. 15. b. Minoritas Conventuales Monialium cura ſolvit. 16. b. Fratres, & Sorores de Pœnitentia reformat, ſubiicitque Fratribus Minoribus de Obſervantia. 19. a. Breviarium Romanum reformat. 22. a. Conſtitutionem Pauli V. contra negantes Trinitatem, Conceptionem Jeſu Chriſti de Spiritu Sancto, ejus mortem, ut homines redimeret, aut Virginitatem B. M. V. innovat. 46. a. Decretum Concilii Tridentini de Clericorum ſæcularium promotione ad Sacros Ordines extendit ad Clericos Regulares, ſeu ſæculares Religioſorum more in communi viventes. 46. b. Judæos expellit a toto Statu Eccleſiaſtico. 57. b.

S. Pius V. Eliſabetham Angliæ Reginam Regno privat, ſolutis fide ſubditis. 99. a. Ciſtercienſem Ordinem reformat, regulari in eum inducta diſciplina. 99. b. Synodum Mediolanenſem confirmat nonnullis ejuſdem explicatis Decretis. 103. b. Miſſale Romanum ex mente Concilii Tridentini reformat, & Officium parvum B. M. V. 153. b. Humiliatorum Ordinem extinguit. 147. a. Michaelis Babii Propoſitiones damnat. 426. b.

Pœnitentiariæ Officiales pœnæ falſi rei ſunt, ſi in diſpenſationibus Matrimonialibus veritatem non exprimunt, vel falſitatem inducunt. 54. b. Hujus Tribunalis reformatio per Pium PP. V. facta. 62. a. Qui ſint ejus Officiales. 63. a. Majoris Pœnitentiarii quales ſint facultates. 64. b. & ſeqq. Scriptores, & Procuratores Literarum minoris gratiæ inſtituti. 65. b.

Prædicatorum Ordinis Fratres ceteris Mendicantibus ubique præcedunt. 31. b. Dertuſienſe Collegium erectum. 40. b. Ejuſdem ſtatuta. 41. b. A Pio Quinto confirmata. 42. b. Magiſter Generalis tantummodo facultatem habet erigendi Cappellas Roſarii. 72. a. In Provincia Aragoniæ nemo promovendis ad Baccalaureatum niſi poſt lectam Philoſophiam, vel Theologiam per quadriennium. 72. b. Ordini conceſſa Privilegia confirmavit Pius V. 92. a. A Decimis, aliiſque ſubſidiis exempti. 113. a.

Prædicatorum Ordo. Moniales hujus Ordinis in articulo mortis conſtitutæ profeſſionem poſſunt emittere probotionis anno non expleto, dummodo legitimæ ſint ætatis. 123. a. Magiſter Generalis facultatem habet Fratres deputandi Notarios pro executione Mandatorum Apoſtolicorum. 158. b. Licentiam quoque dandi, ut in Eccleſiis, quæ non ſunt Ordinis, erigantur Confraternitates Sanctiſſimi Nominis Dei. 169. b. Abſolvendique ſuos Fratres, & Moniales, & cum eis diſpenſandi, ſicut Epiſcopi cum ſuis Clericis, interdicta tamen Cruciata quo ad Confeſſarios, Indulgentias &c. 173. a. Bona Monaſteriorum Ordinis, quæ Monialibus ſunt deſtituta ad ipſum pertinent Ordinem. 175. b. Quæ circa nundinarum libertatem in Cœnobii Viterbienſis favorem ſint ſtatuta, & firmata. 412. a. & ſeqq. Fratres Ordinis Officia extra Ordinem ſibi procurare non poſſunt. 439. b.

Præmonſtratenſes Hiſpaniarum reformati, ſubiectique Regulæ Obſervantium S. Hieronymi. 203. b. Obſervantiæ autem Regulæ S. Auguſtini ſe debent conformare. 217. a.

Privilegia Mendicantium Ordinibus conceſſa, aliiſque Ordinibus communicata in iis non ſuffragant, quæ temporalitatem reſpiciunt. 115. a.

R

Regreſſus ad Beneficia revocatus a Pio V. 157. b.
Regulares cujuſcumque Ordinis, & gradus ſæcularium Confeſſiones audire non poſſunt, niſi ab Ordinariis fuerint prævio examine approbati. 177. a.
Regularium extra Clauſtra vagantium ſpolia ſpectant ad Cameram Apoſtolicam. 330. a.
Reus in contumaciam condemnatus, & infra annum captus, quomodo ſit admittendus ad defenſionem. 178. b.
Rhetiorum Collegium Mediolani erectum. 398. a.
Ripetranſonis Oppidum in Provincia Picena in Civitatem erigitur. 224. a. *Eccleſia S. Benigni ſublimatur in Cathedralem.* Ibid. *Capitulo aſſignat. proventus.* 224. b. *Quatuor Parochiales Eccleſiæ in eadem Civitate inſtitutæ.* 225. a. *Beneficium S. Angeli Cathedrali unitum.* 225. b.
Roſarii Feſtivitas inſtituta pro prima Dominica menſis Octobris. 254. b.

S

Sardiniæ Inſulæ Parochiæ ad primævum ſtatum reſtitutæ, cum alias aliis Beneficiis fuerint unitæ. 44. b.
Sebaſtianus Portugalliæ Rex. 325. b.
Secretariorum Apoſtolicorum Collegium. 164. b. *Eis conceſſa Privilegia.* 16⁊. a. *Hujuſmodi Privilegia nequeunt infringi niſi reſtituta ſingulis Secretariis pecunia.* Ibid.
Servitarum Ordo. 102. a. *Omnes peculiares Congregationes ei unitæ ſub eodem Capite.* 102. b. *Hujuſmodi Ordo reformatur.* 105. a. & ſeqq. *Eidem confirmantur omnia, & ſingula Privilegia.* 357. b. & ſeqq. *Novæ Conſtitutiones editæ, & pontificia auctoritate confirmatæ.* 411. a. & ſeqq.
S. Severi Oppidum in Civitatem erigitur, ejuſque Eccleſia in Cathedralem. 456. b. *Diœceſis limites, & Epiſcopi, Capitulique dos.* 457. a.
Siciliæ Epiſcopi quotannis Inventarium Actorum criminalium tenentur conficere. ſ51. a.
Sixtus IV. jubet vicinos domos vendere vicinis debere ad ornatum Urbis. 167. b.
Societas Jeſu vere eſt ex Ordinibus Mendicantibus. 170. b. *Eorumque gaudet Privilegiis.* 171. a. *Patres hujus Societatis facultatem habent eligendi ſibi Conſervatores in propriis Cauſis.* 231. a. *Ad publicas Proceſſiones accedere cogi non poſſunt,* 317. b. *Ubique Eccleſias, & Domos conſtruere poſſunt.* 320. b. & ſeqq. *Exempti ſunt a ſolutione Decimarum, & quorumcumque aliorum onerum.* 353. a. *Uſus Altaris portatilis eis reſtitutus.* 416. a. *Ad nullum alium Ordinem tranſire poſſunt.* 418. b.
S. Spiritus in Saxia Hoſpitale in Urbe. 336. a. *Privilegia, & Indulgentiæ, quibus Concilium Tridentinum non obſtat, ei confirmata.* Ibid.
Spolia. In Cauſis ſpoliorum non ſignandæ inhibitiones, niſi prius citato Commiſſario Cameræ Apoſtolicæ. 2. a. *Quæ ſpolia in Regno Neapolitano ad Cameram Apoſtolicam pertineant.* 215. a.
Summator Literarum Apoſtolicarum. 110. a. *Quæ ejus muneris ſint.* Ibid. *Officium uni Cardinali additum.* Ib. *Officium abſens per ſubſtitutos poteſt exercere.* 111. b. *Quæ ſint ejus facultates, & Privilegia.* 112. a.
Synodus Mediolanen. 103. b. *Nonnulla Decreta explicata a Pio V.* Ibid.

T

Taurorum agitatio in Hiſpania ſub excommunicationis pœna vetita. 308. b. *Permiſſa Laics, & Militibus Sacris Ordinibus non initiatis.* Ibid. *Non peragenda tamen feſtis diebus.* Ibid.
Thomas Manrique S. Palatii Apoſtolici Magiſter creatur Canonicus Theologalis Baſilicæ Vaticanæ. 118. b.
Toletana Synodus, & Concordia inter Epiſcopos Provinciæ in eadem facta. 213. b.
Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Ordo. 310. a. *Prælati hujus Ordinis facultatem habent benedicendi vaſa ſacra, veſtimenta, & ornamenta Eccleſiaſtica.* Ibid.
Turcæ in bello capti, non relaxandi durante bello. 189. a.

V

Valentinenſis Synodus. 199. b. *Non obſtante Decreta ejuſdem Synodi aſſertum Ordinibus Mendicantibus in Inſula Majoricen. jus ſepeliendi, & Crucem deferendi.* 200. a. *Correctiones nonnullorum Decretorum ejuſdem Synodi a Congregatione Concilii Tridentini interprete factæ.* 210. b.
Univerſitas Romana. 291. a. *In ea admitti poſſunt ad legendum Doctores nati ex patre, & avo Romanis.* Ibid.

FINIS.

598077

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google